M

Digitized by Google

Digitized by Google

ALBOHAZEN HALY FILII ABEN-RAGEL LIBRI DE IVDICIIS ASTRO-rum, ſumma cura & diligenti ſtudio de extrema barbarie uindicati, ac latinitati donati, per Antonium Stupam Rhœtum Prægallienſem.

Additus eſt huic authori Index capitum ſingularum octo partium, ſeu librorum, quò lector faciliùs inueniat quæſtionem ſibi oblatam.

BIBLIOTECA NAZ
ROMA
VITTORIO EMANUELE

BASILEAE EX OFFICINA HENRICHI PETRI.

7
10 M
29

Digitized by Google

Carmen ad Lectorem de Astrologia

scriptum ab Abrahamo Loëschero.

CReſcite Pierides, felici creſcite fato,
Augetur ſummo gloria veſtra gradu.
Veſtra pererrato uirtus innotuit orbi,
Iam ueſtrum toto fulget in orbe decus.
Ecce ſalutiferæ redeunt feliciter artes:
Et ſtudijs uero lumine creſcit honor.
Exerit ingenuas rediuiua ſcientia uires,
Barbaries tetrica nocte ſepulta fugit.
Ecce, quid ingenium deceat, quo languida cultu
Corpora ſeruentur, ſecula noſtra ſciunt.
Fauſta metalliferas aperit ſolertia uenas,
Rimatur, terræ uiſcera quicquid habent.
Quin & inexhauſti ſinuoſa uolumina ponti
Excipit, hîc etiam, quod ſibi ſumat, habet.
Nec tamen id ſatis eſt, ſuperas conſcendere ſedes
Nititur, & cœli ſignificare ſitum.
Subuolat, & nitidi ſpeciem perluſtrat Olympi,
Diuidit in certas regna ſuprema domos.
Annotat erecto labentia ſydera uultu,
Latiuagumq; breui contrahit arte polum.
Contrahit immenſo diſtenta uolumina tractu,
Et quod ineſt, breuibus perſpicit uſa notis.
Quo noceant poſitu ſtellæ, quo cardine proſint,
Indicat, arcana quæ probat, arte probat.
Applicat humanis cœleſtia corpora rebus,
Hinc quibus auxilijs uita regenda, monet.
Dura fatigantis proponit ſemina morbi,
Quo poſſint ſtudio membra ualere, docet.
Quas habeat uires, quo ſe Natura uolutet
Pondere, quid tacito ſpondeat orc, uidet.
Deniq; quo curſu, quibus incrementa figuris
Accipiat ſenſim uita caduca, notat.
Hoc decus eſt mundi, decus inſuperabile rerum,
Noſſe perexiguis fata futura notis.
Dignius hoc nihil eſt, ſuperæq; propinquius aulæ,
Ecquid in immenſo cultius orbe uiget?
Sed de peruerſo nihil hîc tractamus abuſu,
Quem malus illicito fœnore quæſtus agit.
Quem rapit in dubias amens ignauia partes,
Qui, quod ab ingenua non habet arte, docet.
Ab pereant, uerbis qui credula pectora fallunt,
Et cùm non norint ſydera, noſſe uolunt.
Inclyta ueriloquæ præconia ſcribimus artis,
Lucida quæ toto ſuſpicit aſtra ſitu.
Quæ certa ſerie cauſſis adiungere cauſſas,
Tectáq; Naturæ pandere fata ſtudet.
Quæ non ambages, non irrita ſomnia fingit,
Sed generoſa ſuis uiribus aſtra canit.
Hæc igitur noſtris cultiſſima prodijt annis,
Hoc illuſtrato fulget in orbe decus.
Creſcite pierides, felici creſcite fato,
Augetur ſummo gloria ueſtra gradu.
Tu quoq; creſce tuo lector placidiſſime curſu,
Accipe, quod pauci diſcere ritè uolunt.
Inſpice res patrias, patrij miracula cœli
Arripe, res magnas ſpernere turpe puto.
Ducimus è cœlo fragilis primordia uitæ,
Hinc etiam cœli pondera noſſe decet.
Sed quia priſca nouis inferre uolumina libris
Expedit, antiquæ ſuſcipe gentis opus.
En Arabum ueteri primæua ſcientia ritu
Quæ dedit, Henrichus Petrus amæna facit.
En infinitos exhauſit Stuppa labores,
Demeret ut uarijs barbara uerba locis.
Ergo age creſce tuo Lector placidiſſime curſu,
Accipe, quod pauci diſcere ritè uolunt.
Crede mihi, paucos euolues ordine uerſus,
Multáq; ſolerti commoda mente feres.

Digitized by Google

REVERENDO IN CHRIsto Patri ac domino, domino Thomæ à Plantis, Episcopo Curiensi seu Rhœtiæ altæ, patro NO AC MECOENATI SVO PERPETVAM EXOPTAT FELICITATEM

Antonius Stupa Rhœtus Prægallicus.



CIMVS maioribus rebus impeditos, non facilè esse interpellandos, Præsul humanissime, nec sine ingenti aliqua causa & urgenti accedi debere, nec conueniri absq; diligenti temporum examinatione excussione; occasio ne ferat accessum, an consilia de rebus publicis & de pietate Christianæ religionis (qd omnibus fidelibus prcipuum esse debet) id permittant, concedantq; Primates benevolos & omni humanitate plenos benignè salutare. Quod me aliquamdiu detinuit, dubium fecit, & inter alta huius dubitationis pericula, & quæstionis prpositæ excussiones suspensum non modò habuit, uerumetiam quodammodo absterruit à missione ad tuam Amplitudinem, ut oportuit, literarum & eorum quæ Celsitudini tuæ conuenire credidi. Quid enim non? Tempora huius seculi si benè cõsyderentur, & facta diligenti examinatione excutiantur, dubiosa, periculosa, & omnibus molestijs plena & laboriosa inueniuntur. Si populus spectetur, non minoris difficultatis & laboris esse uidebitur, propter crebras quas iugiter in se suscitat seu commouet digladiationes, concertationes, dissentiones, & tumultus non homini Heroico & prudenti compositu difficiles, sed uel Herculi ipsi ex Alcmena Amphytriõis principis Thebanorum uxore, & Ioue τῶν καλὸ Ἰὸ/ ὀλυμπον ὄΙων βασιλίνοντες genito. Ad hoc præterea huius nostri seculi mores deuenerunt, ut iam nõ ut olim à prudẽtiorum uirorum & Antistitum consilijs pendeatur, auscultetur, quę facienda edisc atur, & quæ omittẽda uitetur, sed qlibet pro suo arbitrio, suo instinctu, suo furore uel libidine & dicere & cõsulere & facere nitit, quæ uel extrema insolentia docuit, uel perditissima cupiditas suggessit. Exclamat Hesiodus poëta in opere περὶ ἔργων καὶ ἡμερῶν inscripto, in hunc modum:

Μηκέτ' ἔπειτ' ὤφελον ἐγὼ πεμπτοῖσι μετεῖναι
ἀνδράσιν, ἀλλ' ἢ πρόσθε θανεῖν, ἢ ἔπειτα γενέσθαι.
Νῦν γὰρ δὴ γένος ἐστὶ σιδήρεον. οὐδέποτ' ἦμαρ
παύσονται καμάτου καὶ ὀϊζύος, οὐδέ τι νύκτωρ,
φθειρόμενοι. χαλεπὰς δὲ θεοὶ δώσουσι μερίμνας.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Et paucis interpositis subiungit:

οὐδὲ πατὴρ παίδεσσιν ὁμοίϊος, οὐδέ τι παῖδες.
οὐδὲ ξεῖνος ξεινοδόκῳ, καὶ ἑταῖρος ἑταίρῳ,

οὐδὲ κασίγνητος φίλος ἔσσεται οὔτε ξεῖνος.
λίην δὲ γηράσκοντας ἀτιμήσουσι τοκῆας.
μέμψονται δ' ἄρα τοὺς χαλεποῖς βάζοντες ἐπιῶσι,
σχέτλιοι. οὐδὲ θεῶν ὄπιν εἰδότες. οὐδὲ μὲν οἵγε
γηράντεσσι τοκεῦσιν ἀποθρεπτήρια δοῖεν,
χέρσ' ἀνικαί. ἕτερος δ' ἑτέρου πόλιν ἐξαλαπάξει.
οὐδέ τις ἔσται ὄρκος ἐτήτυμος, οὔτε δικαίου,
οὔτ' ἀγαθοῦ. μᾶλλον δὲ κακῶν ἱστῆρα, καὶ ὕβριν
ἀνέρα τιμήσουσι. δίκη δ' ἐν χερσί. καὶ αἰδὼς
οὐκ ἔσται. βλάψει δ' ὁ κακὸς τὸν ἀρείονα φῶτα,
μύθοισι σκολιοῖς ἐνέπων. ἐπὶ δ' ὅρκον ὀμεῖται.
ζῆλος δ' ἀνθρώποισιν ὀιζυροῖσιν ἅπασιν,
δυσκίλαδος, κακόχαρτος, ὁμαρτήσας, συγερώτης. &c.

Hanc exclamationem non minori elegantia & studio expressit Ouidius, libro primo μεταμορφώσεων, his uerbis:

De duro est ultima ferro.

Protinus irrupit uenæ peioris in æuum
Omne nefas: fugêre pudor, uerumq; fidesq;:
In quorum subiêre locum, fraudesq;, doliq;,
Insidiæq;, & uis & amor sceleratus habendi.

Et paulo pòst subdit:

Viuitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus,
Non socer à genero: fratrum quoq; gratia rara est.
Imminet exitio uir coniugis, illa mariti:
Lurida terribiles miscent aconita nouercæ,
Filius ante diem patrios inquirit in annos. &c.

Quibus omnibus hoc nostrum seculum cùm scateat, tuaq; Amplitudo ex diuinitus data prudentia ferè his crudeliora compescere studeat, & propterea in assiduis consilijs unà cum nominis Rhœtiæ (cuius ex diuina gratia & uoluntate Antistes factus es) Primatibus uersetur, consultet, & priusq; immedicabile fiat uulnus, remedium quærat, timens ne pars syncera trahatur: proculdubio cum ratione insanire uidebũtur, qui id studij sua improba & maligna impedire audeant uoce, uel interpellatione non bene conuenienti & importuna remorari. Dubitaui diu causas quærens & opportunitatẽ, qua & liberè tecum agerem, & tua humanitas non distraheretur à lectione eorum quę ex tenuitate mei ingenij ex meo illinc discessu non inueni sed elaboraui, adsistentibus mihi omnibus Basilienſium claris Academiæ doctoribus, & in primis domino Ioanne Sphyracte utriusque Iuris cùm doctore tum professore publico, & domino Caspar Petri aliâs Mellingero eiusdem Academiæ similiter physico & doctore, & domino Iacobo Mullero canonico & apud diuum Petrum Archidiaconalo, fautoribus mihi semper obseruandis, quibus tantum debeo quantum promotoribus bonarum literarum quilibet fatebitur necesse esse. Non inueni inquã sed elaboraui, hoc est, de extrema barbarie uindicaui hunc, quem tua Celsitudo uidet authorem antiquum, Astrologorum principẽ, propter barbariem qua scatebat situm obducentem, clarum & bene nominatum

ex aliorum

ex aliorum eius ſcientiæ authorum citatione, ſed non bene cognitum, nec in manibus huius diuinæ diſciplinæ (ob cauſas modò dictas) profeſſorum uerſantem. Verumenimuero non fortè malum erit hîc non caſtigationis, (quandoquidem nullibi neque ullo in loco ſenſum authoris mutaui) ſed purgationis cauſas ſubijcere, & docere lectorem qua ex cauſa ad hunc capiendum laborem non paruum ſim motus, & quare familiares ſuo ſtudio ad id me impulerint, dicentes æquum eſſe bonum ſenem & antiquum de tenebris in lucem aſſererc, & eundem ipſum puriorem huius diſciplinæ ſtudioſis offerre: ſic enim & tuæ Celſitudini certior defendendi dabitur ratio, & mihi minus moleſti erunt, qui cùm ex ignauia nihil moliantur ipſi, ſolent tamen ſemper alios, ut Momus ille homericus, rebus claris & honeſtis inſudantes mordere, inceſſere, & ſublata uoce bonos contaminari (ſi puriores reddere contaminare eſt) authores clamitare: & ingenuis huiuſq; diſciplinæ ſtudioſis ſatis fiet, auſereturq; ea contaminationis & conſpurcationis ſuſpitio ſeu opinio ſæpe uel abſolutiſſimis & extremæ integritatis uiris ſuperueniens ex bono zelo, & ex cauſa non ſatis ſuis rationibus comprobata. Sunt noſtra ab illo ſeculi prioris tempore multum diuerſa, & (ut dicit ille) quot capita tot ſenſus alunt: quibus omnibus occurrere & ſatisfacere cùm uellent docti uiri & prudentes, hanc quam ſequimur uiam inuenerunt, ſcientes id nonnihil momenti habere ad conſeruationem fauoris & integritatis ingenuorum, & ad depulſionem eorum qui nihil non ſiniſtrè interpretantur, q̃bus ad hydropicorũ inſtar, accidit ut q̃d ingerunt tam bonum quàm malũ in intercutem conuertat. Tametſi enim hic author Albohazen Haly filius Abenragel illorũ manibus teratur, & Venetijs editus anno à uirgineo partu milleſimo uigeſimo quingẽteſimo q̃nto, die quarto mẽſis Aprilis p̃ Bernhardinũ de Vitalibus (q̃ ſolo & ipſe uſus ſum, nec ullam aliã unq̃ editionẽ uidi) ſeſe offerens illorum inſanam importunitatem (ferè dixeram improbitatem) compeſcere queat, coſq; nobis mitiores reddere: noſtrum tamen eſſe iudicaui, illorum bonorum uirorum exemplo, dare rationem purgationis, & quas barbaras dictiones latinas fecerimus docere, maximè cùm Arabs ipſe arabicè cùm hæc tum alia quamplurima conſcripſerit, ad aliorum Arabum exemplum, qui in idem infortunium inciderunt, ad eandemq; purgationis neceſſitatem deuenerunt, ob interpretũ latinæ linguæ imperitiã, & ſubiectionẽ ſuæ linguæ dictionũ. Fuit aũt, ut modò dictũ eſt, hic author Arabs & arabicè cõſcripſit, quẽ Yhuda filius Muſcæ (ut in interpretũ procemio patet) de Arabico in Hiſpanicũ idioma tranſtulit, atq; ex hoc pòſt in latinũ ſermonẽ uertit Ægidius Parmenſis unà cũ Petro Regio, ſic ut phraſes hiſpanicæ, gallicæ, & italicæ ubiq; magis fuerint ſeruatæ (q̃d illa tẽpora tulerũt) q̃; ꝓprietates & dictiones latini ſermonis. Quis enĩ latinorũ dixit unq̃: charitiã bladi. ꝓ caritate annonæ ſeu frumẽti? q̃bus locutiõibus ſcatebat hic author: q̃d ille facilè deprehendet, qui illam uenetã translationẽ cum hac noſtra cõferet. Nõ hoc agimus ut uelimus illam de manibus ſtudioſorum excutere & noſtrã recipi, ſed ut purgationẽ ferãt cõcedantq; barbarã & magis

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Gallicam & Hiſpanicam(quemadmodū in rationibus noſtris patebit)quàm latinam uerſationem,in meliorem latinæ linguæ ſermonem tranſcribi,mutari,& puriorē fieri:ſi puritatis huius ſermonis eos detinet aliqua cupiditas. Sed quid multis moror dare rationem ſuſcepti laboris? Dictum eſt hūc authorem Arabicè conſcripſiſſe,& de Arabico in Hiſpanicum translatum,poſtq; latini tati donatum ſic,ut phraſes magis ſpirent Galliam & Hiſpaniam quàm Latium,ut legenti notum fiet,& ex his pauculis quilibet uel ſine admonitione colligere poteſt.

Maneries quintæ declinationis in omnibus paginis poſitum erat,pro conditione,ſorte,uel ratione:phraſi cùm Hiſpanorū dicentium,y autres coſas de eſtos manieros:tum Gallorum ſimili loquendi ſchemate utentium,& aultres choſes de ceſte maniere,id eſt,& aliæ ſimilis conditionis ſeu rationis res.

Prætereа hæreditas non uno in loco legebatur in iſto authore pro prædio,ſed paſſim ubicunq; huius dictiōis opus erat,idq; ex phraſi Gallica dicente: il ha achepte une hæritage,id eſt,(ad uerbum)emit hæreditatē,accipitq; hæreditatem pro prædio,quemadmodum legenti notum fiet. Non enim ſimiles barbaras dictiōes pro latinis ſubpoſitas ubiq; immutauimus,ſed in loco relinquimus eas expungēdas uolenti fortè minus ſiniſtrè noſtros labores interpretari.

De melioramento, melioratione, meliorato,& meliorari, cùm hiſpanicis tum gallicis tum italicis dictionibus,quid eſt quod dubitemus tollere,& illarum loco ſupponere,meliorē uel feliciorem uim uel ſucceſſum,ſeu meliorem reddere,dirigere,fortunare,ac ſecundiorem efficere,quū nullus latinè loquentium unq; ita ſit loquutus?

Humana ſocietas tametſi ſemper delectetur unitate & concordia,propter Martis irradiationem tamen non rarò ab hac deſiſtit,& pro inſtrumentis muſicis ac delectabilibus utit Tamburo,id eſt,tympano,& ſuis aduerſarijs ſummo ſtudio conatur offerre imbrigamentū,& eos ipſos imbrigare(liceat & mihi itala & gallica pro latinis ſubijcere)ſumma imbrigatiōe,id eſt,impedimentum,& quocunq; poteſt impedimento impedire & in ambiguum deducere. Quur enim non,quum & ipſi aduerſarij idem parent,& magnam guerram malint guerrare cum ſuis guerrarijs,id eſt,crudele bellum belligerare malint,& in eo ſuos milites experiri,quàm quieti domi deſidere & alta pace frui?

Muſcinos italos & gallos,id eſt,culices & huiuſmodi inſectorum genus,& beſtinculos,id eſt,animalcula uenenoſa,quid eſt quod referam? quum ubiq; inueniantur,ubi mentio fit de bonitate & fertilitate alicuius loci,territorij,uel regionis:crebriusq; uiatoribus & peregrinātibus ſeſe offerant quàm neceſſe ſit uel ipſi expetent.

Atq; utinam humanum genus tam ſollicitum eſſet(ut antè dixi)in colendo altam & lætam pacem,quàm eſt in mouendo bellum & ſeditiones:ſic enim & frontarię,id eſt,regnorum limites, κακοὶ ὅμοροι minus derobarerentur à derobatoribus,& minus derobationes ſentirent,id eſt,nulla ui nec prædatione hoſtiliter circumuenirentur,nec auferrentur eorum bona & facultates à latronibus

& prædonibus

& prædonibus id tantũ curantibus, quî ἁθλιζόμενοι λῃζωδῶς καὶ ἀπὸ πολέμου βιοτεύειν, quamplurimas prædas agant, ſpolient ſine diſcrimine, & paratis ſuis neceſſarijs miſeros priuent agricolas.

Ad hæc ſi pace alta ſcirent uti homines, & ſua ſorte contenti ſuos debitos fructus reddentes agros colerent, treguarum, id eſt, induciarum nullus eſſet uſus, μηδ' τις πρὸς τῆς ἀνοκοχῆς κατελύσεως conquereretur, ſed omnia florida, gaudijs plena & proſpera audirentur, uiueretq; quilibet ut alter ipſe.

Sed ille feralis nocendi amor, & multa poſſidendi cupiditas & agros dilatandi, non modò reges & in poteſtate præpoſitos uiros diuexat & uariè circumagit, ſed & plebeos & ferè nullius ſortis homines diſtrahit, & ſpe genio indulgendi impellit ad furta committenda, uel latrocinia perpetranda, in quibus ſæpe uel ἐπ' ἀυτοφώρῳ deprehenſi præſonarij, id eſt, captiui fiunt non ſine magnis moleſtijs redimendi.

Inſtigat etiam ipſa habẽdi cupiditas ipſos marinarios, id eſt, nautas, ad marinationem, id eſt, nauigationem non facilem neq; omnibus obuiam, quum iubeat eos marinare (talibus italicis & hiſpanicis & gallicis dictionibus plenus erat liber, ut ſæpe monui), id eſt, nauigare in Ægyptum, in Alexandriam, & immenſum ſcindere æquor.

Nec his contenta illa inſaciabilis habendi rabies, etiam in uicinos populares ſuas artes parat, & granaria mille ſeris munita & frumẽto repleta non antè aperit, quàm bladi, id eſt, frumenti, & uini chariſtiam, id eſt, caritatem extremam uiderit, ſperãs uel ſic ſibi aliquatenus ſatis fieri, lucrumq; ſi adueniat uel ex lotio, ut dixerat ille, ſuaue eſſe.

Certum eſt ex rerum copia & alto ocio infinitos affectus inter homines exiſtere, huncq; in inſolentiam ex nimia proſperitate impelli, illum ut Ægyſtus in libidinis pruritum incidere, alium procacitate aut ſuperbia tentari: unde non mille ſed infinitæ affrontationes (hac dictione denotant Galli, & ſollicitationes & pollicitatiões, & qualeſcunq; in perditionem alicuius cùm corporis tum nominis inſultus factos) ſingulis diebus exiſtunt, & qui melius nouit affrontare, id eſt, arte aliqua aliũ ſeducere ſeu decipere, uel uim inferre alicui, bonusq; eſt frontator, id eſt, deceptor ſeu ſollicitator pudicitiæ & probitatis, uel iniuriarum illator, eximiè quid ſe deſignaſſe gloriatur, ſuperbit, & propterea præmio donari cupit.

De intronizatione non eſt quod hîc loquamur duplici ex cauſa: quarum altera eſt nos non ſuſcepiſſe has purgationis rationes, quòd uelimus omnia barbarè dicta, aut omnes barbaras dictiones huc adferre, (ſic eñ mihi totus author foret recitandus) ſed quod pauculis his ſperamus lectori ſatisfieri, ipſumq; iam æquiorẽ nobis factum nõ modò uelle authores purgari, ſed etiam ad id nos impellere, ut quãplurimos ſimili labe laborãtes cõuenienti remedio & ſolerti interpretatione curemus. Altera eſt ſolers Ioan. Iouiniani Pontani interpretatio ædita in centum Claudij Ptolemæi ſententias, non minus docta

quàm

quàm latina: in qua quum hãc dictionem ſit interpretatus καθέδρα, id eſt, ſede, nos ſæpe addidimus Coronationem, ex conſuetudine gallici ſermonis.

Verùm quoniam Reges exemplo Cyri regis Perſarum, ualdè ſtudent ſuos fines dilatare, & inculta & deſerta loca populare, id eſt, facta populi eductione coloniam facere, nonnihil mihi admonendi ſunt ſuper Alcaydorum, id eſt, iudicum, magiſtratuum, ac præfectorum præfectione, ac rogare uitent adolatores ac crudeles, & præficiant ſuis bonos & pios & iuſtos & prudentes, populoq; tractabiles uiros.

Interpellatus ab uxore ſua Laconum rex, quòd non dilataret imperium, reſpondit ſibi ſatis amplum relinqui, ſi ſatis apodeatum, id eſt, firmum, ſtabile, & omni uirtutum genere corroboratum, iuxta illud Senecæ in Thyeſte: Vbi non eſt pudor, nec cura iuris, nec ſanctitas, nec pietas, & nulla fides, inſtabile eſt regnum. Cuius contrarium, hoc eſt, cura iuris, fides, ſanctitas & pietas, ſi ſummo ſtudio ſeruetur, ac qui præſunt magis animo quàm uoce laudari uelint, non modò ſtabilitur & firmatur imperium, ſed etiam nemo non eadem cũ rege ſtudebit & uolet honeſta & pudica, & ſyncera & uera, ex quibus ſummum & perfectum regni fulcimen prouenit & iacitur.

Deniq; ut talium barbararum dictionum finem faciam, ex quibus rebus plures romeriæ, id eſt, ad diuos profectiones ſeu peregrinationes proueniunt, q̃ ex alta pace uera pietate m̃unita, religioſè edocta, chriſtianè imbuta, & omnibus ſuis uirtutibus ornata? In quo Celſitudinẽ tuam eſſe cùm ſciam, & cum nominis Rhœtorum Primatibus conſilium capere, qui boni & docti & p̃ uiri præficiantur uerbo diuino & Chriſtianæ religioni, quiq; audeant & poſſint illud diuinum uerbum purè & ſyncerè in auditorum præcordiis & mentibus infundere, & populum à Chriſto Ieſu domino noſtro (Antiſtes clemẽtiſſime) tuæ gubernationi commiſſum docere, nolo ultrà tuam Amplitudinem rationibus omnibus illa legentibus manifeſtis remorari, & quaſi doctũ docere, (ut eſt in prouerbio) ſed transferre orationem ad uocabula artis, (ſic enim nominant ſingularum ſcientiarum dictiones, ſeu uocabula cuilibet arti addicta & propria) & docere neq; hîc ullam maleuolis & omnia ſiniſtrè interpretãtibus anſam eſſe datam, ſed ea omnia huius ſcientiæ ſtudioſis ponderanda & immutanda reliquiſſe, & ſuo authori. Quare enim mutarem ab omnibus recepta & cognita, & modò longo uſu comprobata? Nõ enim authorem caſtigaui, (cur enim id facerẽ in authore ſua lingua nobis non conſtante?) ſed purgaui, & barbariſmos latinis dictionibus repoſitis exemi, feciq; eum latinum quammaximè in tanta barbarie fieri potuit, nihil curans quid quilibet de me proferat, aut qualem in ſuo albo reponat, fretus uidelicet tua eximia integritate, quã expertus noui id & uelle & fouere ſummo ſtudio & cultu non mediocri.

Fortunam reliquimus ſcientes dictionem eſſe latinã, & ab omnibus qui latinè ſunt loquuti comprobatam: at infortunam non item, quum latinorũ nullus ea unquam ſit uſus, nec inueniatur niſi apud barbaros nihil minus curantes caſtimonia linguarum. Vnde ex Infortuna, Infortunium feci, ſçiens dictionem

ction em receptam ab omnibus latinis, & quòd intollerabile nec ullo modo ferendum malè dictiones componi, & de suo proprio significatu detorqueri. Fortuna in usu est, at non item fortunium: ut infortunium usus recepit, & non simili loquendi forma Infortunam. Obijciet mihi fortè aliquis, dictionem artis. Fateor inueniri apud barbaros, at à Latinis hanc eandem materiã tractantibus receptam pernego. Vnde quum idem dictione latina possit fieri, quare supponetur neglectum & à nullo terso authore receptum? Infortunium in toto isto opere posui pro Infortuna, maluiq; in genere neutro admittere puram dictionem, quàm inauditam & nusquam receptam ferre. Quare enim nos minus utemur uerbis homonymis, quàm alij clementem dicentes hominem, & hunc Clementem? & charitatem inter cætera esse præcipuam, & Charitatem accerse? & infortunium magnum passus est nauta uel alius quispiam, & si sit Mars uel alius planeta infortuniũ? Dictionẽ latinam subiecimus, nõ contaminauimus (quod quis fortè obijciet) authorẽ, quem data opera, studioslè, & ex amicorum instigatione latinis & studiosis familiariorem, puriorem, & castigatiorem in lucem prodire uoluimus.

Nec damnatus si sit planeta, ubique tulimus, quum ea dictio Latinis sit passiua, & in tali modo loquendi actiuè accipiatur, seu secundum Græcos modo medio, ueluti sit participium μισοῦμενος, quod Latini ex uerbo actiuo fieri non ferunt. Supposuimus ergo eius loco aliquando Nocens, aliquando Malè afflatus & maleficus, etiam in loco tulimus, sensu ita ferente: & aliquando diminutus, quòd quæ diminuunt aliam quodãmodo naturã acquirere uidẽt.

Cæterùm artis dictiones non est quod quis obijciat, neque quòd acuet in nos maleuolos dentes, sed diligenter prius conferat utraq; exemplaria, (ut antè monui) & si quid aberratum inuenerit, uel non bene mutatum, aut parum intellectum, (quod barbaries adferre solet) non cœlum terra commiscendo, ex petulantia & maledicendi cupiditate statim stringat calamum, neque non cognitũ & fortè nusquam uisum mordaci dente uel clandestino impetat, (quimos nostris temporibus extitit plusquam abhominabilis) sed aut erroris beneuolè submoneat, aut nescientem non perstringat & adhuc aura superna fruentem, uel ipse defectum suppleat sine ulla perstrictione & molestia eorum qui cupiunt bonos authores ex carie torpescentes & situ in lucem prouehere, & male latinos ad omnium captum reddere. Quis enim gallicæ linguæ & hispanicæ & italicæ imperitus, illam ueneticam æditionem intelliget?

Habes Eximie Præsul meæ purgationis causas & rationes ex ipsa turba pauculas, tibi à me collectas ad defensionẽ nostri laboris tuæ Amplitudini addicti ex merito tuo, & fauore nunquam cessante bonos & literatos sua defensione prosequi, promouere, & ad simile faciendũ semper instigare. Quin tuæ Amplitudini debetur hoc quale quale opus & quæ paramus, ex consensu eximiorum dominorũ tuæ Celsitudini à latere adstantium, & de bonis literis benemeritorum, Eberhardi uidelicet Rincherij cœnobij Churuallensis abbatis, & domini Bartholomæi à Castromuro decani & canonici tuæ ornatissimæ

Epiſtola

Cathedralis eccleſiæ & ſplendidæ, ac domini Ioannis Colonñ tibi à ſecretis & totius capituli Cancellariȷ: quos ut unicè colo & ex debita reuerentia hono ro, ita miro quodam ſtudio circa bonas literas affecti efflagitarunt, nec unquã adhortari deſtiterunt, admonere & inſtigare aliquid parturirẽ & æderem tuæ Amplitudini tutandũ, defendendũ, & de ſæuo liuoris dente patrocinãdũ, ſuũ auxilium non ægrè pollicentes, uſque dum effecerunt. Sed quid tantorum uirorum ſtudium & admonitionem commemoro, omiſſis eximiæ tuæ Claritatis uirtutibus id ſemper quærentibus, quî quamplurimis proſint, & quomodo omnes quotquot ad ſe ueniunt, beneficȷs proſequantẽ, & defendant quos iniurȷs affici animaduertunt, ac foueant perplures ſibi ſimiles, hoc eſt, uirtutibus ornatos? Faxit Deus omnipotens dominus noſter Ieſus Chriſtus, ut taliũ nuſquam inueniatur penuria, neque raritas uolentium bonas literas & uirtutes inde proueniẽtes coli, ornari, & ſuo debito cultu euehi. Sic enim & magis piè uiueretur, minores tumultus audirentur, & qui ſe dedunt bonis ſtudȷs nõ carerẽt ſuis fautoribus. Sed his omiſſis reuertamur unde digreſſi ſumus. Tuæ Amplitudini inſcribitur hic meus labor, tuæ prudentiæ defendendus in lucem progreditur, teq; facimus huius authorem, defenſorem, & tutorem: ſcientes Celſitudinem tuam id & uelle & poſſe unà cum illis eximȷs uiris, qui ſuis tecum beneficȷs id extruſerunt. Vale eximie Præſul.

Baſileæ Calendis Martȷs, anno à
Chriſto paſſo
M. D. LL.

Index

INDEX CAPITVM SINgularum partium huius operis, in

quo primus numerus caput, secundus paginam denotat.

PRIMA PARS.

Procemium cùm interpretis tum authoris partis primæ pag. 1.
de signis cap. 1. 2
de terminis cap. 2. 3
de faciebus cap. 3. 3
de naturis planetarum cap. 4. 5
de Sole ibidem 5
de Luna ibidem 7
de Saturno ibidem 8
de Ioue ibidem 9
de Marte ibidem 11
de Venere ibidem 12
de Mercurio ibidem 13
de summis & alijs quæ præponenda sunt cap. 5. 14
aphorismi dissidij sapientum antiquorum ibidem 15
de aphorismis & regulis cap. 6. 19
uerba abbreuiata ibidem 20
de hora accipiendi ascendens cap. 7. 21
de duratione significationis quæstionis cap. 8. 21
de cognitione almutez, id est, significatoris quæstionis & quærentis cap. 9. 22
almutez secundum opinionem Alkindi ibidem 22
de cognitione almutez cõiunctionis & oppositionis cap. 10. 23
de cognitione cogitationis quærentis, & si multæ fuerint quæstiones cap. 11. 25
de ascendẽte & eius quæstionib. cap. 12. 25
quomodo sciatur uita hominis per quæstionem suam cap. 13. 26
de cognitione felicitatis & infortunij corporis cap. 14. 27
de uadente ad alium cap. 15. 27
de sessione in domo ex partibus planetarũ cap. 16. 27
de uoluntate uenientis ad te cap. 17. 28
de suspitione cap. 18. 28
de uisu & auditu cap. 19. 28
de re opinata futura sit ne bona uel mala cap. 20. 28
de re aliqua si futura uel non cap. 21. 28
de fiducia & timore cap. 22. 28
de destructione & solutione rerũ cap. 23. 29.
de domo & eius quæstionibus cap. 24. 29
de lucro & eius tempore cap. 25. 30
de petendis donis cap. 26. 30
de tertia domo & eius quæstionib. cap. 27. 30
de inquisitione fratrum & eius quæstionib. cap. 28 31
de consilio legali, id est, bono uel malo cap. 29. 31
de rumoribus si sint uani uel falsi cap. 30. 31
dictum Alkindi de rumoribus ibid. 31
de quarta domo & quæstionib. eius cap. 31 31
de terra cultiua, domo, & prædijs (32. emendis cap. 32. 32
de precio prædij cap. 33. 33
de utilitate prædij & fundi cap. 34. 33
de tempore emptionis prædij uel fundi cap. 35. 34
de locatione prædiorum, domuũ, & eorum cultu cap. 36. 34
de prouẽtu plantarũ & seminũ cap. 37. 34
de ductu riuorum & aquis ad irrigandum cap. 38. 35
de thesauris & rebus defossis cap. 39. 35
utrũ quærens consequat̃ infossum ibi. 36
de loco defolli & eiusdẽ effossione ibi. 36
de quinta domo & eius quæstionibus cap. 40. 38
de liberis suscipiendis cap. 41. 38
de muliere grauida cap. 42. 38
de conceptione & abortu cap. 43. 40
de gemellis cap. 44. 40
de tempore conceptionis cap. 45. 41
de genere fœtus in utero cap. 46. 41
de tempore partus cap. 47. 42
de partu diurno & nocturno cap. 48. 42
de qualitatibus fœtus cap. 49. 43
de nuncio uel legatione cap. 50. 43
de statu nuncij qui uadit pro substantia uel re ibidem 44
de nuncio homicida uel latrone ibidẽ 45
de inuitationibus ad conuiuia cap. 51. 45
de libellis & nuncijs cap. 52. 49
de literarum acceptione cap. 53. 49
de qualitate literarum cap. 54. 50
de literarum sigillatione cap. 55. 50
de nuncijs cap. 56. 50
de nuncio & eius affectu cap. 57. 50

Index.

de ſumma chartæ ſeu literæ cap. 58. 50
de itione inuitatorum cap. 59. 50
de numero inuitatorum cap. 60. 51

PARS SECVNDA.

de ſexta domo & eius quæſtionibus cap. 1. 51
de ſtatu infirmi cap. 2. 51
de loco ſignificationis ſignificatoris infirmi. Pars prima ibidem 54
de qualitate infirmitatis ſi eſt in ſpiritu uel in corpore uel in ambobus ſimul. Secunda pars ibidem 54
de parte corporis ex infirmitate laborãte. Pars tertia ibidem 54
de reſtitutione & conualeſcentia infirmi. Quarta pars ibidem 55
opiniones aliorum ſapientum ſuper hac re ibidem 55
quinta pars de lõgitudine & breuitate morbi ibidem 56
ſexta pars de tempore in quo uel ſalus ſperatur uel mors ibidem 56
ſeptima pars de Criſi infirmitatis ibidem 57
octaua pars de augmento & diminutione morbi ibidem 58
nona pars de qualitate ægrotantis ibidem 58
decima pars de fine morbi & ex eo morte ibidem 58
de emptione captiuorum & ſeruorum cap. 3. 60
de loco notæ in corpore hominis ibidem 61
de redemptione & liberatione captiuorum & ſeruorum cap. 4 61
de fuga & abitione ſeruorum cap. 5. 61
de mutatione per uenditionem dominorũ, & eorum multitudine cap. 6. 62
de uenditione ſeruorum cap. 7. 62
de dominis ſeruorum cap. 8. 63
de hæreditate ſeruorum cap. 9. 63
de redemptione captiui cap. 10. 63
de eo qui uenenum hauſit cap. 11. 63
de ſexu eius qui ſumpſit uenenum cap. 12. 63
de ſeptima domo et eius quęſtionibus cap. 13. 64
de coniugio futuro cap. 14. 64
de impedimento coniugij ibid. 65
de qualitate matrimonij contracti cap. 15. 66
de concordia & diſcordia uiri & mulieris in matrimonio cap. 16. 66
de qualitate connubij uiri cap. 17. 68
de qualitate amoris mulieris cap. 18. 68
de tempore coniugij cap. 19. 68
de fornicatione ſuſpecta cap. 20. 69
de iuuencula dubitatæ pudicitiæ cap. 21. 69
de abitione mulieris à marito, & uiri ab uxore cap. 22. 69
de re uenerea exercenda cap. 23. 70
de re uenerea excercita & potita cap. 24. 71
de multitudine maritorum cap. 25. 71
de fœcunditate mulieris & ſterilitate cap. 26. 71
de muliere grauida uel minus cap. 27. 72
de partu legitimo & ex fornicatiõe cap. 28. 72
de dictis Alkindi ſuper coniugijs cap. 29. 72
de fidelitate coniugij & caſtitate mulieris cap. 30. 73
de turpitudine & formoſitate mulieris ſecundum Alkindum ibidem 73
de dote mulieris & amore uxorio cap. 31 73
de electione & principio coniugij cap. 32. 74.
de fugitiuis ſeruis uel beſtijs & perditionibus cap. 33. 74
de latrone & furto cap. 34. 76
de duorum litigantium uictoria cap. 35. 84
de emptore & uenditore cap. 36. 85
de ſocietate & ſocijs cap. 37. 86
de loco inueniendi amicum cap. 38. 86
de inueſtigatione hoſtium & aduerſariorũ cap. 39. 86
de re communi petenda, uel quę per commune fieri debet cap. 40. 86
de emptionibus & uenditionibus cap. 41. 86
de litibus & prælijs & eorũ ſignificationibus cap. 42. 87
de regis uel principis uel cuiuslibet alterius lite, rixis aut cauſis, quas habet unus cũ alio ibidem 91
de inobedientibus regis & rebellibus, ſeu à rege deficientibus ibidem 95
de bello diutino exemplum cap. 43. 98
de obſidione & captione uillarũ & earum ſtatibus cap. 44. 101
de eunte ad obſidendum, ſi ea ciuitate obſeſſa potiatur exemplum cap. 45. 104
de uenatione cap. 46. 104
de uenatione plena & frequenti cap. 47. 105

de uena-

Index.

de uenatione & piſcatione in mari & aquis cap. 48. 105

PARS TERTIA.

de octaua domo & eius quæſtionibus cap. 1. 106
de homine abſente ſeu peregrinante ſi eſt uiuus uel mortuus cap. 2. 106
de nona domo & eius ſignificationibus cap. 3. 107
de uijs cap. 4. 107
de iter faciente & eius ſucceſſu cap. 5. 108
de celeri uel tardo reditu eius q iter ingreſſus eſt cap. 6. 109
de mora intrantis ciuitatem & hora cap. 7. 111.
de ijs qui remanent in regno aliquo poſt regis diſceſſum cap. 8. 112
de felicitate locorum præſentium & futurorum cap. 9. 112
de peregrinante quãdo reuertatur cap. 10. 112
de multis abſentibus & peregrinantibus cap. 11. 113
de uiſionibus ſomniorum & ſignificationibus eorum cap. 12. 114
de expoſitione ſomnij oblati cap. 13. 114
de naue & his qui in ea ſunt cap. 14. 115
de ſcientia uel ſapientia hominis ſi eſt uera uel falſa cap. 15. 117
de opere alkimiæ cap. 16. 117
de capto uel captiuo cap. 17. 117
de horis iudicium ibidem 122
de timente quidpiam & exulante cap. 18. 122.
de exulante & expulſo iudicium ibidem 123
de decima domo & eius quæſtionibus cap. 19. 125
de conſequutione officij à rege cap. 20. 125
de mora & manſione officialium in officijs ſuis cap. 21. 126
de perſeuerantia & durabilitate regum & habentium dominia, et uita eorum, et ad quem gradum faſtigij perueniãt cap. 22. 127.
de tempore durabilitatis in dominio cap. 23. 136
de cognitiõe principis dominij ex propria eius figura cap. 24. 137
de impetrationis dominij, dignitatis & officij à rege uel domino aliquo cap. 25. 138
de magiſterijs cap. 26. 139
de undecima domo & eius quæſtionibus cap. 27. 140
de re in qua quis habet fiduciam cap. 28. 140
de amoribus cap. 29. 141
de amicitijs & inimicitijs & concordijs cap. 30. 141
de cognitione euenientis boni uel mali inter duos cap. 31. 141
de cognitione temporis boni & mali cap. 32. 142
de duodecima domo & eius quæſtionibus cap. 33. 142
de curſu equorum & quis eorum uincet cap. 34. 142
de inimicis occultis & non nominatis cap. 35. 143
de uindictis cap. 36. 143
de electione duorum mecoenatum, uter eorum ſit benignior & melior cap. 37. 143

QVARTA PARS.

proœmium 144
de nutritione cap. 1. 144
de nato utrum ſit filius huius patris uel nõ cap. 2. 146
de hylech datore uitæ cap. 3. 147
de alcochoden cap. 4. 148
de ſignificatione alcochoden quando non habet bonitates completas cap. 5. 151
de additione alcochoden & eius diminutione cap. 6. 154
de athazir cap. 7. 157
de aphoriſmis qui non poſſunt excuſari cap. 8. 162
de forma & moribus nati, & formis planetarum & ſignorum cap. 9. 163
formæ planetarum ſingulorum ibidem 164
formæ ſingulorum ſignorum ibidem 166
forma Saturni ibidem 168
forma Iouis ibidem 169
forma Martis ibidem 170
forma Veneris ibidem 171
forma Mercurij ibidem 171
de ſignificationibus triplicitatis aſcendentis ibidem 172
de partibus aſcendentis & iudicijs eius cap. 10. 175
de ſecunda domo & eius ſignificationibus cap. 11. 178
de ſubſtantiæ fortuna cap. 12. 179
dominus ſecundę per domos reliquas diducitur ibidem 183
de tertia domo & eius ſignificationibus cap. 13. 184

Index.

de cognitione amoris & odij fratrum ibid. 186
de cognitione nobilitatis & ualoris fratrū ibidem 186
de quàrta domo & eius significationibus cap. 14. 189
de cognitione ſtatus patris cap. 15. 190
de temporibus impedimentorum parentū nati cap. 16. 192
de quinta domo & eius ſignificationibus, & ſtatibus filiorum cap. 17. 195
de cognitione temporum quibus filij excipiuntur ibidem 196
de tempore quo natus habebit filios ibid. 198
de cognitione numeri filiorum ibid. 198
de aphoriſmis collectis ex multis libris ad hoc neceſſarijs cap. 18. 198
ſignificationes dominorū triplicitatis quintæ domus ibidem 199

PARS QVINTA.

de ſexta domo & eius ſignificationibus cap. 1. 199
adiuncta ceu aphoriſtica ſuper dictam rationem ibidem 203
de multitudine gregis & animalium nati cap. 2. 203
de multitudine ſeruorum & ancillarum nati cap. 3. 204
de aphoriſmis huius ſeptimæ domus cap. 4. 205
de ſeptima domo & eius ſignificationibus cap. 5. 208
de tempore coniugij nati cap. 6. 208
de octaua domo & eius ſignificationibus cap. 7. 212
dicta Zaradeſt de his qui ſemel mortui reuiuiſcunt ibidem 218
de nona domo & eius ſignificationibus cap. 8. 219
aphoriſmi & iudicia itineris ibidem 220
de legibus & pietate cap. 9. 221
de decima domo & eius ſignificationibus cap. 10. 225
de magiſterio nati, & qua uitæ conditione magis delectetur cap. 11. 228
de audacia & metu cap. 12. 229
de undecima domo & eius ſignificationibus cap. 13. 233
de duodecima domo & eius ſignificationibus cap. 14. 236
de aphoriſmis neceſſarijs in natiuitatibus & quæſtionibus cap. 15. 239
de aſpectibus planetarum & primò de trino Saturni ibidem 239
de aſpectu quarto planetarum ibid. 240
de aſpectu oppoſito ibidem 242
de aſpectu ſextili ibid. 244
exiſtentia planetarum in angulis ibidem 245.
de domorū planetarum inter ſe permutatione ibidem 249

PARS SEXTA.

de firmitudine planetæ in temporibus annorum nati cap. 1. 251
de diuiſione & diuiſore cap. 2. 252
de iudicijs per ſignum applicationis planetarum, & Saturni quum eſt dominus anni cap. 3. 255
iudicium Iouis quum eſt dominus anni ibidem 257
iudicium Martis quum eſt dominus anni ibidem 258
iudicium Solis quum eſt dominus anni ibidem 261
iudicium Veneris quum eſt domina anni ibidem 262
iudicium Mercurij quum eſt dominus anni ibidem 264
iudicium Lunæ quum eſt domina anni ibidem 265
de iudicijs ſuper fridarijs cap. 4. 266
fridaria Veneris ibidem 268
fridaria Mercurij ibidem 269
fridaria Lunæ ibidem 270
fridaria Saturni ibidem 272
fridaria Iouis ibidem 273
fridaria Martis ibidem 275
fridaria Capitis ibidem 275
fridaria Caudæ ibidem 276
de ſignificationibus anni aut loci in quib. fuerunt planetæ in radice cap. 5. 276
de ſignificationibus planetarum exiſtentium in radice in uno loco, & in reuolutione in alio cap. 6. 277
de ſignificationibus planetarum inuentorum in reuolutionibus in locis, in quib. alij fuerunt planetæ in radice cap. 7. 277
ſignificationes Iouis in reuolutione ibid. 278
ſignificationes Martis applicantis ad locū in reuolutione radicis ſuæ, uel alterius planetæ ibidem 279
de ſignificationibus Solis exiſtentis in quolibet 12. ſignorum cap. 8. 280
de ſignificationibus Veneris, Mercurij, & Lunæ in reuolutione redeuntium ad ſua met loca

Index:

met loca in quibus fuerant in radice,uel ad loca aliorum planetarum, & primùm de Venere cap. 8. 281
significationes Mercurij reuertentis ad locum in quo fuerat in radice,uel ad locum aliorum planetarum ibidem 282
significationes Lunæ reuertentis in reuolutione anni ad locum suum in quo fuerat in radice,uel ad locum aliorum planetarum ibidem 282
de significationibus domini circuli cap. 10. 284
de applicatione planetarum ad gradum diuisionis,uel ad gradum applicationis,uel ad gradum ascendentis reuolutionis,uel ad Lunam reuolutionis,uel ad aliquã partium cap. 11. 284
de significationibus ascendentis reuolutionis anni cap. 12. 288
de applicationibus ad loca planetarum ibidem 289
de aphorismis ualdè necessarijs in hac disputatione cap. 13. 290
aphorismi ueluti claues significationum reuolutionis anni ibidem 291
de cognitione substantiæ patris per natiuitatem filij cap. 24. 294
de modo diuidendi dies & menses cap. 15.
PARS SEPTIMA. (295
procœmia 296
de regulis & radicibus quæ necessariæ sunt in hac ratione,& excusari non possunt cap. 1. 298
de principijs factorum cap. 2. 299
de signis & eorum significationibus cap. 3. 302.
de impedimentis Lunæ ibidem 303
de prima domo & eius electionibus cap. 4. 304
de ingressu balnei cap. 5. 304
de tondendis capillis cap. 6. 305
de phlebotomia & scarificatiõe cap. 7. 305
de abscindendis unguibus cap. 8. 305
de domo secunda & eius electionibus cap. 9. 306
de administratione & custodia facultatum, & petitione ac exactione debitorum cap. 10. 306
de emptione & uenditione cap. 11. 306
de uenditione prouentus cap. 12. 307
de summa totius soluenda cap. 13. 307
de acceptione capitalis seu summæ totius cap. 14. 307
de migratione de una domo in aliam cap. 15. 307
de opere alkimiæ cap. 16. 308
de tertia domo & eius electionibus cap. 17. 308
de initio docendi scientias legis cap. 18. 308
de quarta domo & eius electionibus cap. 19. 308
de fundamentis uillarum & domorum & aliorum iaciendis cap. 20. 308
de puteis fodiendis, riuis ducendis,seu zequijs faciendis cap. 21. 311
de emendis hæreditatibus & prædijs cap. 22. 311
de prædiorum seu hæreditatum cultu cap. 23. 311
de molendinis extruendis cap. 24. 312
de seminatione & plantatione cap. 25. 312
de locandis terris seu prædijs cap. 26. 312
de locandis domibus & prouẽtibus ad pensionem cap. 27. 312
de remouendo dæmonium & phantasma de domo cap. 28. 312
de domo quinta & eius electionibus cap. 29. 313
de iacendo cum muliere ut habeat filium cap. 30. 313
de dando natum nutrici cap. 31. 313
de disiunctione nati à mamilla cap. 32. 313
de tempore circũcidendi & baptizandi infantem cap. 33. 313
de incidendis & induendis nouis uestibus cap. 34. 313
de xenijs transmittendis cap. 35. 314
de cursoribus transmittendis cap. 36. 314
de scribendis chartis cap. 37. 314
de cibarijs cap. 38. 314
de uino & computationibus cap. 39. 314
de conficiendis rebus odoriferis & unguẽtis cap. 40. 315
de immittendis columbis ut alias ducant & pelliciant cap. 41. 315
de extractione fœtus ex utero matris cap. 42. 315
de sexta domo & eius electionibus cap. 43. 315
de medicatione infirmorum cap. 44. 315
de iniectione clysteris cap. 45. 316
de curatione oculorum cap. 46. 316
de ingestione medicinarum laxatiuarum cap. 47. 316
de oblatione medicinæ restrictiuæ cap. 48.
de irrhinis offerendis,et uomitorijs (317
& gargarismatis cap. 49. 317
de emptione seruorum cap. 50. 317
de tempore dandi legẽ seruis & captiuis,& de equis domandis cap. 51. 317

Index.

de emptione animalium cap. 52. 318
de ſeptima domo & eius electionibus cap. 53. 318
de coniugijs cap. 54. 318
de electionibus litis cap. 55. 320
de emptione armorum bellicorum cap. 56. 321
de indictione belli & pacis pactione cap. 57. 321
de pace paciſcenda cum inimicis ibid. 322
de diruptione caſtrorum et uillarum inimicorum cap. 58. 323
de præparatione armorum, inſtrumentorũ bellicorum & triremium cap. 59. 323
de participatione & omni re quæ ſit inter duos cap. 60. 323
de inquiſitione fugitiui cap. 61. 324
de uenatione per terram & per aquam cap. 63. 324
de luſu tabularum & ſcacchorum & taxillorum & his ſimilibus cap. 64. 325
de dormitione cum mulieribus cap. 65. 326
de octaua domo & eius electionibus cap. 66. 326
de teſtamento mortui cap. 67. 327
de cauſis redditiuum mortuorũ cap. 68. 327
de nona domo & eius electionibus cap. 69. 327.
de electionibus itineris cap. 70. 327.
de itineribus ex cauſa ſpaciandi cap. 71. 329.
de eo qui citò redire cupit de ſuo itinere cap. 72. 329
de itineribus clandeſtinè faciendis cap. 73. 330
de itineribus per aquam ſeu nauigatione cap. 74. 330
de nauis emptione, aſcenſu, & eius motu cap. 75. 331.
de proiectione nauis in aquam cap. 76. 331
de addiſcere ſcientias & documenta cap. 77. 333
de illius ingreſſu in ciuitatem qui uenit ex itinere cap. 79. 333
de decima domo & eius electionibus cap. 80. 334
de ingreſſu ad dignitatem cap. 81. 334
de electione facienda pro dignitate terræ uel ciuitatis aut pro redditibus, aut pro lege cap. 82. 337
de dignitatum alcaydiarum ſeu poteſtatũ uitæ et mortis cap. 83. 337
de dignitate cancellariæ aut ſcribarum aut eorum qui ſeruant libros computationũ cap. 84. 337
de electione facienda inter æquales ſuper creatione præfecti uel ducis cap. 85. 337
de eo qui uult ire cum rege uel alio domino cap. 86. 338
de poſitione regis in domo ſui dominij cap. 87. 338
de eo qui uult oſtendere rationem ſuam coram rege cap. 88. 338
de petendo à rege ſui defenſionem cap. 89. 339
de addiſcere magiſteria cap. 90. 339
de pugillatoria & arma tenere cap. 91. 339
de addiſcendo natare per aquas cap. 92 339
de undecima domo & eius electionibus cap. 93. 339
de rebus ex quibus paratur nomen bonum & fama cap. 49. 339
de complendo promiſſiones & poſtulando petitiones cap. 95. 340
de ambitione amoris & amicitiæ alicuius cap. 96. 340
de duodecima domo & eius electionibus cap. 97. 340
de curſu equorum cap. 98. 340
de modo inueniendi horam, in qua rex uel alius quiſpiam capiat inimicum ut minus potentem cap. 99. 340
de ſignificationibus horarum cap. 100. 341
de hora Solis ibidem 340
de hora Veneris ibidem 341
de hora Mercurij ibidem 341
de hora Lunæ ibidem 341
de hora Saturni ibidem 342
de hora Iouis ibidem 342
de hora Martis ibidem 342
de electionibus ſecundũ motum Lunæ per manſiones cap. 101. 342
de temporibus in quibus ſpes habetur & creditur quòd petitiones fiant cap. 102. 346.

PARS OCTAVA.

de reuolutionibus annorum ibidem 352
de regulis in reuolutionibus neceſſarijs, & quæ excuſari non poſſunt cap. 1. 352
de annis ſignificantibus fertilitatem in terra uel ſterilitatem cap. 2. 353
de annis ſignificantibus bella & prælia cap. 3. 354
de cognitione & inuentione domini anni cap. 4. 356.
de coniunctionibus planetarũ ſecundum opinionem Hermetis per omnia ſigna cap. 5. 362

de cogni

Index.

de cognitione ſtatus populi cap 6. 365
de ſignificationibus planetarum exiſtentiũ in aſcendente & in aliis domibus. & primùm de Saturno, & conſequenter de aliis cap. 7. 369
ſignificationes Iouis exiſtẽtis in domibus figuræ in reuolutione anni ibidem 370
ſignificationes Martis exiſtentis in qualibet domo ibidem 371
ſignificationes Solis per domos ſingulas ibidem 372
ſignificationes Veneris per omnes domos ibidem 372
ſignificationes Mercurij per domos ſingulas ibidem 373
ſignificationes Lunæ per domos ſingulas ibidem 373
de cognitione loci terræ in quo eueniet accidens cap. 8. 374
de ſignificationibus planetarũ quum ſunt domini quartarum anni, & primùm de Satur. & ſic deinceps de aliis cap. 9. 375
de cognitione locorum in quibus res eueniet cap. 10. 376
de reuolutiõe anni generaliter inquiſita, & per ſingulos planetas cap. 11. 377
de iudicijs partium cap. 12. 379
de ſignificationibus litis cap. 13. 379
de ſtatibus regum & eorum duratione cap. 14. 381
de durabilitate illius qui regnat cap. 15. 381
de morte regum cap. 16. 382
aphoriſmi de uita regum ibidem 383
de mutatione regum cap. 17. 384
de regibus & uita eorum cap. 18. 386
de cognitione tẽporis mortis regis per reuolutionem anni mundi cap. 19. 386
de cognitione uitæ regis per annum coronationis ſuæ cap. 20. 386
de modo cognoſcendi cauſas & negocia regum cap. 21. 387
de modo conſyderandi reuolutionem anni mundi per cathedram regis cap. 22. 387
de iudicijs planetarũ exaltatorum ſupra ſe uicißitudinariè cap. 23. 388
de coniunctionibus planetarum cap. 24. 390
de ſignificationibus applicationum planetarum inter ſe, & primò de applicatione Iouis ad Saturnum cap. 25. 391
ſignificationes coniunctionis Martis cum Saturno, & eorum applicationes ibid. 391.
ſignificationes cõiunctionis Solis cum Saturno, & eorum applicationes ibid. 391
ſignificationes cõiunctionis Veneris cum Saturno, & eorum applicationes ibidem 391
ſignificationes coniunctionis Mercurij cũ Saturno, & eorum applicationes ibid. 392
ſignificationes coniunctionis Lunæ cum Saturno, & eorum applicationes ibid. 392
ſignificationes coniunctionis Martis cum Ioue, & eorum applicationes ibid. 392
ſignificationes coniunctionis Solis cum Ioue, & eorum applicationes ibid. 932
ſignificationes cõiunctionis Veneris cum Ioue, & eorum applicationes ibid. 392
ſignificationes coniunctionis Mercurij cũ Ioue, & eorum applicationes ibid. 393
ſignificationes coniunctionis Lunæ cum Ioue, & eorum applicationes ibid. 393
ſignificationes coniunctionis Solis cum Marte, & eorum applicationes ibid. 393
ſignificationes cõiunctionis Veneris cum Marte, & eorum applicationes ibidem 393
ſignificationes coniunctionis Mercurij cum Marte, & eorum applicationes ibidem 393
ſignificationes coniunctionis Lunæ cum Marte, & eorum applicationes ibidem 394
ſignificationes coniunctionis Solis cum Venere, & applicationes planetarum ad Venerem ibidem 394.
de modo cognoſcendi accidentia & diuerſitates aëris in temporibus anni, & calores & frigora & tempeſtates cap. 26 394
de pluuijs & tonitruis & corruſcationibus & uentis cap. 27. 395
de apertione portarum pluuiarum, uentorum, calorum, & ſimilium cap. 28. 396
de Athazir cap. 29. 396
de cognitione temporum in quibus ſperanda eſt pluuia cap. 30. 397
de morbis popularibus, ſalubritate, ſterilitate & abundantia anni cap. 31. 397
de ſterilitate & fertilitate anni ibidem 398
de cognitione futurarum litium, bellorum, combuſtionum & ſubuerſionum cap. 32. 398
de precio rerum cap. 33. 399
de precio rerum ſecundum Atabarim ibidem 400

de eo

Index.

de eo quòd habent planetæ & ſigna in climatibus & uillis mundi cap. 34. 403
de partionibus ſignorum per uillas cap. 35. 403.
de potentia planetarũ in climatibus & partitione terræ cap. 36. 406
de longitudinibus & latitudinibus ciuitatum, ſecundum quòd Harix in ſuis tabulis tradidit, incipiens ab occidente, & per quamlibet ciuitatem diſcurrens cap. 37. 407
de modo inueniendi duas partes & extrahendi cap. 18 408
de modo cognoſcendi ſignum applicationis aſcendentis, permutationis, coniunctionis, quæ ſignificauit legem Maurorum cap. 39. 409
de modo ſciendi has applicationes & partitiones in lege Mahometi cap. 40. 410
de uiſione cometarum cap. 41. 410

FINIS.

ALBOHAZEN HALY filii Abenragel liber de Iudicijs astrorum.

PROOEMIVM INTERPRETVM.

Ic est liber magnus & cõpletus, quem Haly Abenragel filius, summ⁹ Astrologus composuit de iudicijs astrorũ: quem Yhuda filius Muscæ ex præcepto domini Alphonsi Romanorum & Castellæ (Dei gratia) Regis illustris, transtulit de Arabico in maternũ, uidelicet Hispanicũ idioma: & quem Aegydius de Tebaldis Parmensis, aulæ imperialis notarius unà cũ Petro de Regio ipsius aulæ protonotario transtulit in Latinum. Diuidit autẽ liber iste in octo partes, quarum capita patebunt. Dixit autem Haly filius Abenragel: Gratias uni Deo uictoriofo, honorato, potenti, creatori noctis & diei, detectori occultorum, scientiarũ & puritatum: ipsi qui creauit, ęquauit, iudicauit, direxit, interfecit, uiuificauit: domino libertatis, mercedis, honoris, & regni: ę est primus sine principio cognito, & postremus sine fine terminato creauit cœlos circumferentiales, & stellas mouentes, & cœlum cooperiens, & terram sufferentẽ. Et est ille cuius omnes res quas uisus attingũt, & recipiũt cogitatus & sensus, in omnibus signalibus & significationibus demonstrant dominium & uirtutem suam, & quales salutationes sint sup̃ eos, qui fideliter in eum credunt.

PROOEMIVM AVTORIS.

STE est liber, in quo multos sensus adiunxi de scientia stellarum & mirabilium suorũ secretorũ, quem collegi ex multis libris sapientũ huius scientiæ, cui etiam addidi id quod ego addendũ iudicaui, tam per intellectũ quàm per opinionem meam, & quod per experientiam inueni: quoniam hæc scientia stellarum est grandis & alta multũ, cùm non possit amplecti, neq; ille qui sapiens est in ea, possit ipsam totam explanare neq; diuidere per differentias suas. At quamuis hæc scientia sit partium separantium & iudiciorum diuersorum & secretorũ cęlatorũ, tamen sapiens & intelligens, subtilis & acutus diuidit eam à se per intellectum & subtilitatem suam, & acuitatem suæ naturę: quoniam ignauus si quis in ea uersatur, crebro impingit, & nimia mole pressus opprimit̃. Hunc ergo librum quo potui studio (ut dixi) à me collectum & confectũ, uobis huius scientiæ studiosis do, qui continet omnem materiam & scientiæ ordinem à principio suarũ radicum usq; ad complementũ omniũ partitionum suarum. Incepi autem primò loqui de signis & suis naturis, & de planetis & suis qualitatibus, & de rebus quæ excusari non possunt quin præponãtur anteq; loquamur de iudicijs. Deinde locutus sum de quæstionibus, quas in tres partes diuisi. Postea locutus sum de natiuitatibus, easq; in duabus partibus sum prosequut⁹. Quarto uersor in reuolutionibus annorũ nati, ponens eas in una parte. Tandem dixi de reuolutionibus annorum mundi, posuiq; eas in una parte, quæ octaua & ultima huius operis pars est.

ALBOHAZEN HALY filii Abenragel libri de iudiciis astrorum prima pars, quæ in sexaginta capita diuiditur, quorum primum de signis agit, &c.

De Signis, Cap. I.

DVODECIM sunt signa in cœlo similia mẽbris corporis, quorum naturis elemẽta quatuor gubernãtur, quæ principia & radices sunt omnium corporum, suntq; in eis retenta, & propter existentiam planetarũ in signis, & introitum eorum in illa, & exitum de ipsis fiunt diuersitates temporum & aëris, & augmentũ caloris & frigoris quolibet anno. Principiũ autem signorum est Aries, quem sequitur Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces. Horum signorum sex sunt septẽtrionalia, scilicet à capite Arietis usq; ad finem Virginis: sex meridionalia, scilicet à capite Libræ usque ad finem Piscium. Animaduerte etiam quòd linea quæ transit per caput Arietis & caput Libræ est circulus directus, in quo æquãtur nox & dies & diriguntur: & quòd quando unum signorum ascendit in una parte, subit suũ oppositum in alia, de oriente uidelicet ad occidens: propter quã diuersitatẽ fit longitudo & breuitas diei, & eiusdẽ augmentũ & diminutio in suis horis & ascẽsionibus. Horum rursus signorũ aliqua sunt ignea, terrea, aërea, & aquatica. Rursum ex his alia sunt in forma hominum, alia in forma ferarum: alia in forma bestiarum, alia in forma reptilium. Quorum rursus alia sunt muta, alia rationabilia, alia generatiua, alia sterilia, alia integra, alia fracta, alia masculina, alia fœminina, alia fortunata, alia infortunata, alia amara, alia salsa, alia dulcia, alia acria. Alia crescentia in ascensionibus, alia decrescentia. Alia orientalia, alia occidentalia. Alia meridionalia, alia septẽtrionalia. Aries, Leo, & Sagittarius sunt ignea: Taurus, Virgo, & Capricornus terrea: Gemini, Libra, & Aquarius aërea: Cãcer, Scorpio, & Pisces aquatica. Eorum masculina sunt ignea & aërea, fœminina uero terrea & aquatica. Masculina eorum sunt fortunata, fœminina infortunio obnoxia. Porrò in forma humana sunt Gemini, Libra, Aquarius & Virgo: in forma bestiarũ Aries, Taurus, Capricornus, & Sagittarius: in forma ferarum Leo: in forma reptilium Cancer, Scorpio, & Pisces. Signa rupta sunt Aries, Leo, & Pisces: alia uerò sunt integra. Signa rationabilia sunt Libra, Aquarius, Gemini, & uirgo. Habentia uocem, Aries, Leo, Taurus, Capricornus, & Sagittarius: muta, Cancer, Scorpio, & Pisces. Signa multorum filiorum, Pisces, Cancer, Scorpio: paucorum filiorum, Aries, Taurus, Sagittarius, Capricornus, & Libra: sterilia, Leo & Gemini. Ptolemæus uerò uult, quòd signa paucorum filiorum sint Aries, Taurus, Libra, Sagittarius, Capricornus, & Aquarius: multorum filiorum Cancer, Scorpio, & Pisces: sterilia, Gemini, Leo, Virgo. Signa multi usus cum muliere sunt Aries, Leo, Capricornus et Pisces. Oriẽtalia Aries Leo, & Sagittarius: occidentalia Gemini, Libra, & Aquarius: meridionalia Taurus, Virgo, & Capricornus: septẽtrionalia Cãcer, Scorpio, & Pisces. Aërea Taurus, Capricornus & Virgo: amara Aries, Leo, & Sagittarius: dulcia Gemini, Libra et Aquarius: salsa Cancer, Scorpio & Pisces. Debilia Aries, Sagittarius, & Capricornus: fortia Leo, Scorpio, & Aquarius. Directa à principio Cancri usq; ad finẽ Sagittarij, tortuosa à principio Capricorni usq; ad finẽ Geminorũ. Horum signorũ naturæ mutantur propter motus suos in circũferentia, quia eorũ calidũ efficit frigidũ, & frigidũ calidũ, & humidũ siccũ, & siccum humidũ: qm̃ Taurus in oriẽte est tepidus, in occidente frigidus: Gemini est calidus et siccus in oriente, in occidẽte frigidus et humidus: Cancer est in oriẽte calidus et siccus, in occidente frigidus et humidus: Leo est in oriẽte calidus et siccus, in occidẽte frigidus et humidus: Virgo in oriẽte calidus, tepidus, in occidente frigidus et humidus: Sagittarius in oriẽte frigidus et humidus, in occidente calidus et siccus: Capricornus in oriẽte frigidus et siccus, in occidente frigidus et humidus: Aquarius et Pisces ambo sunt in oriẽte et occidente frigidi et humidi.

De

De terminis. Cap. II.

TErmini ſunt partes ſignorũ, quorum quinq; ſunt in quolibet ſigno: & eorum quatuor ſunt conuenientes quatuor qualitatibus uidelicet caliditati & ſiccitati, frigiditati & ſiccitati, caliditati & humiditati, frigiditati & humiditati. Natura quinta eſt cõmixta ex quatuor naturis ſecundũ cõmixtionem cõplexiõis Mercurij, qui modò eſt ſiccus, modò calidus, modò frigidus, modò humidus. Quando ergo in quemlibet horum terminorũ intrat aliquis Planetarũ, fit ſe fortior ſi fuerit cõueniens naturæ ac formæ ſuæ, & debilior ac peior ſi fuerit diuerſus à natura & forma ſua. Itaque ſi terminus fuerit frigidus & ſiccꝰ, & planeta ſimiliter frigidus et ſiccus, creſcit in frigiditate & ſiccitate ſua: quemadmodũ ſi fuerit calidus & ſiccus, aſcendit in caliditate & ſiccitate ſua: & ſi fuerit frigidus & humidus, creſcit in frigiditate & humiditate. Terminus qui eſt calidus & ſiccus mutat planetam qui eſt frigidus et humidus, propter calorem & ſiccitatem ſuam: & terminꝰ qui eſt frigidus & humidus, mutat planetã qui eſt calidus & ſiccus, propter frigiditatẽ & humiditatẽ ſuam. Quod ſi terminus fuerit de terminis fortunatis, & intrat in eum planeta fortunatus, augetur tunc eius bonitas, prouentus, & fortuna, ut cùm terminus infortunatus eſt, & intrat in eum planeta infortunio laborans, augeẽ eius malum, infortunium & damnum: idq; uel eo maximè ſi fuerit in ſigno conuenienti planetæ in natura & qualitatibus ſuis. Exemplum, ut ſi Mars fuerit in ſigno igneo & termino: uel Saturnus in ſigno terreo & termino terreo. Etiam ſecundũ hoc iudiciũ mutanẽ colores. Si eñ color termini cõueniẽs fuerit colori ſigni, augeẽ color ille & creſcit groſſedo illius tincturę. Exẽ plũ ſit terminus Martis exiſtentis in Ariete uel Leone aut Sagittario, tũc eñ creſcit & augetur eius rubedo: ut ſi terminus Saturni fuerit in Libra, Scorpione, uel Capricorno, creſcit & intenditur eius nigredo & obſcuritas. At ſi planeta fuerit in ſignis diuerſis, diuerſus fit & minuitur ille color à ſtatu in quo erat, & debilitatur ac minuitur rubedo, & nigredo ſimiliter attenuatur: & fit rubedo debilioris coloris, hoc eſt, minoris rubedinis: mutatur ſimiliter niger & trahitur ad uiridem, ſecundum commixtionem coloris termini cum colore ſigni. Dominus enim termini quando eſt in ſuo termino, habet maius poſſe in illo ſigno, quã dominus domus uel dominus exaltatiõis exiſtentis in locis peregrinis. Nam ſi fuerit dominus termini in ſuo termino, & dominus ſigni in alio ſigno irradians ſuper ipſum radios ſuos: dominus termini habebit maius poſſe in illo ſigno quàm dñs ſigni, & ſua erit ſignificatio. Et ſi fuerit dominus termini in ſuo termino & ſua domo, tunc corroboratur ſignificatio ſua, & extenditur factum & propoſitum ſuum. Cuiuſuis ergo planetæ intrantis quoduis ſignorum diminuentiũ ipſum, quando fuerit in ſuomet termino, ab illo ſigno minuitur damnũ, & fortius fit ad depellendum à ſe damnum. Et ſi planeta intrat aliquod ſignorum fortunantium ipſum, & fuerit in ſuomet termino, cõpletur tunc fortuna ſua, & proſperatur factum ſuum, & corroboratur in omnibus ſignificatiõibus & factis ſuis et auxilio Dei.

De faciebus, Cap. III.

SCIas quòd in quolibet ſigno ſunt tres facies, & quòd in qualibet facie ſunt ea quæ dixerũt ſapientes de formis, figuris, & ſimilitudinibus: quoniam hæ ſortes ſunt per planetas diuiſæ ſecundum ſuam ordinationem in cœlis. Vnde quando peruenit partitio ad planetã inferiorem, inde reuertitur, aſcendit, & rurſum incipit ab alto deſcẽdere. Et quòd hæ facies habent naturas & figuras cõuenientes naturis & figuris dominorum ſuorum, ſimiliterq; conueniunt cum illis in ſignificationibus, proprietatibus, & factis ſuis. Prima facies Arietis eſt Martis, & eſt facies audaciæ, fortitudinis, altitudinis, & inuerecundiæ: & eſt completa & firmata in proprietatibus & uirtutibus ſuis. Secunda facies Arietis eſt Solis, & eſt nobilitatis, altitudinis, regni & magni dominij. Tertia eſt Veneris, & eſt fœminæ ſubtilitatis in opere, & manſuetudinis, ludorum, gaudiorum, & hilaritatis. Prima facies Tauri eſt Mercurij, quæ completa eſt in ſua natura, et eſt facies arandi, ſeminandi, ædificandi, comitias habendi, documentorum & ſapientiæ in terris diuidendis, & in Geometria. Secunda facies eſt Lunę, & eſt potentię, nobilitatis, dignitatis, & depopulandi uillas, et neceſſitatis ſuper populos. Tertia facies eſt Saturni, & eſt miſeriæ, ſeruitutis, feritatis, neceſſitatis, & uilitatis. Prima facies Geminorum eſt Iouis completa in ſua natura, & eſt ſcriptionis, numeri, dandi, & acci-

piendi, petitionum & ſapientiarum in quibus nō erit utilitas. Secunda facies eſt Martis, & eſt pīſuræ, laboris, & ſtudij inquirēdi res cum labore, & agilitatis dehoneſtæ. Tertia facies eſt Solis, & eſt obliuionis, dedignationum, tocandi, illudendi & audiendi. Prima facies Cancri eſt Veneris completa in ſua natura, & eſt fortitudinis, ſenſus, & eorum qui ab hominibus fauorē cupiunt, ſubtilitatis & communitatis. Secunda facies eſt Mercurij, & eſt iocationis, hilaritatis, mulierum, diuitiarum, & ubertatum. Tertia facies eſt Lunæ, & eſt uenationis, inſequendi fugientes, habendi res per arma & rixas, & cōtrariandi hominib. Prima facies Leonis eſt Saturni, completa forma, & eſt crudelitatis, maleficiorum, & uiolentiarum, ſuſtinendi labores, audaciæ, ac libidinis. Secunda facies eſt Iouis, & eſt rixarum neſcientium, & neceſſitatis miſerorum, victoriæ uilium per neſcios, occaſionum trahendi enſes & præliorum. Tertia facies eſt Martis, & eſt amoris, ſocietatis, non cedendi nec dimittendi de ſuo ꝓpter rixas uitādas. Prima facies Virginis eſt Solis & eſt ſeminandi & arandi, herbarum, populationum, congregandi diuitias, & dirigendi uictum ſuum. Secunda facies eſt Veneris, & eſt lucrationum, inquirēdi ſubſtantiam, congregandi auarē, & auarum fieri, et promouendi ſe ex auxilio aliorū. Tertia facies eſt Mercurij, & eſt ſenectutis, debilitatis, pigritiæ, & debilitatis mēbrorū propter infirmitatem, euellendi arbores, & populationes depopulandi. Prima facies Libræ eſt Lunæ, & eſt iuſtitiæ, iuris & ueritatis, ſeparandi fortes malos à debilibus, adiuuandi miſeros & pauperes: & eſt facies completæ figuræ & naturæ. Secunda facies eſt Saturni, & eſt quietudinis, ubertatis, & bonæ uitę, quietę & ſecuræ. Tertia facies eſt Iouis & eſt guloſitatis, ſodomitatis, cantationū, hilaritatis, & ſequendi malos ſapores. Prima facies Scorpionis eſt Martis, completa in figura & natura, & eſt rixarum, triſtitiarum, deceptionum, detractionum, perditionum & inſidiarum. Secunda facies eſt Solis, & eſt litigioſorum, delatorum, ſeminantium malum & rixas inter homines, & pertinacium rixarum quas incipiunt. Tertia facies eſt Veneris, & eſt bellorum, & ebrietatis, ac uiolentiarum, fornicationum uiolentarum. Prima facies Sagittarij eſt Mercurij, & eſt audaciæ, libertatis, & militiæ. Secunda facies eſt Lunæ, & eſt timoris, ploratus, dolorum, & timendi ſemper ſuo corpori. Tertia facies eſt Saturni, & eſt mordicus tenēdi uoluntates ſuas & non remouendi ſe abillis, contrariandi. cedendi, agilitatis in malo, rixis, & rebus abhorrendis. Prima facies Capricorni eſt Iouis cōpleta in figura & natura, & eſt ſpaciandi, gaudēdi, lucrādi ac perdendi cum debilitate ac uilitate. Secunda facies eſt Martis, & eſt petendi res quæ ſciri non poſſunt, et poſtulandi quæ peruenire non poſſunt ad finem. Tertia facies eſt Solis, et eſt cupiditatis gubernandi ſubſtantiam, non ſufficiendi ſibiipſi et ſuſpicandi. Prima facies Aquarij eſt Veneris, et eſt continuæ anxietatis pro lucro, & nunquā quieſcendi, laborum, minutionum, defectus, paupertatis et uilitatis. Secunda facies eſt Mercurij, et eſt formoſitatis, intellectus, māſuetudinis cum modeſtia et non iraſcendi, bonorū morum, complementi ſuæ figuræ & libertatis. Tertia facies eſt Lunæ, et eſt delationum et litigantium. Prima facies Piſciū eſt Saturni, completa in figura et natura, et eſt nō anxiandi in ſuis factis, cogitationum multarum, itinerum, mutandi ſe de uno loco in alium, inquirendi ſubſtantiam et nomen. Secunda facies eſt Iouis, et eſt elationis uehementis, uoluntatis altæ, petendi ac intromittendi ſe rebus magnis et altis. Tertia facies Piſcium eſt Martis, et eſt fornicationis et concubitus, magnæ delectationis cum mulieribus, & diligendi quietes. Scito quòd in iſto capite eſt ſecretum minimè notum, neq; intelligibile, niſi iis ſapiētibus qui res habēt expertas, & ex ſua ſagacitate queūt res occultas & obſtruſas inuenire: quia planeta frangit planetam, terminus frangit faciem, facies frangit domum, & naturæ ſe mutuo uincunt. Aqua enim ignis calorem extinguit, & ignis remouet frigiditatem aquæ, & aqua humectat ſiccitatem terræ, & terra deſiccat humiditatē aquæ: ga naturę quando inter ſe coniungūtur, ſe mutuo uincunt, fortior ſemper debiliorem: & ſi quando ſe æquāt ęquali pondere & uirtute, tunc temperanť et ęquanť in potētijs & operib. ſuis: ut Sol corroborať per naturam Martis, & Mars per naturam Solis. Magna præterea durabilitas in natura eſt, dominium & defectus in ſuo complemento: quia in complemēto ſalutis eſt infirmitas, & in cōplemento fructus colligitur: & illud com-

plementum

plementum eſt pro ſuo damno. Et corpus magnum diruit paruum & debile, propter põderoſitatem & fortitudinem ſuam, & paruum impedit magnum propter ſubtilitatem & acuitatẽ ipſius: ſicut magnus coluber interficit formicã propter ſuam fortitudinẽ, & paruæ formicæ, quando ſe congregant, propter ſubtilitates & acuitates ſuas colubrem occidunt. Saturnus in domibus Martis eſt multorum uerborum propter linguam: dicit enim quod non facit, & immittit ſe rebus quæ compleri non poteſt: & formidoloſus & debilis ex ſui natura cùm ſit, præ ſe fert audaciam & fortitudinem, inſequiturq; debilem ſibi obuium, eumq; uincit, facileq; uincitur uel ab æquali. In domo Solis, rex uilis & altitudo mala, ſua fama maior quàm ſuũ poſſe: rex exaltat eum, & eius uilitas de ſui natura deprimit ipſum. In domibus Iouis oſtendit ſe cuſtodem legis, & in ſuis ſecretis non cuſtodit eam: & oſtendit quòd mala fama legem defendat: & illud quod eſt apparens de eo eſt melius quàm quod abſcondit̃, trahit ad hæreſim propter uelamen ſuum. In domibus Veneris oſtendit hilaritatẽ, puritatem & fœditas & turpitudo ſunt de ſui natura: limpidum facit ſe & non apparet in eo, abhorret ſuas mulieres & ſuos filios, ſimilitudo beſtiæ neſciæ, totus cogitatus eius eſt ad reficiendum uentrem ſuum, & eius in luxuria uoluntatem. In domibus Mercurij eſt proditor & deceptor, ſapiens de malis moribus, & de ſcientijs damnabilibus: uendicat ſe hominibus ut nigromãticus, et quòd operetur de nigromantia. In domibus Lunæ eſt piger, feſſus, mendicus & pauper. In ſuiſmet domibus facit per ſui naturã, ſeminare riuos & puteos, fodere & ædificare, & eſt ſemper laborator, nihil ſibi parcens. Habes exemplum & rationem commixtionis, ſecundum quam commiſcentur naturæ fortunatæ cum infortunatis, ut propriè & opportunè uidere licet in natiuitatibus, ut dicitur in libro de Alfore. Quando fuerit (inqt) Sol in prima facie Arietis, quæ eſt facies Martis, ille natus erit potens, ualens, dominator: diligit interfectiones & arma equos & quę his ſimilanť. Et ſi fuerit in ſecũda facie quæ eſt ſui ipſius, erit homo clarus, celebris de bona fama, laudatus & abundans: diligit prælia pulchro modo, & erit fortunatus & uictorioſus. Et ſi fuerit in tertia facie quę eſt Veneris, erit homo fœmineus, aſſimilis mulieribus: diliget eas, & cupiet cũ eis comedere, bibere, & qeſcere.

De naturis planetarum, Cap. IIII.

PLanetæ ſe adiuuant propter conuenientias ſuas, & ſe diſturbant propter diſcordantias & propter ſuas diuerſitates. Et domus eſt inimica domui, & exaltatio exaltationi, & unum cœlum alteri. Nam quod fit per cœlum Saturni, deſtruitur per cœlum Lunæ: & quod per cœlũ Iouis fit, deſtruit̃ per cœlũ Mercurij: & quod fit per cœlum Martis, deſtruitur per cœlum Veneris. In loco quoque ubi eſt exaltatio Saturni eſt caſus Solis, & ubi deprimitur Sol exaltatur Saturnus. Sic ubi exaltatur Iuppiter cadit Mars, & ubi cadit Mars Iuppiter exaltatur: & ubi exaltatur Mercurius cadit Venus, & ubi cadit Mercurius exaltatur Venus. Itidem & ſigna concordant inter ſe propter ſuas naturas, licet diuerſa ſint in formis, materiebus, & quantitatibus ſuis. Signa concordantia ſunt ea quæ concordant in aſcenſionibus, diſcordantia quæ diſſentiunt in eis. Quin & planeta eſt inimicus alterius planetæ, quando ſe aſpiciunt de quarto uel oppoſito, & diligunt ſe & concordant, quando ſe aſpiciunt de tertio uel ſextili. Quando planeta aſpicit alium planetam de domo ſui caſus, inimicat̃ ei & abhorret eum. Verbi gratia, ſi fuerit Saturnus in caſu exaltationis, aut in domo Veneris, & aſpexerit Saturnus Venerem, ille aſpectus eſt inimicitiarum. Etiam quãdo aſpicit eum de duodecima domo à domo ſua, ſimiliter abhorret eum. Et quando ſuum factum reuertitur ſuper eum, abhorret ſimiliter illum. Et quando non recipit eum, ſimiliter abhorret ipſum. Et quando eſt diuerſus ab altero in ſua forma & ſuo facto, abhorret eum ſimiliter. Planetæ quando inimicantur & ſe abhorrent, in damno eſſe uolunt factum & ſignificationem ſuam.

De Sole.

SCito quòd Sol eſt lumen & candela cœli, gubernator mundi, factor temporum: nam per eum fiunt planetæ orientales & occidentales, per eum fiunt apparentes & occulti, per eum mouetur omnis res ſe mouens, & per eum naſcitur omnis res naſcens, per eum creſcit omnis res creſcens, & creſcit omne folium & maturatur omnis fructus. Ipſe eſt ſpiritus

cœli magnus: quia in eo uiuificantur signa, & quodlibet signum quando est in eo, habet potestatem super alia signa, quoniã ipsum uiuificat & illuminat, & dat ei fortitudinem & calorẽ, & applicat ipsius signi calorẽ, fortitudinem, & uirtutẽ terræ: quemadmodũ ex naturis & factis eius colligi potest in omnibus rebus, & in cunctis animatis & inanimis existẽtibus in terra. Et quando exit de signo aliquo, remanet signum illud in similitudinem corporis defuncti, ꝺd spiritum & motum non habet. Idem faciunt omnes reliqui planetæ: quia quando aliquis planeta ingreditur aliquod signum, tunc signum illud habet potestatem super alia signa uacua: & illud signum in quo est planeta, uitat alia signa uacua, sicut corpus uiuum abhorret mortuum quum uenit ad ipsum. Per Solem fit decursus aquarum, motus uentorum, nascuntur nubes, & ueniunt pluuiæ. In summa Sol est planeta magni dominij, potentiæ, nobilitatis, altitudinis, & magnitudinis. Fortunat enim aspectu suo, & coniunctione corporali infortunium adfert: quia quando planeta aliquis cum eo coniungitur, comburit eum, uincit, & extinguit lumen & lucem eius. Est etiam in quęstionibus petitionum demonstrator rerum quæ uincuntur & moriuntur, ac rerum fortium ad quærendum. Et quemuis planetã qui coniungitur ei, & intrat sub radijs eius, facit paruum & uilem. Ipse significator est patrum, eiusq; locus in firmamẽto est quartus, & assimilatur patribus in formis & factis suis. Nam quando Luna ei cõiungitur, hora coniunctionis quodãmodo similitudinẽ unionis uiri & mulieris repræsentat, dum separata ab eo initium renouatæ lucis & luminis emittit, idq; eũdo (ut matres liberos) adauget, & in perfectã rotunditatem redigit, ad similtudinem sui patris, qui id nasci fecit & accendit. Repræsentat etiam quid de corpore humano, quia eius exaltatio est in Ariete, quod est in hominis partitione caput. Habet etiam similitudinẽ quandam cum membris intrinsecis & stomacho, cui assimilatur in decoctione aquarum in uentre terræ, dum crassitudinẽ eius facit subtilem, & clarificat turbidũ, et maturat ipsum suo calore, fortitudine, natura & proprietate: & trãsmittit eis subtile ad summitatem arborum & ramorum, omnisq; arbor & planta & herba de eo recipiũt suam partem, ut stomachus qui primũ coquit eibaria missa in eum, & eorum bonum, clarũ, & subtile transmittit ad hepar, & hepar diuidit ipsum per uenas. & quęlibet uena suã accipit partem secundum suam quantitatẽ, & quod ad se pertinet. Sol præterea melior & nobilior omnibus alijs planetis, & in nobilitate clarior: quia natura sua operatur in omnibus naturis, & nulla naturarũ aliarum operatur in eo. Eius domus est melior, nobilior, & in nobilitate celebrior omnibus alijs domibus. Et exaltatio eius similiter aliorum exaltatiões excedit, facies similiter ac triplicitates. Locus eius in cœlo est quartus, scilicet medius 7. planetarũ: sicut rex sapiens qui per sensum manu tenet regnũ suum, & ex cõsideratione ponit sedem suam in medio regni sui, ut per omnia latera attingat. Dedit Marti suã militiã, & ut eius dux esset: quia cœlũ Solis est sub cœlo Martis, et conuenit natura & calor huius cũ natura & calore illius. Dedit Ioui sua iudicia propter temperiem, honestatem, saluationem, & suæ complexionis salutẽ: & quia non est in eo qualitas mala nec peccãdi natura. Dedit regnũ Saturno, quia planetæ omnes sua lumina mittũt ad eum, & suas considerationes. Dedit Veneri collectionem reddituũ, & uendendi reddĭtus & emendi potestatẽ, quia eius cœlum appropinquat suo & sunt uicini. Dedit Mercurio scriptionũ potestatem, quia status eius est sicut status scriptoris regis, ex cuius arbitrio uadit & sedet. Dedit Lunæ algazilaticũ, quia est similis algazilo, id est, nũcio regis: qñ facit sua mãdata, & defert ea quocunq; præcipit. Algaziæ sunt societates se ab exercitu separantes ut damnum inferant uel lucrentur. Quando Sol est in omnibus partibus Arietis, altos facit uiles, deprimit dominos, & potentiã habet in maleficijs, crudelitatibus, uictorijs, & in faciendo malũ. In omnibus partibus Tauri est rex habens uoluntatem interficiendi, prælio uincendi, faciendi algarias, id est, thesauros, propter Venerem, cuius domus est Taurus, & conquirendi. In omnibus partibus Geminorum est rex infirmi spiritus, paruæ potẽtiæ: regit se ad uoluntatem suam ac delectationem, & facit res quæ uilem reddunt & deprimũt ipsum.

In omnibus partibus Cancri est dominus qui diligit cãtationes, iocos, ludos, romantios & fabulas limpiditatas, separationem & uitationem hominum. In omnibus partibus Leonis est rex ostendens arma sua, en

ses eua-

ſes euaginans, ordinans ſuos equos & ſuas militias ad uincendum & impugnãdum reges & uicinos ſuos. In omnibus partibus Virginis eſt rex qui diligit iocularias cantilenas, ſtare tacitus, & eius uoluntas in comedendo & bibendo, in rebus odoriferis quieſcendo, & in omnibus uirijs corporis. In omnibus partibus Libræ eſt rex qui victus fuit, & cui ſublatum eſt regnum ſuum, & interfectæ legiones ſuæ, & uadit fugiendo de uno loco ad alium: quia magnũ timorem habet perdendi corpus. In omnibus partibus Scorpionis eſt homo elatus, magnæ formoſitatis, completi corporis & limpidi, pulchrarum ueſtium, inceſſus compoſiti, & qui ualdè timetur. In omnibus partibus Sagittarij eſt rex potens, malefactor, malum facit hominibus, ſpoliat & auſert ſine iure, interficit homines abſque ratione, deſtruit & depopulat loca celebria.

In omnibus partibus Capricorni eſt rex magnæ famæ, magni nominis & boni, & remouet malos homines, caſtigat & punit malefacta, & prohibet ne potentes malum faciãt debilibus & plebi. In omnibus partibus Aquarij eſt rex nominis & famæ pauci, paucorum ſeruorum, facit res ſuas ipſe, & eſt potens ſuper gentem ſuam, & fortis mandati, & pluris ſe æſtimat quàm ualeat.

In omnibus partibus Piſciũ eſt dominus locorum, iocularię, riſus, pigritię, ſtandi in quiete, ſequendi uoluntates ſuas, ſequendi & adiungendi ſe rebus quæ ſibi malum uidentur, & rebus de quibus accidit malæ ſibi ac timor: eſt & malorum morum & malarum naturarum.

De Luna.

DIximus in præcedentibus Solem eſſe lumen & candelam cœli, gubernatorẽ mundi, & temporũ factorem: quòd iuxta eius curſum, aſcenſum & deſcenſum, mutentur tempora, fiatq; ſalubre uernum tempus, producatur torrida æſtas, oneretur ſuis fructibus refertus autumnus, & genialis hyems ſuis ornetur niuibus & pruinis. Sequit̃ nunc Luna minus luminare, dña aſcendentis mundi, corporum omnium non minus mutatrix quàm reliq tam enumerati planetæ: de qua cum propter uicinitatem (eſt enim ex cæteris propinquiſſima nobis & maximè conſpicua) tum quia ſic poſtulat ordo & uera methodus, nonihil dicere nobis neceſſe eſt, niſi uelimus hoc ceptum opus de iudicijs aſtrorum imperfectũ & mutilum prodire, & à ſtudioſis huius excellentiſſimæ ſcientiæ corruptum legi: quod nullo modo committi debet. Hæc inquã Luna de qua nobis eſt ſermo, præ cæteris rebus aſſimilatur ſeu comparat̃ quatuor hominis ætatibus, pueritię, iuuenilitati, uirilitati, & ſenectuti: q̃d & ipſa quodammodo mori & naſci uideatur, quum appropinquat Soli et ab eo diſcedit: nam creſcendo & lumen recipiendo à Sole ſemper pergit donec ſe opponat ei. Quo in tempore ſi altior duorum modorum eſt circa locum ipſum, deficit ipſa ſicut & Sol deficit quum iungitur ei, & eſt coniunctio in altero duorum modorum, fitq; ex huiuſmodi conſtitutione alterius Luminaris eclipſis nõ ſpernenda: quandoquidẽ poſt talẽ eclipſim Solis & Lunæ, uiles, plebei, & mali homines inſurgunt contra reges ſuos, & contra eorum præfectos, & uilipendentes malè tractant eos: & regna mutantur, multiq; mali exiſtunt. Luna eſt circa Solem ſicut magnus Algazulus circa regem ſuum, cui rex donat potentiam & dignitatem, & applicat eum ſibi. Nam Sol gubernat Lunam lumine & fortitudine ſua, donec ipſe ei uenit in oppoſitum: ibiq; tum ei reſiſtit, & minuit lumen eius, & aufert ei quod mutuauerat & poſuerat in poſſe ſuo, & ducit eam in modum regis alicuius, qui tamdiu exaltat Algozilum ſuum, & præficit eum populo & gẽti ſuæ, donec magnus factus ille ſeſe pro rege uendicet, illiq; ſimilis eſſe gloriatur: ſic & Sol cum Luna agit, auferendo quod mutuauerat, & deprimendo eam uſque ad defectionem. Per Lunam prouenit pulchritudo ſtellarum & earundem fœditas, quia ipſa ingreditur per ſtellas, & de una deſcendit ad aliam. Natura Lunæ eſt frigida & humida, eamq; impedit Mars quando eſt completa & ſui luminis plena, & Saturnus quando eſt minuta & deſtructa. Ipſa eſt regina & gubernatrix noctis, & potens in mari & in augmento et in decremento ſuo. Omnis fructus aqueus prouenit ex eius opera, et ex augmento et decreto ipſius fit incrementum et decrementum in medullis et cerebris omnis rei uiuentis, in homine ac beſtijs. Quoniam ipſa eſt particeps Solis aſcendentis, et eius dominij in natiuitate & progreſſione: ipſaq; tantum ualet quantum aſcendens ipſe, quando

non fuerit cognitus nec determinatus gradus ascendentis. Ipsa facit opus Solis in principio cuiuslibet secreti, et omnem rem coopertam & absconsam detegit, & ostendit quod sit potens in motu & accessu agili & forti: & in omni re nata & generata in qua ipsa fuerit infortunata infortunio forti, de die uel nocte malum erit in nutritione & in fortuna. Quando Luna fuerit infortunata propria in reuolutione annorum mundi, licet non habeat posse in illo anno, infortunium tamen & impedimentum apparebit super populum in eadem reuolutione. Luna est una trium planetarum pluuias facientium, & per applicationem & demonstrationem ipsius scitur abundantia uel caritas annonæ. Habet etiam significationem & demonstrationem efficacem principij conceptionis fœtus in utero, & ostendit quid accidat in eius mense septimo ab hora conceptionis: nam si tunc sanus fuerit secundum gubernationem Lunæ, sanus quidem ex uoluntate diuina uiuere potest, tamen erit piger, ignauus, nescius, uilis, negligens, debilis & infirmus in omni re peragenda: nec amorem nec amicitiã habebit perfectã, et feret impedimẽta multa & anxietates, & accidẽtia multa, mala, & mortalia: quia infortunatur mense quolibet uiginti quatuor infortunijs. Quando Luna est in omnibus partibus Arietis, est rex magnus, famæ & potentiæ magnę, formosus, completus corpore, aspectus compositi, & timetur. In omnibus partibus Tauri est rex ampli regni, bene compositus, negocia sua æqualia & bene composita sunt, dilectus ab hominibus & populo suo, completus & quadratus, & diligit quietes, hilaritates, & est uitiosus. In omnibus partibus Geminorum est pauper & miser, membris debilis, sua negocia mala & male composita sunt, malarum uestium, malarum qualitatum in suo corpore & uictu. In omnibus partibus Cãcri est rex magnæ amplitudinis, alti gradus, ampli regni: dominus potentiæ præcipiendi et prohibendi, boni aspectus, honestus, pulcher, magnæ staturæ, timetur, et habet dominium. In omnibus partibus Leonis est rex nobilis, coronatus: uilipendũt eum gẽtes, et populi sibi præcipiunt et prohibent in regno, et faciunt quod uolunt sine eo, et absque mandato suo. In omnibus partibus Virginis est tristis, multarum cogitationum et anxietatum: pannos habet fractos, et seruit hominibus prædicando et dicendo romantios et fabulas, et mala impedimenta sibi conciliat. In omnibus partibus Libræ est rex coronatus, qui se intromittit et cogitat de comedendo, bibendo, quiescendo, non de negocijs suis nec anxius est pro illis: et diligit gaudia, cantationes, mulieres, audire fabulas et solatia. In omnibus partibus Scorpionis est multarum anxietatum et tristitiarum, et ex imprudentia conciliat sibi malum, et euenient mala impedimenta ei ex malis opinionibus suis. In omnibus partibus Sagittarij est rex coronatus, ignauus ualde, ut qui de re nulla cogitat, nec intelligit suum uel bonum uel malum, nec ullam habet cogitationem de regno uel populo suo. In omnibus partibus Capricorni est nobilis, altus, magnæ laudis, nominis et famæ bonæ, formosus, compositæ staturæ, bonarum uestium, et limpidus. In omnibus partibus Aquarij est astruceuus, ut qui diligit sequi fugientes, amat uenari, et multum peregrinari: est multi motus, et facit res quæ non proficiunt sibi in suis negocijs et uictu. In omnibus partibus Piscium est similis seruo et uili in habitu et uestibus suis, diligit uenari, gaudere, ludere ludis sibi nihil profuturis, stare quietus, et non cogitare de aliquo negocio suo.

De *Saturno*.

SAturnus est planeta senex, magnus, fessus, paruæ æstimationis, anxietatum, tristitiarum, et longarum infirmitatum. Natura eius frigida et sicca, assimilatur melancholię, quę generat de omnibus humoribus, et nullus de ea. Siccus est, inuidus, longam seruat iram, pauca loquitur, non cupit societatem, stare uult solus et separatus, profundas habet opiniones, memorię subtilis, cogitat et inspicit res antiquas: non habet agilem intellectum, timet multum et est proditor, et facit experientiam ligandi nigromantica et mirabilia: cum regibus est in similitudine regis: quia omnes planetæ mittunt ad eum considerationes, naturas, et fortitudines suas. Vilis est cum uilibus, et humilis cum humilibus: diligit ædificare, seminare, plantare, et populare, non habet solatium cum aliquo, nec aliquis cum eo: grauis in

eundo

eundo et mouendo, pauci usus cum mulieribus, sterilis quia nullum habet filium: suam legem iudicat, plura suorum factorum magis sibi ferũt damnum quàm utilitatem. Creatus est de frigiditate aquæ et tenebrarum nubium, nec habet in se lucem uel lumen: tamen accipit ipsum ab alijs planetis & maximè à Sole: quoniam Sol facit in eo calorem & lumen. Soli est cõtrarius & inimicus: quia domus eius est opposita suæ, & tenebrositas sua est diuersa & contraria lumini eius, & frigiditas diuersa est & contraria illius calori. Non obedit alicui planetarum, nec regitur ab illorum aliquo nisi à Sole, à quo comburitur, retro pellitur, & fit orientalis & occidentalis appropinquando ei & elongãdo se ab eo. Participat cũ Marte in infortunio & non in alio, & est ei contrarius et inimicus natura et proprietate, quia refrigerat eum, & propter frigiditatem suę naturæ caliditatem & ardorem illius extinguit. Abhorret Iouem propter eius cõmunitatem. Minuit uitam nati, & damnosam facit nutritionem eius, & est paucæ tollerãtiæ: quia sustinere non potest malum. Piger est & timidus in factis & motibus suis, tardi intellectus et impeditę loquelę, et habet in suis cogitationibus et opinionibus profundis magnum timorem. Lucet in Geminis, Cancro, & Leone: & minuitur lux eius in Virgine, Libra, & Scorpione: fit tenebrosus in Sagittario, Capricorno, et Aquario: & minuitur tenebrositas eius in Piscibus, Ariete, & Tauro. Quando est in prima facie Arietis est manifestæ amplitudinis, uisionis depictæ, commendat se de interfectionibus & prælijs. In secunda facie accendit ignes, & inter homines seminat bella, discordias, & malam uoluntatem inter unum & alium, ac unum contra alium instigat, & facit res abhominabiles. In tertia facie damnosa facit seminata, & eradicat arbores, & populos infirmat. In prima facie Tauri est effœminatus in suis factis, iacet cum iuuenibus et pueris paruis, et etiã cum puellis. In alijs ambabus faciebus est senex, membris debilis, mutilus corpore, fessus, dãnatæ fortitudinis, & uoces emittit in dolo sup seipsum. In toto Gemini signo est malæ qualitatis, tristis, doloribus repletus, angustæ uitæ, & negociorum malè ordinatorum. In toto Cancro est turpissimi uultus, & mirabilis creatura forma & uisione sua; itaq; expauescent & mirabuntur de figura eius quotquot eum uidebunt, & audient loqui de ipso. In prima facie Leonis ostendit potentiam & fortitudinem ac tollerantiam, diligit dolos & timores. In secunda facie demonstrat legem, et sua peccata deplorat. In tertia facie est pauper, humilis, & timore plenus. In prima facie Virginis est doloribus refertus, & ex membris debilitatis et multis anxietatibus et tristitijs uim nullam habet nec motum. In secunda facie commendat se ac laudat ob res, quas facere uel complere non potest, nec ad eas peruenire. In tertia facie est mali negocij & paupertatis apertæ, petit ab hominibus pro mercede quod comedat. In prima facie Libræ est dominus regni ampli, coronæ nobilitatis & dominij. In secũda facie est dominus interfectionum, præliorum, victoriarum, equorum, armorum, & apparatuũ.

In tertia facie est pauper, miser, tristis, anxius, denudatus, discoopertus, sine uerecũdia, & exclamat plorando super seipsum.

In prima facie Scorpionis diligit agere balistam, & uenari per malitiam. In secunda facie est interfector, cõbustor, proteruus, & inuidus. In tertia facię est mirabilis creatura & fœda, multi mali & rixarum multarum, facit maleficia in hominibus & abhominabiles res & malas. In omnibus faciebus Sagittarij est magnus, fessus, incompositus uel mutilus membris, spinæ curuæ, apertæ paupertatis, & miseriæ manifestæ.

In prima facie Capricorni est doloribus plenus, magnarum cogitationũ, paruæ æstimationis, anxius, tristis, deiectus, squalidus, lachrymis plenus & crinibus passis.

In secũda & tertia facie desiderat fodere, ædificare, seminare, & fatigare se seminando, deducere riuos, fodere puteos, aquas haurire & deaquare. In omnibus partibus Aquarij amat aggredi & minuere robur et potentiam rerum fortium & timendarum.

In prima parte Piscium diligit interfectiones, maleficia, iras, & labores. In secunda & tertia conducit cœcos, societatem habet cum pauperibus, & seruit habentibus membra debilia, et infirmis.

De Ioue.

IVppiter est planeta æqualitatis, cõmunitatis, cõmendationis, intellectus, sensus, & pietatis: quia temperatus est & æqualis, & fortuna per aspectũ & corporalem

poralem coniunctionem, significat bonitatem, correctionem, legem, simplicitatem, & castitatem: dirigit & non damnat, populat & non destruit. Abhorret Saturnum & eius naturas, prohibet & retrahit eum à suis malis operibus. Est formosæ apparentiæ & compositæ personæ, mansuetus, fidelis, legalis, & pius. Præcipit & ostendit bonitatem, prohibet & abhorret malum, adiuuat pauperes, gubernat quibus commodus est, ueridicus in dictis & factis suis, boni solatij & amoris, bonæ ac ueræ amicitiæ & sine fraude, completus & sanus corpore & membris suis, fortunatus in factis suis et operibus, amat senatum, decreta, et iudicia. Si debet ostendere rem aliquam bonitatis uel melioris successus, stabilit, firmat, & ueram facit eam. Sed si habet ostẽdere aliquã rem horrendam uel malam, retrahit & damnat eam, ac impedit per se sua facta Deo adiuuante. Quando fortis est, felix, & firmus in natiuitatibus, fortuna & nati nutritio adimpletur. At si fuerit deiectus in natiuitatibus uel oppressus, dãnabitur nati negocium & minuitur eius uita. Non habetur utilitas nec bonũ in aliquo facto, nec in aliqua re nisi per eum, & per demonstrationem & aspectus eius: quia per eum clarificatur aẽr, currunt uenti & salutiferæ pluuiæ, scilicet in temporibus commodum facientibus et non damnum. Per eius æqualitatem, cõmunitatem, et sux complexionis temperiem, æstatis calor et frigus hyemis temperãtur, et minuuntur infirmitates epidemicæ ac mortalitates per sui demonstrationem in anni reuolutione. Etiam per sui demonstrationem et fortitudinem in nono mense à conceptione fœtus, uenit in mundum, & ad eius quietem et aërem, et de angustia uentris et tenebrarum liberatur. Et quamuis Deus secretum sciat, dicũt tamen aliqui sapientes quòd creatus et factus est Iuppiter de claritate aëris, lumine, ac uento eius limpido et purgato. Diurnus et masculinus, fratres amicos et consanguineos significat. In die qua Deus cœpit creare mundum, erat in domo ascendente. Lucet in Ariete, Tauro, et Geminis: et minuitur lux eius in Cancro, Leone, et Virgine: obscuratur in Libra, Scorpione, et Sagittario: et minuitur eius obscuritas in Capricorno, Aquario, et Pisce. In omnibus partibus Arietis est nobilis, amat uicia, uberates, comedere, uestire, ac se splendidum facere. In prima facie Tauri est homo scientiæ iudicandi, bonorum morum, et scribendi. In secunda et tertia facie est obcœcatus, membris debilis, stricti colli, curuæ spinæ, malæ qualitatis, paupertatis apertæ, et est uilis. In prima facie Gemini est depictę ostẽtationis, & pulchri solatij, et immittit se libris, scribẽdo, legendo, discẽdo bonos mores, ac philosophiã. In secũda facie est plenus et refertus, cupit iacere cum mulieribus per uiolentiam, et uolũtatem habet uiolandi, et uincendi. In tertia facie est inuerecundus et detectus, manifestæ gulositatis, sapiẽs in fraude, proditione, et in omni scientia in qua fit peccatum, et delectatio est sine bono et utilitate. In prima facie Cancri est homo litigiosus, loquax, aduersarius rerum: diligit interfectiones, et suas sequitur uoluntates. In secuuda facie est rex magnus, nobilis, et altæ potẽtiæ, armis suis munitus et paratus interficere ac præliari. In tertia facie diligit uenationem, et sequi feras, ac interfectiones per fraudes.

In omnibus partibus Leonis est homo uenationis, proiector balistæ, interfectiones et militias diligit, ac petere inimicos. In prima facie Virginis est scriptor, numerator, amat scientias et philosophiam, boni solatij, et renunciator perditionum. In secunda facie est iratus, malefactor et nociuus, palmas et omnes arbores damnat, diruit ædificia, et destruit populos. In tertia facie est debilis, piger, fessus, tristis, et suis membris debilis. In prima facie Libræ congregat aues et custodit eas, et cicurat et eũ eis uenatur. In secunda facie est pauper, uilis, et defectiuus. In tertia facie est rex nobilis, honoratus, altus, ac magni dominij. In prima facie est Scorpionis emittit balistã, dux est militiæ, homo dominij et nobilitatis, diligit interfectiones et militias. In secunda et tertia facie est fortunatus in uenando, lucrando pecuniam et aggregando, et implendo uoluntatem et dicta sua, et est sine uerecundia dum suas uoluntates sequitur.

In omnibus partibus Sagittarij diligit equitare, et aptare se litigijs, et præparare se omnibus armis et hominibus, et in omni apparatu bono et pulchro uersari. In omnibus partibus Capricorni est mali negocij, debilis, pauper, doloribus plenus, et mẽbris debilis. In prima facie Aquarij est uenator, de bonis et pulchris pãnis uestitus, formosus, cõpositus, limpidus, et timetur.

In secunda

In secũda facie dilig it comedere, bibere, et uiuosus esse, et quiescere in ubertate. In tertia facie sicut in prima. In prima facie Piscium est magister, doctor scientiarum et iurium, lector librorum, cogitans et studẽs in rebus ad intelligendum grauioribus et profundis. In secunda facie est nobilis, alacer, gaudio plenus, diligens cantationes, iocationes, uitia, et ubertates. In tertia facie est interfectus, proiectus inter feras comedentes eum.

De Marte.

MArs est planeta calidus et siccus, igneus, ſeruẽs, nocturnus, fœminus, destructor, iratus, uictorioſus, diligit occidere & interfectiones, rixas, litigia, & cõtrariari alteri: leuiter infortunat: stultus, nõ patiens, cito ira ſcitur ira uehementi, totum cor ſuum exponit in rebus ſuis agẽdis, non ita percipit cũ est iratus, nec manum retrahit de faciẽdo id quod incipit, bella & seditiões mouet, prælia, & populat. Exaltatio eius est in domo Saturni, qui signat clamores, impedimẽta, & gentem stultam, ac generationes. Cõuenit Saturnus cũ Marte in infortunio, & resistit ei in frigiditate et tenebrositate. Inclinatur Solis amore nimio, & defendit auxilio eius: quoniam Sol exaltatur in domo eius, & gubernat eum de calore & siccitate, quã recipit ab eodem. Proprietas & natura eius conuenit & appropinquat proprietati & naturæ Solis, nescius est & obliuioſus, modici intellectus & diminuti ſensus, nec cõſiderat rerum fines. Per eum & per eius aſcenſum & deſcẽſum in circulo creſcit & decreſcit æſtatis calor, & hyemis frigiditas omni anno. Eius natura mobilis & mutabilis est, & modo humidus, modo est siccus. Nam quando aſcendit in circulo ſuo, & ſeparat ſe, ac attrahit de fumoſitatibus terræ & humiditatibus, fortificatur eius calor & siccitas: & quando deſcendit in circulo ſuo uerſus terram & eius fumoſitates, humectatur & minuitur calor eius, & tunc ſignat infirmitates & dolores ex occaſione ſanguinis procedentes: quia ſunt de natura caliditatis & humiditatis. Est & Lunæ inimicus ſignanter inter cæteros planetas: quoniam eius proprietas est ab illius diuerſa, & in do Lunæ fit uilis & debilis. Si quãdo est dominus alicuius natiuitatis, & non habet aſpectum cum Ioue aut Venere, interficit & deſtruit & internitionẽ nati ſignificat, & est modicę nutritionis. Quando est in angulis & ſuccedentibus receptibus ab angulis in reuolutionibus annorum mundi, in illo anno bella futura demonſtrat ex conditione loci in quo est, eius q̃ est latrocinium, furtum, præda, uiarum inſidiæ, ferire, comburere, et his ſimilia. Si quãdo est ſignificator pluuię, facit ſcintillationes, tonitrua, radios, in aere cœleſtia mirabilia. Debilitatur in ſignis humidis et aqueis, et fortificatur et erigit̃ natura eius in igneis et aẽreis ſignis. Clarificatur et aſcẽdit lumen eius in Aquario, Piſcibus, et Ariete: minuitur in Tauro, et Geminis, et Cãcro: obũbratur in Leone, Virgine, et Libra: minuitur obumbratio eius in Scorpione, Sagittario, & Capricorno. In prima facie Arietis clamores excitat, & mirabilia facit furta, fraudes et litigia diligit, & erigit ſe ſupra malos, reprobos, parcos, & anxios. In ſecunda facie est apparantium armorum, paratus ad rixãdum cum omnibus, & qui ipſum uidẽt & appropinquant ei, timent eum, & quẽuis reſiſtentẽ, et q rixat̃ cum eo interficit. In tertia facie timetur, & est nitidus mundicie pulchra: tenet ſua manu enſem euaginatum, minat̃ hominibus illo, & infert eis timorẽ. In prima facie Tauri est inuerecũdus, q̃ æquit uolũtatem ſuam: guloſus, amat & tẽtat per lium facere cum mulieribus. In ſecunda facie euaginat enſes, rixas mouet, & ſitit ſanguinem, & homines interficit. In tertia facie est formæ mirabiliter turpis, abhominabilis uultus: iocatores diligit, hilaritates, cantationes, et uitia. In prima et ſecunda facie Geminorũ est miles tenens ſuum enſem repoſitum, ſecum ducit apparatũ et arma ſua, uadit ad ſimilitudinem perquirẽtis rem quæ aufugit et euaſit de manu ſua. In tertia facie est uilis, pauper, defectiuus: pauperibus ſeruit et habentibus membra debilia, et petentibus eleemoſynam. In prima facie Cancri est eques, beſtias perſequitur & alit, & est tractator baliſtę, & immittit ſe militiæ, & timet̃. In ſecunda facie est inhoneſti uultus, mirabilis formæ, mirant̃ homines et rident eũ. In tertia facie est uenator colubrorũ et aliorum reptiliũ, colubrorum incantator, homines per incantationem et uerba ac extraneas medicinas medetur.

In prima facie Leonis est tractator baliſtæ, tenet arma, potens, audax, et fortis. In ſecunda et tertia facie apparet triſtis, anxius & doloribus plenus, percurit caput, propria manu dilacerat barbam ſuam. In

am. In prima facie Virginis turpis aspectus est, & inhonesti uultus, diu seruat irā, & agilis est ad interficiendū, nec dubitat res malas & ab hominibus spretas attentare. In secunda & tertia facie est cœcus, debilium membrorum, mali negotij, pauper, defectiuus, utilis & senex. In prima & secunda facie Libræ emittit balistā, tenet arma, timet, & est bonę estimationis & honestus. In tertia facie iocationes, hilaritates diligit, cantationes, quietem, comedere & bibere. In prima facie Scorpionis ualens custodit suum, apparens & nominatus, applicat se ad id quod uult, & facit de suis inimicis uelle suum. In secunda facie inuerecundus & inhonestus est, mali operis, inuidis, rixosis, et militibus seruit. In tertia facie multum diligit mulieres, petit eas uim inferendo eis, iracundus est, & maximè contra se. In prima & secunda facie Sagittarij timetur, patiens, ualens, audax & hilaris. In tertia facie effœminatus & derisor, assimilat mulieribus in debilitate, pigritia & loquela, uestibus, & se comando. In omnibus partibus Capricorni dominus regni, nobilitatis, uictorię, dominij, et uictor suorū hostium existit, & se grauioribus rebus de quibus timent homines immittit. In prima facie Aquarij seminat rixas & incitat malos, ut hominibus fiat malum. In secūda facie equitat bestias, mouet bella & interfectiones, inimicos inuadit, & malis seruit, & dirigit equos. In tertia facie uisus obtusi est & membrorū debilium, non habet in se potentiā faciendi bonum uel malum. In prima facie Piscium diuinator iocationes diligit, garrire cum mulieribus, cum eis iacere, & suas delectationes sequi. In secunda facie uictor est, & per uim hominū interfector, & sine ratione. In tertia facie facit miracula & mirabilia, & res quæ timentur & nominantur.

De Venere.

VEnus est frigida & humida, nocturna, fortunata, hilaris, iocūda, æstimatiōis bonę, staturę integrę, limpida, formosa: diligit iocationes, cantationes, comestiones, potationes & uiria: mansueta & pauci motus, mulierū significatrix & iacēdi cum eis, amoris, amicitiæ & societatis. Recipit Martem per modum fornificationis & nitoris quem habet in se, abhorret ipsum propter contrarietatem naturæ suę quæ est calida & sicca, separat se ab eo & malum & infortuniū eius diminuit per mansuetudinem, bona uerba, solatium bonū & mansuetā loquelā: concordat cum Saturno in frigiditate & cōuenientia quam habet cum ea in Libra, quæ est domus unius & exaltatio alterius: & discordat cum eo in moribus, tristitijs et doloribus suis, & eò quòd est usus modici cum mulieribus. Status Veneris cum statu Solis est similis statui mulieris uersus uirū: qa quādo iacet cū uiro ejcit humiditatē suā, & ex hac ratione est ipsa significatrix pluuiarū, nubium & imbriū, ut dicunt sapientes, quiuo lunt quòd quando Venus regradit, & Sol est in Aquario, Capricorno aut Piscibus, hyems illius anni erit humida & pluuiosa: & si recedat quando Sol est in Ariete aut Tauro, erunt pluuię & humiditates in uere illius anni, ppter regressionē Veneris quæ est in illo tēpore cū Sole, & propter accessum eius contra Solem ac propinquitatē et ipsius introitū sub corpore ac radijs eius. Venus est bonæ uoluntatis, bonorū uerborum, libera, & mansuetorū dictorum. Eius magisteria & sapiētiæ, sunt in faciendo cantus, concordando sonos, tangendo instrumenta, tympanum, tubas, & his similia. Plerunq; significat pulchrè scribere si Mercurius cū ea participet in aliqua re, quia Mercurij est uirtus scribendi, & Veneris figurare & pingere, & habere manus subtilitatis, & magisterij: non potest sufferre malum, iram, rixā, nec infortuniū: quia natura eius est mulierū, & quicunq; habet effœminatā naturā sufferre non potest, & ob leuissimā quanq; causam incitat & dolet. Magnam habet uim in educatione liberorum, infantium, & eorum fortuna: quia quando ipsa uincit, & habet potentiam & dominium in aliqua natiuitate, & in eadem fuerit apparens & firma, & apparentium demonstrationum, erit infans multum fortunatus, magnæ fortunę, multæ substantię, magnarum diuitiarū, bonæ famæ, magni nominis, laudatus & amatus ab omnibus qui uiderint eum, & audierint loqui de eo. Venus in omnibus partib. Arietis est tristis, doloribus plena, anxia, pauper, defectiua, ei eueniunt impedimenta & occasiones, grauamina & cogitatus. In omnibus partibus Tauri multum nobilis est & insignis, magni nominis & famę, & alti status circa reges & suos filios, & circa nobiles altos & dominatores. In omnibus partibus Geminorum est bonæ uoluntatis, pietosa, bonum procurat hominibus, & studet prodesse debilibus, pauperibus, & anxijs. In omnibus partibus

Cancri

Cancri diligit bene habere, comedere & bibere cum hominibus, amat alyosar, & lapides præciosos, ornamentorum cultus & pannos. In omnibus partibus Leonis est membris debilis, pauper, defectiua, malorum factorum & diuersæ formæ ac naturæ. In omnibus partibus Virginis est doloribus plena, anxia, tristis, debilium membrorum: associatur pauperibus, egētibus ac habentibus membra infirma. In omnibus partibus Libræ est domina militiarum & iudiciorum, armorum & apparatuum: inuadit inimicos cum militibus, armis & instrumētis bellicis. In omnibus partibus Scorpionis amat interfectiones, rixas & maleficia: petit res suas per uim quā facit habentibus eas. In omnibus partibus Sagittarij diligit emittere balistam, hasta ludere & tormenta possidere. In omnibus partibus Capricorni diligit iocationes, bibere, inebriari, honestatem, canere, res formosas, uitia, societatem, & est bonæ staturæ. In omnibus partibus Aquarij diligit uenari & syluestria sequi, tenere falcones, uultures & aquilas. In omnibus partibus Piscīū est rex doctus et sapiens, magni regni et completi dominij: facit res suas per sensum et considerationē: gubernat regnum & populum suum sapiētia, scientia, bonis moribus & laudatis.

De Mercurio.

MErcurius est planeta maleficiorum, uiolentiarum, documentorum, scriptionum, computationum & scientiarū: calidus est & siccus, formæ & naturæ conuertibilis, masculinus cum masculinis, fœmininus cum femininis, fortunatus cū fortunato, infortunatus cum infortunato, bonæ rationis, bene loquens, audax in loquendo, pulchræ apparentiæ, compositæ staturæ: puer diligit libros & computationes, placent ei magnifica, res bene factę, pulchrę rationes, romantij, uersificari, libri ac scientiæ: agilis est in motu, et proprietatis euidentis, alacer, mobilis in omnibus suis rebus: loquela, ratiocinatione, & resistentia recuperat & tuetur infortunium ab infortunijs. Eius exaltatio est in sua domo, & casus in Piscibus, & debilitat in domo Veneris. Participat cum Ioue sapientiam, documentum, scientiam & intellectum suum: cum Marte gaudium et motum suum ad res, & in complendo suam uoluntatem, ad omnia facta. Debilis est in corde, mendax, traditor, sapiens et subtilis in moribus fraudulentis. Status eius uersus Solem est status scriptoris, agilis, morigeratus, sapiens in ratiocinando et scribendo res sui regni. Est multorū impedimentorum, magnus inuolutor, et regradationum multarū. Per eum et fortitudinē eius et affirmationem in angulis, ac per fortunam et infortuniū eius in natiuitatibus, scietur loquens ne sit futurus infans an mutus, et an expeditæ rationis uel non: & eius ignorantia, turbationes & scientiæ. Est etiam unus triū planetarū significantiū pluuiā, & per eū & mutationē eius de signo in signū, & per eius statū ac regradationes et directiones, & oppositiones et cōiunctiones, scient motus uentorū et eorū tēpestates: nā quando erit de uno signo et intrat aliud, uel quādo est stationarius aut regradus, significat uētos tēpestuosos, humiditatē & pluuiam, & in aēre accidentia, nubiū turbationem, & his similia. Similiter quando est in oppositione Lunæ, existente Luna in aliquo signorū aqueorū uel aēreorū, significat quod prædiximus. Est etiā significator & gubernator sexti mensis fœtus, & in illo tempore quo est dominus & gubernator mouetur fœtus, & se transuoluit in uentre, & à Deo accipit fortitudinem & motū in manibus & pedibus suis, & in lingua, & reliquis sensibus & auditu. In reuolutionibus annorum mūdi habet magnam & ueridicam significationem super officialibus dominij & regni, & redditibus, mercibus, & infantibus. In omnibus partibus Arietis est interfector, rixator, cōtrariator, & uociferator. In omnibus partibus Tauri est potator, iocator, diligit gaudiū, cantū, quietem, & uitia. In omnibus partibus Geminorum concupiscit litigationes, & parat se ad interficiēdum homines, inuitat ad res ęlatas & coopertas. In omnibus partibus Cancri dolet, cauillat, & est tristis & malī operis. In omnibus partibus Leonis est miles ualidus & interfector, per uim & uictoriā res perquirit, amat almugaueras, id est, meretrices, & prælia. In omnibus partibus Virginis ualens est missor balistę, arma tenet, bestias, equos, milites homines ac pedites, & bona munimenta. In omnibus partibus Libræ seruat libros, & est lector, computator, & immiscit se scientijs. In omnibus partibus Scorpionis est pulcher, compositus & bonæ formæ, timetur & est pulchrarum uestiū, boni equitatus, ornatus & splēdidus. In omnibus partibus Sagittarij est interfector, tenet armorum munimenta, &

præparatus est ad litigandum. In omnibus partib. Capricorni est pauper, diminutus, denudatus, fatigatus, infirmus, debilis mẽbris de palatino malo, & palatina uoluntate. In omnibus partibus Aquarij est astrologus, augur, geomanticus, immittit se ad exponendum somnia & diuinationes. In omnibus partibus Piscium est pulcher, acutus, intelligens, ornatę formę, formosarum uestium, corpore completus & membris, honestus, honoratus & fortis.

De summis & alijs quæ præponenda sunt. Cap. V.

Cœlum habet fortuniũ & infortunium, signa similiter habent fortunam & infortunia. Fortunæ cœli sunt quatuor anguli, et eorum succedentes: et eorũ infortunia est remotio ab angulis, id est, loca cadẽtia. Fortuna signorum est quando signum est domus alicuius planetæ, uel terminus, uel facies, uel quod habeat in eo naturam & fortitudinẽ. Infortunium signorum est quãdo signum est casus alicuius planetæ, uel faciei obscuratio, aut quod sit ei diuersus in forma & natura. Mutãtur enim colores per motum cœli, et per mutationem domorum in figura, sicut mutantur per accessionem planetæ uel separationem, aut directionem, uel stationẽ, siue regradationem ipsius. Loca cœli fortunata fortunis conueniunt et planetis qui sunt cum alijs incorporati. Loca cœli infortunata, quæ omnibus infortunatis conueniunt, & planetis leuibus, solitarijs, & uacuis cursu. Ascendens est ianua & clauis cœli, & est domus per quam applicatur ad suas significationes et facta, et aliæ domus sequuntur ipsum et ascendũt, sicut domus substantiæ, fratrum, patrum, filiorum, etc. Quæcunq; earum firma, fortunata, fortis, ac bene dispositа, recepta in bono statu, ostendit & significat bonum & felicẽ successum, ac fortunã in rebus quæ sunt de natura illius domus, et de significationibus eius. Quæcunq; uerò domus earum debilis, ostendit damnationem & infortunium in rebus quæ sunt eiusdẽ domus. Omnis inquisitio in qua inueneris Lunam fortem, firmam, et fortunatam, & dominus domus eius fuerit debilis, infortunatus et malus, ostendit fortitudinem et felicitatem in initio illius rei, & diminutionem, debilitatẽ, et impedimentum in fine. Et si Luna fuerit infortunata, et dominus domus Lunæ fortis et fortunatus, erit in initio rei asperitas et tribulatio, & eius finis bonus, completus, et lenis. Quòd si dominus domus quæstionis fuerit fortunatus, et receperit dominũ ascẽdentis, uenient domino quæstionis plus eo quod quęsiuit, et in qua habebat fiduciã ac utilitatem, bonum et alacritas quæstionis. Si uerò dominus domus fuerit infortunatus et non receperit dominum ascẽdentis, uel significatorẽ figuræ, erit in re prætenta labor, afflictio, dubitatio, damnũ donec inquisitor abhorreat eã, et pœniteat prępositi esse et incepisse. Sed si receptio fiat ab infortunato, restaurationem ostendit et rei prætentæ complementum fore cum tribulatione, labore et disturbatione: quia natura infortunati est mala, damnatiua, et nihil dat in quo non sit disturbatio damnum per potentiam Dei. Planetæ similiter quando sunt in locis conuenientibus quæstionibus & suis figuris, (ut si Sol sit in medio cœli, uel Venus in domo mulierum, aut Mars in domo infirmitatum, uel Iuppiter in domo substantiæ) adiuuant in prosperitate & demonstratione boni & mali secundum fortitudinem & potentiam suam in locis suis. Sed si fuerint cõtrarij & diuersi, destruit unus aliũ, & erit significatio & uictoria fortioris, firmioris, & magis fortunati. Maior pars sapientum concordat & dicit, ꝙ si Luna fuerit in ascendente, uel medio cœli, uel in undecima domo, uel quinta, recepta à domino domus suę, uel à planeta fortunato, qui eam diligat & sit eius amicus, & ille planeta habuerit aliquam fortitudinem in illa figura, significat quod res susceptа perficitur & completur, nec necesse sit respicere ad dominum ascendentis, nec ad statum eius, nisi si dominus quartæ domus fuerit malus, aut infortunatus, regradus, uel malus in domo finis, quia hoc damnat, disturbat, & impedit res susceptas, maximè si in opposito ascendentis fuerit infortunatus & eius inimicus: uel si dominus domus rei prætentæ fuerit combustus, aut regradus, uel non aspiciat ascendens: omnia hæc signa demonstrant diminutionem, damnationem, impedimẽtum, & destructionem propositi, licet Luna sit in bonis statibus modo enumeratis. Quando gradus punctorum domorũ sunt fortunati uel infortunati, demonstrant ex mandato Dei fortitudinem & debilitatem secundum quantitatẽ sui in fortunij uel fortunæ: & sua fortuna maior est & firmior quando fortunat eos planeta sibi cõueniens, & infortunium maius est &

maioris

maioris damni, quando debilitat eos planeta diuersus & illis gradibus cõtrarius. Gradum domus substantiæ dirigit & fortunat Iuppiter, damnat & infelicẽ facit Mars & Sol. Gradũ domus fratrum dirigit & fortunat Mercurius, damnat & improsperũ reddit Mars & Saturnus. Gradum domus patrum dirigit Sol & Saturnus, dãnat Mars & disturbat. Gradũ domus filiorũ adauget & fortunat Venus, damnat & comminuit Mars et Saturnus. Gradũ domus itinerum fortificat & fortunat Sol, damnat Mars & Saturnus. Gradum domus regiæ dirigit & fortunat Sol & Iuppiter, dãnat Mars & Saturnus. Gradũ domus amicorum accendit & fortunat Iuppiter, dãnat Mars & Saturnus. Quando planeta est infortunatus, est similis homini infirmo. Planeta regradus procedit ad similitudinem proditoris. Planeta combustus refert similitudinem captiui. Planeta cadẽs ex suis bonis locis, habet similitudinem peregrinantis. Planetarum unus fortunat alterum, & unus damnat alterũ, & referunt exemplũ hominum, qui sibi subueniunt ex amicis & pugnãt pro eis, & disturbant inimicos. Sapiens qui potest superiora assimilare & conferre cũ inferioribus, dicta uerificabit, considerationes, & opera ex potentia Dei. Quando planeta est in maiori latitudine quàm occupare possit, siue bonum siue malum significet, uerificatur, maximẽ si latitudo fuerit ad partem septentrionis protensa: sed si sua latitudo fuerit in parte meridionali, debilior est nec habet potentiã dandi bonam fortunã nec utilitatem, nisi Deus uoluerit. Non cõuenit iudicare in temporibus terminandis, donec sciatur qualitas planetæ in sua ponderositate & eius leuitate, & signũ in quo est leuitas & ponderositas eius: similiter & pars quartæ cœli est excutiẽda: quia omne damnũ & error qui accidit in hac ratione, est propter eius ponderositatẽ & leuitatẽ. Conuenit etiam tibi scire q̃ si planeta leuis fuerit in signo leui, & quarta leui, iudica tẽpus illud per horas & dies, quæ sunt uelox tempus: Et si fuerit leuis in ponderoso aut ponderosus in leui, iudica per menses, qui sunt tempus mediocre. Et si fuerit põderosus in ponderoso, iudica per annos, q̃ sunt tempora tarda. Et accidentia quæ accidunt in tẽporibus, quæ sunt uelocia & tarda, iuxta leuitatem & suam grauitatẽ, sunt diligẽter examinãda: quæ tametsi ob suam tenuitatẽ non possint uerbis dici, tamẽ sapiẽs & intelligens sua subtili consideratione ea facilè consequetur. Quãdo planeta est regradus, est tempus ad suam directionẽ: & quãdo directus, ad suam regradationẽ: & quãdo occidentalis, ad suũ ortũ: & quando orientalis, ad suũ occidens: & quando est in aliquo signo, ad exitũ eius: & quando in angulo firmo, ad exitũ anguli cũ fuerit cadẽs: & q̃n in cadenti, est ut cũ erit in angulo firmo. Et in mutationibus planetarũ & diuersitatibus suarũ formarũ in quæstionibus intelliguntur accidẽtia tenentia rẽ, q̃ nõ perficitur, et ad ipsam faciendã mouentia. Exemplũ sit ille qui quęsiuit num esset habiturus suã substantiã, an nõ. Si enim inuenerit dominũ ascendentis euntẽ ad dominũ domus substantiæ, uel dominũ domus substãtiæ euntẽ ad dominum domus ascẽdentis, habebit substantiã & colliget eã sua manu: sed si non fuerit inter eos applicatio uel aspectus, nõ habebit substantiam illã, nec manũ suã intrabit. Itẽ pro illo qui quæsiuit an esset impetraturus quod rogaret an nõ, aspice ad dominũ ascendentis, & dominum octauæ domus, quæ est domus substãtiæ postulatæ: et si inter eos inueneris causam aut coniunctionẽ aliquam horũ quæ significãt bonum et prosperũ successum, obtinebit illud quod petet, et appropinquabit ad illud. At si nullã causam inueneris inter eos, non procedet eius petitio. Et accidentia contingent per ea quæ prohibent & remouẽt impeditionis causam. Nã si inueneris per primã significationẽ q̃ perfici debeat quęstio, et ad hoc inueneris inter dominũ ascendentis & dominũ septimæ dom⁹ causam et applicationẽ bonã cum receptione, ille à quo postulabit substantia, leniter et cũ bona uolũtate dabit eam, amore, et gaudio. At si inter dominũ ascendentis et dominũ septimę nõ fuerit causa nec applicatio aliqua, ille à quo postulabit substantia, dabit eã cũ grauitate, ira, & uiolentia. Et per hũc modum iudica homini ab altero postulãti gradum dignitatis et dominij, uel ei q̃ petit seruũ ab aliquo, uel ei qui bestiã postulabit, & inuenies hanc rationẽ in domo secunda, si Deus uoluerit.

Aphorismi diuidij sapientum antiquorum.

SApientes antiqui etsi discordes sint in terminis, & habeãt quinq̃ opiniones: quarũ una est Aegyptiorũ, alia Ptolemæi, tertia illorũ de Babylonia, quarta Indorũ, quinta Attarathyh: tm̃ opinio maioris partis, & magis ueridica et

magis experta eſt opinio Aegyptiorũ, quoniam pauci utũtur terminis Ptolemæi, aliorumq; opiniones penitus reſpuunt omnes, nec eas inſpicere dignantur: quia ſunt à ueritate remotæ. Similiter diſcordes ſunt in faciebus, et habent tres opiniones: quarum una eſt Græcorum, eaq; eſt ſecundum ordinationem cœlorum, incipiendo à Marte: alia eſt Indorum, & eſt incepta ſuper ordinatione triplicitatum: alia eſt Alkindi: quarũ prima eſt magis ueridica, & in illa concordant, & ea utitur maior pars hominum. Etiam diſcordes ſunt in gradibus maſculinis et fœmininis, & habent duas opiniones: quarũ altera eſt opinio Antyhelis, qua utimur, et in qua concordat maior pars hominum: altera eſt Vuelliq, in qua nullus ſapientum concordat, & maximè qui ſunt in parte occidentali. Similiter diſcordes ſunt in fortuna & in infortunio ſeptẽ Planetarum: quia Hermes dicit q planeta non habet fortunã nec infortuniũ, ſed q libet eorũ habet uirtutem & potentiã in aliquibus operib. ab alijs planetis ſeparatam: ſicut Saturnus habet uirtutem in laborando terrã, & his ſimilibus: & Iuppiter habet uirtutẽ in iudicijs, filijs, decretis, & his ſimilibus: & Mars habet uirtutẽ in prælijs, effuſione ſanguinis, & his ſimilibus: & Venus habet uirtutẽ in iacẽdo cum muliere, ac uicijs, et his ſimilib. et Sol habet uirtutem in regno, ſublimitate & his ſimilibus: & Mercurius habet uirtutem in ratione ſcribendi, ſubtilitate, intellectu, & his ſimilibus: & Luna habet uirtutẽ in aquis, curſoribus, & his ſimilibus. Dicit Ptolemæus q infortunati ſunt Saturnus, et Mars, & Sol, per coniunctionem corporalẽ & oppoſitionẽ. Et dicit q fortuna eſt cũ fortunis: & fortunati ſunt Iuppiter & Venus, Mercurius & Luna: neq; fortunati neque infortunati, niſi q Luna eſt magis fortunata & fortior q Mercurius. Dorothius dicit q infortunati ſunt Saturnus & Mars, & non plures: & q ſine uehemẽti cauſa nũ quã bonũ adducũt. Et q Iuppiter & Venus ſũt fortunati, Sol uerò, Mercurius, & Luna poſſint eſſe fortunati & infortunati ſecundum potentiam loci & aſpectum. Vuellius dicit q fortunati ſunt Iuppiter & Venus, et infortunati Saturnus & Mars: Sol eſt infortunatus coniunctione corporali, præter quãdo planeta eſt cum eo in uno gradu: nã tunc non eſt infortunatus. Et q Mercurius ac Luna ſunt cum fortunatis fortunati, cũ infortunatis infortunati. Dicit ille qui fecit librum exemplorum, q fortunati ſunt quatuor Iuppiter, Venus, Luna, & caput draconis: infortunati quatuor Saturnꝰ, Mars, Sol, & cauda: Mercurius fortunatus eſt cum fortunato, & infortunatus cum infortunatis: et q fortunati poſſunt eſſe infortunati, & infortunati fortunati per accidentia, ſic ut infortunati quando ſunt fortunati, id q̃d dant, modicè & tardè dãt: & fortunati quãdo fuerint infortunati modicum & leue ac debile inferãt damnum. Ego uerò dictum Dorothij ut rectius & propinquius ueritati præ cæteris probo. Diſcordes ſunt etiam in quæſtionibus & electionibus, quia Ptolemæus negat quæſtiões & electiones, & dicit q ueritas nõ eſt niſi in reuolutionib. annorum ſuorũ: quia ille qui fortunatus eſt in ſua natiuitate & reuolutione ſui anni, & diuiſor & locus radiorum ſuorum ſunt in locis fortunatis, erit fortunatus in illo anno. At ſi contrariũ habuerit, laborioſus & infortunatus erit illo anno. Et eius ratio ſup hoc talis eſt: et ſi omnes antiqui concordẽt in natiuitatibus & reuolutionibus annorum ſuorum, tamen ille q habuit in ſua natiuitate uel reuolutione ſui anni, q iter ingredi non eſt ſibi bonum, uel coniugium contrahere, &c. & aliquid eorum fecerit per electionem uel quæſtionem, nõ poterit eſſe bonum: quia nec electio nec quæſtio poteſt remouere id quod natiuitas & anni reuolutio demonſtrauit. Ptolemæus certè nõ potuit intelligere, q electio uel quæſtio poſſit remouere aliquid de eo quod demõſtrat natiuitas uel reuolutio anni: et propter hoc dixit electiões & quæſtiones nihil eſſe, & mera mendacia de ipſis fingi, dicíq; de rebus in quibus non eſt ueritas, & quæ eſſe nõ poſſunt. Nam ſi reuolutio anni eſt mala pro itinere uel cõiungio, nulla electio uel quæſtio poteſt illi homini fieri, per quam ſit ei bonũ facere aliquid iam dictorum. Vnde Ptolemæus credidit q ſi hoc poteſt eſſe, poſſint mutari homini ſua aſcendentia et natiuitas de uno ſigno ad aliud, uel de uno planeta ad alterum. Et ſicut hoc eſſe non poteſt, ita credidit q aliud de electione eſſe nõ poſſit. Dorothius dixit q quæſtiones ſunt res debiles, & q ueritas eſt in natiuitatibus, quas ſequũtur in ueritate electiones: quia ipſe nominauit electiones initia operum, dicens quod electiones ſunt ſimiles natiuitatibus. Cuius ratio in hac ſimilitudine talis eſt: Quoniam ipſe conceſſit q natiuitates ſunt ueridicæ, & ſimiliter reuolutiones annorũ, aſſimila-

assimilauit initijs operum in natiuitatibus, quia natiuitas est res incipiens illa hora. Et similiter quæuis res quæ incipit, est res quæ accidit illa hora. Rursum ipse iudicat super figurã inceptionis rei, quẽ admodũ iudicat̃ super figura natiuitatis: quia si inceperimus exstruere parietem, illud initium erit natiuitas illius parietis, & ita dicẽdum est de omnibus initijs. Vuellius dicit quòd id totũ quod accidit in hoc mũdo, quòd de hoc est ueritas, & quæstiones scilicet electiones, natiuitates, reuolutiones annorũ suorũ, & reuolutiones annorum mundi: et facit reuolutiones annorum mundi, & quęstiones, unam rem & unã significationẽ, & infert ꝙ si aliqua harum omnium mẽtiretur, omnes mentirentur: et quòd esse non possit quin si alicui ostenderit sua natiuitas, & reuolutio sui anni, damnationem itineris uel cõiugij, ꝙ illud idem non appareat in quæstione: & ꝙ nulla hora potest habere aspectũ nisi secundum quæstionem, natiuitatem, & reuolutionẽ anni: & ꝙ si earũ aliqua mentiret̃, omnes mentirentur: & si quæstio aliqua qd restitueret, similiter restitueret reuolutio, hac opinione. Quibus rationibus cõfirmatis & probatis, confirmantur & probantur electiones & quæstiones. Et in hac opinione & sensu cum eo concordabat Hermes. Quod & ego probo & dico, ꝙ hæc est ueritas & opinio quæ credi debet & sequi. Philosophus qui fecit librũ exẽplorũ, dicit ꝙ initia rerum natiuitatibus sunt similia, et negat quæstiones, & electiones dicẽs: Nõ quia uidemus in uno tempore & una hora sæpe accidere bonum & malum, uitã et mortẽ, sanitatem & infirmitatem, ideo sic intelligendum est, ut qui dicit, ꝙ iudiciũ uniuscuiusque eorum sit æquale, quod ego examinãs intellexi quòd hoc non est nisi per initia, & quòd fortunæ & infortunia non sunt nisi ꝙ Athazir. Athazir est significator natiuitatis, deferens significationem nati ad quodlibet signum, eundo per signa & domus. Discordes sunt similiter in cognoscẽdo significatorem: quia Ptolemæus dicit quòd significator est planeta habens maiorem potẽtiam in gradu ascendentis, qui est nominatus almutez, & in duobus Luminaribus, et in coniunctione & oppositione. Et si hæc non habuerit erit significator planeta diurnus, existẽs in die super terram, & in nocte sub terra: uel planeta nocturnus, existẽs in nocte super terram, & in die sub terra. Et si hæc non habuerit, erit significator planeta Soli propinquior. Dorothius dicit quòd si significator est planeta dominator super gradum ascendẽtis, & super Luminaria & partem fortunæ. Et si hæc non habuerit, erit significator planeta propinquior Lunæ ante & retro: quia est planeta ad quem primo uadit Luna, aut à quo separatur. Et in hac opinione Dorothio cõcordat Hermes. Vuellius dixit quòd significator est planeta qui fuit Orientalis à domino ascẽdentis, & occidentalis à domino septimæ, & quòd omnis planeta talis significator est: si uerò talis ibi non inueniatur, debeamus respicere ad angulos, & qui ibi planeta inuenitur habens aliquam dignitatem, est significator. Quòd si nullus ibi fuerit istiusmodi, respiciatur ad planetam qui primo ibit ad gradũ ascendentis per motum firmamenti, & nõ per accessum planetarũ per signa, & ille significator erit. Philosophus q fecit librũ exẽplorum, dicit ꝙ significator est acceptus ex tribus rationibus quarum una est super aliam, & sunt anguli succedentes & cadentes ab angulis: & quod debeas mentem intendere & inspicere eius, cui inspicis, statum: qui si fuerit rex, aspicias ei à planeta lucente, qui habeat in angulis dignitatem, & maximè in medio cœli dominium, & in die super Solem, & in nocte super Lunam, & ille planeta erit significator. Quòd si homo, cui inspicis, fuerit ex mediocrib. aspicias ei à planeta qui habet dignitatem & dominiũ in succedentibus, & maximè qui habeat dignitatem in undecima domo, & super Solẽ in die, & super Lunam in nocte, & ille erit significator. Et si homo, cui inspicis, fuerit de inferioribus, aspice ei à planeta q habet dignitatem & dominium in cadentibus, & maximè si habet dignitatem in duodecima domo, & super Solem in die, & super Lunã in nocte, & ille erit significator. Meisehala dicit quòd debemus inspicere ad significatorem, & eum cognoscere ex duabus quartis Lunæ, & ex eius oppositione: quia si inueneris cũ Luna, uel in eius quarta, uel oppositione planetam, qui habeat dignitatẽ in ascendente, uel in signo in quo est Luna, ipse significator erit. Et si nõ inueneris planetam in hunc modum considera Lunam, quæ si aspicit aliquem planetarum habentem dignitatem in ascendente, ille planeta erit significator. Quòd si Luna aspexerit nullum planetarum, q habeat dignitatẽ in ascendente, ipsamet Luna erit significatrix. Abuelfarchan dicit quòd significator est

planeta dominator super gradū ascendētis & ille qui maiores dignitates habet in illo gradu: et si nullus hic fuerit, erit planeta significator, qui primò exibit de signo in q̄ est ad aliud signū. Discordes sunt etiā in determinationib. aspectuū, uidelicet in eo quod maximè debet inspici. Nā Ptolemęus dicit: Ego uideo q̄ res debēt poni trib. rationib. prima est prēteritū uidelicet qua ratione dissoluēt & damnabīt. Secunda est si prāteritū affirmet uel non. Tertia illud est quod euenire debet utrū sit futurum uel non: & in hoc dicto & partitione cōcordāt multi antiquorū & modernorū, & operant per id. Dorothi⁹ dicit: Ego uideo res diuidi in quatuor partes: quarū una est id quod fuit et est prāteritū, alia id quod fuit & est prēsens, alia illud q̄d est prāsens & recedit, quarta id quod nō fuit & erit. Vuellius dicit: Dico q̄ quicquid est in mundo diuidit in duas rationes: quarū una est quæstio de eo q̄d est prāteritū, si fuerit uel non: alia est quēstio de eo quod euenire debet, si erit uel nō. & subiungit: Non est res in mundo quæ nō includat in istis duab. inclusionib. Ille de exēplis dicit, q̄ quicquid est in hoc mundo, includit in quinq; rationibus: quarū prima est quæstio de eo q̄d prāteriuit utrū fuerit uel non. Secunda est quæstio de eo quod futurū est, utrū futurū sit uel nō. Tertia est quæstio de eo quo'd nec fuit nec erit. Quarta est quæstio de eo quod est prēsēs, utrū cōpletus sit eius finis uel compleat. Quinta est quæstio in quo tēpore fuerit id quod fuit, & quo in tēpore futurū sit id quod erit. Messehala dicit q̄ cœlū positū est super sex partes quæstionū. Prima utrū quæsitor quæsiuerit de aliqua re, uel non. Secunda postq̄ quæsiuit de aliqua re, p qua earū quæsiuerit. Tertia ubi est. Quarta quantū est. Quinta utrū futurū sit uel non. Sexta quando futurum sit. Dicit Abuelfarcha quo'd omnes res mundi sunt in trib. ratiōibus, uidelicet in eo q̄d est prāteritū, & est prāsens, & est futurū. Discordes sunt etiā in cognoscendo cogitationē quærentis, & quomodo intelligere possint, & q̄ significationē habere debeāt super eū. Dorothius dicit: Quādo scire uolueris cogitationē quærētis, aspice ad dominū triplicitatis ascendētis primū, q si fuerit in domo uel exaltatiōe siue triplicitate aut termino suo, iudica p eū locum in quo inueneris eū. Et si inueneris eū in secūda domo, scito q̄ quæstio fuit p substātia, uel pro suis accidētibus: & de hoc iudica secundū locū in quo fuerit, & in quacunq; domo: & iudica à significatorib. illius domus. Nā si q ibi inuenīt planeta fuerit in cadentibus, uel in suo casu, aut in locis in qbus nullā habeat dignitatē, non iudicabis p locū eius, sed respicias ad planetā qui proiicit radios suos super eū, nō abscindente ipsum Sole, nec alio planeta: iudicabisq̄ p illū planetā & eius locū. Atq; hæc erat opinio Hermetis, & magnæ societatis antiquorū q sequebantur eū, & isto modo operabant per eam. Vuellius dicit: Quando scire uolueris cogitationē, aspice super hoc planetā à quo separatur Luna, uel eū qui est in oppositione eius, uel in eius quarta, et ab eo scies cogitationem. Quo'd si talē planetā non habueris, aspice planetā cui primo se applicat Luna, & uide si habeat in ascēdente aliquā dignitatē, uel in loco in quo est: & si nō habuerit in ascendente dignitatē, nec in suo loco, aspice domū alterius planetæ q respiciat eū, & sit in sua exaltatione: & iudica p illū. Et hæc est opinio Feriz, & magnæ societatis sapientum Romanorū, nec alij operabant p eam. Messehala dixit: Primo cōuenit res diuidere in quatuor partes, uidelicet in animalia, uegetabilia, mineralia, & opera: & p opera intellige ea quę faciunt homines, sicut sunt itinera, cōiugia, uisiōes, somnia, & alia quæ operant homines, quæ omnia sunt cōprehēsa in significationib. 12. domorū. Et quādo uolueris scire cogitationē quærentis, utrū sit de facto alicuius operū, uel de aliquo aliorū triū, inspice aliquē septē planetarū q sit in aliquo loco de locis factorū, & cōsidera nū alius planeta sit eleuatus sup eū: (dicit aūt planeta eleuatus super aliū, qñ est in decimo signo à signo in quo est alius planeta) & si hoc inueneris, iudica quo'd quæstio fuit de aliquo factorū. At si nullum planetā inueneris super alium eleuatū, iudica quo'd quæstio fuit de una aliarū triū rerum, quarū cōsiderationem colligere potes, primū respiciendo ad planetā q eleuatus est super alium septē planetarū, (excepta Luna) & p. prietatem illius planetæ & signi, in quo est eleuatus super aliū planetā, & ab isto planeta duc tuā rationem, respiciēdo ad Lunam si se applicet illi planetæ, uel si huic potius iungat q̄ alteri, & iudica quo'd quæstio fuit de uegetabili. At si Luna nō aspicit illū planetā, nec iungit ei, et Sol aspexerit eā uel iūgatur cum ea potius q̄ cū alio planeta, iudica quo'd quæstio sit de animali. At si aliq̄d horum nō fuerit circa Lunā uel Solē, iudica

quo'd

quòd quæstio fuit de re minerali, uel q̃ non sit de aliqua alia rerum: et iudica secundũ ꝓprietatem planetę & signi in quo est. Azebari dicit: Si quãdo uolueris scire cogitationẽ alicuius, respice illud à planeta q̃ est in angulo, uel antè fuerit in angulo, & q̃ habeat aliq̃ dignitatem in ascendente, & in Luminari tẽporis scilicet in Sole in die, & Luna in nocte, & iudica secundũ dignitatẽ illius planetę, & eius partitionẽ in cœlo. Et si nullus planetarum fuerit in angulo, sed fuerit in succedentibus, & fuerit dominus ascendẽtis uel exaltationis suæ, & si sit almutez, scias quod significatio est in succedenti. Et si duos planetas aut tres aut plures inueneris in hac ratione, eum q̃ est fortior in loco suo, et q̃ plures dignitates habet in ascẽdente uel in Luminari tẽporis accipe, & iudica ut priꝰ. In omnib. modis tibi potiꝰ cõuenit inspicere ad significatorẽ, q̃ planetã: & iuxta hanc inquisitionẽ de dominis suis iudica cogitationẽ. At si omnes planetæ fuerint cadentes, accipe illũ de cadentibus q̃ maiorẽ dignitatem habuit in ascendente, & accipe eum significatorem, & uide q̃ de domibus suis aspiciat, & iudica secundũ hoc, & secũdum eius partitionem & suã dignitatem in cœlo. Hæ sunt differentiæ in quibus discordes fuerunt sapientes antiq̃. Discordes quoque fuerunt in ramis, sicut in accipiendo significationem patrum à nona domo, & bestiarũ à sexta, filiorũ à quinta, mercimoniorum lucrandi & perdendi à decima: & hoc modo multę sunt differẽtię quę dãnum afferũt discentibus, & his q̃ non sunt in scientia ista fundati nec perfecti. At sapiens cõpletè fundatus in scientia, quando uidet aliquã rem esse extra radices affirmatas & uerificatas, remouet & negat illam, & iudicat de rebus secundum semitã radicum sanã & uerificatam in nobis, q̃ Deus in nobis dirigat, & nostra itinera sapiẽtiæ & intellectus esse faciat.

De Aphorismis & regulis. Cap. VI.

QVilibet duo gradus, quorũ longitudo sit à capite Arietis æqualiter à dextro & sinistro, dicuntur duo gradus æquales in potentia. Similiter signa quę concordãt in longitudine diei, dicunt̃ æqualia in potentia: & hæc sunt duo signa quæ habent æqualem longitudinem de quouis duorum punctorum Capricorni & Cancri. Et aspectus planetarum de his supradictis locis est nominatus, Vnus de aspectib. Signa tortuosæ ascensionis obediunt signis directæ ascẽsionis. Fortunæ in dando sunt largæ & liberæ ac factrices boni, infortunia ꝓhibent & sunt nescia & auara. Fortunæ quando dant rem aliquam complent eam & assẽuerant, infortunia uerò quando aliquam rem dant, pœnitet dedisse & auferunt. Infortunia quæ accidunt à duab. infortunatis quãdo simul iunguntur, sunt æqualia fortunis duorum fortunatorũ, quando simul iunguntur. Nõ prodest trinus uel sextilis aspectus infortuniorum sicut non obest quartus uel oppositus fortunarũ. Luminaria sunt duo, unum diurnum & aliud nocturnum. Fortunæ sunt duæ, diurna & nocturna. Infortunia sunt duo, diurnum & nocturnum: et inter quodlibet horum est medium quod iungit ea. Quãdo planetæ directè uadunt, sunt sicut masculini: & quãdo sunt regradi, sunt sicut fœminini. Et similiter de signis. Manifesta demonstratio est quãdo planetæ sunt in angulis, quia demonstrat bonum uel malum. Omnis mutatio quæ subitò uenit, per Martem uenit: & magna tarditas uenit per Saturnum. Ille cuius significatores sunt fortunę, erit limpidus & liber: & qui habet infortunia pro significatoribus, erit turpis & auarus. Mars odorem dat ferum, Saturnuꝰ fœtidum. De leui nunc̃ꝙ mala morte moriet̃ q̃ habuerit fortunas in octaua domo, & è conuerso. De interrogationibus, si acciderit, sicut Sol sit cũ significatore ascẽdentis, & Luna cum significatore septimæ domus, uel è conuerso: & in natiuitatibus duorum sumantur de ascendentibus eorundem. A mutatione duorum Luminariũ intelligitur amicitia inter duos. Dãnum quod à Marte accipit Luna dum est in augmento sui luminis, est æquale dãno q̃ accipit à Saturno dũ est lumine diminuta. Domus planetarum superiorũ sunt regũ, & domus inferiorum sunt populi. Si significator terminationis temporis fuerit in quarta orientalis, significat horas: & si in quarta meridionali, dies: & in quarta occidentali, menses: & in quarta septentrionali, annos. Ageleb aliqui ex eis dicunt q̃ est Haim, & alij dicunt q̃ est dignitas: & primũ est uerũ & rectum. Ille qui facit bonum Lunæ, est ille planeta ad quem primò uadit post exitum eius de casu suo, qui est Scorpio, uel quãdo exit de alio loco malo pro ea simili suo casu: quando exit de loco illo & planeta recipit illã, dicit̃ q̃ facit ei bonum, & extrahit eã de malo loco. Alij dicũt q̃ nõ est nisi dominus signi exaltationis Lunæ. Sed prima opinio est melior & uerior. Planeta qui interficit,

est primus dominus triplicitatis anguli terre. Hi sint radij siue orbes planetarū: Sol. 15. habet gradꝰ, Luna 12. Saturnus & Iuppiter uterq; eorum 9. Mars 8. Venus & Mercurius uterq; eorum 7. Quando planetæ iūguntur in uno signo, et fuerint inter se secūdum hanc terminationem quam diximus, dicuntur applicationes & de cōiunctione: tamen aspectus non sunt plures tribus gradibus. In aspectu quando planeta trālit planetam per unum gradū, dicitur separatio, quia iam separatus est ab eo. Dorotheus dicit: Quando fuerint inter corpus planetæ & corpus alterius planetæ 12. gradus est applicans cum illo. Ptolemæus, Vuellius, & Hermes dixerunt, q̄ applicatio non est ultra tres gradus. Anguli sunt corpora, & q̄c quid in eis accidit de fortunis uel infortunijs, idem accidit in corporibus. Succedentia sunt cōmunia spiritibus & corporibus, & quicquid in eis accidit fortunæ uel infortunij, idem accidit in spiritibus & corporibus. Cadentia sunt spiritus, & quicquid accidit in eis, idem accidit in spiritibus. Dicit̄ q̄ loca quæ non aspiciunt ascendens, significant res absconditas & subtiles, et propterea accipiuntur significationes ab eis super res sensus: & melior horum locorum est 2. domus, hāc q̄ sequitur in bonitate octaua: horū uerò deterior est sexta domus, hancq; sequitur in malicia 12. Scietur color rei à significatore oculi, figura à significatore aurium, sapor à significatore oris, odor à significatore narium, ualetudo à significatore cordis, māsuetudo à significatore heparis, longa ira à splenis significatore, mēbri fortitudo ac potentia iacendi cum mulieribus à regnorum significatore, grossities & nimia cupiditas comedēdi à significatore stomachi, compositura formæ & turpitudo à significatore pulmonis, bonitas uoluntatis & eius malitia à significatore fellis, bonitas rei & eius malitia & laus à domino domus Lunæ, qui est eius significator, quoniā est significator corporum & rerum. Scietur & tinctura rei utrum sit blanda uel dura à domino domus Lunæ. Planetæ habent hęc in corpore hominis: Saturnus aurem dextrā, brachium, uesicā, & phlegma: Iuppiter tincturam, pulmonem, latera, pulsus, & sperma: Mars aurem sinistram, renes, uenas sanguinis, & testiculos: Sol oculū dextrū, cerebrum, cor, neruos, & oīa mēbra quæ sunt in latere dextro: Venus adipē, hepar, & carnē: Mercurius rationē, considerationē, linguā, & nares: Luna costale, gutt̄, stomachū, uentrē, naturā mulierū scilicet uuluā, et omnia mēbra quæ sunt à parte sinistra.

Verba abbreuiata.

SCito q̄ ascendēs est significator proprietatis rei. Secūda domus est significatrix precij rei: 3. eius quod accidit in re, & quod sibi adiungit̄ in una specie: 4. significat progeniē rei & eius radicē: 5. significat conditionē rei, & id q̄d generat̄ ex ea: 6. significat durabilitatē rei, & id quod seruit ei: 7. significat rei contrariū in fortitudine existens de sua progenie: 8. significat uilem æstimationē rei, finē, ac diminutionē eius: nona significat ablationem rei, & causas quæ ei adhærēt: decima significat nobilitatem & excellentiā rei, & eius proprietatē in factis: undecima significat complementū rei, pulchritudinē & cōuenientiā eius: duodecima significat diuersitatem rerū, & accidentia mala quę accidūt in ea. Vnde cuius domus iā dictarū domuū dominus fuerit in bono statu, dirigit̄ natura illius rei secundū quātitatem rationis & prouētus illius sui domini, q̄ si fuerit fortunatus, erit fortunata: si fuerit fortis, dabit fortitudinē: si fuerit receptor erit receptio: & hoc totū est in ratione qualitatū. Quòd si fuerit eius contrariū, erit contrariū in dānatione. In summa in quocūq; horū locorū accidit successus seu dānum, erit successus uel dānum in illa natura eiusdē loci, & erit successus seu dānum secundū naturā illius planetæ q̄ fortunat uel dānat eū, & secundū eius proprietatē, & secundū naturā quā habet in aspectu, in figura, si factum eius fuerit p̄ aspectū: uel secundū locū ubi est, si factum eius fuerit p̄ locū suū in figura: et per naturā signi in quo est, & erit quātitas fortitudinis illius successus seu dāni secundum quātitatem fortitudinis planetę factoris. Et cuiusmodi statū habuerit factor et receptor facti in cœlo, eiusmodi erit status in eo q̄d demonstrat in terra. Si fuerit factor apparens in figura, erit illa demōstratio & illud factū apparens: sed si fuerit absc̄ditus, erit demonstratio et factū absconditū. Et causa uniuscuiusq; rei elementalis est electio sui loci, & causa fortunæ rei est fortuna sui loci quæ est planetæ agētis in cœlo, uel eius qui dominatur super illum locum. Et domus complementi rei est planetæ agentis & regnantis super naturam sui loci. Et si factor applicuerit ei qui recipit factum, eueniet factum in redēptione per gradum factoris.

Et

Et ſi receptor applicuerit factori, accidet factum illud per gradū receptoris. Et ſi ille q recipit applicationē fuerit regrad⁹, accidet illud accidēs ſubito. Et ille q eſt altior in aēre, id eſt, qui altior eſt in figura, (uerbi gratia, planeta qui eſt in medio cœli, altior eſt illo qui in undecima uel nona domo eſt, & ſic de alijs,) eſt agens & eſt ſēper factor. Et ſi applicatio fuerit de oppoſitione, erit illud quod ſignificat cum aduerſitate & labore. Et ſi fuerit de quarta, erit cū labore tamē firmum. Et ſi fuerit de tertia, erit cum leuitate iocundū & quietum. Et ſi fuerit de ſextili, ſimiliter: excepto q erit minus et debilius. Et ſi fuerit de coniunctione, erit completū, firmū, & cito. Victor duorum cōtrariantium altior eſt ſēper in Aēre: & intelligit de eo q eſt altior in figura, quia finis ſemper eſt altioris ſecundū ordinem cœlorū. Affirmatio rei & eius durabilitas ſemper eſt illius q fuerit propior anguli, & hoc per dignitatē & dominiū quod in angulis habet. Qualitates naturales, id eſt, ualetudo, eſt ſemp illius qui magis affirmatus eſt in orientali parte. Omnis impetuoſitas eſt ſemper uelocioris in motu ſuo: deſignificatorib. intellige. Voluntas eſt ſemper illius qui maiorē aſpectū habet in quinto Hylech, ſecundum ordinē ſuum. Eorū magis ſaluus ab occaſionibus eſt, q magis limpidus fuerit ab infortunijs. Nobilior eorum omniū eſt qui fuerit in ſua exaltatione, uel in ſuis dignitatib. firmior ſecūdum ordinationem ſuā. Eorū maioris famæ eſt ille qui maiorem aſpectum habet cum fortunis. Qui minus malitiæ habet eorum, eſt q magis fortunatus in ſua proprietate eſt. Fortior & ſecurior conductor ſui negocij eſt ille, qui habet maiorē potētiam in Ioue per dignitatem uel aſpectū. Fortunatior in ſuo negocio eſt ille, quē fortunat Iuppiter. Validior eſt qui maiorē potentiā habet in Marte. Fortunatior in litibus eſt cui magis inclinatur Mars & adiuuat. In litibus eſt magis ſaluus q fuerit à Marte dilectus per aſpectum. Magis compoſitus in figura, & uitioſior eorū eſt, qui à Venere fuerit fortunatus. Qui plures habet occaſiones & impedimenta, eſt ille qui inclinatur cum Saturno. Qui à patribus maiorem utilitatem habet, eſt per aſpectum magis à Saturno dilectus. Maioris ſenſus, clarioris intellectus & conſiderationis eſt ille, q fortunatus eſt à Luminari maiori, maximè ſi fuerit in decima domo uel alijs angulis ſecundum ordinem ſuum. Firmior eſt in lege q magis fortunatam habuerit nonam domū. Qui plures amicos & auxiliatores habet, eſt habens plures bonos aſpectus. Qui legaliores auxiliatores habet, eſt habens dominum ſecundę domus magis fortunatum. Qui maiorem potentiam habet in præcipiendo, eſt qui regnat ſuper quęſtionem: & ille qui regnat ſuper quęſtionem, id eſt, ſuper rem quam quærit, eſt habens maiorem applicationē ad dominū quæſtionis. Omne corpus q̄d ſe ponit ad ſedendū in aliquo loco, emittit de natura ſua in eodē loco: & ſi adiungit ſe ad dominū illius loci, dat ei potentiam ſuam, exiſtēte applicatione de parte quæ eſt ſibi propria ſecundum Horizontā, id eſt, ille qui dat poſſe alteri. Qui ſi fuerit diurnus, fit ſupra terrā: & ſi nocturnus, ſit ſub terra. Et planeta omnis q dat maius poſſe ſuæ donationis, eſt in initio. Et omnis promiſſor qui promittit, cōplet, et facit ſuā promiſſionem quando eſt ſortis: & complemētum promiſſionis erit per fortitudinem diuiſoris & radios. Et ſi aliqua radicū promittit rem aliquam, complet eam quando fortificatur eius proprietas.

De hora accipiendi aſcendens. Cap. VII.

ANtiqui in hoc fuerunt diſcordes: Hermes dixit q̄ hora accipiendi aſcendens ſuper quæſtionem, eſt cōuenientia quæ eſt inter quærentē & magiſtrum, in qua magiſter debet accipere aſcendens. Indi, & illi de Feriz, & illi de Babylonia, dicunt q̄ quæſtiones poſitę ſunt ſuper uoluntatem quærentis, & dicunt quod ſignificationes quæſtionum diſcordant ſecundum permutationem uoluntatis quærētis in horis. Vuellius dicit quòd aſcendens quæſtionis debet accipi hora qua quæſitor uenit ad magiſtrum. Ego uerò dico q̄ hora accipiendi aſcendens quęſtionis debet eſſe quando quærens dicit magiſtro quòd accipiat eam, & non quādo uenit ad eum: nam ſi ueniat & nō dicat q̄ accipiat aſcendens, illud nō eſt aſcendens niſi quando dixerit.

De duratione ſignificationis quæſtionis. Cap. VIII.

PTolemęus dicit quòd quęſtio durat quātum Sol durat in circuitione cœli una uice. Vuellius dicit quòd quęſtio durat tantū quantū ſignificator quæſtionis durat in circuitu cœli una uice, & quantum dominus aſcendentis poteſt circuire totum cœlum una uice. Indi, & illi de Feriz, dicunt quòd ſignificatio quæſtionis durat donec quæſtio mutet eam. Sapientes antiqui dicunt q̄ quæſtio durat donec ſignifica-

gnificator & omnes planetę fuerint per omnia signa. Certe illud quod credendū est & pro radice tenendum in hac ratione, est ꝙ durat quæstio, donec cōpleatur quæstio illius, cuius causa suscipit, uel diffidatur de ipsa, si quæstio fuerit de re futura. uerbi gratia: Ego cupio emere hęreditatē quandā, & quęro utrum mihi uendat ea uel non. Iudicium huius quęstionis durat donec empta fuerit hęreditas, uel donec diffidat de ea. Et si quęstio fuerit de re quę est durabilis in prę senti, durat illa quæstio donec destruat res illa. uerbi gratia: Ego habeo hæreditatem quandā, et quæro quam utilitatē aut incommodum inde sim habiturus. Iudiciū huius durat donec hæreditas aboletur.

De cognitione almutez, id est, significatoris quæstionis & quærentis. Cap. IX.

SCias ꝙ almutez quęrentis pro se, uel pro re quam petit, uel pro re quæ est inter se & aliū, est dominus ascendētis, si aspexerit ascēdens. At si fuerit cadens ab ascendente, aspice Lunā, quæ si aspexerit ascendens, accipe eā pro significatore quærētis, & accipe dominum septimæ domus pro significatore illius pro quo quęritur, si aspicit septimā domum: quòd si nō aspicit septimā domum, accipe pro significatore dominū domus Lunæ. Quòd si nec Luna aspiciat ascendens, sed discedat ab uno planeta ad aliū, accipe planetā à quo discedit pro significatore quęrentis, & planeta ad quem accedit Luna, sit significator illius pro quo quæritur. At si dominus ascendētis fuerit cadens ab ascendente, & nō aspexerit ipsum nec Luna similiter: & Luna nō discedat ab aliquo planeta, nec coniungat alteri: accipe Lunam ipsam pro significatrice quærentis, & dominum eius domus pro significatore illius pro quo quæritur. Et si Luna in hac constellatione fuerit in dignitate sua, accipe eam pro significatrice quærētis, & dominum triplicitatis in qua est pro significatore illius pro quo quęritur. Sed si fuerit planeta deferens lumen domini ascēdentis ad dominum septimæ, uel qui colligat inter Lunā & quemuis aliorū planetarum, accipe illum planetā pro significatore illius pro quo quæritur, et Lunam pro significatrice quærentis. Et esto strenuus in significatore quærentis à planetis, qui peregrini fuerint in ascendente, id est, qui non habuerint aliquam dignitatē in ascendente et à domino ascendentis, licet nō aspiciat ascendens. Et similiter subueni tibi in significatore illius pro quo quęritur, à planetis peregrinis in septima domo, & eius domino: licet non aspiciat eam.

Almutez secundum opinionem Alkindi.

SVper quærente, & illo pro quo quæritur, et re quęsita, est planeta plures dignitates habens in illa domo, & planeta qui est de natura illius quæstionis, & pars quę significat quæstionē, & dominus horæ. Et significator quærētis est planeta plures habens dignitates in quinq; Hylech, qui sunt Sol & Luna, ascendens, pars fortunę, & locus coniunctionis uel oppositionis præcedentis quæstionē. Dignitates habētur hoc modo: dominus domus habet quinq; dignitates, dominus exaltationis quatuor, dominus termini tres, dominꝰ triplicitatis duas, dominꝰ faciei unā. Athabari dicit ꝙ almutez est significator, uidelicet planeta q regnat in natura quæstionis, & planeta plures dignitates habens ibi: sicut dominus domus, & dominus exaltationis, & dominus termini, triplicitatis, & faciei: quorum nonnulli dant dignitatem domino horæ, sicut domino faciei. Quod ubi cognoueris, primò aspicies ad dominū ascendentis, & dabis ei prærogatiuam & fortitudinem, et si fortè cum eius dominio in ascendēte habeat exaltationē, uel terminū, aut triplicitatem aut faciē, accipies eū pro significatore, & nominabis ipsum Almutez, et nullus aliorum significatorum habebit diuisionem nec partē cum eo. Si uerò in ueneris dominū ascendentis in aliquo quarto angulorum, & maximè in medio cœli, quamuis in ascendente nihil habeat præter domum, tamen ipse significator erit, & nullus participabit cum eo in significatione: nisi fortè alius planeta ibi fuerit qui habeat in ascendēte exaltationē, terminum, & triplicitatem: qui si similiter fuerit in angulo, tūc ille planeta significationē habebit cum domino ascendentis in significatione, nisi dominus ascendentis fuerit remotus à gradu anguli ad tres gradus. Nā si dominus ascendentis fuerit remotus plures trib. gradibus, & alius planeta trium dignitatum fuerit in ipsomet gradu anguli, hic qui occupat gradus anguli erit fortior, & suā habebit significationē separatā. Ad hæc si dominus ascēdentis nullā habeat dignitatē, nec fuerit in angulo, tūc dominus triū dignitatū erit fortior, eo ipso existēte in principio signi. Et dominꝰ duarū dignitatū inuētus in fine signi erit fortior ipso, eo existēte domino termini

mini et exaltationis et triplicitatis: domin⁹ enim faciei debilis est in hoc, nisi habeat dominum in domo in qua est Sol in die, uel Luna in nocte, uel nisi adsit dominus horæ. Et scias quòd anguli sunt radices significationum, & per eos fortificantur domini sui, & debilitantur per casus. Dominus domus Solis in die, et dominus domus Lunę in nocte, uel dominus horæ, quando sunt æquales in fortitudine, significator erit dominus domus Solis in die, & dominus domus Lunæ in nocte, uel dominus horæ in hora. Et examina cognoscendo significatorem & motum eius, donec scias an quæstio uel significatio pertineat ad unum planetam, uel duos, uel plures duob. Et si habueris duos planetas æquales in fortitudine & participes in significatione, & dubitaueris cuius eorum sit significatio, considera num ad unum illorum se inclinet Luna, ipsa existẽs in ascendente in domo sua: uel num ille sit planeta dominus termini Solis in die uel Lunæ in nocte: aut an sit dominus partis fortunę: talis enim habebit maiorem fortitudinem altero, & erit Almutec, maximè si fuerit in suo haic. Etiam maioritis est si Luna assumpserit sibi quid de ascendente: postea cuius duorum planetarum, qui firmior fuerit, erit dominus, maximè si Luna eo inclinauerit, sicut prædiximus. Etiam pars fortunæ in nocturnis quæstionib. uim habet in significatione uel quæstione. Deinde aspice cui se adiungat significator in signo in quo est, uel quis aliorum se inclinet ad eum: quoniam applicationes sunt secundum quantitatem luminum planetarũ, quæ sunt eorum radij. Etiam lumina infortuniorum quæstiones disturbant & damnant, quemadmodum lumina fortunarum eas faciunt agiles & festinant. Hæc autem lumina planetarum, sunt ea quæ iam prædiximus. Alhayhat dixit quòd accipitur almutec à domino ascendentis, & à planeta dante ei uim suam, & ab eius loco in figura. Antichos, Dorothius, & Vuellius, dixerũt ꝙ almutec accipit̃ à parte fortunę, et eius domino, & à loco in quo est. Ego uero dico quòd quando planeta in domo alterius planetæ desidet, quòd dominus illius domus erit almutec in natura domus ipsius. uerbi gratia: Si ascendens fuerit Aries, & eius dominus Mars in Capricorno, Saturnus tunc est almutec super Martem. Et si uterq; eorum fuerit in domo socij sui, & fuerint ęquales in dignitatibus, eorum fortior in domo est almutec. Similiter & eorũ qui propior gradui anguli est almutec. Et si fuerint ęquales in numero graduũ anguli, qui propinquior fuerit parti orientis erit almutec. Et si fuerint æquales in situ oriẽtali, qui fuerit propinquior gradui Solis est almutec. Et si fuerint æquales in gradu Soli uicino, qui eorum fuerit in angulo est almutec. Et si fuerint ęquales in angulo qui eorũ plures habuerit dignitates est almutec. Quin & dominus duarũ dignitatum uincit dominum unius. uerbi gratia: Sint duo almutec in uno angulo, & ille angulus sit domus, uel exaltatio, uel triplicitas: dominus domus uincit dominum exaltationis, & dominus exaltationis uincit dominum triplicitatis. Quando Luminare sedet in aliquo signo, fortificat dominum illius signi. Quãdo Luminaria sunt in domo alicuius planetæ, fortitudo est domino domus. Quando planeta est in domo alicui⁹ Luminaris, fortitudo est Luminari. Etiam debilitatur planeta in æquando se Luminaribus. uerbi gratia: Ascẽdens est Leo, & ambo Luminaria iam sunt in Tauro, significatio est Veneris: quia est domina domus domini ascendẽtis, & domina domus Lunæ.

De cognitione almutec coniunctionis & oppositionis. Cap. X.

CONiunctio Solis & Lunæ fuit in Virgine decimo quinto gradu & decẽ minutis in nocte circa decimam horã, cuius aspexi significatores Virginis, & inueni Mercuriũ dominum domus & dominũ exaltationis, & Lunam dominam triplicitatis, (cõiunctio eñ fuit nocturna) & Venerẽ dominã termini: & uictor erat Virginis, & illius gradus Mercurius: quia erat dominus domus, & dominus exaltationis. Ibi ergo quia Luna erat domina triplicitatis, fuit Mercurius almutec super eã, quia erat in domo sua: similiter Mercurius fuit almutec super Venerẽ, quę est domina termini, quia Venus fuit in domo Mercurij: similiter fuit Mercurius almutec super duo Luminaria, quoniã ambo fuerũt in domo sua. Isto modo quære almutec super ascendens & super alias domos. Quin ego teneo ꝙ dominus horæ, si fuerit in aliquo angulorum, & Luna cadẽs ab angulo, et similiter dominus ascẽdentis, erit significator per se & cui se adiungit, & q appropinquat domui in qua ipse est. Sic enim arguo, significator quæstiõis quãdo dat uirtutẽ suã alteri planetæ, ille q recipit dispositionem

sitionem erit almutec: & si ille receptor dat uirtutem suam alteri, ille alter erit almutec, uidelicet receptor receptoris. Et si de eiusdem causa fuerint tres uel plures, postremus almutec receptor erit, excepto si dator fuerit fortis & receptor debilis: tunc enim non recipit sed reddit uirtutem suam. Et sic intellige in omnibus quæstionibus. Sed scito posse accidere quòd Luna applicet se duobus planetis existentibus in uno gradu, & in eadem hora: quorũ alter si fuerit fortunatus & alter infortunatus, & uolueris scire uter eorum sit habiturus dispositionem Lunæ, aspice uter eorum habeat plures dignitates in loco Lunæ pro termino siue domo, & da illi applicationem primò, & alteri postea. Si inuenias Lunam applicantẽ alicui planetæ, aut aliquem planetã alicui alio applicatione corporalis coniũctionis, & nullus eorũ sit terminus, illa associatio non est dicta applicatio, quia ille terminus extraneus qui cadit inter illos duos planetas, abscindit applicationem. Tamet si Ptolemæus & antiqui de applicationib. dicant, quòd applicationes sint secundum quantitatem suorum orbium. Etiam scito Solem recipere Lunã omnibus modis, propter nonnullas receptiones quas ipsi meliores habẽt alijs: idq; uel maximè si non dederit uirtutem suam alicui planetæ damnãti eã: taliscq; receptio melior est. Planeta qui defert lumen à domino ascendentis ad dominum quæstionis, si non recipit, non ostẽdit nec significat ueritatem. Etiam scito q; quando aliquis planeta est cum Sole in aliquo signo, (maximè si Mercurius aut Venus) & in illo signo non habuerint cum alio applicationem, & fuerint prope ascendens, uel dominũ domus Lunæ, aut prope dominum domus Solis, quòd habent uehementem significationẽ in illa domo in qua uersantur. At si applicationem habuerint, dãt uirtutem & significationem suam illi cui se associãt. Etiam huiusmodi est significator, quando est cum Sole, & nõ habet applicationem cum alio. Sed si receptor fuerit aspiciens ambas domos suas, diligenter examinando cõsidera ad quam earum habeat fortiorem aspectum, & an aliquis planeta applicet ei de domo illa, & an ipse applicet alicui planetæ in domo illa, & iudica planetam illum de natura illius domus quã aspicit. Scito quòd Sol ex propria natura dat planetis qui sunt supra eũ, & quòd ipsi dant Saturno, & quòd Luna dat omnibus: & ex hac causa cæteri planetæ se meliores fiunt. Etiam scias q; dominus octauæ domus à loco planetæ, & dominus sextę domus, & dominus duodecimæ domus, sunt inimici eius. Similiter si planeta habuerit applicationem cum alio planeta in istis supradictis locis, erit inimicus. Similiter si oppositum suæ domus, & suæ sextæ domus & octauæ.

Quando significatores fuerint fortunati, et ab infortunatis separati, denotãt, gaudia & bonum usq; ad suum finem. At si infortunati fuerint significatores, età fortunatis separati, uel à receptione, aut aliquo eorũ, demonstrant malum, tarditatem & destructionem rei. Non dicitur de Luna, neq; de alio planeta quòd sit separatus ab alio, nisi discesserit ab eo unum gradum. Planeta quod in natiuitate uel quæstione promittit, perficit, qualecunq; illud sit siue bonum siue malũ, quando applicuerit domino ascẽdentis, uel ad locum in quo promisit illud, & quando applicuerit gradui ascendentis, uel eius domino, aut almutec super ipsum. Planeta quando appropinquat alicui planetæ, & accipit naturã illius planetæ, uadit faciendo & operãdo per illam naturã quã accepit, donec ueniat ad aliũ planetã aspectu uel corpore: tũ eñ relinquit illius planetæ naturam & recipit aliam, & operatur natura sua & præsentis planetæ. Quando significator se applicat alicui planetæ, & ipse planeta fuerit in casu significatoris, id quod eueniet ab eo erit simile rei uenientis de domo inimicorum: quoniam non recipiet eũ, nec appropinquabit ei. Alhayhac dixit similiter fieri si applicatio & planeta fuerint in suomet casu: hoc enim significat malum factum esse in eo quod uult facere. Et si quæstio fuerit pro seipso, denotat eius malos mores & inuerecundiam. Et si quæstio fuerit pro re quam uult petere, nihil subsequetur nec cõplebitur, nisi deus aliud statuerit. Rursus quãdo significator est in suo casu, & se applicat alicui planetæ, qui nullam in loco significatoris neq; partẽ neque dignitatem habeat, est similis mẽdicanti apud eum quẽ non cognoscit, & accipit buccellam panis. Quod si planeta fuerit tactus infortunio, damnũ ei ueniet à domo in qua erat infortunium damnificans eum, & ab eius natura. Etiam si damnũ erat per regradationem sui ipsius, aut per combustionem uel casum aut corporalem coniunctionem cum infortunio, damnum ei accidet à loco in quo erat receptor & recipiens eum. Etiã

signifi-

ſignificator quando ſe applicat alicui planetæ de loco regradāti uel cōbuſto, abhorretur, & reſpuitur, & eſt ſicut caſus. Quando uideris receptorē uirtutis uel ſignificatorem, aut dominū aſcendentis exeuntem de uno ſigno in aliud, nec ſciueris an aſcendens infortuniū ſit in eo quod accidere debet, & eſt tanꝯ planeta cui ſe applicat planeta cadens in domo ſua: excute hoc & cō ſidera in eo quantum à te quęretur de rebus futuris. Quando domus quæſtionis habet duo ſigna, fortius eorū erit primū, & eius dominus erit ſignificator. Et ſi de tertio fuerint in domo plures gradus quā de primo, erunt æquales in fortitudine, & eorum domini ſimiliter: & ſi de ſecundo fuerint pauciores gradus quàm de primo, nō reſpicias ad ſecundum, quia nihil ſignificat. Quādo infortuniū recipit fortunam, nō lædit eam, maximè ſi nō fuerit de oppoſitiōe uel quarta. Occuſius dicit quòd malicia infortuniorum multiplicatur, quando uerſantur in locis peregrinis. Scias quòd ſignificator ſubſtantiæ & ſignificator quæſtionis, quando uerſantur in angulis damnati, auferunt medium rei: & quando damnati ſunt in ſuccedentibus, auferūt tertium: & in cadentibus auferunt ſextum rei.

De cognitione cogitationis quærentis, & ſi multæ fuerint quæſtiones,
Cap. XI.

DIcit Alkindus: ſi quando ſcire uolueris cogitationē quærentis, numera gradus qui ſunt à dño horæ uſq; ad gradum Solis, & id quod prouenit proīce ab initio Arietis, & in loco ubi numerus finietur erit cogitatio: quā ſuis ſignis iudicabis ſecundum naturā eius dñi. Alij dicunt quòd ſignificatores cogitationis ſunt in aſcendente nouem, & extra aſcendens tres. Illi qui ſunt in aſcendente nominantur dominus domus, dominus exaltationis, dominus triplicitatis, dñs ſui termini, dominus faciei. dominus ſuæ nouenarię, ſuus almutec, & planeta ad quem uadit gradus aſcendens, & planeta qui inuenitur in aſcendente. Planetæ uerò qui ſunt extra aſcendēs, pars fortunæ & eius dominꝰ, dominus horæ, dñs domus Solis in die, & dominus domus Lunæ in nocte. Conſidera ergo horū omniū quis plures dignitates habeat & firmiores, & matus dominiū in figura: quia ille erit ſignificator cogitatiōis. Vuellius dicit: Multiplica gradus aſcendētis in numerū horarum præteritarū diei uel noctis, & quod prouenit proīce à loco Luminaris temporis, ſcilicet à Sole ſi fuerit in die, uel à Luna ſi fuerit in nocte: & ubi numerus finietur, ibi erit cogitatio: quam iudicabis ſecundum naturā eius ſigni & domini: quoniam primæ applicationes indicant cogitationem, & ſecundę indicant quæſtionem. Hermes dicit: Scito primum gradum aſcendentē in hora quæſtionis, & poſtmodum inquire ſignificatorē à dominis dignitatum ſigni aſcendentis, & à Luminaribus & parte fortunę, & omnes eorū uirtutes: qa inter omnes ueriſſima & perfectiſſ. eſt ſignificatio ſignificatoris, quādo habet dominiū in natura rei. Nec decipiaris in planeta, in quo multa uideris teſtimonia, ſed aſpice illum qui habet dominiū in ſuo motu maiori, uel qui habet dominiū in aſcendente reuolutionis Luminariū, uel qui habet dominium reuolutionis coniunctionis maioris, uel eum qui habet dominium in reuolutione mundi, & cæteras alias ſignificationes quemadmodum dictum eſt in libro coniunctionum: quia ille qui aliquid horum dominiorum habet, prępponitur in ſignificationibus habenti multa teſtimonia. Dorothius dicit: Si quando habeas multas quęſtiones, accipe primam ab aſcendente, ſecundam à medio cœli, tertiam ab undecima domo, quartam à quinta, quintā à ſeptima, ſextam & ſeptimā ab angulo terræ, & octauā à nona domo. Alij dicunt: Primam quæſtionē accipies ab aſcendente, ſecundam à ſecunda domo, & tertiam à tertia, & ita deinceps donec peruenias ad duodecimā domū. Alij dicunt: Accipe primam quæſtionē à prima applicatione quam habet Luna, ſecundam à ſecunda, & ſic conſequēter uſq; ad finem quæſtionum. Alij ſuccedere aſſerunt, ſi accipias primam quæſtionē à domino primæ horæ, ſecundā à domino ſecundæ horæ, & tertiam domino tertię horæ, & ita deinceps uſq; ad finem quæſtionū paucarum uel multarum. Inquiras enim oportet & ſtudeas ſi duce Deo inuenire uelis.

De aſcendente & eius quæſtionibus, Cap. XII.

HAec domus eſt angulus orientalis, ianua cœli, ſignificans quæſtionē quærentis quā quis facit pro ſeipſo dum inquirit accidentia ſui corporis, & omnes cæteras res, & ſignificat etiam natum & eius macredinē & craſſitiē, nigromantiam & incantationes, & quāto tempore durat fœtus in utero matris: ſignificat etiam uitā et nobilitatē, & in qua ter

ra natus sit, illorum impedimenta, & finem cum ijs quę ex ipsis accidunt, & ad quē gradum quis ascender. Item creationem, nativitatem, uitæ actionem & eius accidentia, ꝓsperitates, augmētationes, et prouentus in factis: Item intellectum & mutationem sui status, raciotinationes, petitiones, ac significationes rerū. Item res delectabiles & abhorrēdas, lucem & lumen, pręliū, et bella, & gaudiū. Est aūt Mercurij ista domus.

Quomodo sciatur uita hominis per quæstionem suam, Cap. XIII.

ASpice ad dominum ascendentis & Lunam (nam separatio Lunæ significat quod transiuit de uita, & eius applicatio significat quod remansit) & si dominus ascendentis est saluus, uitam significat longam: si uerò combustus aut infortunatus, significat paruam uitam. Ad hæc si fortunæ aspiciunt ascendens & Lunam ac dominus ascendentis saluí ab infortunijs & planetis facientibus malum, ut sunt dominus octauæ, duodecimę, sextæ, et quartæ, ac dominus triplicitatis quartæ & temporis: hoc significat longā uitam in homine qui quærit, & durabilitatē sui corporis cum salute. At si dominus ascendentis fuerit sub radijs intrās combustionē, & Luna infortunata, uel cadens ab ascendente, & aliquid infortunatorū in ascendente, aut in septima: hoc significat mortem quærentis. Item tempus mortis scies à domino ascendentis hoc modo: Aspice quantum spacij sit inter ipsum & gradum terminationis & quot gradus inueneris inter eos, erit tempus uæ mortis: si uerò fuerit in signo communi, erūt menses: & si in signo fixo, erunt anni per numerum ipsorum graduum. Et re uera hæc significatio erit uerior ac certior, si infortunium fuerit in ascendente, aut aspiciat ascendens de oppositō uel quarto, & ascendēs aspiciat aliquid ex planetis malum facientibus. Postmodū aspice Lunam, & uide quot gradus sint inter eam & infortunia, aut inter eam & planetam damnum facientem: & quot gradus fuerint secundū illum numerum, tot erunt impedimēta quæ accident usque ad finem uitæ. Aspice similiter duos triplicitatis ascendentis, & cuiuslibet eorum fauorem & malitiam: quia ipsi sunt significatores prosperitatis & infelicitatis tertiæ partis uitæ: & dominus quartæ domus quando separat se cum uirtute & significatione, id est, quando maior est significator in figura, est significator finiū rerum suarum, ac prosperitatū & infortuniorum suorū. Et dominus domus Lunæ, si Luna fuerit fortis, & habuerit aliquā dignitatem firmam in ascendente, erit dominus ascendentis significator finium rerum suarū quæ sunt in suo corpore, & dñs domus Lunæ significator suorū impedimentorū. Indi & illi de Feriz dant dño triplicitatis ascendētis, primò medietatē uitæ, secundò tertiā partem uitæ, & tertiò sextam partem uitæ: diuidūt enim uitā in quatuor partes. Quod si interrogeris quæ nam quarta uitæ sua melior sit futura: da primam quartā ascendenti, secundā decimę domui, tertiam septimæ: & quartam angulo terræ, & aspice in qua earum inuenias fortunas, & partem fortunę, & Lunam limpidā ab infortunijs & cōbustione: & iudica quòd illa quarta erit ei melior: similiter si interrogatus fuerit quæ pars terræ foret sibi melior, aut si quis in sua uilla migret de uno loco in alium, & interget: aspice in qua parte sint fortunæ ab ascendente suo, & iudica quòd illa pars erit sibi melior. Sed scito quòd à gradu orientis usque ad gradum medij cœli est ortus, & à gradu medij cœli usque ad septimā est meridiei, & à gradu septimo usq; ad gradū anguli terræ est occidentis, & à gradu anguli terræ usq; ad oriēs est septētrionis. Item si q̄rat qs in qua quarta quartarū diei sit melius postulare suas petitiōes, aspice ascendēs et angulos, & si fuerint fortunæ in parte oriētali, petat res suas in prima quarta diei: si uerò fuerint in parte meridionali, petat in secunda quarta diei: & si in parte occidentali, petat in tertia quarta diei: similiter si fuerint in parte septentrionali, petat in quarta quarta diei. Sapientum antiquorū quidam dicūt, quòd si fortunę fuerint in parte oriētali, petat res suas quis dum Sol ascēdit ad medium diem: & si fuerint in parte meridionali, petat à meridie donec Sol occidat: & si fuerint in parte occidentali, petat post Solis occasum usque ad mediam noctem: & si fuerint in parte septentrionali, petat à media nocte usq; ad ortum Solis sequētis diei. Cōpilator huius libri dicit quòd hæ duæ opiones sunt uerę: quia radix harum duarū opinionum est secundum considerationē quærentis, & secundum quod dixit antecę reciperet ascendens. Et quòd si quæstio & consideratio fuit, quæ ex quartis diei foret sibi melior, dictum primum est uerum. Item si quæstio fuit, quæ ex quartis diei & noctis foret sibi melior, secunda opinio est uera. Sed

ra. Sed insuper custodias te à quartis, ubi infortunia sunt ab ascendẽte suo in omnibus rebus. Etiam scito quòd locus ubi est pars fortunę & Luna pura ab infortunijs & cõbustione, quòd est illa pars bona in omnibus suis rebus, & conueniens magis, ꝙ ulla partiũ aliarum: idꝙ per potentiam Dei omnipotentis.

De cognitione felicitatis & infortunij corporis,
Cap. XIIII.

CVm interrogatus fueris super robore & debilitate corporis, & ꝙd suorum membrorũ sit fortius & ualidius, & ꝙd debilius & minus firmũ: scito quòd id quod est ab ascendẽte subtus terram usque ad septimam habet respectum corporis à medio suprà. Si ergo inuenias in hac parte fortunam, iudica partem superiorem corporis fortiorẽ, sanam, & perfectiorẽ. At si ibi fuerint infortunia contrariũ collige. Et ꝙniã à septima domo usꝙ ad ascendẽs est respectus corporis medij inferioris, hanc quoque partem aspice, & si fortunas inuenias in hac parte septimę domus usꝙ ad duodecimam, iudica medium illud corporis inferius fore sanũ, fortẽ, & perfectũ. At si infortunia ibi sint contrariũ collige. In summa ubicunꝙ inueneris infortunia, dicito corpus illud debilius & minus perfectum. Etiam scito quòd caput est Arietis, collum Tauri. &c. sic per ordinem descendo donec pedes consequantur pisces, sicut diuisum est in libris antiquorum. Quidam dicunt quòd caput est ascendentis, collum secundæ domus, & ita consequenter donec pedes dicantur duodecimę domui. Secundum ergo hunc ordinem diligenter inquire in quo signo sint fortunæ, quia ibi est salus & felicitas: & in quo signo sint infortunia, quia ibi est damnũ, infortuniũ & malũ, à quib⁹ quis debet se custodire. Ego uerò dico quòd debemus respicere in hoc capite & in alio præcedente, quando quęsitor quęrit de suo corpore quid futurũ sit, & de suis accidentibus, Lunam & almutez, & uidere quis eorum sit fortior: & eorum applicationes, primam scilicet, secundam & tertiam: & quot fuerint donec ueniatur ad illud signum in quo est. Et quando discedit de illo signo, mutatur iudicium, & significatio damnatur. Scias insuper ꝙ separatio Lunæ significat id quod quærentis erat ante quęstionem, & quòd eius applicatio significat id quod futurum de ipso post quęstionem. Quando ergo Luna à casu anguli se applicat alicui planetę similiter cadenti de angulo, significatio est mala & dãnabilis: quia fortuna quãdo ingreditur infortunium debilitat se, & diminuit suum bonum & proficuum. Quando uerò fortis est & robusta, perficit suum promissum & significationem ac fortificat. Idem etiam per hunc modum iudica de infortunijs, nec te impediat quod libri dicunt infortunia esse peiora quando discedunt ab angulis. Non eñ ita est, sed cùm sunt in angulis firma, sunt peiora, quia dum cadunt, habent similitudinẽ infirmi debilis, qui se mouere nõ potest nec iuuare. Etiã dico quòd in quęstionibus fiunt hylech & alchocoden, sicut in natiuitatibus.

De uadente ad alium, *Cap. XV.*

CVm quis ad aliquẽ ire uult, & quęrit à te si illũ inueniat nec ne, aspice dominum septimę domus, quẽ si inuenias in angulis, dicito quòd homo ille est in loco suo: si uerò eum inueneris in succedentibus, dicito quòd est circa locum suum. Etiam aspice si sit inter dominum ascendentis & dominũ septimæ domus applicatio aliqua, uel aliquis planeta aspiciens domum septimam, & deferens lumen unius ad alium, aut qui coniungat illa duo lumina. Et si hoc ibi fuerit, dicito ꝙ inueniet eum: si uerò non, quod non.

De sessione in domo ex partibus planetarum,
Cap. XVI.

CVm in domo tua uolueris sedere, sede semper in partibus fortunarum: & si quis tuorum familiariũ ueniat ad te, loca eum tecũ in illa parte, aut in parte alterius fortunæ. Etiam scias quòd à puncto medij cœli usꝙ ad punctum orientis, est Veneris, & quòd idẽ punctus orientis est Solis: & à puncto orientis usque ad punctum septentrionis, qui est angulus terræ, est Iouis, & quòd idem pũctus septentrionis est Mercurij: & à puncto septentrionis usꝙ ad punctum occidentis est Lunæ, & quòd idem punctus occidentis est Saturni: & à puncto occidentis usꝙ ad punctum medij cœli est capitis draconis, & ꝙ idem punctus medij cœli est Martis. Similiter quando intraueris domum alicuius, aspice dominum domus in qua parte ipsum sedentem inuenias: & si inueneris ipsum sedentem in parte fortunarũ, sede iuxta eum in parte illa, siue in parte alterius fortunæ. Sed si eum inuenias sedentem in partitione Saturni, sede tu in parte fortunarum. At si

sedeat in parte Martis, ne sedeas tu in illa domo, sed propera redire, quoniam sic tibi erit melius quàm in illa domo manere.

De uoluntate uenientis ad te,
Cap. XVII.

CVm aliquis ad te uenit cuius uoluntatem nescis, uisq; eam scire: primùm sinito eũ sedere quocũq; in loco uoluerit, postea inspice se dẽ in parte Iouis aut Veneris, quæ si tibi fuerit, scias quòd te diligit, & quòd se effert in tuum nomen, uera q; tibi dicit, & bonam famã de te circũfert: sed si sederit in parte Saturni, uenit ad te malignus, iratus, & cupidus faciendi tibi malũ suis dictis: quare caue eum. Si uerò sederit in parte Solis, scias quòd malè affectus est erga te, & te defert malam famam de te seminando & calumniando. Etiam si sederit in parte Mercurij, suã aduersum te iram dissimulabit, & ostendet quendam falsum amorẽ, & benefacendi tibi cupiditatem. Nec si sederit in parte Martis, tibi fidus amicus erit. Ideoq; custodias te de eo solicitè, fortiter, & auxilio Dei.

De suspitione, Cap. XVIII.

CVm interrogatus fueris de homine qui est suspectus de furto, & facto simili, aspice significatorẽ quæstionis, et si recipit aliqd ab infortunio, dic quòd illa suspitio est uera, & q furatus est. At si significator nihil accipit ab infortunio, dic eum innocentem & liberum à suspitione illa.

De usu & auditu, Cap. XIX.

CVm interrogatus fueris de salute usus aut auditus, aspice Luminaria, salutẽ & damnatũ eorũ, & iudica. Quin in omni quæstiõe facta pro salute alicuius mẽbri, aspice ascendens q̃stionis & significatorẽ ipsius mẽbri: qui si fuerit fortunatus, collige salutem & conseruationem membri. Si uerò contrarium fuerit, contrarium dicito.

De re optata futura ne sit bonum aut malum, Cap. XX.

PRimùm scias ascendens, postmodum aspicias dominũ signi in quo est Sol, & dominum signi in quo est Luna, & dominum domus uitæ: & eorum qui fuerit fortior in statu & firmior erit in ascendente, accipias pro significatore & alchocoden: cui si cognoueris esse in angulo, dabis annos, & si in succedentibus dabis menses, & in cadẽtibus dies. Et scias quòd numerus quem in hoc accipies à quolibet planeta, est numerus annorũ suorum minorum si fuerint anni, mensium si fuerint menses, dierum si fuerint dies, secundũ significationem quam diximus de angulis & eorum succedentibus & cadentibus.

De re aliqua si futura uel non, Cap. XXI.

DE re futura si dubites, primũ aspice Lunam, & signum in quo uersatur, & de his iudica. Nam si sit in signo fixo, significat annos: si in communi, menses: si in mobili dies. Similiter aspice Lunam, quæ si fuerit in signo masculino, significat menses: in signo fœminino, dies. Post hæc aspicias alchocodẽ dictum superius, & quem planetã aspiciat in oppositione, aut de tertio uel quarto uel sextili: & dic quòd die illa in qua applicabit alchocoden ipsi planetę, in corpore erit malum, si fuerit malum: aut bonum si fuerit bonum. Etiam scias quòd principium rei futuræ & radix est Lunæ, & eius finis est dominj domus Lunę. Si ergo Luna est in bono statu & in angulo, significat in principio successum, quemadmodũ dominus domus Lunę cùm est in bono statu & angulo, significat prosperitatem in fine rei.

De fiducia & timore, Cap. XXII.

CVm interrogatus fueris super fiducia alicuius rei speratæ, inspice Lunam: nam si dederit uirtutẽ suam alicui planetę in angulo, uerificabitur fiducia rei speratę, & eo erit certior si planeta fuerit in decima: quia res illa manifesta erit hominib. Similiter iudica si fuerit in ascendente. Etiã si planeta fuerit in septima, res illa manifestabitur, & cęlabitur postea. Et si inueneris ipsum in angulo terræ, res ipsa cęlata & cooperta erit. Etiam dominus horę significat uerificationem fiducię, si aspicias eum ut diximus. Pro timore respice etiã ad dominũ ascendentis, quem si inuenias purum ab infortunijs aspicientem ascendens, nullius rei timor erit nec aliquod accidet impedimentum. At si fuerit in malis locis, sicut est secunda, sexta, octaua, duodecima: metus ueniet ei secundum naturam domus in qua fuerit dominus ascendentis: & eo maior & certior, si infortunia ab angulis adprobauerint. Item si infortunia habuerint dominia octauæ domus, fortè ueniet malũ & ad mortem: si uerò non habuerint octauę dominium, accidet ei magnum damnũ, & euadet postea, eo quidem citius & eo minus corripient eum aduersa, quo minus infortunia fuerint attestata. Etiam respicias

ad

ad signa, quia signa mobilia significant q̃ illud damnum mutabitur citò: fixa & cõmunia significant longitudinem mali & eius sl xionem, hoc habente testimonium à planetis, sicut diximus. Et si infortunia fuerint in 12. domo, significant liberationẽ de carcere & pœna: si uerò fuerint in secunda, significant quòd capietur in substantia. Item si dominus ascendentis fuerit in duodecima domo, significat quòd fugiet & euadet, nec capietur: et si dñs ascendẽtis applicet se infortunijs, habebit tribulationes in sua fuga: & si infortunia habuerint dominia domus domini ascendẽtis, aut ipsa eadem dominant ascendenti, tunc nullum præter fugam patietur malum, & quæ imminebant turbæ euenient in fuga.

De destructione & solutione rerum. Cap. XXIII.

IN destructione & solutione rerũ respice ad significatorem illius rei quam destruere uis, & si significator ipse in loco contrario ipsi rei fuerit, & applicet se alicui planetæ, uel q̃ Luna sit in tali statu, uel q̃ significator non applicet se alicui planetę, aut q̃ sit regrad⁹ uel cadẽs ab angulo, aut peregrinus non sit in domo nec exaltatione sua nec triplicitate, uel q̃ in suomet genzahar, aut in loco in quo nõ habeat dignitatem aliquã nec termini nec faciei, aut quòd sit infortunatus sine fortuna aliqua, (quod accidit quando est obsessus à duobus infortunijs) uel sit cõbust⁹, uel in signo non æqualis ascensionis cum sua dignitate: * ut Iuppiter in Ariete est æqualis in ascensionibus signo Piscium, & est quędã dignitas: uel Venus in Aquario est æqualis Tauro in ascẽsionibus: & sic de alijs, quia Aries & Pisces sunt æqualium ascensionum, faciunt unam conuenientiam planetarum.

De domo & suis quæstionibus. Cap. XXIIII.

SCIas quòd domus secũda significat res amplas, gubernatas, & æstimatas: substantiam & causam cum mulieribus, & hæreditare bona mulierũ quando moriuntur: mutuũ dare, recipere, participationẽ, satelliti⁹ iudicum, scribere testamenta morientiũ, & res quæ contingunt in eo quod est futurum: & participationẽ rerum, & prærogatiuas in quæstionibus, & infidelitatem: proditionem & inuidiã amicorũ, archas & armaria, & talia in quibus res exlãtur: & claues, & magisteria filiorum, & prouentus hæreditatum, & lucra: & chartam regis quæ uenit cum mandato, & introitũ ciuitatis. Hæc domus sequit̃ angulũ ascendentis. Et si fuerit in hac domo & in quæstione signum igneum & cogitatio quærentis, id est, si significator cogitatiõis fuerit in ea, iudica quòd q̃stio est, p substãtia. Si uerò fuerit terrenũ, dicas quòd est pro ingressu ciuitatis: si aëreum, pro satellitibus: si aqueum, pro uictu & lucris. Quin etiam primus dominus triplicitatis huius domus significat substantiã, secundus uictum, & tertius merces, emere, uẽdere, dare, & recipere. Et horum trium qui fuerit fortior & in meliori loco, meritò erit significator substantiæ. Et secundũ naturã domus in qua fuerit, cęteris præteritis inuenietur substantia: ut si fuerit in medio cœli, erit substãtia à parte regis: ita de naturis aliarũ domorũ, sicut prædiximus iudica, idq̃ uel eo certius si in secũda domo fuerit Cancer uel Leo. Si uerò fuerit domus Saturni, indicabit tibi seminationẽ: & ita de cæteris domib⁹ aliorũ planetarũ ut decet, pnuncia bis. Color huius domus est uiridis, mixtus cocco baphico, id est (ut dicunt) uermilio. Si quis interrogauerit de substantia nõ cognita quã petitur⁹ est ab ignoto, aspice dñm ascendẽtis, & si fuerit applicãs dño domus substantiæ, recipiẽte ipsum domino domus substãtię, & Luminaribus aspicientibus eum, & maximè si dñs domus substantiæ aspexerit ascendens aut dñm ascendentis, iudica quòd substantiam ipsam consequetur. Etiam si dominus substãtiæ se applicat dño domus in qua est pars fortunę, & dñs partis fortunæ habeat talem statum qualẽ cum domino domus substãtiæ, uel maximè si Luna aspexerit partem fortunæ, iudica similiter quòd substãtiam illam obtinebit. Etiã si dñs ascendentis nõ applicuerit dño partis fortunę, & fuerit stat⁹ dñi ascendẽtis & dñs partis substãtię à Luminarib. sicut p̃dixim⁹ de alijs, iudica similiter q̃ habebit substãtiã, idq̃ uel certius si Iuppiter aspiciat dñm ascẽdentis, aut ascendens ipsum uel significatorem substantię, qualiscunq̃ fuerit ex his tribus modò nominatis. Vehementior status quem habet Iuppiter in substantia, est in secunda domo cum dño ascendentis, & significator substantię sit in ascendẽte, aut in undecima uel decima domo, siue in aliquo aliorum angulorũ: tamen si fuerit in ascendente, inquiret substantiã suo corpore: si in secunda domo, inquiret per suos satellites, & eius reditus. Itẽ si fuerit in decima domo, habebit illam à rege & suis comitibus: si in undecima, habebit ipsam ab hominibus regis, & ab illis in quibus habet fiduciã: si in

septima, habebit illam per merces & causas & offerendo suũ uel se alijs: si in octaua domo, habebit illam per matrimonia, hæreditates, testamenta, ac similiũ ratione: si in 4. habebit illam à rebus antiquis & hæreditatibus & aratione, ac rebus absconditis & à patribus: si in quinta, habebit eam per filios, hospitum munera, seruos, dona, & his similia. Etiam si Iuppiter fuerit dñs ascendẽtis, & significator substantiæ fuerit in duodecima domo, habebit substantiã, licet paruam & debilem, ab inimicis, eleemosynis, carceribus & captiuis: si uerò fuerit in nona habebit illam similiter modicã per itinera et res regum quæ inueniuntur in itineribus: si in sexta, habebit etiam paucã à seruis et senibus, & occasione infirmitatũ. & itinerum breuium, bestiarũ minutarũ, equorũ paruorum, & his similiũ: si in tertia, similiter habebit illam paucam à fratribus & migratiõe, & per itinera breuia, & per amicos et inimicos patrum suorum. Verum enimuero maior significatio in multa substãtia & eius firmitate est, si sit dñs ascendentis, & dñs domus substãtiæ, & Iuppiter in statibus, quos diximus, cum dño substantiæ, qui fuit significator & sit in angulo: atq; istorum melior est ascendens, deinde decima domus, pòst septim. inde quarta, deinde succedẽtia, quorũ melius est undecima, deinde quinta, postea secunda, deinde octaua. Item melius & facilius res subsequetur, si significator substantię sit Iuppiter aut Venus orientales, directi in suis dignitatibus, & recepti, sicut diximus: subsequetur enim substantia si significator fuerit receptus, & aspiciat Venerẽ, sitq; purus ab infortunijs. Etiam erit in inuenienda substãtia utile, si Mercurius receperit significatores, ipse fortis & fortunatus & in suo lumine perseuerans. At si inueniatur alio modo, secundũ modum iudica, uel contrarium.

De lucro & eius tempore. Cap. XXV.

IN lucro inquirẽdo & eius tempore, pones gradus applicatiõis, qui sunt inter dñm ascendentis & significatorẽ substantiæ, dies aut menses uel annos, iuxta id quod cõuenit signis in quibus fuerint: tamen firmitas & augmentũ substantię erit per applicationẽ dñi ascendentis cũ fortuna in angulo, similiter et dñs substantiæ. Et si fuerint significatores substantię applicãtes dño ascẽdẽtis, idẽ ꝓueniet leniter et sine labore, ac sine inquisitiõe. Sed si dñs ascẽdẽtis, applicauerit se significatoribus, petendum & inqrendũ erit. Si uerò applicatio fuerit & dñs ascendentis regradus, succedet casu fortuito. At si significatores fuerint regradi significãtes lucrum, labores erunt in possidendo. Itẽ si fuerint infortunati, ostendent turbationẽ & minutionẽ secundũ naturã infortunij, & domus in qua fuerint infortunia, & secundum aspectũ quem habuerit cum significatoribus. Pręterea si quęsita substantia fuerit ab homine cognito aut ciuitate cognita, des ascendẽs quærẽti, & septimam ei cui quæritur aut ciuitati: & si applicuerit dñs domus substantiæ ascendẽti, uel cum dño ascendẽtis, uel cum dño secundæ domus ascendentis, aut pars fortunę in septima domo, aut pars substantiæ septimę cũ dño ascendentis, uel cum dño secundę: aut dñs ascendentis & dñs partis substãtię septimæ cũ parte fortunę, & fuerint fortunę testificãtes, sicut diximus in capite pręcedenti, consequeẽ lucrum. At si diuersum huius fuerit, iudica cõtrariũ. Ergo si aliquis te interroget de substantia futura, respice ad dominum ascendẽtis, qui si se applicat dño domus substantiæ, aut dñs domus substantiæ se applicat dño ascendẽtis, lucrabit substãtiam illam & possidebit eam. At si non fuerit inter eos aliqua coniunctio nec applicatio, non consequetur, nec domũ suam intrabit. Etiam aspice partem & applicationem domini ascendentis cum ea, quia habet in hac re significationem magnam, & isto modo iudica, & inuenies si Deus uoluerit.

De petendis donis. Cap. XXVI.

CVm aliqs te interrogat de aliquo dono, num id cito uel tardè consequatur, aspice ascendens & eius dominũ, & partem fortunę & eius dñm: & si dominus ascendentis fuerit infortunium aut fortuna infortunata, & fortuna & dñs partis fortunæ ambo aspiciant Lunã, aspice in quo statu sit Luna in utroq; & quem eorũ benignꝰ aspiciat, & cum quo magis cõueniat, & iudica quod esse potest & quod infortuniũ non minuat nec impediat suo posse, loco, & uirtute sua.

De tertia domo & eius quæstionibus. Cap. XXVII.

HAec domus est significatrix fratrum. & itinerum breuium, ac tollendi res: denotat enim gaudia & periculum fratrum, & eorum statum, bonum uel malum, & amicos, consanguineos, sorores, cognatos, somnia, legem, scire de lege, puritates, status sororum & amicorũ: etiã choreas, dominas mulierum,

lierum, migrationē de loco ad locum, con-
ſiderationem, intellectum, nobilitatē, obe-
dientiam & ſeruitiū ad Deum, ſynagogas
Judęorū, deſtructionē Chriſtianorū et eorū
eccleſias. Et in hac domo eſt gaudiū Lunæ.

De inquiſitione fratrum & eius quæſtionibus.

Cap. XXVIII

CVm aliqs à te quærit de fratre ſuo,
aſpice ſignum tertiū ab aſcendēte
quæ eſt domus fratrum, & dominū
ſuæ triplicitatis & almutez illi⁹ do
mus, & quis aſpiciat ipſum ex fortunis uel
infortunijs, & in quo loco ſit: qa ſi inuene-
ris dñm tertiæ dom⁹ in ſexta, uel applicātē
ſe dño ſextæ, aut dñs ſextæ in tertia, dicas q̄
frater eſt infirmus. Et ſi ipſum inuenias in
quinta uel undecima, dicas quòd frater ini-
uit profectionē quandā. Item ſi inuenias al
mutez tertiæ domus infortunatū, aut in 12.
domo, dicas q̄ frater eſt anxius ac in infir-
mitate, quam non euadet ſi dñs tertiæ cum
Marte cōiungat̄, & ambo coniuncti intrēt
combuſtionem ſub radijs Solis. Et ſi ambo
cōbuſti fuerint, iudica modis omnib. mor-
tem, idq̄ uel maximè ſi dñs triplicitatis ter-
tię domus fuerit infortunatus aut cōbuſt⁹
ſicut alij. Et ad hunc modū iudica in omni-
bus eius qualitatib. per domus & aſpectus,
ſicut diximus in alio capite. Idem quoq̄ fa-
cies ſi interrogatus fueris de aliqua re, quæ
ſit de natura alicuius alterius rei domuum
cœli, ſicut eſt de patribus, filijs, ſeruis, muli
eribus, & rege ſatellitū & inimicorū, & in-
ſpice pro eis ſicut in hoc capite feciſti, & in
uenies in natiuitatibus aſpectus fortunarum
& infortuniorū loci, de quo quæſtio eſt, aut
de ſuis aſpectibus cum domino illius loci,
aut quòd ſint in illo loco: quia per naturas
infortuniorū accidit anxietas, infirmitas, et
impedimentū: fortunarum uerò natura pro
ducit gaudium, ſalutem, bonum, & bonos
ſtatus. Nec negligas naturas cœlorum, pla
netarum facere participes naturarū domo-
rum: ut ſi quæſtio ſit pro patribus, Sol erit
particeps: ſi pro matrib⁹, Luna: ſi cauſa mu
lierum, Venus: ſi pro filijs, Iuppiter: ſi pro
ſuis, Mercurius. Quoniā iſti habent ſignifi
cationes cum almutez domorum, quæ ſig-
nificant res ex beneficio Dei.

De conſilio legali, id eſt, bono, uel malo.

Cap. XXIX.

SI quis ueniat conſulere tibi, tuq̄ uo-
lueris ſcire ſi ſit prob⁹ uel deceptor,
aſpice in medio cœli, & ſi inueniatur
fortuna, eius conſilium eſt bonum &
uerum. At ſi infortunium ibi fuerit, eſt dece
ptor & mendax. Quod ego ut expertus cō
firmo & dico ſi conſultor ad te ueniat, &
aſcendens fuerit ex ſignis cōmunibus, aut
dominus aſcendentis, & Luna fuerit in ſig
nis cōmunibus, quòd deceptor eſt & te uult
decipere. Ne ergo auſcultes ei.

De rumoribus ſi ſint ueri uel falſi.

Cap. XXX.

SI interrogatus fueris de rumoribus,
ſi ſint ueri uel falſi, aut ſi bonum uel
malū denotent, aut ſuper fiducia eo
rum uel timore, & ſi res illa habeat
fundamentū uel nō, aut ſi ſuper nihil fuerit
auaſtamentum. Auaſtamentū eſt quando
aliquis ponit aliquid q̄ ad ſe facit uel trahit,
& in mala parte intelligitur. Aſpicias Al-
mutez aſcendentis, & Lunam, & quis eorū
ſit in angulo: & ſi nullus eorum eſt in angu
lo, accipe ex ipſis eum qui plus iuris habet
in aſcendente, & ſic incipe. Et ſi rumores
fuerint de quibus gaudeat quęſitor, & inue
neris almutez aſcendentis, & Lunam, & do
minū domus Lunę in angulis uel ſuccedēti
bus adiutos à fortunis, & ab infortunijs &
planetis damnantibus puros, (ſunt autē no
centes planetæ domini ſextæ & duodeci-
mę in locis ſuis in quibus uerſantur) iudica
quòd rumores ſunt ueri & ualde boni. At
ſi horum contrariū inueneris, contrariū iu-
dica & malum. Etiam rumores erūt ueri &
boni, quando in angulis fuerint ſigna fixa,
& Mercurius & Luna in ſignis fixis, & ſepa
rantes ſe ab infortunijs, & q̄ ſit in aliquo an
gulorum fortuna: & rumores mali erunt ue
ri & uerificabuntur, ſi duo anguli decem &
quatuor habuerint ſigna fixa & Lunam re-
ceptam: uerificabūtur inquam in aliqua re.
At ſi rumores fuerint mali, & in aſcenden-
te fuerit fortuna & Luna fortunata, ſignifi
cat deſtructionem illorum rumorum, & q̄
conuertentur in bonum. Regradatio Mer-
curij aut planetæ cui applicat Mercurius, et
illius cui applicat Luna, & maximè ſi quiuis
iſtorum fuerit dominus aſcendentis, ſignifi
cat deſtructionem rumorum, & quòd con-
uertentur in bonum.

Dictum Alkindi de rumoribus.

QVando uolueris ſcire uerificatio
nem bonorum rumorum, aſpice
ſi fuerint in angulis ſigna fixa, &
Luna in ſigno fixo & recepta, &
aſcendēs & Luna fortunata à
fortunis, iudica quòd illi rumores ſunt ueri
per potētiam Dei. Item ſi rumores fuerint

boni, & anguli signa mobilia, & dominus ascendents & Luna fuerint in signis mobilibus, & maximè si fuerint infortunati: iudica quòd rumores falsi sunt, & in sua falsitate euanescent, & in nihilum redigentur. At si rumores fuerint mali, & anguli signa fixa, & dominus ascendentis & Luna in signis mobilibus, & infortunia potentia, iudica quòd rumores erunt ueri, uel eo maximè si cum dicto angulorũ statu infortunia aspiciant Lunam, & dominũ ascendentis. In summa scito rumores siue boni siue mali uerificari si adsit fixio angulorũ, & significatores sint in signis fixis: & quòd malos rumores infortunia uerificant, eademq; destruunt fortunæ: & contra rumores bonos fortunæ uerificant, destruunt infortunia. Præterea si uolueris scire causam illorũ rumorum, aspice in quo signo sint dominus ascendentis & Luna, & iudica secundũ loca in quibus sunt, & secundum naturam dominorum illorum signorum in quibus uersantur. Item si uolueris scire finem ipsorum rumorum post certitudinem, aspice dominum domus Lunæ, & dominum ascendentis, & iudica secundum naturas suas, & locorum suorũ in cœlo, & dominorũ suorum locorum, & potentiã quam habẽt in cœlo. Nã si fuerint fortunati, significant fortunã in fine secundum fortunantis naturam: si uerò infortunati, significant infortunium in fine secundũ infortunantis naturam. Insuper si dominus ascendentis fuerit sub radijs, erunt illi rumores secreti, & multi eos nescient: si uerò oriẽtalis aut aspiciens Solem, & eo magis si Sol aspiciat Lunam, & ambo ascendens, siue ueri fuerint siue falsi, reuelabuntur & erunt manifesti omnibus. Item si pars secreti à Marte salua & incõtaminata fuerit & à Cauda, & eam aspexerit dominus domus Lunę, uel aliquis ex Luminaribus bono aspectu, iudica ueros esse rumores ex opificio Dei.

De quarta domo & quæstionibus eius.
Cap. XXXI.

QVarta domus est significatrix patrũ, angulorũ terræ, significatrix finium rerum, hæreditatum, fationum, aquarum, rerum exlatarum & coopertarum, & abscondi-tarum. Etiam significat formam natiuitatis in qua ortus est natus, carceres, & consanguineos ex parte patris & matris, & proauos, & membra abscõdita in corpore. Item opera ædificiorũ, elementa & radices terũ, & quod futurum est post mortem. Ad hæc hæreditatem, bona patrum & matrum. Præterea castra, domos, annos antiquos, patruos, diuersitatem locorum, quod bonum uel malum accidit in mundo, lapides præciosos, naturam mulieris, id est, uuluam: locum in quo est furtum, loca ubi administratur infantibus, & thesauros.

De terra cultiua, domo, & prædijs emendis. *Cap.* XXXII.

CVm interrogatus fueris super terra cultiua, siue domo, aut prædij emptione, da ascendens & eius dominum, & planetam à quo separat̃ Luna, quærenti uel emptori, & septimam: & eius dominum, & planetam cui se applicat Luna, ei à quo petit̃ uel uendit̃: & quartam domum & eius dominum, & planetam qui fuerit in ea, & Lunam, rei emptæ uel petitæ: & medium cœli præcio: postmodum si inuenias dominũ ascendentis aspicientem dominũ septimę, & dominũ septimæ dom⁹ applicãtem domino ascendentis, dic quòd uenditor ualde cupit uendere: & si inter dominum ascendentis & dominũ septimæ domus sit aliqua applicatio, aut luminis translatio, uel coniunctio corporalis, dic uenditionem inter eos fore. At si aliquid horum ibi non inueniatur, differretur res, nec uenditio fiet. Sed si applicatio fuerit, & luminis translatio fuerit de quarto aut opposito, fiet uenditio, ægrè tamen & cum labore & uerbis uarijs inter se collatis. Sed si fuerit de tertio uel sextili, minimo negocio fiet. Etiam si receptio fuerit inter eos, erit uenditio cum bona uoluntate emptoris & uenditoris. Postea inspice si dominus ascendentis uel Luna se applicat domino quartę aut si dominus quartæ uel Luna se applicat domino ascendentis: & si dominus quartæ domus solus se applicet domino ascendentis, & ipse recipiat eũ aut eos ambos, si ambo applicuerint ei: uel si sit dominus ascendentis & Luna in quarta domo, & dominus quartę in ascendente, significat quòd emet̃ illa hæreditas, & ꝙ obtinebit eã. Sed si hoc non fuerit, & Luna detulerit lumen unius eorum ad alium, denotat quòd res illa fiet, tamen per mediatores & manus legatorũ. At si applicatio nulla interueniat, nec luminis translatio, nec planeta qui coniungat eorum lumina, nullam fore prædij emptionem portendit. Quin si cupias scire successum illius prędij & uastationem, aspice si

inuenias

inuenias in quarta domo infortunia, potentia uel peregrina: significat enim quòd prædium illud emptum uastabitur. Idem significat dominus quartæ domus, si fuerit regradus uel infortunatus, aut in casu suo de domo uel exaltatione. At si fortunę fuerint in quarta domo peregrinæ & fortes, significat prędij felicem successum & augmentationem. Etiam in domibus & prędijs emendis poteris tibi subuenire, si sumas illorum partem in die à gradu domini quartæ domus in gradum Saturni: aut si Saturnus fuerit dominus gradus quartæ domus, sume à gradu quartę domus in gradū Saturni. Sed noctu operare per contrarium, & projce à gradu quartæ domus. Et hæc pars secundū opinionē Hermetis est de die & nocte à gradu Saturni in gradum, Lunæ projiciendo eam à gradu ascendentis. Et si pars ista & eius dominus applicuerit dño septimę, & eos receperit, complebit uenditio. At si gradus partis, & gradus eius domini fuerint infortunati, significat depopulationem & uastationem illius prędij: sed si pars & eius dñs fuerint fortunati, significat propagationem & successum prædij. Porrò si quæstio sit de terra cultiua, & uolueris scire qualis sit pone ascendēs significatorē laboratorum & laborantiū in ea, & quartam domum significatricē cōditionis terræ & eius formę, & angulū occidentis significatorē herbarum eius & plantarum, arborum & fructuū: medium cœli significatorē: pòst aspice, & si inuenias in ascendente infortunum, dic quòd laboratores sunt latrones & non fideles: sed si in ascendente fuerit fortuna, dic quòd laborantes sunt fideles & iusti & si fortuna existens in ascendēte fuerit directa, permanebunt in prędio: sed si fuerit regrada, dic ꝙ mutabūtur. At si infortunia quę fuerūt in ascendēte fuerint directa permanebūt in terra furādo: & si fuerit regrada fugiēt ab ea. Item si in medio cœli inuenias fortunam directam, dic ꝙ eius arbores sunt bonę & multę: si uerò fuerit regrada, dic ꝙ ibi multæ sunt arbores, debiles tamen: aut quòd uenditor eradicabit eas. At si fuerit in medio cœli infortuniū directum, dic quòd eius arbores sunt paucæ: & si fuerit infortunium regradum, dic quòd utilicus eas eradicabit. Ad hæc si mediū cœli fuerit planetis uacuum, aspice dñm medij cœli: qui si aspexerit locum ipsum, dic quòd ibi sunt arbores: si non aspexerit, dic ꝙ nullæ sunt. Item si dominus medij cœli aspiciens fuerit locū suum & orientalis, dic quòd eius arbores sunt nouellæ: quarum plantationē & tempus facilè colliges ex distantia illius planetę & Solis: gradus enim pro die computat. Si uerò dominus medij cœli fuerit aspiciēs locū suum & occidentalis, dic quòd eius arbores sunt antiquę & ab antiquis plantatę. Item si dominus medij cœli fuerit directus, illę arbores erunt firmæ & durabunt in eas si uerò regradus, dic quòd debilitent & exsiccentur in ea. Postmodum aspice angulum occidentis, qui tibi indicabit statum, modum, & qualitates plantarum minutarū, quę nō sunt arbores, sicut dixi in medio cœli de arboribus, & de hac eadē materia. Respice etiā ad angulū terræ, & ab eo cognosce proprietatē terræ, ita ut si in angulo terræ sit Aries uel eius triplicitas, dicere possis terram esse montosam, duram & aridā: si sit Taurus uel eius triplicitas, terram esse planā: si Gemini uel eorum triplicitas, ꝙ sit mixta, scilicet, quòd in ea sit mons & planicies: si Cancer uel eius triplicitas, quòd sit uliginosa & circa aquam: si in angulo terrę sit signum commune, quòd terra inęqualis est, campis & montibus plena. Si autem res emenda fuerit domus uel eiusmodi tale, & uolueris scire qualis & cuius conditionis, aspice ut in cap. de furto dictū est.

De precio prædij, Cap. XXXIII.

CVm uolueris scire quātum est precium prędij, aspice dominū medij cœli, & potētiorē in eo planetā accipe pro significatore, (potentior autem est si sit orientalis, directus, in domo sua uel exaltatione seu triplicitate) pòst sume annos minores: & si significator fuerit in domo sua, dic numerū annorum suorum minorum centenaria uel millenaria: si uerò fuerit in alia ex suis dignitatibus, pone numerum decenas uel unitates. Si autem dominus medij cęli non fuerit in aliqua dignitatum suarum, sed in aliquo nociuo, relinque nec aspice eū, & abi ad planetā qui fuerit appodiat⁹ in medio cœli. Et si in medio cœli non fuerit planeta potens, sume dominum medij cœli, licet sit cadens ab angulo uel ab alio, infortunatus aut regradus uel combustus, & accipiens eius annos minores pone eos pro precio prædij in unitatibus, & inuenies ex beneficio Dei pretium & ualorem agri.

De utilitate prædij & fundi, Cap. XXXIIII.

SI uolueris scire proficuum & utilitatem ex prædio uel fundo, aspice omnes aspectus significatorum simul, & si omnes conuenerint unanimiter de tertio aut sextili, uel maior eorum pars, & fuerit receptio inter eos, significat quòd habebit hereditatem & profectum de ipso. Similiter si dñs quintæ domus applicuerit dño ascẽdẽtis de tertio uel sextili, & fuerit limpidus & fortunat⁹, significat q̃ habebit profectũ de illa. At si hoc nõ fuerit, sed aspectus domini quintæ cum domino ascendentis, & cæteri aspectus aliorum significatorum fuerint cum domino ascendẽtis, aut plures eorum de quarta uel oppositione siue coniunctione corporali, significat quòd redditus quẽ inde accipiet, erit cũ labore ac pœna: sed si inter eos fuerit receptio, eueniet cũ minori labore. Et adiuua te in hoc, p fectu parte fortunę, & eius dño, & eos recipe pro significatorib. qui si fuerint fortunati, significãt profectũ & redditũ de agro illo. Etiam si inueneris Saturnum in aliqua dignitatum suarum liberũ à Marte, & fortunatum aspectu Iouis amici, aut de angulo, & Lunam auctam Lumine aspicientẽ Iouem aut Saturnum, bene spera de fundo, idq; uel eo maximè si Luna in aliqua dignitatum suarũ fuerit, aut in medio cœli. Nam hoc significat propagationẽ terræ, & eius fertilitatem.

De tempore emptionis prædij uel fundi,
Cap. XXXV.

CVm scire uolueris tempus emendi fundum, aspice applicationem domini ascendentis cum domino septimæ de quarta aut oppositiõe aut coniunctione corporali, & quòd receptio interueniat inter eos & hora, quæ si se aspiciant gradu per gradum, erit emptio laboriosa. Item si uolueris scire quando detur tibi prædium, aspice applicationẽ domini ascendentis cum domino quartæ domus, & perquire tempus ex ipso aspectu, sicut diximus, & inuenies Deo dante. Vuellius discordat in hoc quod modò diximus de prædijs, & dicit: Sume ascendens & eius dominum pro significatorib. terræ, & eius quod est in ea: & Iouem & planetam à quo separatur Luna, pro significatoribus emptoris: & quintam & eius dominum, pro significatoribus propagationũ terræ & laborantium eam: & planetã cui se applicat Luna, pro significatore finis, & eius quod erit de illa terra: & aspice quis ipsorum significatorũ sit potẽs & purus ab infortunijs, quia per eum melior fit eius significatio, et significat directionem illius et bonitatem pro quo eum significatorẽ accepisti: quoniam ille qui fuerit ex illis nocens et infortunatus damnat significationẽ suam et rem pro qua eum pro significatore cepisti.

De locatione prædiorum domum & eorum cultu. Cap. XXXVI.

IN locatione prædiorum sume significatorem ab eo qui locat à septima domo & loco medij cœli, & finem rei à quarta domo: & si inueneris in ascendente fortunam, dic quòd ille qui conducit fundum redditu concordat, ut bonus & benignus, & quòd uult pactam pensionem numerare. At si ibi inuenias infortunium, dic quòd conductor est infidelis, inconstans, futilis & deceptor. Si uerò inuenias in septima domo infortunũ, dic quòd dominus prædij sit mutabilis, inconstans & futilis: & quòd non dabit fundum sine damno & malo conducentis. Sed si ibi fortunam inueneris, dic quòd dominus prædij concordat & benevolè locat. Porrò si infortunium fuerit in medio cœli, uel ipsum aspiciat inimico aspectu, illa locatio non durabit, nec erit utilis: quẽadmodũ quũ infortunium est in angulo terræ, uel inimicè eum aspicit, significat quòd finis illius rei erit litigios⁹ et cũ perditione rei: at si ibi fuerit fortuna, finis erit bonus. Similiter considera à quo separatur Luna, et ad quem uadit: quia si Luna applicuerit alicui planetæ, uel fuerit ab alio separata, & aspexerit ascendens, habebit ius significandi tale quid. Si ergo separata fuerit à fortuna, & applicuerit fortunis, significat quòd dominus prædij & conductor erunt fideles & integri, maximè si planeta à quo separatur Luna, uel cui se applicat, uel ambo se aspexerint aspectu amicos: quia hęc significatio est mutuæ concordiæ. Item si Luna fuerit limpida, benigna & fortunata, significat saluationem rei locatæ, et eius in melius successum. Sic etiam considerabis finẽ huius rei à domino domus Lunæ, & ab eo consequeris.

De prouentu plantarum & seminum &c.
Cap. XXXVII.

PRouentum plantarum, seminum, et eorum quæ crescunt in agris. si forte quæras, scito quòd ascendens est significator principij, rerum uege-

tabili-

tabilium, & quarta domus significatrix finis eius. Si ergo interrogatus fueris de uegetabili aut semine quod seminat, an prouenient nec ne, aut quid de eo sit futurum, accipe ascendens & eius dominum, & Lunam & eius dominũ, & si omnes fuerint fortunati, iudica quòd res illa crescet, complebit, & succedet. At si isti omnes fuerint infortunati uel nocentes, iudica contrarium. Item si duo fuerint fortunati, & alij duo fuerint infortunati, æqualitatem iudica.

De ductu riuorum & aquis ad irrigandum,
Cap. XXXVIII.

CVm interrogat⁹ fueris de zequijs, id est, aquæ ductibus & riuolis ductis ad adaquandum, & his similibus, respice ad Saturnũ & Lunam, & aspectum fortunarum & infortuniorũ. Nam si inuenias Saturnum directum in suo motu & orientalem, & Lunam in domo tertia aut quinta, uel in undecima à Marte puram & fortunatã, significat prosperitatem rei quæsitæ, & quòd leniter fiet, maximè si Luna se applicat domino domus suę, & ille eam recipiat: aut si sit fortuna ascendens in sua latitudine & in signo fixo, significabit quòd aqua erit multa, & quòd dirigetur & durabit. Similiter si fuerit in medio cœli una ex fortunis, & præcipuè si Iuppiter, significabit durabilitatẽ riui & zequię. Et iam si inuenias Saturnũ fortẽ, et in domo undecima, & Lunam inspicientẽ ipsum aspectu amico, & dominũ domus Lunæ in signo fixo aut communi, idem significabit: idq; eo magis si Luna fuerit in aliquo ex signis pluuialibus, quæ sunt Cancer, Leo, Aquarius, & Pisces: quia hoc significat zequiariũ decursum meliorem esse factum & eius augmentũ. At si fortuna iam inuentatur in medio cœli, significat quo'd zequia illa & riuus rumpetur, delebitur, & incassum ibit.

De thesauris & rebus defossis,
Cap. XXXIX.

CVm interrogatus fueris de substãtia uel re sub terra abscondita, ut sunt monilia aut aliquid tale: accipe ascendens, & dirige ipsum q̃ maximè potes, pòst inspice petitionẽ quærentis cuius conditionis sit, sciscitãdo num quærat de substantia infossa à se, cuius nesciat locum, an de substantia quam pater eius infodit, aut filius, aut aliquis alius bene notus, uel etiam ignotus re uera infoderit & nesciat locum: aut si quærat de re infossa indeterminatè. Pòst ubi determinauerit da ascendens quærenti, & si ipse infodit & oblitus est locum, aspice dominũ secundæ domus ab ascendente: si uero frater eius, aspice dominum quartæ domus, quia est dominus substantiæ fratris sui: si pater, aspice dominum substantiæ à domo patris: & sic cõsequenter dando unicuiq; suam domum, et diligenter inspiciendo dominum domus, et qualis ipsa secunda à domo ubi est significatio, & quibus in locis. Et si eum inueneris in aliquo angulorum ascendẽtis, aut in aliquo angulorum domini ascendentis, dic quòd res infossa est in domo. Si uerò fuerit in ascendente, aut in signo domini ascendentis, dic quòd res est in palatio ubi moratur. Sed si fuerit in medio cœli ab ascendente, aut in decima domini ascendentis, dic q̃ est in ea domo, in qua solet facere magisteria & factiones. Si autem fuerit in domo septima abscendente, aut in septima domini ascendentis, dic quòd est in palatio uxoris suæ. Si uerò fuerit in quarta domo ab ascendente, aut in quarta domini ascendentis, dic quòd est in palatio ubi moratur eius pater, aut auus, aut propinqui maioris ętatis. Et si propinqui non fuerint, dic quòd est in medio domus suæ. Postmodum inspice applicationem Lunę & domini ascendentis cum hoc significatore prędicto, num sit inter eos receptio aliqua, & amicitia uel inimicitia: ex aspectu enim & receptione ista scies, si sit habiturus quod quærit, uel non. Et si receptio ipsa fuerit ex amore, dic quòd consequetur quæsitum facilè: si uerò ex inimicitia, dic quòd habebit difficulter & cum labore. Sed si receptio non interuenerit, & affuerit translatio Luminis, aut collectio, similiter consequẽ. At si aspectus nec translatio nec collectio interuenerit, dic quòd non nanciscetur rem illam quam petit. Porrò si quæstio fuerit de re infossa, non scita, dubiosa & incerta, cuius nec terminus positus fuit, nec aliquid tale: et uolueris scire si est ibi defossa uel non, aspice dominum ascendentis, qui si ipse aut fortuna fuerit in angulo, dic quòd est ibi. Antiqui & Messehala dicunt: Aspice dominum septimæ ab ascendẽte, & si fortuna ibi fuerit, ibi est res infossa. Sed si ibi fuerit infortunium, & quæstio fuerit de imagine aut chartis defossis, est uerũ, si non, non est uerum. Et si quæstio fuerit ut effodiatur infossum: & infortuniũ fuerit in septima, id quod ibi fuit extractũ

est

est inde, & in alium locum translatum. Trechindus dicit: Aspice ante gradū ascendē-tis nouem gradus, & contemplare si est in illo termino aliquis planeta, & si fuerit ibi fortuna & fuerit in ipso nono gradu, dicq; fuit ibi infossum, & quamuis nouè sit effossum, tamen inueniet: idq; uel eo citius si fortuna ceciderit à nono gradu uersus partem dextrā. Sed si fortuna ceciderit à gradu occidentis quantum est quantitas unius horæ, res illa defossa furata est, & fures aufugerunt. Præterea si non fuerit in angulo occidentis fortuna nec infortunij, & quæstio fuerit de re infossa, scito quòd ibi est intacta & incontaminata, ut quæ nunquam fuit effossa nec furata. De natura rei infossæ. Si quando nouisti quòd in loco est infossum, & uis eius naturam scire, aspice eum planetam, qui significat quòd ibi est defossum, & considera si est almutec septimæ domus, & examina eius naturam si ipse fuerit almutec illius domus. Quod si ipse non fuerit almutec septimæ domus, associa ipsum domino septimæ domꝰ, & aspice si sit aliqua participatio inter eos, & accipe naturā coniunctam amborum. Sed si aliquid horum non interuenerit, ipse dominus septimæ domus est significator. Et si huius significator fuerit Sol, & fuerit in domo uel exaltatione sua, dic quòd est aurū, uel lapides rubei, lucentes & precioſi. Si uerò non fuerit in domo uel exaltatione sua, dic quòd est de rebus quæ his assimilantur, sicut uitrum, & eius simile. Porrò si significatrix fuerit Luna, in domo uel exaltatione sua existēs, dic quòd est argentum siue cristallus uel res alba preciosa. Præterea si Mars fuerit significator, in aliquo domorū suarum existens, dic quòd est æs aut uitrum de Curia, uel eius simile. Item si fuerit significator Saturnus existens in aliqua domorum suarū, dic quòd est res nigra, uel lapis niger, uel ferrum uel puluis qui dicitur colirū, uel quod ei assimilatur. Sed si significator fuerit Iuppiter existens in aliqua domorum suarum, dic quòd est argentū aut panni albi, uel iarganciæ albæ. uel eis simile. Etiam si fuerit significatrix Venus existens in aliqua domorum suarum, dic quòd est aliofar, & corallus, aut de rebus quæ extrahunt̄ à mari, uel his simile. Deniq; si fuerit Mercurius significator existens in aliqua domorum suarum, dic quòd est argentū uiuum, aut libri, uel corium, aut his simile. Sed si nō fuerint hi planetæ in suis domibus, misce illum qui fuerit significator cū planeta cui applicat, uel qui applicat ei, & sic profer uaticinium. Et si in hac significatione fuerit cōmixtio Saturni cū Mercurio, aut quòd hic sit in domo illius, & ille in domo istius, & alter eorum fuerit significator rei defossæ, dicq; est factura nigromantię, uel eius simile. Idem quoq; tibi eueniet si fuerit coniunctio Mercurij cum Cauda.

Vtrum quærens consequatur infossum.

IN inquisitione habendi defossum, aspice si planeta qui fuit significator rei defossæ, applicuerit se domino ascendentis, aut dominus ascendētis applicet sei, aut si est ibi luminis translatio uel collectio, dic quòd quærens rem defossam cōsequetur. Sed si aspectus ille aut trāslatio uel collectio fuerit de quarto uel opposito, eueniet difficulter & labore. Si uerò fuerit cōiunctio corporalis aut de tertio uel sextili, dic quòd habebit rem illam facilè. Similiter si aliquod ex Luminaribus aspicit ascēdēs, aut per se fuerit in ascendente, significat facilitatē habendi rem illam, & quòd cito cōtinget. Sed si fuerint ab angulo cadentes, & nòn aspexerint ascendens, significat laborem & difficultatem consecutionis rei. Ego similiter dico quòd pars fortunæ & eius dominus quando sunt in ascendēte aut ipsum aspiciunt, uel aliquod ex Luminaribus, aut dñm ascendentis, significat certitudinem habendi rem, & quòd citò cōtinget. At si dominus partis fortunæ cadēs fuerit, & Luminaria similiter & maximè Luna, & non habuerit cum parte fortunæ aspectū, & pars & eius dominus non aspexerint ascendens, nec eius dominum, significat impedimentum habendi rem & desperationē.

De loco defossi & eiusdem oppositione.

SI quando scire uolueris locū rei defossæ, aspice planetam significantem qualis sit res infossa, & in quo signo, & in qua quarta ex quartis cœli sit, & dic quòd res illa defossa est in illa parte domus aut loci, quę respectum habet partis uel loci cœlestis: ut si fuerit in ascendente, aut in quarta orientali, dic quòd est in quarta oriētali domus: & si fuerit in medio cœli uel in quarta meridionali, quod est in parte meridionali domus: & si fuerit in occidente aut in quarta occidētali, quod est in parte occidētali domus: & si fuerit in angulo terrę, aut in quarta septentrionali, dic quòd est in parte septentrionali domus aut loci. Ad hæc etiam cætera considerabis

rabis: ut si significator fuerit in signo fixo, dicq; est defossa in terra: si in signo communi, in pariete: si in signo mobili, in tecto illius quartæ ad quam deuenit. Item si uolueris scire locum, diuide rem siue locū in quatuor partes, & post mettre quartam in qua iudicasti rem esse in terra siue pariete uel tecto, & quot sunt partes in ea. Deinde aspice significatorem quot gradus transiuerit in signo suo, & in qua facie illius sit: & diuide quartam illam in tres partes, & si significator fuerit in prima facie signi, est in prima tertia illius quartæ: si in secunda facie, erit in secunda tertia: si in tertia, erit in tertia illius quartę. Postmodum inspice tertium quod inuenisti, & diuide ipsum in decem partes, & aspice quot gradus transiuerit planeta ab illa facie in qua est, & accipe ex illis partibus illius tertij tot partes quot sunt gradus, et in illo loco ubi finitur numerus erit res defossa, uidelicet in illo tertio quartæ, ubi inuenisti eam. Alkindus dixit de re infossa, & quidē bene: Si uolueris scire si est in loco thesaurus uel res infossa necne, dirige primùm ascendēs & angulos certo numero & aspectu, & si inuenias in ascēdente aut in aliquo angulorum fortunam, dicq; in loco est thesaurus aut defossum, quantitatis, ualoris, & pretij iuxta potentiam aut uirtutem aut debilitatem fortunæ. At si fortuna infortunata fuerit infortunio ualido, res infossa fuit contaminata, sublata, & in alium locum trāsportata: sed si fortuna fuerit fortunata, res est in illo loco. Etiam si uolueris scire si quæsitor eā habebit necne, aspice dominum ascendentis & Lunam, & si fuerit inter eos & fortunam quæ significauit ibi esse thesaurum defossum, aspectus & receptio, quæsitor illam rem habebit: at si non fuerit inter eos applicatio aut receptio, non habebit. Item quando scieris ibi rē esse defossam, & sciueris quòd quęsitor eā habebit, et uolueris scire in quo loco est, diuide locum illum à suo cētro usque ad eius finem, in duodecim partes æquales, & in angulos directos: postea trahe à centro lineam quę diuidat angulum signi in quo est planeta, & quæ diuidat illum angulum secundum quod trāsiuit planeta de signo suo: ut si planeta intrauit ad tertium signi, transeat linea ab angulo per tertium: si quartum, transeat per quartum. Etiā per hūc modum diuide angulum illius signi secundū quod transiuit significator rei infossæ, de gradibus illius signi in quo est, & trāseat linea per illam partem, & da pūctum ascendentis puncto orientis illius domus, & secundum quantitatē transitionis de parte ascendentis erit transitio rei defossæ à puncto oriētis: & super illum locum trahe lineam supradictam, & in illa linea inuenietur res terræ commissæ. Postquam autē scieris lineā, si cupias scire in quo loco lineæ sit, circa'ne centrum an circa finem loci, diuide lineam in duo media, & pone signum, & numera ab illo signo in circulo signorū. Postmodū inspice in qua latitudine sit planeta, si est septētrionalis aut meridionalis: & si fuerit septentrionalis, est in parte septentrionali ab illo signo quod est circa centrum: & secūdum gradus, id est, numerum graduum maioris latitudinis ipsius planetæ, diuide illud medium ipsius lineæ. exemplum: Si latitudo fuerit quinq; graduum, diuide lineam in quinq; partes æquales: postmodum inspice quantum planeta declinauit à zodiaco, & secundum illud accipe partes lineæ: & si declinauit quintum suæ latitudinis, accipe à signo quod notasti in zodiaco signorum usq; ad cētrum quintum: si tertium, accipe tertium: & ita quantum declinatum est, tantum accipe à signo usq; ad cētrum partium illius lineæ, & hoc si fuerit septētrionale. Item si fuerit meridionale, idē quoq; facies à signo usq; ad finem. Et si planeta fuerit in zodiaco non declinans neq; ad septentrionem neq; ad meridiem, res infossa est in loco illo quem diuisit linea per medium. Ad hæc si uolueris scire si est circa superficiem terræ, an altè in terra infossum, aspice quāta sit planetę altitudo et demissio in eccentrico suo, iuxta quam profunditatē in terra dimetieris: ut si planeta fuerit in loco meridiano, res illa infossa est in medio quod est de cētro terræ usq; ad superficiem: & si planeta fuerit in longitudine longiori aut propiori, tantum aberit infossum ab illo medio, superius aut inferius facēs: quod scies faciendo partitionem, sicut fecisti in partitione domus aut loci, ut diximus. Porro si uolueris scire horam in qua queas effodere rem illam, aspice si Luna sit fortunata & applicans significatori rei, aut si sit dominus ascendentis horæ in qua uoles effodere, fortunatus & applicans significatori rei: quæ si ambo habeas, erit magis fortunatū et melius, p re extrahenda. Et caue multūne in hora, in qua uoles effodere, sint in angulis infortunia: quia inde superuenirent tibi impedimenta plurima. Propterea cogi-

ta, stude, & inspice quod diximus, & certificaberis & inuenies Deo uolente.

De quinta domo & eius questionibus. Cap. XL.

HAec domus est significatrix filiorum masculorum & fœminarum, lucrorum, reddituum, & hæreditãdi bona bonarum mulierum: significat etiam xenia, gaudia, & nuncios: & docet disponere substantias eorum qui transiuerunt ex hac uita, & habere thesauros patrum, & dona quæ data sunt ad præcationes conuiuationum & potus: etiam significat id quod cõtinget homini post mortem suam bonum uel malum, & id quod relinqt de hereditate, et si permanebit in ea id q̃d ad pensionẽ accipit uel nõ, & panẽ & eius forum in ciuitatibus, & status gentis & ciuitatum in reuolutionibus annorũ mundi, & redditus prædiorum, & conceptionẽ mulierum: docet etiam ratiocinari, choreã ducere cum mulieribus, & habere amicitiã & amorem cum eis, & mundicies, & res odoriferas, & amorem amicorum. Et dominus triplicitatis huius domus primus significat filios, secundus est significator mercium, & tertius xeniorum, nunciorũ, uirtutis ac debilitatis iacendi cum mulieribus. Quòd si superueniat in quæstionib. huius domus significator cogitationum, & sit in ea signum igneum, significat legationẽ. Si uerò fuerit in ea signum terreum, significat semina uegetabilia, & redditus prædiorũ: ut si fuerit aereum, significat filios: & si fuerit aqueum, significat xenia & potus. Et color huius domus, in qualicunq; signo fuerit, albus est nigredine mixtæ. Si ergo interrogatus fueris si sit geniturus filios an non, aspice num sit ibi applicatio domini ascendentis & Lunæ cum domino domus filiorũ, quę si interuenerit, & ille cui applicat dominus domus filiorum fuerit liber ab infortunijs & combustione, significat q̃ habebit filium. Similiter si inueneris dominũ domus filiorum in ascendente, aut dominum ascendentis uel Lunam in domo filiorũ, est significatio magna & uera habendi filios. Sed si nec dominus ascendẽtis nec Luna applicuerit domino quintæ domus, & fuerit inter eos luminis reditus de uno ad aliũ, aut translatio uel collectio, significat quod habebit filios, tardè tamen. Post hæc respice ad receptorẽ dispositionis, qui si fuerit purus ab infortunijs, combustione, & regradatione, & casu ab angulis, significat quòd complebitur. Etiam si planeta à quo separatur Luna fuerit dominus quinti signi à loco planetæ cui applicat Luna, & ambo planetæ se aspexerint, significat quòd habebit filium. Si uerò se non aspexerint, non habebit filium. Rursum etiã si se non aspexerint modò planeta cui se applicat Luna sit potens in angulo, significat quòd habebit filium.

De liberis suscipiendis. Cap. XLI.

DE liberis suscipiendis para sapientum antiquorum sentẽtiam protulit dicẽs: Cùm interrogatus fueris à uiro aut muliere, si habebit filium nec ne, aspice ascendens, & si fortunæ ipsum aspexerint, & dominus ascendentis fuerit in ascẽdente, aut in decima uel undecima siue quinta, & inueneris Iouem in bono loco cum dominis triplicitatis ascẽdentis, & ideo fuerit sub radijs, iudica quòd habebit filium, si uir interrogauerit: si mulier, quòd concipiet. Etiam si dominus ascẽdentis fuerit in quarta uel septima, & Iuppiter in bono loco, iudica quòd habebit filiũ, post longum tempus suæ quæstionis. At si inuenias ascendens malè affectum ab infortunijs, & eius dominum in malo loco, & Iouẽ cadentem ab angulis, aut sub radijs et in domo mortis, dic quòd paucos suscipiet filios, & eos debiles & minimè uitales. Similiter si Luna infortunata fuerit, significat q̃ non concipiet. Sed si fortunam inuenias in domo filiorum, aut aspicientem eam, significat quòd cito habebit filium. At si fuerint infortunia in domo filiorum, aut eam aspexerint, significat quòd nullos filios excipiet. Sed si cum iam dictis signis inuenias alia testimonia significantia de habendis filijs, iudica quòd habebit filios & eos minimè uitales. Ad hæc si inuenias Iouem in angulo orientali, significat quòd cito habebit filium. Sed si fuerit in angulo occidentali, & dominus ascendentis in bono loco, significat q̃ habebit filiũ, tardè tamen et post longum tempus.

De muliere gravida. Cap. XLII.

SVper muliere de qua dubitatur sit ne prægnans an non, dicit Messehala: Quando interrogatus fueris de muliere si est prægnans uel non, & si cõceptionem ipsam complebit nec ne, aspice si dominum ascendentis & Lunam ambos inuenias in domo filiorum, aut dominum

domus

domus filiorum in aſcendente purum ab infortunijs & directum, & dic quòd mulier eſt prægnans. Et ſi dominus aſcendentis aut ſignificator, qui eſt dominus domus filiorum, dederit uirtutem ſuam planetæ in angulo exiſtenti, dic quòd conceptio uera eſt. Similiter ſi dominus aſcendentis receptus fuerit, & recipiens ipſum etiam receptus, dic ꝙ uerè cõcepit. At ſi dominus aſcendentis dederit uirtutem ſuam planetę cadẽti ab angulo, ſignificat quòd conceptio nulla eſt: aut ſi eſt, quod abortietur: idq; uel eo maximè ſi aſcendens fuerit ſignum mobile, aut ꝙ infortunium ſit in angulo, aut Luna dederit infortunio uirtutem ſuam nullo interueniente impedimento. Hæ ſunt ſignificationes ſuper diminutione conceptionis. Sed ſi receptor diſpoſitionis Lunæ fuerit ab infortunijs purus & combuſtione, & habuerit in quæſtione teſtimonium, ſignificat ueritatem & ſaluationem conceptionis. Si Luna recepta fuerit, aut in bono loco dominus aſcendentis fuerit habens magnum teſtimonium in quæſtione, ſignificat quòd ſit prægnans. Si Luna dederit uirtutẽ ſuam planetæ exiſtenti in quinta domo, & habeat idem planeta magnum teſtimoniũ in quinta domo, ſignificat quòd eſt prægnans. Si Luna applicuerit domino aſcendẽtis, ſignificat quòd eſt prægnans. Alij dicunt: Aſpice dominum quintæ domus, qui ſi fuerit in aſcendente aut decima domo, & non fuerit cadens de domo uel exaltatione dic quòd eſt prægnans, maximè ſi id teſtatẽ dominus domus Lunæ, & fuerit in aſcendente, aut in aliquo aliorum angulorum. Confirma inquam cõceptionem ex iam dictis, & ſi dominus horæ fuerit in angulo. Similiter ſi interrogatus fueris ſi arbor fructũ faciet uel non, aut de aliqua pinna ſi ruet in aqua nec ne, aſpice ſicut aſpexiſti in cõceptione, & ipſo modo. Hayfel filius Thomæ dixit: Aſpice Luminaria & dignitates & duodenariũ locũ, quomodo ſe habeant in aſcendente: & ſi fuerint ſigna cõmunia uel multorum filiorum, & fortunæ aſpexerint ea, uel ſi ſint in eis: aut ſi ſint domini prædictorum ſignorum in ſignis cõmunibus uel in ſignis multorum filiorum, & pars fortunæ & eius dominus hoc modo, aſpice quis iſtorum habeat maius teſtimoniũ in quæſtione. Et ſi fuerit in aliquo angulorum, aut in undecima domo uel quinta, & in aliquo ſignorum prædictorum, dic quòd eſt prægnans. Etiam ſi fuerit in medio cœli aliquis planeta ex prædictis, & in bono ſtatu, eſt prægnans. Etiam ſi fuerit fortuna in angulo ab infortunijs libera, eſt prægnans. Quãdo Iuppiter à radijs liber eſt, & domini triplicitatis ſuæ ſimiliter, & in bonis locis, ſignificat quòd eſt prægnans. At ſi Iuppiter et domini triplicitatis ſuæ cadentes ab angulo fuerint, et ſub radijs, et domin⁹ medij cœli ſimiliter, ſignificat ꝙ non eſt prægnans. Sed ſi fuerit dominus medij cœli, & Sol in bonis locis, & fortunæ aſpexerint eos, ſignificat quòd eſt prægnans. Si Luna et domini triplicitatis ſuę fuerint in ſignis multorũ filiorum, & in bonis locis, ſignificat ꝙ eſt prægnãs. Si duæ fortunæ & Mercurius fuerint infortunatæ à duob. infortunijs, ſignificat quòd non eſt prægnãs, maximè ſi Luna cũ eis infortunata fuerit. Sed ſi duæ fortunæ fuerint in angulis & liberæ ab infortunijs, ſignificat ꝙ eſt prægnans. Luna quãdo ſeparatur à puncto cõiunctionis aut oppoſitionis & applicat infortunio, ſignificat ꝙ non eſt prægnans. Pars filiorum eſt quam recipis à Ioue in Saturnum, & projcis ab aſcendente. Si ergo fuerit in eius oppoſitione uel quarta fortuna, ſignificat ꝙ eſt prægnans. At ſi pars illa fuerit uacua quarta & oppoſitione ſua, ſimiliter uacua fuerit planetis, ſignificat quòd non eſt prægnans.

Irrechindus dixit: Si fuerit aſcendens ſignum comune, aut Venbahar tertij gradus & uiginti minutarum aſcendentis in ſigno fixo uel ſigno cõmuni, ſignificat quòd eſt prægnans. Etiam ſi fortuna fuerit in aliquo quatuor angulorum, & non fuerit retracta à gradibus terminatis, ſignificat quòd eſt prægnans, aut ſi illo tempore prægnans nõ eſt, ſignificat quòd cito erit. At ſi fuerit infortunium in aliquo angulorum, & in dignitate duodenaria gradus illius anguli, aut in ſuo Vẽbahar, ſignificat quòd nõ eſt prægnans, & ſi forte prægnans eſſet abortiet. Alij ſapientes dicunt: Aſpice ſignum occidentis, & ſi in eo fuerit aliquis ex ſeptẽ planetis, ſignificat quòd eſt prægnãs. At ſi nullus planeta ibi fuerit, non eſt prægnans. Ego uerò dico quòd illud non eſt uerum, niſi quæſtio fuerit de ipſamet muliere, dicendo quòd eſt pro ea: tunc ſi aliquis planeta in ſeptima domo fuerit, ſignificat quòd eſt prægnans. Et ſi planeta ille fuerit Mars, ſignificat quòd nouiter concepit. Etiam ſi planeta ille fuerit Saturnus, ſignificat ꝙ ſe mouit fœtus aut mouebit. Præterea ſi planeta ille fuerit Iuppiter, ſignificat quòd grauida

da est ex masculo. Si uerò signum occidentis fuerit domus Iouis, & nullus ex septem planetis ibi fuerit, significat quòd est prægnans ex filia.

De conceptione & abortu. Cap. XLIII.

SI quãdo scias q̃ mulier est prẽgnãs, & uis scire utrum abortiatur uel nõ, aspice dominum quintæ domus, qui si non fuerit regradus, nec diminutus, nec cadens à domo uel exaltatione, nec tactus ullo infortuniorum aspectu, siue receptus sit siue non, conceptio perficietur. At si receptus non fuerit, & fuerit infortunatus, aut combustus, uel regradus, seu cadens de domo uel exaltatione, significat q̃ abortietur: & participabit secum in hac significatione Luna & dominus horæ. Sed si duo salui fuerint ex tribus, & unus diminutus, iudica q̃ conceptio illa euadet & complebitur. Si uerò duo diminuti fuerint & unus saluus, significat abortum. Si Luna aut dominus ascendentis applicuerit planetæ regrado, significat q̃ abortietur. Si Luna recepta fuerit, aut dominus ascendentis in bono loco donatus ualida fortuna, significat quòd cõceptio complebitur. Nayfel dicit: Si Luna plena fuerit, & Marti iuncta corpore aut applicatione, significat q̃ se mouebit fœtus, nascetur, & morte subitanea morietur. Similiter quando Mars eam aspicit cũ Venere, ea existente in aliqua domorũ suarum, & maximè in Scorpione, significat q̃ se mouebit. Et si inueneris infortunia in decima domo à loco Veneris subleuata super eam, & maximè si eam aspexerint ab angulo, significat quòd conceptio diminuet culpa mulieris. Si pars fortunæ & ei⁹ dominus infortunati fuerint de quarto aut opposito & non habuerint fortunarum aspectum, significat q̃ in uentre matris morietur creatura. Alij sapientes dicunt: Aspice domum duodecimam ab ascendente, & eum qui est in ea: & si in ea fuerit infortunium, significat partum periculosum. Sed si fuerit Saturnus illud infortuniũ, & aspexerit eũ fortuna, euadet fœtus & nascetur in loco turpi, aut circa locum turpem. Etiam si illud infortuniũ fuerit Mars, & aspexerit eũ fortuna, euadet & pariet in coquina, uel circa eam, aut circa focum, uel in loco ubi ignis accenditur. At si Mars ibi fuerit, & eum non aspexerit fortuna, pariet uiuum et postea morietur, aut pariet mortuum & mater postea morietur. Etiam si Saturnus ibi fuerit, nec aspexerit eum fortuna, morietur creatura in uentre mulieris, & mater in ipso partu & antequam exeat creatura. Irechindus dixit: Si fuerit infortunium in aliquo quatuor angulorum, & sit in Venbahar anguli, uel in aliqua dignitate sua, significat quòd mouebitur. Et si Mars aspexerit dominum ascendentis, aut quartæ domus ab angulo terræ uel exaltatione eius, significat quòd mulier pariet cito & subito ac quietè, tamẽ fatigabitur creatura. Sed si Iuppiter aspexerit tali aspectu, cuiusmodi de Marte diximus, significat salutem nati, & quòd pariet leuiter & quietè, et quòd ille natus erit intelligens & sapiens. Etiam si Luna fuerit in loco Iouis aut Martis euadet fœtus, & parentes eius erunt fortunati per eum, & magnũ bonum consequentur. Etiam si Venus fuerit in iam dicto loco, similiter euadet. Et si fuerit filia, erit formosa, hilaris, et bonis moribus imbuta: sed si fuerit filius, erit effœminatus, & mores mulierũ habebit. At si fuerit Saturnus in illo prædicto aspectu, periclitabuntur ambo mater & creatura. Sed si aspexerit eum fortuna, euadet et erit ille natus fornicator, & debilis similis seni in moribus & factis. Dorothius dicit: Si quando scieueris horam generationis creaturę in uẽtre mulieris, aspice, & si hora illa fuerit Mars coniunctus corporaliter cum Luna, illa creatura cadet cum multo sanguine & morietur. Etiam si illa hora fuerit Saturnus corporaliter iunctus cum Luna, morietur creatura in uentre matris. Etiam si hora illa aspexerint infortunia Mercurium, mater & creatura morientur, uel laborabunt magna infirmitate. Sed si fortunæ aspexerint infortunia aspicientia Lunam, uel coniuncta fuerint cum ea, euadet creatura morbo tacta in utero matris. Sed si Luna fuerit hora illa coniuncta Ioui corpore, aut Veneri, pariet filium sanum & integrum.

De gemellis. Cap. XLIIII.

SI quando quæritur à te super muliere prægnante, si pariet unũ uel duos, aspice signum ascẽdens, & si sit signum commune, & in eo planeta fortuna, & inuenias in domo filiorum planetã fortunam, dic quòd pariet duos. Sed si non fuerit in ascendente uel domo filiorum signum commune, nec in eis planeta fortuna, nec Luminaria fuerint in signis communibus, dic quod pariet unum. Pars sapientum dicit: Aspice dominum domus filiorum, & signum ipsius domus, & si ambo fuerint in signis communibus, pariet duos: si non, unum,

nū. Irechindus dicit: Aſpice nonum ſignū ab aſcendente & eius dominum, et ſi ambo uel unus eorum fuerit in ſigno communi, pariet duos. Et ſi illud nonum cum hoc fuerit ſignum fœmininū, & eius dominus maſculinus aſpiciens eum de communi & maſculino ſigno, pariet duos filium & filiam. Et ſi Mercurius cum hoc aſpexerit locum illum, uel fuerit in eo ſine aſpectu fortunæ, natus erit caſtratus uel effœminatus. Etiā ſi Venus uel Luna fuerit in aſcendente, uel aſpexerit nonum ab aſcēdente uel eius dominum, pariet duos. Etiam ſi dominus nonæ ab aſcendente, aut dominus duodecimę ab aſcendente aſpexerit nonum ab aſcendente, uel eius dominū de aliquo ſigno mobili, pariet duos. Etiā cōſidera planetam ſignificatorem & ſignū eius, & ſi ambo fuerint maſculini, ambo erunt maſculi: et ſi fœminini, ambo erunt fœminæ. Sed ſi diſcordauerint, & alter eorum fuerit maſculinus, & alter fœmininus, erunt puer & puella. Etiam ſi cum iam dicta conſtellatione fuerit ſignum commune, erūt duo filij. Sed ſi fuerit fixum, erūt duæ filiæ. Et ſi infortunia dominantia ſigni communis aſpexerint aſcēdens, pariet duos caſtratos uel effœminatos. Dorothius dicit: Aſpice & ſi hora conceptionis Luna fuerit cum Sole uel cū Mercurio in ſigno communi, ſignificat ꝙ ſunt duo, & quodāmodo ex fornicatione. Etiam ſi Luna & dominus domus eius fuerint in ſignis communibus, ſignificat quòd ſunt duo.

De tempore conceptionis. Cap. XLV.

SI à te quæratur ſuper muliere prægnante tempus conceptionis, aſpice dominum domus filiorum, & Lunam, & dominum horæ, & conſidera quia eorum omniū ſit ꝓpinquior à ſeparatione alicuius planetæ, atq; illū cōſidera ipſū de quo aſpectu ſeparatus ſit. Si ſeparat̄ de tertio, dic quòd eſt in quinto menſe conceptionis, uel in tertio. Et ſi ſeparatur de ſextili, dic ꝙ eſt in ſexto menſe, uel in ſecundo. Et ſi ſeparat̄ de quarto, dic quòd eſt in quarto menſe. Et ſi ſeparatur de oppoſitione, dic quòd eſt in ſeptimo menſe. Et ſi ſeparatur de cōiunctione, dic ꝙ eſt in primo menſe.

De genere fœtus in utero. Cap. XLVI.

CVm interrogatus fueris ſuper muliere prægnante, ſi paritura ſit maſculū uel fœminam, aſpice dominum domus filiorum, & dominū horæ, & Lunam, & ſi omnes uel duo eorū fuerint in ſignis maſculinis, pariet maſculū: ſi in ſignis fœmininis, pariet fœminā. Nonnulli ex ſapientibus antiquis dicunt: Aſpice dominum domus aſcendentis, & dominum domus filiorum, & ſi ambo fuerint in ſignis maſculinis, dic quòd maſculus eſt in utero: ſi in ſignis fœmininis, dic ꝙ fœmina. Et ſi quando diſcordabūt inter ſe, ita quòd unum ſit maſculinum & aliud fœmininū: idq; uelis ſcire, aſpice cū quo eorum Luna concordet, & ſecundum hoc iudica: uel aſpice receptorem diſpoſitionis Lunæ, & iudica per eum. Alij ex ſapientibus antiquis dicunt: Aſpice aſcēdens & eius dominum, & ſignum filiorum & eius dominum, & Luminaria, & dominos domorum ſuarum & terminorum in quibus ſunt, & dominū horæ: & ſi plures eorum magis corroborati fuerint in ſignis maſculinis, maſculus eſt in utero: ſed ſi plures eorum magis timi fuerint in ſignis fœmininis, eſt fœmina. Nocy filius Thomæ dicit: Si inueneris Solem in quarta partis filiorum, aut in eius oppoſitione, in ſigno maſculino, fert maſculum: ſi Lunam inueneris in tali aſpectu et in ſigno fœmino, fert fœminam. Et adiuuate cum domino termini aſcēdentis, & cum domino termini in quo eſt planeta ſignificator filiorum: & ſi ambo termini fuerint planetarum maſculinorum, eſt maſculus: ſi fœmininorum, eſt fœmina. Et planetæ ſignificantes maſculos ſunt, Sol, Iuppiter, & Mars: et ſignificantes fœminas, Saturnus, Venus, & Luna: Mercurius ſi fuerit orientalis, ſignificat maſculum: ſi occidentalis, fœminā. Ego uerò dico quòd in cauſa Saturni & Martis maior pars antiquorum diſcordat, ut antè diximus dū ponunt Saturnum maſculum, & Martem fœminam, & unaquæq; harum duarum opinionum habet rationem quæ ſuā adiuuat & cōfirmat. Ptolemæus dicit: Licet ſciueris uirilitatem ſigni aſcendentis, & ſignorum Luminariū, & aliorum ſignificatorum, tamen reſpice ad ſtatum Martis & Veneris: quia ſi fuerint orientales, ſunt ſignificatores maſculorum: ſi occidentales, fœminarum. Quod & ego probo in hac cauſa. Nonnulli ſapientum dicūt: Si fuerit ſignum duodecimæ domus & eius dominus fœmininus, pariet fœminā: ſi maſculinus, maſculum. Sed ſi diſcordauerint, aſpice fortiorem eorum, & iudica ſecūdum illum: & aſpice in eo aſcendens, & ſi fortè fuerit in eo planeta maſculinus, affirma iudiciū maſculi: & ſi fœmininus, fœmi-

næ. Etiã si fortè ille masculinus planeta fuerit in 4. alterius planetæ masculini, & fœmininus in 4. alterius planetæ fœminini, fortificat & affirmat significationẽ iudicij in q̃ fuerit, si Deus uoluerit. Alij dicunt: Aspice Saturnum, Solem, & Martẽ: si omnes uel unus eorum fuerit in ascendente, uel in 3. domo, aut in 5. aut in 7. aut in 9. aut 11. iudica q̃ pariet masculũ. Sed si fuerit Venus & Luna, ambæ uel altera earũ in 2. domo, aut in 4. aut in 6. aut in 8, aut in 10. aut in 12. iudica q̃ pariet fœminã. Et si planetæ se coniunxerint in his supradictis locis uel si sint in uno alio loco, aspice illũ q̃ fuerit magis prope ascendes, et potentior in omnibus rebus, et iudica secundum illum, accipiendo eũ pro significatore. Irechindus dicit: Aspice Mercurium & Iouem et q̃ fuerint in exaltationibus, & eorum nonã domum ab ascẽdente, & eius dominum: qui si fuerint masculini, significãt masculũ: si fœminini, significãt q̃ pariet fœminã. Dorothius dicit: Aspice horã cõceptionis, & si hora illa fuerint fortunæ potentes, & fuerint in signis masculinis, & dominus signi Lunæ masculinus, est prægnans ex filio. Sed si fuerit Luna in signo fœmineo, et dominus signi Lunæ fœminus, est prægnãs ex filia. Ego uerò dico: Si hora illa Luna dederit uirtutẽ suã planetæ oriẽtali, q̃ sit in 4. masculina & signo masculino, & maximè si Luna fuerit similiter in signo masculino, est prægnans ex masculo: & si huiꝰ cõtrariũ fuerit, est ex fœmina.

De tempore partus. Cap. XLVII.

CVm tempus partus scire cupis, aspice q̃n Mars & Sol coniunguntur cũ domino domus filiorum, & cum Luna, et cum domino horæ, aut cum pluribus eorum: & illa erit hora parturiendi. Et adiuua te fortuna quę est in quæstione aspiciens partem filiorum, quando applicabit quartis partis illius, & dirige ipsam partem filiorum per atazir ad gradum domus filiorũ, & ad gradum Iouis & radios eius, maximè si Iuppiter fuerit inter partẽ & domũ filiorum: qa quãdo illa pars se applicat Ioui p̃ gradus ascensionum, & quando est inter illos radios illorum graduum, est tempus pariendi dando cuilibet gradui diem unum. Etiam aspice applicationem illius cui applicat, ante coniunctionem domini domus filiorũ cum domino ascendentis in ascẽdente, aut in domo filiorum: quia illud similiter est tempus parturiendi. Etiam aspice quando significator quæstionis mutabit formam suam, quoniam similiter est tempus parturiendi. Etiã aspice quis horum omnium habeat maius testimonium, & iudica secundum illud. Etiam accipe à domino domus filiorum usq; ad gradum domus filiorum, & cognosce quantum est, & da cuilibet signo mensem unum, & adiuua te alijs testimonijs, & iudica secundũ q̃ testimonia se concordant & coniungunt, & inuenies si Deus uoluerit.

De partu diurno & nocturno. Cap. XLVIII.

CVm scire uolueris si partus superueniat in die uel nocte, aspice signũ ascendens, & eius dominum, & Lunam, & planetam qui est in ascendente, & dominũ domus filiorũ, & signum domus filiorũ: & si omnes isti aut maior pars eorum fuerit in signis diurnis, pariet in die: si in signis nocturnis, pariet in nocte. Et si discordant inter se, accipe fortiorem eorum, & iudica secundum illum. Etiam accipe à gradu domus filiorum usq; ad gradum eius & quot fuerint ex gradibus, tot proijce à gradu ascẽdentis, & aspice ubi applicuerit numerus: & si signum cui applicat fuerit diurnũ, & eius dominus est in signo diurno, pariet in die: si fuerit contrarium, pariet in nocte. Etiam ex hac parte prædicta poteris iudicare masculinitatem & fœmineitatẽ, hoc modo: Aspice dominum domus filiorum, Lunam, & dominum horæ, & hanc partẽ prædictam & eius dominum, & aspice testimonia & significationes eius: & si eorum plures fuerint in signis masculinis, erit masculus, & pariet in die: si infignis fœmininis, erit fœmina, & pariet in nocte: sed si fuerint æquales, ita q̃ sint tot masculina quot fœminina, Hermaphroditũ pariet, et in crepusculo inter noctem & diem. Alkindus dicit de conceptione & partu: Quando interrogatus fueris super muliere si est prægnans nec ne, aspice dominum ascendentis, & dominum 5. domus ac Lunæ, & si fuerit inter dominum 5. domus & dominum ascendentis aut Lunam applicatio aliqua, & fuerit ascẽdens & Luna in signis communibus, & significatores in angulis: & maximè si fuerit in ascendente aut in 2. domo planeta fortunatus, dic quòd est prægnans. At si non inueneris applicationem & significationes istas, dic quòd nõ est prægnans. Etiã si fortè cũ Luna fuerit planeta directus applicãs domino ascẽdentis, significat quòd est prægnãs. Aboleybiz dicit, quòd inuenit in libro q̃ dicit̃ betdira ferez: Si inueneris dñm 3. ab ascẽdente in signo communi, est prægnãs:

li nō,nō.Et ſignificationes huius rei ſunt, ſi fuerit dñs aſcendentis in 5. domo, & dñs 5. in aſcendente, nam eſt hæc ſignificatio conceptionis. Etiã ſi Iuppiter et Venus uel aliquis eorũ fuerit in 5. domo, ſignificat ꝙ eſt prẽgnans. Etiã ſi Luna fuerit in 5. domo applicans ſe Ioui uel Veneri, ſignifiatur ꝙ eſt prægnãs. Etiã planeta ſi cũ Sole in uno gradu coniungat̃ aut ſub radijs, maximè ſi fuerit fortuna, eſt magna ſignificatio ꝙ eſt prægnãs. At ſi in his prædictis ſignificationibus loco fortunæ fuerit infortunium, ſignificat quòd nō eſt prægnans, uel quòd abortiet̃. Si Mars fuerit ſignificator, ſignificat quòd abortiet̃ propter fluxũ ſanguinis. Sed ſi Saturnus, ſignificat quòd uterus uẽto uel aqua plenus deſtruit̃ & tollit̃. Item ſi quæratur quantũ eſt ꝙ prægnans fuerit, aſpice q̃t Venbahares tranſiuerint de ſigno aſcẽdentis, & da cuilibet Venbahari mẽſem unũ, & dic quot menſes ſunt à tempore conceptionis uſq; ad horã quęſtionis. Et forſan tẽpus pariẽdi erit ſecundũ numerũ graduũ, q̃ fuerint inter applicantẽ & cui applicat, & erũt in hac ſignificatione mẽſes. Et ſi grad⁹ fuerint plures numero, q̃ tẽpus pariẽdi, de gradib. reliqs erit numer⁹ dierũ: & iudica ſecũdum ꝙ uidebis plura teſtimonia. Etiã ſi qñ à te quæratur ſit ne maſculus uel fœmina, ſi ſignificatores fuerint maſculini & in ſignis maſculinis, dic ꝙ eſt maſculus: ſi contrariũ fuerit, dic ꝙ eſt fœmina. Et ſi planetæ ſignificatores multi fuerint, & ſigna multa multorũ filiorũ, dic ꝙ pariet plures uno. Itẽ ſi interrogat⁹ fueris de ſtatu matris, & quid poſt partum futurũ ſit de ipſa, aſpice Lunã & cui applicat, & ſecundum applicationẽ ultimam q̃ habebit in ſigno in quo eſt, erit ſtatus matris in pariendo ſecundum potentiam illius cui applicat, & eius naturã, locũ & potentiã in figura. Et ſi interrogatus fueris de pręterito ſtatu matris, ſcies ab hora prægnationis & citra, à domo 2. & eius ſtatu. Etiam ſcies ſtatum matris poſt partum à 12. & in qua iſtarum fuerint fortunæ, dic bonum & iudica proſperitatem & fortunam: at in qua fuerint infortunia, dic damnum et malum ſecundũ naturã fortunæ & infortunij. Sed ſi inueneris Martem recipientem aliquem ex ſignificatoribus, non ꝙ infortunet eum, & ꝙ fortuna Martem aſpiciat, ſignificat facilẽ partum & ſaluum, & maxime ſi fuerit in ſigno calido: quia tunc eſt ſignificator caloris. At ſi Saturnus in hac ſignificatione fuerit in loco Martis, ſignificat tarditatem & grauitatem in prægnãte, ac difficultate & laborem in partu.

De qualitatibus fœtus. Cap. XLIX.

CVm interrogatus fueris de filio & eius fortuna, & qualis amor & amicitia inter patrẽ & eũ ſit futurus, aſpice ad dñm aſcendentis, et Lunã, & quintã domũ, & eius dominũ, ac Iouẽ, et dominũ domus filiorũ: & ſi inuenias inter dominum aſcẽdentis, & dominum domus filiorum applicationẽ & receptionem à bonis locis & fortibus, uidetur ꝙ benefaciet ei, mutuo ſe amabũt, & pater diliget filiũ, idq; eo magis ſi dominus aſcẽdentis fuerit ille cui applicat alter, & applicatio ſit amica. Similiter ſi Iuppiter aſpexerit domum filiorũ bono aſpectu, aut ſi ſit dominus domus, aut receptus à domino domus, uel applicat ei de bono loco, & fuerit purus ab infortunijs, & immaculatus à regradatione & combuſtione, & Luna ſimiliter ab infortunijs libera⁹, ſignificat ſaluationem filiorum, et ſuos bonos ſtatus, & concordiam cum patre & fratrib. & quòd procedent in bonum ſuis factis. At ſi diminutus fuerit dominus aſcendentis, & dominus domus filiorum, ac Luna & Iuppiter, nec fuerint inter eos aſpectus nec receptio, ſignificat inimicitiam & malam uoluntatẽ mutuam, filiorum ſcilicet erga patrẽ, & inter ſe, & malos ſtatus eorũ, & ꝙ tendent ad malum. In ſumma generaliter ponas gradũ domus filiorum in ſimilitudine aſcendentis, et aſpice eius dominum, & in qua domo eſt ex domibus ordinatis ſecundum potentiam huius domus, quæ ſit in ſimilitudine aſcendentis, & aſpice ſicut reſpicis ad planetas, & quomodo planetæ, aſpiciunt ipſum, & ſecundum hoc iudica de ſtatu filiorum, ſicut iudicas in natiuitatibus, et generaliter in quæſtionibus: & ſi dominus domus filiorũ fuerit in ea, uel in 5. domo ab aſcendente, ſignificat fortunam filiorũ, & ſuos bonos ſtatus, & ꝙ habebũt à patre bonum, & pater ab eis. Sed ſi dominus domus filiorum fuerit in decima domo ab aſcendẽte, ſignificat infirmitates filiorũ, & eorũ impedimẽta. Ita facito in omnibus alijs domibus, & certificaberis Deo uolente.

De nuncio uel legatione. Cap. L.

SCias ꝙ ſignificator nunciꝫ eſt dominus quintæ domus ab aſcendente, & Luna participat cũ eo in hoc: et ſignificator rationis legationis eſt planeta cui ſe applicat dominus quintę, aut cui applicat Luna, uel cui applicant ambo. Poſtmodum ſi hæc appli-

catio fuerit à fortuna de quarto, uel opposito, aut coniunctione: & si inter eos sit receptio, uel sit ibi trãslatio luminis per aliquẽ planetã uel collectio, & sit ille cui applicat aut delator luminis aut collector luminũ dominus decimæ domus, dicq; ratio legationis cuius fuit nuncius est in causa regis, aut in suis redditibus, uel in re nobili & alta. Etiã si applicatio illa fuerit de tertio uel sextili iudiciũ idem erit. Et si antedictus planeta, id est, ille qui recipit, fuerit dominus undecimę domus, dicq; ratio legationis est de natura undecimæ domus. Et hoc modo dicas de omnibus alijs domibus qualiscũq; fuerit, ubi fuerit dominus ille planeta. At si applicatio illa fuerit ex infortunijs & sine receptiõe, dicq; ratio legationis est mala secundũ naturã domus, ubi fuit infortunium & ex sua ratione. Etiam si fuerit cum receptione, illud malũ pro quo uadit minus erit.

De statu nuncij qui uadit pro substantia uel alia re.

SI quando interrogatus fueris super statu nuncij, da ascendens & eius dominũ ei qui mittit nunciũ, & septimã domum & eius dominum ei ad quem mittitur, & legationem Lunæ, & dominum quintæ domus nũcio pro gubernatione, & iudica. Postea si inueneris dominũ quintæ domus à domino septimæ domus separatũ & applicantẽ domino ascendentis, dicq; nuncius expediuit legationẽ suam, et iam discessit ab eo ad quem missus est, & reuertitur ad eũ q̃ misit. Etiã si in eodem statu separatus fuerit à domino domus substãtiæ, dicq; defert substãtiã, siue sit significator fortuna siue infortunium. Idem in omnibus alijs domibus dicas & similiter: quia responsio q̃ defert nũcius est de natura illius domus, cuius dominus fuerit planeta à quo separatur, & de natura illius planetæ: & si adfuerit fortuna, erit bonum in eius natura: si infortunium, malum erit in natura ipsius. Sed si ille significator nuncij applicuerit de 4. uel opposito infortunij anteq̃ à domino 7. separet̃, dicq; nuncius habuit impedimentũ in legatione ab eo ad quẽ fuit missus. Etiam si illa applicatio infortunij fuerit anteq̃ applicet domino 7. dicq; habebit impedimentũ in itinere antequã ueniat ad quẽ missus est. Etiã si applicatio ipsa fuerit postq̃ separatus est à domino 7. dicq; illud impedimẽtũ accidet in reditu suo anteq̃ ueniat ad mittentẽ. Etiam si in 9. domo fuerit infortuniũ, dicq; iter est minus tutum propter latrones. At si cõtrarium huius inuenias, contrarium iudica. Alkindus de nuncijs & cursoribus dicit: Quãdo interrogatus fueris super cursoribus, si peruenient ad locum ad quẽ missi sunt nec ne, aspice dominum ascendentis & Lunã, & si fuerint ambo uel alter eorum in 7. domo, aut fuerint ambo uel alter eorum applicans domino 7. dicq; peruenerũt ad ipsum locum. Etiam si cum hoc separãtes fuerint & à fortunis, dicq; habuit bonũ iter & saluum: si ab infortunijs, dic contrariũ. In summa secundum naturã fortunæ uel infortunij dic in ratione ista, & secundum dignitatem in cœlo, & uirtutem ac debilitatẽ erit iudiciũ tuum: ut si ad fortunas fuerit applicatio, dicq; habuit bonũ saluũ conductũ in illo loco ubi fuit: si fuerit ad infortuniũ, dic contrariũ. Ita secundũ naturã fortunæ uel infortunij, locũ & dignitatẽ in cœlo, ac uirtutẽ & debilitatẽ, iudica bonũ uel malũ, & certificaberis Deo uolente. Itẽ si interrogatus fueris eũ ꝓtestatione certitudinis, q̃ nũcius aut cursor puenerit ad locũ, uel fuerit, uel inuenerit illum ad quem missus est, aspice significatores prædictos, & si ambo fuerint applicantes uel alter eorum ad dominos 7. aut alter eorum applicãs fuerit ad dominum sui loci, dicq; inuenit eum: si huius contrarium fuerit, dicq; non. Etiã si applicãs receptus fuerit ab eo ad quem applicat, dicq; ille ad quẽ fuit missus & lætè excepit eũ, et q̃ confessus est id, cuius causa missus fuit ad ipsum. Etiam si applicatio fuerit de oppositiõe, dicq; inuenit eũ, & q̃ ipsum splendidissime excepit, habeat tamen aliq̃ excusationẽ rei quam cõficeri noluit. Etiã idem erit, si fuerit de 4. nisi q̃ minus. Item si quæstio fuerit sup̃ nuncij reditu, aspice hos duos significatores si fuerint ambo, uel alter eorũ retractus à domo 7. uel ab alio angulo separando se à domino 7. domus, aut cũ remotione ab angulo applicãs fuerit domino sui loci, dic quod uenit. Et si in hac significatione testificabuntur fortunæ, dic quòd saluũ habebit iter: si infortunia, contrariũ dicito. In summa secundum naturam fortunæ uel infortunij, statũ, locũ, & dignitatẽ in cœlo, uirtutẽ & debilitatẽ proferat̃ iudiciũ tuũ. Et si significator applicuerit se domino ascẽdentis, aut domino sui loci diligenter animaduerte et profer tuũ iudiciũ. Item si quando ueniet, interrogatus fueris, dic secundum numerum graduũ applicationis, horas, aut dies, siue menses, uel annos & secundum naturam signorum fixorũ aut cõmunium uel mobilium (hoc enim

diuides

diuides)& ſecundum facilitatem ſignificatorum in eorum motu, uel ſecundum eorũ grauitatem: & maxime ſi acciderit numerũ graduum æqualem fieri numero, qui remanet Lunæ ad applicandum gradum aſcendentem per corpus, aut ad applicãdum ad gradum domini ſui loci, et ſimiliter domini aſcendẽtis: aut ſi aliquis planeta fuerit ſub radijs donec apparuerit, aut ꝙ ſignificatores applicent ad gradus dignitatum ſuarũ in cœlo. Etiam ſi fuerit ſignificator regradus, erit tempus reditus quando dirigetur, & ſecundum numerum graduum qui remanent ad directionem, erit tempus horæ, aut dies, menſes, uel anni. Aſpice ergo ſignificationes prędctas, & coiunge unam cum alia, & iudica ſecundum intentionem tuã, & ſecundum ſignificationes.

De nuncio humicida uel latrone.

SI interrogatus fueris ſuper nuncio humicida uel latrone, num interficiat quẽ occidere quærebat, aſpice dominum quintæ, & ſi inueneris eum ſeparatum à Marte, & dominum ſeptimæ domus applicantem ei, dic ꝙ occidet eum. Etiam ſi dominus quintæ receptus fuerit à domino ſeptimæ, à domo mortis, id eſt, exiſtẽte domino ſeptimæ in domo mortis, dic ꝙ eum interficiet. Quòd ſi non ſic inueneris, non dicito.

De inuitationibus ad conuiuia. Cap. LI.

SI quando uoles ire ad nuptias aut cõuiuia, & huius uelis ſcire euentũ, da aſcendens & eius dominum tibiipſi & principio comeſtionis, (etſi fuerint ibi multa cibaria aut pauca, bona aut mala, immunda uel pura, perfectè condita uel minus.) ac ludis & cantoribus. Secundã domum ſignificatricem da ei qui ſedet circa te à parte ſiniſtra, & ſeruientibus domini hoſpitis, & his q comeſtiones præparãt, ac pannis & cæteris rebus ibi opportunis. Domum tertiam ab aſcendente ſignificatricem da ſtantibus ſuper comeſtionem non comedentibus, ac fratribus & amicis faciẽtibus conuiuium. Quarta domus ſignificatrix eſt domus ac loci conuiuiorum & nuptiarum, propinquorum hoſpitis ex parte patris beneuolentiæ, aut materiæ ſuper cã ſedent. Quinta domus ſignificatrix eſt uini & amicorum hoſpitis, filiorum, nepotũ, propinquorum ſuorũ & uenientium cũ xenis. Sexta domus ſignificatrix eſt eius q ſedet à dextris hoſpitis ac ſeruorum & ſeruiẽtium in commeſtione ſeruorũ, ſiue ſint pauci ſiue multi, ſiue limpidi, ſiue cõpoſiti, uel contrà. Septima ſignificatrix erit loci ubi ſedet hoſpes, ſiue triſtis, ſiue lætus ſiue grauis ſiue minus, ſiue pulcher ſiue turpis, & impedimentorũ ac mulierum hoſpitis, & propinquorum ac mulierum ſuarũ. Octaua domus ſignificatrix eſt domus, & dolij uini & eius uaſorum, ac morantium cũ mulieribus hoſpitis & eas iuuantium, & ſedentis à dextra procuratoris conuiuij & cantatorum. Nona domus ſit ſignificatrix ianuæ domus hoſpitis & introitus, & eius quod eſt in ea, & coquorum ac piſtorum & deferentium res odoriferas, et eorum qui aſtant eis dum comedunt ſiue multi fuerint conuiuæ, ſiue pauci, ac oſtiariorum. Decima ſignificatrix erit cãdelarum, & hominum ſublimiorum qui fuerint in ipſa comeſtione, regum, uel aliorum. Vndecima ſignificatrix eſto ſedentium circa cãdelas, amicorum & fratrum hoſpitis, & procuratoris, ac eius fidelitatis uel fraudis, & hominum mediocrium qui fuerint in ipſa cõmeſtione. Duodecima domus ab aſcendente ſignificatrix eſt mulieris propriæ hoſpitis, ac utilium qui ibi fuerint, ſiue illi de domo illa diligent hoſpitem ſiue non, ſiue gaudeant cum eo ſiue non. Lunam fac ſignificatricem totius hoſpitij, & dominum loci Lunæ ſignificatorẽ finis illius aulæ, & ſecundum ſignum à ſigno Lunæ ſignificatorem cantuum: & dominum triplicitatis ſigni Lunæ primũ ſignificatorem eorum qui primò ſeruiunt, ſecundũ eorum q ſeruiunt in medio, & tertiũ eorũ q in fine. Etiam ſignũ tertium Lunæ fac ſignificatorem eorũ qui ſtãt ſuper commeſtionem à principio uſq; ad finem, quartũ ſignum Lunę ſignificatorẽ loci ubi ſedent, quintum ſignum Lunę ſignificatorem pannorum extenſorum, ſextum ſignum Lunæ ſignificatorem uaſorũ, hoc eſt, apparatus domus unde ſeruitur: & ſeptimum ſignum Lunæ ſignificatorem ſtatus domus poſtq̃ abeunt, octauum ſignum Lunæ ſignificatorem latrinæ aut balnei uel loci in quo ſe lauant & illudunt, nonum ſignum Lunæ ſignificatorem locorum ad quæ uadant poſt commeſtionem, decimum ſignum Lunæ ſignificatorem locorum in quibus ſe oblectant ludis, fabulis, & ſimilibus rebus: undecimũ ſignũ Lunæ ornamenti ipſius cõuiuij & his ſimilibus, duodecimum ſignum Lunæ ſignificatorem earum rixarum & malorum quæ accidunt in domo. Poſtmodũ per illum ex iam dictis cõuiuij ſignificatoribus

roribus quem inuenis fortunatū, iudica q̄ res illa bona erit & hilaris, secundum potentiam & uirtutem fortunantis & eius domini. Similiter per illum quē eorum infortunatum inueneris, iudica de diminutione & damno, secundum potentiam & uirtutē damnantis, & secundū dignitatem suam in cœlo. Et per illum quem eorū inueneris cōptum et formosum, iudica formositatem et compositionem in re illa. Et per illum quē inueneris turpem, iudica fœditatem & absurditatem illius rei. Porrò ut quodlibet à suo planeta rectè petatur, sit formositas & compositio Veneris & eius testimoniorū, fama & proficuum dentur Ioui & eius testimonijs, metus & damnū relinquantur Marti & eius testimonijs, res bene gesta et benè composita, & quicquid bonorum est operum adscribatur Mercurio & eius testimonijs, si fuerit fortunatus: sed si infortunatus, contrarium esto. Res manifestas & claras à Sole prouenisse dicatur & eius testimonijs & à Luna, nisi q̄ Luna in hoc minus habet potentiæ quàm Sol. Præterea ut certis regulis quodlibet notum fiat, animaduertatur quod res cuius eius significator est in exaltatione sua, erit nobilis & bona: & illa cuius eiꝰ significator est in suo casu de domo uel exaltatione, erit uilis & mala: res cuius eius significator est in opposito domus suę semet debilitat. Quando ergo Venus est in angulis à Luna, et maximè in suo medio cœli, significat quòd erunt in illo conuiuio ludi compositi & delectabiles. Si autem Iuppiter fuerit ibi uice Veneris, significat quòd sumptuosum & liberale erit conuiuium. Etiam si Mercurius fuerit in loco prædicto fortunatus, significat quòd ibi erunt dicteria & sales: si infortunatus, significat contrarium. Insuper si fuerit dominus ascendētis infortunatus à Marte, hora motus illius qui uadit ad conuiuium, ille qui uadit non erit tutus: quoniam accidet ei occasio percussionum & uulnerum, & forsitan morietur si Mars fuerit dominus octauæ domus. Itē si dominus ascēdentis infortunatus à Marte fuerit & Mercurius, accidēt tali rixæ ac q̄ ipsum molestabūt audiet, et minabit ei: etiā si infortunator fuerit Saturnus, uilipendetur. Sed si Saturnus fuerit dominus sextæ, accidet ei ægritudo, quæ uehemens aut debilis erit pro loci natura, & secundum domum significatoris in cœlo. At si Iuppiter fuerit loco Saturni, habebit bonum proficuum & honorem, secūdum statum Iouis, locum & domum suā in cœlo. Etiam si Venus fuerit in hac domo uice Iouis, habebit gaudium & lætitiam & uitia, secundum statum Veneris, locum & domum suam in cœlo, id est, in figura. Sed si Sol in hac domo fuerit pro Venere, habebit honorem & famam, & multi regētur ab eo, & dicta ipsius consequentur sua facta. At si Luna fuerit infortunata, infelix erit illud cōuiuium, & accident ibi impedimenta secundum infortunantis potentiam & statum: sed si fortunata fuerit, erit conuiuium lætum & bonū, secundum potentiam & statum fortunantis Lunam. Etiam si domus secunda Lunæ fuerit fortunata, erunt cibaria suauia, bona & pulchra secundum potentiam fortunantis. At si domus ipsa infortunata fuerit, contrarium accidet. Item si oppipara & bona fuerint cibaria, & fuerit dominus triplicitatis secundæ domus Lunæ primus, in meliori statu existens quàm secundus, erunt cibaria meliora & magis referta potationibus & tutiora. Etiam si dominus triplicitatis secundæ domus Lunæ secundus, melior fuerit primo & fortunatior, erunt potationes meliores cibarijs: nā qui eorum fortunatus est, denotat fortunam: & qui infortunatus infortunium. Ad hæc scias q̄ quando infortunium Lunæ est à corpore Martis, quod significat malum finem ac pœnitētiam & tristitiam. Etiam si est à corpore Saturni, significat turpitudinem cibariorum, fastidiū ex ipsis contractum, nauseam, & commedētium ex ipsis, infirmitatem & malum. Et si hoc infortunium corporaliter fuerit in signo Libræ, aut in eius quarta, significat q̄ hoc damnum prouenit ex carnibus uaccinis. Si autem fuerit in signo Virginis, prouenit ex lentibus & caulibus & his similib. Si uerò in signo Leonis, attribuatur omnibus carnibus: & ideo custodi te ne aliquid cōmedas. Si in Sagittario, erit in carnibus syluestrium & similium & his similibus. Si in Capricorno, abstine à carnibus caprinis, & his similibus: quia nocebūt tibi. Si in Aquario, erit malum in carnibus syluestribu, damis, & auibus, à quibus abstinere debes. Si in Piscibus, caue te à piscibus recentibus & salsis. Præterea si cū Luna Venus & Mercurius fuerit, significat ludos, saltationes, instrumentorum musicorum concentus, & sonitus iocationum & gaudiorum. Etiam si Mercurius solus potens fuerit, significat quòd in illo conuiuio habebuntur disputationes scientiarum & Philoso-

phiæ

phiæ:maximè ſi Mercurius fuerit in domo ſua. Quod idem ſignificant planetæ aſpicientes de quartis. Antychos dicit: Quando Luna applicat alij planetę de loco caſus Veneris, de domo uel exaltatione, ſignificat ꝙ nuptiæ erunt celebres. Et ſi Saturnus fuerit inter aſcendens & angulum ſ primum ſubſequentem, ſignificat quòd illud conuiuiũ & ludi durabunt. At ſi Luna fuerit iuncta corporaliter cũ Mercurio & Marte, aut in ſuis quartis, ſignificat ꝙ ibi habebuntur rixæ, controuerſiæ, et debacchationes malorum & turpium uerborum. Etiam ſi Mars fuerit in ſua triplicitate, ſignificat ꝙ ibi accident cõtentiones, debacchationes, turbæ, & uerborum turpium cõclamationes inanes. Itẽ ſi Luna cum Marte fuerit, & Mercurius in quarta ſua, ſuperueniet metus ex parte regis & impedimẽtum, interfectiones & percuſſiones. Etiam ſi Luna fuerit in cõiũctione Saturni, et Mercurius in eius quarta, erit cõuiuium illaudatum, ſordidum, & nihili. Sed ſi Luna fuerit cum Venere aut cum Ioue, eas aſpiciente Marte de quarto aut tertio, erunt ibi multi ludi, hilaritates, & gaudia. Etiam ſi Luna ſeparauerit ſe à Ioue applicans Marti, ſignificat ꝙ fient ibi fornicationes, & quod adueniẽt malæ mulieres, quæ nihil niſi de meretricio loquẽtur. Etiã ſi Luna ſeparauerit ſe à Marte & Ioui applicuerit, non habebuntur ibi rixæ, nec fornicationes, nec meretricia uerba audientẽ, ſed erit conuiuium honeſtum, integrum ac celebre. Etiam quando inuenis Saturnum in aliquo angulorum aſcendentis, et ibi fortẽ, ſignificat ꝙ frigida erunt cibaria maiori ex parte, & ſaporis inſipidi. At ſi Mars fuerit in eodẽ loco prædicto, maior pars cibariorum erit calida, & coloratorum condimentorum, ſicut croci & ſimilium. Etiam ſi fuerit Iuppiter in aliquo angulorũ, ſignificat quòd cœna erit limpida & bene condita, et in loco delectabili & ameno. Etiam ſi Venus fuerit in aliquo angulorum, ſignificat ꝙ commeſtio erit limpida & in delectabili loco & hilari. Item ſi Mercurius fuerit in aliquo angulorum, & ab aliqua fortuna fuerit fortunatus, ſignificat cœnam bene conditam & limpidam: ſed ſi fuerit infortunatus ab aliquo infortunio, dic contrarium. Etiam ſi Sol fuerit in aliquo angulorũ, ſignificat ꝙ habebuntur bona cibaria, pretioſa, et multis rationibus parata, et calida ex maiori parte. Etiam ſi Luna fuerit in aliquo angulorum, erunt cibaria maiori ex parte frigida, & ex piſcibus multa. Etiã ſi nullus planetarum fuerit in angulis, erũt cibaria temperata & communia. Etiam ſi duo Luminaria fuerint in ſuis dignitatibus, uel alter eorum, ſignificat nobilitatem cõuiuij, & ꝙ ibi comedent homines nobiles & laudati, et forſitan reges. Item ſi aſcendens fuerit fortunatũ & purum, maximè ab aſpectu Saturni, ſignificat ꝙ cibaria erunt bona, lauta, & ſplendida, & ꝙ gaudium erit ibi. Si ſecũda domus fuerit fortunata, ſignificat ꝙ ibi erũt boni panni, pulchra ornamenta, bene colorata & bene compoſita. Etiã ſi fortuna fortunaris domum ſecundam habuerit dignitatem in ſigno ſecũdæ domus, ſignificat ꝙ panni et ornamenta ſunt domini nuptiarũ. Sed ſi fortuna fuerit peregrina ibi ſine aliqua dignitate, panni & ornamenta mutuata ſunt, nec ſunt ſua. Quin ſi fortunator fuerit Iuppiter, erũt ibi uaſa aurea et argentea. Sed ſi fuerit Venus, erunt maiori ex parte panni ſerici. Etiam ſi tertia domus fortunata fuerit corpore fortunarum aut ſuis aſpectibus, & Saturnus fuerit ab ea remotus, ſignificat ꝙ ibi erunt nobiles & clari. Etiã ſi quarta domus ab aſcendẽte fuerit fortunata, & Venus & Luna applicuerit Soli, & fuerint puri ab aſpectu Saturni, ſignificat ꝙ ornamenta & ueſtimenta nuptiarum erunt multorum & diuerſorum colorũ, & qualia ſolent emere reges & celebres. Sed ſi Luna fuerit corporaliter iũcta Mercurio, & ſine aſpectu Veneris, ornamenta & ueſtimenta ſunt parui precij & mutuo accepta maiori ex parte. Etiã ſi quinta domus fuerit fortunata, ſignificat bonitatẽ uini & aliorũ potuum. Sed ſi Luna fuerit corporaliter iũcta Saturno ſine aſpectu Veneris, ſignificat ꝙ uinũ erit modicum, bene lymphatũ, & collegijs Lutetianis accommodũ: de quo nemo libenter bibit, ad id manus ſubleuantes & tenentes, ipſum multum deſtruent. At ſi Mars uel Iuppiter fuerit corporaliter iunctus cũ Luna, uel aſpiciens eã de 4. uinũ erit diuerſorũ colorum, & ſæpe repetito hauſtu. Quin ſi Luna fuerit in ſexta domo & in quarta Saturni, ſignificat quòd ſeruientes ſunt turpes & pauci. Sed ſi aliqua ex fortunis fuerit cum Luna, ſignificat ꝙ erunt multi, compti, & nitidi: & ꝙ cõſument id ꝙd habent. Etiã ſi Luna fuerit iũcta cũ Sole in cõbuſtione, ſine aſpectu Saturni, ſignificat ꝙ illiq ſeruiũt in ipſo hoſpitio ſũt nobiles omnes & clari. At ſi Luna fuerit in 7. domo Saturno iuncta, ſignificat ꝙ dũo hoſpitij

erunt hospites molesti, inuiti, graues, cum quibus nullū uultū exporriget nec lætabit, sed malè excipiet. Idq; eo magis si in quarto Lunæ adfuerit Saturnus: modo enim simili grauentur, tamen minus quàm per coniunctionem corporalem. Etiam si cum Luna fuerit aliqua ex fortunis, habebit bonā uoluntatem & hospitibus bonum uultum ostendet ac receptionem, & bono corde exhibebit conuiuium. Etiam si Luna cū Mercurio fuerit & cum Marte, loquetur multū & rixabitur cum hominibus, & iocatores uituperabit. Etiam si Luna fuerit in octaua, significat quòd multos cantores habebit, multa uasa uini, cyathos, & pocula. At si Luna fuerit infortunata in nona, & fortunæ ab ea remotæ, coquinarij erunt turpes & mali, & ab hominibus uilipendentur. Et si cum ea fuerint Saturnus & Mercurius iuncti corpore, multum ex cibarijs furtim subripietur, rixabitur inter eos, uituperabunt se mutuo, & epulas denegabūt. Si Luna fuerit in decima iūcta cum Mercurio, quæstor multū expendet, nec hospites offeret præter pauca. Etiam si adhæc fuerit cū Luna aliqua ex fortunis, aut in sua quarta, omnes aliquid dabunt, ac ipsum impendium subleuabunt. Etiam si Luna fuerit iuncta Soli, iuuabitur à nobilibus uel à rege, & abundabit. Etiam si cum hoc Luna fuerit iuncta Marti, conuiuium postquam expeditū fuerit, ignis inualescet & combustio, quæ aliquam rem cōburet, aut furtiuè aliquid perdet. At si fortunæ debiles fuerint non aspicientes Lunam, aliquid perdet de suo, quod nō admodum ægre feret. Si Luna fuerit in undecima iuncta cum Marte, uel in quarta sua, & fortunæ ab eis remotæ, significat q̄ seruus maior domus molestabitur propter aliquod malefactum, & quòd nō erit domino suo fidelis in eo quod faciendum suscepit, & eius malitia erit manifesta. At si cum hoc Luna iuncta fuerit cum aliqua ex fortunis, aut in quarta sua, ille maior seruus domus custodiet id quod habet, & erit fidelis in eo, & non tanget aliquid, nec consumet, nec donabit quidquam ex cibarijs, nec de eo quod habet. Sed si Luna fuerit in duodecima iūcta Saturno, aut aspiciēs de quarto, socij quæsitoris inuidebunt, & infensi incessent in eum, nec in ulla re adiuuabūt eū. Etiam si cum hoc Luna fuerit iuncta Veneri, aut Mercurio siue Ioui, & absq; aspectu Saturni, socij eius lætabuntur cum eo, & hilares & iocundi adiuuabunt ipsum, & ei dabunt de suo. Alkindus dicit: Si quando inuitatus fueris ad aliquod conuiuium, & ire uolueris, da tibijpsi ascendens, & domum septimam domino conuiuij, secundam ei q̄ sederit à tua sinistra, duodecimam ei qui accubuerit à tua dextra, sextā similiter ei qui fuerit à dextra domini conuiuij, octauam ei qui fuerit à sua sinistra, mediū cœli digniori qui ibi fuerit, undecimā ei qui fuerit à sua sinistra, quartam seruientibus, quintam deferētibus fercula & uinum, tertiam illis qui mittunt ea. Lunā da generaliter toti conuiuio, & dominum domus Lunæ fini conuiuij, secundam domum Lunæ cibarijs, dominum suæ triplicitatis primum comestioni, secundum potationibus: & dominum triplicitatis Lunæ primū principio comestionis, secundum eius fini: & medium cœli Lunæ seruitio ludorum, & iocationum, & fabularum: septimam domū Lunæ statui conuiuij, quando inde homines abeunt: quartā domum Lunæ loco in quo sunt sedentes, quintam domum Lunæ pannis super quæ morantur, sextam domum Lunæ uasculis q̄bus seruitur, tertiā domum Lunæ materiei sermonis de quo loquuntur, undecimā domum Lunæ rebus quæ expediuntur ipso in conuiuio ac illis qui conueniunt, duodecimam domum Lunæ impedimentis quæ ibi accidunt et damnis, nonam domum Lunæ locis ad quæ se conferent postquam exibūt de conuiuio, octauam domum Lunæ latrinæ & locis ubi lauātur, & his similibus. Et qualecunq; locum ex his prædictis fortunatum inueneris, iudica q̄ res illa in illo conuiuio erit bona, prospera & læta, secundum potentiam fortunantis fortunæ, ac statū & potentiam domini sui. Et quemcunq; eorū infortunatum inueneris, iudica q̄ illa res erit in illo conuiuio mala & diminuta, secundum potentiam & statum damnantis et sui domini. Etiam secundum statum significatoris boni uel damni, & secundum dignitatem suam in cœlo, iudica diminutionē uel augmentum boni uel mali. Et eorū qui pulcher & compositus est, significat q̄ res illa pulchra & composita erit: ut eorum q̄ turpis est, suæ rei turpitudinem declarat. Formositas est per testimonium Veneris, nobilitas & profectus per testimoniū Iouis, dānum & turpitudo per testimonium Saturni, timor & damnatio magna & subita mutatio per testimonium Martis, res bene gesta & bene operata est à Mercurio, si fuerit fortunatus, & contrarium si fuerit infortu-

natus: res detecta & manifesta à Sole, similiter à & Luna nisi quòd debilior est, nobilitas erit in domo cuius significator fuerit in exaltatione sua, utilitas erit in domo cuius significator fuerit in casu suo, contrarietas erit in domo cuius significator erit in opposito domus suæ. Quando Venus fuerit in angulis Lunæ, & maximè in suo medio cœli, significat quòd res illa ludos & iocundos habebit & solatia delectabilia. Et si Iuppiter fuerit loco Veneris, habebuntur liberalitates & prolongationes ibidem. Si uerò Mercurius uice Iouis fuerit fortunatus, ibi iactabuntur lepida & pulchra dicteria: at si infortunatus contrarium. Item si dominus ascendentis hora qua fueris in conuiuio fuerit infortunatus à Marte, non erit tutus qui ibi manserit, quin accidat ei aliquid malum uel uulnus mortale, si ipse fuerit dominus domus mortis. Etiam si Mercurius fuerit ibi mixtus cum Marte, malum dicet ei, & uerba quæ ipsum molestabunt audiet, & minabitur ei. Etiam si fuerit Saturnus, ui lipendetur & accidet ei malum. Etiam si Saturnus fuerit dominus sextæ domus, accidet ei infirmitas secundum potentiã loci in quo fuerit ipse & significatores, & eius loci ac domus in qua est: nam secũdum hoc erit damnũ quod accidet ei, & occasio per quã erit. Sed si in hac ratione fuerit Iuppiter loco Saturni, eueniet ei bonum, profectus, & luerũ, secundũ statum Iouis & loci in quo est, & suæ domus. Etiam si Venus fuerit loco Iouis, habebit gaudia, hilaritatem & iocunditatem, secundum statum Veneris, & sui loci ac domus in cœlo. Etiam si Sol fuerit loco Veneris, habebit honorem & laudem, & regentur homines per eum & dicta sua, & erunt de ipso & factis eius contenti. Si Luna fuerit infortunata infelix erit conuiuium illud, & status illorum hominum, et euenient eis impedimenta secundũ potentiam infortunantis. At si Luna fuerit fortunata, habebit conuiuiũ bonum & honestũ, & erunt in bono statu secundum potentiã fortunãtis Lunam. Etiam si domus secũda Lunæ fuerit fortunata, erunt cibaria bona, & bene condita secundum potentiam fortunæ: at si infortunata fuerit, erit contrariũ. Etiam si epuli significator fuerit bonus & fortunatus, & dominus triplicitatis Lunæ primus fuerit melioris status secũdo, erunt cibaria suauiora quàm potus: sed si dominus triplicitatis secũdę domus Lunæ secundus, fuerit melioris status primo, erunt potus cibarijs iocundiores: & qui eorum fortuna fuerit, significat fortunam: & qui infortunium, infortuniũ. Hoc modo iudica quæcunq; offeruntur, considera ex eis secundũ hanc rationem, & certificaberis.

De libellis & nuncijs. Cap. LII.

CVm interrogatus fueris de causa chartarum & nunciorũ, da dñm ascendentis & planetã à quo separat Luna, significatores ei qui misit libellum: & septimã domũ & eius dñm & planetam cui applicat Luna, significatores ei ad quem mittitur: & locum Lunæ & Mercurij, significatores boni aut mali quod continetur in ea charta: & dñm ascendẽtis & dñm septimæ, & loca ubi sunt, & aspectus quos habuerint à fortunis uel infortunijs, significatores rerum de quibus habeẽ spes, & eorum quę accident ex illa charta, & uoluntatũ duorum scilicet eius qui mittit & eius ad quem mittitur, & cuius beneuolentiæ sint inter se. Et res cuius uis horũ significatorum qui in angulis fuerit, aut in domo sua receptus in loco ubi est, erit nobilis clara & bona. Et si planeta à quo separatur Luna fortuna fuerit, aut in exaltatione sua, & fuerit ab angulo, significat quòd missor chartę habuerit potentiã & celsitudinem à qua modò delectus uiuit. Sed si fuerit in domo sua & in angulo, significat quòd est homo eminens & diues, & quòd habeat potẽtiam in ciuitate sua manens in suo posse. Et triplicitas in hac significatione est minoris potentiæ quàm domus, & terminus quàm triplicitas, & facies quàm terminus.

De literarum acceptione. Cap. LIII.

CVm interrogatus fueris sup chartis, si mittunt, respice ad Mercurium, quia est significator acceptionis chartarũ. Postmodũ si inueneris eum habentẽ dignitatem in ascendente, aut in significatore quęstionis, qui est almutez, dic quòd chartę mittẽtur. Item si uolueris scire quo tempore aduenient, considera & si quando Mercurius applicuerit aspectui gradus ascendentis, gradum per gradum à dextro & sinistro, dic quòd die illa applicabunt chartæ, maximè si illa applicatio fuerit ab angulo. At si Mercurius non habuerit in ascendente aliquam dignitatẽ, nec in significatore qui est almutez, nec in Luna: nec habuerit cum ascendẽte aspectũ, nec cum significatore dic quòd tẽpore isto nõ ueniẽt chartę. Si Mercurius non aspexerit ascendens, & aspexerit significatorẽ, & habuerit in suo loco par

tem aut testimoniũ, iudica quòd charta uenieti & ꝙd erit tẽpore quo Mercurius applicabit significatori gradu per gradũ. Etiam si inueneris Mercuriũ aspicientẽ ascendẽs, & Lunã à Mercurio separatã, significat ꝙd charta ueniet illo die, quo Luna erit in gradu ascendentis. Et si inueneris Mercurium separantẽ se à dño septimę, & applicantem domino ascendentis aut eidẽ gradui ascendentis, iudica ꝙd libellus iam adlatus est, & eo die in quo Mercurius applicuit gradui ascendẽtis, aut gradui significatoris qui est almutez. Sed si Mercuriũ inueneris non habentẽ dignitatem in significatore, nec in ascendente, nec in Luna, nec aspectũ cum aliquo eorum, iudica ꝙd charta non veniet illo tẽpore, nisi Mercurius fuerit in duodecima domo cito ingrediens gradum ascẽdentem: tũc enim significat ꝙd chartæ uenient, & ea hora in qua Luna fuerit in gradu ascẽdente. At si Mercurium inueneris separantem se à dño secundæ, & applicantẽ gradui ascendentis, aut dño ascendẽtis, iudica ꝙd charta veniet cum substantia & utilitate. Item si inueneris Mercurium separãtem se à domino quintæ, & fuerit dominus quintę fortuna, & receperit Mercuriũ applicans se ad ascẽdens uel eius dñm, iudica ꝙd charta veniet cum xenijs. Et scias ꝙd dominus horæ inuẽtus in medio cœli, aut in undecima, significat uẽturas literas, si Deus voluerit.

De qualitate literarum. Cap. LIIII.

CVm interrogatus fueris super aliqua charta & cõtentum in ea sive bonum sive malum, aspice separationem Mercurij et à quo separẽ, et si separat̃ ab infortunio, dic ꝙd malum continetur in charta: si verò à fortuna, dic cõtrarium Item naturã illius boni uel mali, scies ex natura illius planetæ à quo Mercurius se separauit, & ex eius loco in figura, & ex eius statu in ascendente, hoc est, si habet in ascendente dignitatem, uel aspicit ipsum.

De literarum sigillatione. Cap. LV.

CVm interrogatus fueris de charta si est sigillata uel non, aspice Mercuriũ & Lunã, & si inueneris Lunã applicantem Mercurio, dic ꝙd nõ est sigillata: sed si eam inueneris à Mercurio separatã, & paucis remotã gradibus, ita ꝙd non trãsierit terminum aspectus, dic ꝙd charta sigillata est. Et in hac quęstione da chartã Mercurio, & idcirco ꝙ sigillata est Lunæ, & iudica secm hoc, & secm eorũ statũ inter se. Et æstima res inter se intellectu tuo, ut intelligas & extrahas unam ex alia, & certificaberis.

De nunciis. Caput LVI.

CVm interrogatus fueris de nuncio, si uenit an non, respice ad Lunam, & si eam inueneris in ascendente aut medio cœli, iudica ꝙd nuncius venit. Etiã si Lunã inueneris in quarta domo aut in septima, applicantẽ gradui ascendentis, aut alicui planetæ existenti in ascẽdente, similiter iudica ꝙd nuncius venit. Etiã si Luna fuerit in nona uolens ingredi decimã, iudica de aduẽtu nuncij, & ꝙd veniendo in itinere cito veniet. Etiã si Lunã inueneris in duodecima prõcientem suos radios ad ascẽdens, ꝙd est circa ingrediendũ ascendens, iudica similiter ꝙd nuncius veniet cito. Etiã in hac causa aspice dñm quintæ, & iudica p eum sicut fecisti per Lunã. Et scias ꝙd iudiciũ in hac re per dñm quintæ, est certius illo Lunæ, & ꝙ citius veniet nuncius. At si dominus quintę nõ aspexerit ascendens, nec dominũ ascẽdentis, iudica quod nullus nuncius venit.

De nuncio & eius effectu. Cap. LVII.

CVm interrogatus fueris, si nũcius adducit rẽ pro qua missus est an non, aspice Lunã & dñm quintæ, & si eos ambos inueneris uel unũ eorum separantẽ se ab aliquo planeta, cuius natura similis est naturę illius rei pro qua missus fuit: et si ille significator fuerit ab illo planeta receptus, et post separationem sui ab eo si ad gradum applicuerit ascendẽtis, aut ad dñm ascendentis, iudica ꝙd nuncius ille defert rẽ pro qua missus est. Etiã sup hoc aspice per cõsideratiõnem alias partitiones huius rationis, & certificaberis Deo prosperante.

De summa chartæ seu literæ. Cap. LVIII.

CVm interrogatꝰ fueris de aliqua charta summaria, si est in ea bonũ uel malũ, aspice à quo separat̃ Mercurius aut Luna: qa chartæ & mandata sunt Mercurij & Lunæ, & dominus tertiæ & nonę habent in chartis & mãdatis partitionẽ debilẽ. Postmodum aspice aspectum illum, qui si fuerit à fortuna, iudica quod id quod est in charta est bonum: sed si ab infortunio, malum.

De itione invitatorum. Cap. LIX.

CVm aliqui fuerint invitati, & volueris scire quot eorum veniẽt, dirige ascendens, & aspice in quo signo est dñs eius, & quot gradus sunt inter eum & gradũ ascendentis, & quis planeta applicat domino ascendentis. Et si fuerit dñs septimæ applicans dño ascendentis, dinumera quot sunt gradus termini, in quo ipse dñs septimę

mę eſt, qa tot hoies ueniẽt quantus eſt nu⁹ graduũ illius termini, uel quãt⁹ eſt numer⁹ graduũ quos trãſiuit dñs 7. ab illo termino, uel ꝙt gradus remanſerũt ad eundẽ, de illo termino. Etiã ſi dñs 7. nõ applicuerit ad gradũ aſcẽdẽtis, dinumera ꝙt planetę ſunt à domino aſcendẽtis uſq; ad gradũ aſcendẽtis, & tot uenient. Etiã ſi quis eorũ planetarum applicuerit alicui alij planetæ, aut aliquis alius applicuerit ei extra illũ locũ, quẽ diximus de dño aſcendẽtis uſq; ad gradũ aſcendentẽ, ſi inq; ille planeta externus, q aſpicit aliquẽ eorũ illius loci fuerit Mars, uenient cum illis quos inuitaſti alij non inuitati. Et ſi dñs 7. fuerit in ſeptima, aut aſpexerit planetã qui eſt in ſeptima, & applicuerit ad gradũ aſcendentis, tot ueniẽt ꝙt inuitaſti. At ſi nihil inueneris horũ pdictorũ, null⁹ ueniet.

De numero inuitatorum. Cap. LX.

CVm miſeris pro aliquib⁹, & uolueris ſcire quot uenient cũ tuo nũcio, aſpice quot planetæ ſint corporaliter iuncti cũ Marte, uel quot aſpiciãt eũ quouis aſpectu: quia tot uenient cum nuncio tuo. Conſidera diligẽter tuũ intellectũ bene dijudicãs, et certificaberis tuũ intellectũ, pmouẽte Deo.

ALBOHAZEN HALY filii Abenragel libri de iudiciis aſtrorum pars ſecunda.

De ſexta domo & eius quæſtionibus. Cap. I

HAec domus ſignificat infirmitates & earũ cauſas, diminutionem & debilitationẽ membrorũ, captiuos ſeruos & ſeruas, perditiões, maleficia, mutationes de uno loco ad alium locum, feras, animalia uenenoſa & inimicos, redemptionẽ captiuorũ, mendas corporis, detectiões ſecretorũ, & deceptiones. Hæc domus cadẽs ab angulo occidentis, ſignificat primã partem uitæ, colonos & agricolas, animalia pdita, res perditas, uiles & nullius præcij, zelotypiam mulierũ, caſtratos, & res de quarum recuperatione nulla habeẽ ſpes, & rem neceſſariã nec præſentẽ, exitũ de uilla ſua, mutationẽ uoluntatis amicorũ, mendacia, falſa teſtimonia, inuidias & fornicationes in dictis & factis, diaboli adorationẽ, infectos per nigromãtiã, ſubtilia & debilia corpora. Quando in aliqua natiuitate adfuerit ſignificator natiuitatis in hac domo, ſignificat quòd ille natus erit phyſicus. Dñs triplicitatis huius domus primus ſignificat infirmitatẽ, & ſi ſanabiẽ uel morieẽ in illa: ſecundus denotat ſeruos & agricolas & caſtratos, tertius animalia parua & magna, & ſi ſunt multa uel pauca, & ſi bona uel mala. Item ſi ſignũ huius domus fuerit igneum in quæſtione, & fuerit ſignificator quęſtionis in eo, quęſtio eſt pro timore: ſed ſi terreum, quęſtio eſt pro re quę aufugit: ſi aẽreum, eſt pro ſeruo aut captiuo: ſi aqueũ, eſt pro infirmo. Color huius domus, in quocũq; ſigno fuerit, eſt niger ualde tinctus.

De ſtatu infirmi. Cap. II.

SCias q hęc conſideratio diuidiẽ in decẽ partes, quarũ prima docet inſpicere locum ſignificatoris qui ſignificauit infirmitem, & medicinas & phyſicum: ſecunda uerſaẽ in cõtemplatione morbi, ſi eſt in ſpiritu aut in corpore uel ambob. tertia docet in quo loco corporis ſit infirmitas, quarta ſi conualeſcat hic infirmus ex hac infirmitate aperit aut ſi morieẽ, quinta ſi hęc infirmitas futura ſit breuis uel longa pdicit, ſexta quo tempore reſtituaẽ ab infirmitate, uel quomodo morieẽ infirmus indicat: 7. pręſagit bonã uel malã cryſim, & quo tẽpore ſit futura: 8. augmentũ & diminutionẽ infirmitatis oſtendit: 9. uirtutẽ infirmi in infirmitate ſua demonſtrat, & ſi ſit pauidus aut fortis: 10. continet finẽ infirmitatis & infirmi. Item ſcias q ſignificator ſtatus infirmi ſumiẽ maiori ex parte à reb. aſcẽdẽtis, & eius dñi, & almutez in 5. locis hylech, à domo 10. ſumunẽ medicinæ & actio ei oportunę, à domo 7. ſumiẽ opus phyſici q̃d operaẽ in infirmo, à 4. domo ſumiẽ finis infirmi & infirmitatis. Hęc eſt opinio Ptolemęi, Alkindi, & maioris partis ſapientũ antiquorũ, cui ego cõſẽtio, tametſi Dorothe⁹ dicat in principio ſuæ rationis: Aſpice ſtatũ infirmi ab aſcendente, & phyſici à 10. & iudica ſup ſtatũ infirmi, & quid ſit de eo ſperandũ, & q̃d denoteẽ ſup eo ab aſcendente. pòſt idem repetit in eandẽ rationẽ & eodẽ capite dicẽs: Aſpiciaẽ ſtatus phyſici ab aſcendẽte, & infirmi à 10. ſicq; diſſentit in ſemetipſo, & manifeſtũ errorẽ cõmittit: qa manifeſtũ eſt q aſcendens dari debet infirmis in inquiſitiõe ſuorũ ſtatuũ, uiriũ, & morborũ declinatio-

num, de quibus disputatio & quęstio susce pta est. Quomodo ergo uel qua ex ratione dabimus eis alium significatorē quàm ascē dens? Et certè bona pars Astrologorū se cuta est hanc uiam Dorothij, cùm ipsum ne que redarguerint, neq; eius scripta quisq; e mendauerit: de quorū numero sunt Messa hala, Abohalyaben, Alfayar, Albumazar, Cebel, Beubriz. Et licet Dorothius fuerit magnus, sapiens, & nobilis, errauit tamen in hac causa, & iudiciū prætermisit, & inue nit quæ nullius momenti sunt in iudicijs. Er rauit similiter in lib. de natiuitatibus in quo fecit athazir de hylech, ad oppositionē pla netæ, quorum latitudo unius erat meridio nalis, & alterius septentrionalis: asserens ta lem dissonātiā nihil impedire, & q̄ discor dantia latitudinum in duabus partibus nō impedit in cōiunctionibus. Et probat̄, quia oppositio duorum planetarū, quando con cordant in gradibus longitudinis & simili ter in numero graduum latitudinū, licet di scordent in parte, & unus eorum fuerit sep tentrionalis & alius meridionalis, est appli catio recta & uera ex oppositione. Etiā q̄n ambo sunt in linea zodiaci, & nullus eorū habet latitudinē ad aliquā partē, & se aspi ciūt de oppositione ex gradibus ęqualibus in longitudine, est uera oppositio de recto aspectu. Si uerò ambo habuerint latitudinē ad unam partē, ad septentrionē scilicet aut meridiem, & gradus ipsius latitudinis non fuerint æquales, & concordauerint in gra dibus longitudinis, nō est uera oppositio: quia tantū diminuta est, quanta est differen tia graduū latitudinis. Item si ambo habue rint ad diuersas partes latitudinē, unam ui delicet ad septētrionē & aliam ad meridiē, & illi gradus latitudinis non fuerint æqua les, licet concordent in gradibus longitudi nis, non est oppositio completa: quia defi cit in ea quanta est differentia graduum la titudinis. Ad hęc si unus eorū fuerit in linea zodiaci, & alter habuerit latitudinē ad ali quā partē, licet cōcordent in gradibus lon gitudinis, non est oppositio cōpleta: qa de ficit quantū sunt grad⁹ latitudinis. Atq; hęc est uia per quā operant̄ oppositiones, quē admodū est declaratū, expositū, & diuisum in tabulis quas fecimus de aspectibus, quos aspexi, & in illis diuisi 16. cap. ubi sunt quan titates applicationū. Album. quoque Do rothium secutus in hoc eodē errore fuit, & dixit hāc eandē rationē in 3. parte libri sui, quem nominat librū rememorationū. Nec mirum quum Ptolemęus uir ex antiquis in hac scientia eminētior, melior, & honorabi lior omnibus sapiētib. huius operis, ut qui melius separauit & ingsiuit diuisiones & ra tiones eius, & profundius & magis à longe significatiōes accepit, & in hac materia me liorem intellectū & considerationē habuit omnibus alijs, & lōgius est ab erroribus c̄ omnes alij, errauerit aspiciendo in capite si liorum in uno loco 5. domus, (sicut ponunt omnes alij huius scientiæ sapientes & om nes astrologi) & postea in alio loco accepe rit eundē à domo 10. & 11. Et similiter dixe rit in locis oppositorū suorū de aspectibus qui sunt in 4. & 5. & posuerit significatorē esse patris in die à 10. domo, in nocte à 4. Item posuerit significatorē matris in die à 4. in nocte à 10. & isto modo accidat signifi catorē matris, & significatorē patris & sig nificatorem filij ab uno loco recipi. Quod certè potest accidere secundū rationē mul tis uicibus: quoniā error non est absconditus, sed omnibus in hac scientia peritis ma nifestus, ut uidere licet in 5. cap. 4. partis li bri eius, qui nominatus est quadripartitus. Similiter etiam in parte fortunę quam ædi dit, acceperit eam nō minus in nocte quàm in die, uidelicet à Sole in Lunam, quod dis cordat cum omnibus sapientibus huius sci entiæ omniū legū. Similiter etiam discordat cum omnibus sapiētibus in triplicitatibus, ubi dixit in 19. cap. primę partis quadripar titi, quòd Aries & eius triplicitas sunt sep tentrionales, & Taurus cum sua triplicita te meridionalis, & Gemini cum sua triplici tate orientales, & Cancer cum sua triplicita te occidentalis. Similiter etiam dissentit cū omnib. alijs sapientibus huius sciētię, in ser mone: ubi de hylech & datore uitę, annimo dar uitæ diuersum fecit ab alijs, & potentio ri in errore uersat̄ quàm in alijs quę iam di ximus, quemadmodū mōstrauimus inquar ta parte huius libri nostri, in cap. de hylech & alchocoden: quòd qui uidere uoluerit ip sum librum adeat. Similiter aduersat̄ sibi in sermone quem fecit de cognitiōe significa toris regū & suorū officialiū: quia una uice id accipit ab ascendēte, & alia à 10. ut patet in libro eius centiloquij, & in multis apho rismis illius libri: & in uerbo 30. & 31. & 39. & 84. & 95. Et Alkindus similiter errauit, quāuis fuerit nobilis & ualdè clarus in hac scientia, & uir sapiens & cōpletus de pro fundis dictis, talisq; inter sapientes Mauro rum qualis Ptolemęus fuit inter sapientes gentiles:

gentiles: uerſati enim ſunt ambo circa materiam ualdè abſtruſam & inuentu difficilem, de eaq; ſeduli uiri & laborioſi ſic ſcripſerunt, ut nō facilè à mediocriter in hac ſcientia peritis intelligantur, ut taceam tyrones & prima ſcientiæ huius elementa uix aggreſſos: ſed peritis & in hac ſcientia eminentibus, & quibus à Deo datum eſt habere cognitionem & noticiā huius adeò ſublimis philoſophiæ, & altæ ſcientiæ abſtruſa poſſe eruere & explicare. Habet autē Alkindus inter libros ſuos librum unum diuiſum in duas partes, magnitudinis octo foliorum, quo cōprehendit totam Aſtronomiā, quem qui uolet cōmentarijs & expoſitionibus illuſtrare, uix octo magnis uoluminibus conſequetur. Error porrò in quo Alkindus errauit, eſt quia negauit partitionem ſapientum antiquorū ad facies ſignorum, & dicit in illo ſuo libro 4. aphoriſmorum quod modò ſubijcimus de litera ad literā, ſicut eo in libro eſt. Et quodlibet (inquit) ſignorum eſt diuiſum in tres partes, & in qualibet parte ſunt decem gradus, & hæ partes nominatæ ſunt facies, quia ſunt ſignificatores facierū, & maior pars hominum dederunt primam faciem Arietis Marti, ſecundā Soli, & tertiam Veneri: & ita ſecundum ordinē iſtum in omnibus faciebus ſignorum per ordinem cœlorū planetarū unum poſt alium, quouſq; ultima facies Piſcium fiat Martis. Hæc autem diuiſio nō eſt bene poſita, nec in ſeipſa concordat: quia ultimam faciem Piſcium ſequitur prima facies Arietis, & ita ſecundū hanc diuiſionē dantur duæ facies una poſt alteram uni planetæ. Erit autem diuiſio recta & integra, ſecundū intellectū noſtrū, & ſicut eam poſuimus in lib. noſtro maiori, qui dictus eſt Liber ſecretorū ſtellarū: in quo fecimus diuiſionem facierū per ordinem ſignorū hoc modo: Primā faciem Arietis dedimus Marti, qui eſt dominus Arietis, ſecundam Veneri quę eſt domina Tauri, tertiam Mercurio qui eſt dominus Geminorū, & ita conſequenter uſq; ad finem ſignorum: ſimilimodo primā faciem alterius ſigni ignei uoluimus eſſe Martis, & fiet ſecundum hunc ordinem ultima facies Scorpionis Iouis qui eſt dominus Piſcium, & ultima facies Piſcis ſimiliter Iouis qui eſt dominus Piſcis, & reuertit̄ diuiſio primæ faciei, id eſt, Arietis ad Martem. Hactenus Alkindus. Ego autē dico quòd ille qui redarguit, nō ſanè intellexit, quia ultima facies Piſcium, & prima facies Arietis ſequuntur ſe mutuò, & ſunt unius planetæ: quod nō accidit in omnibus 12. ſignis niſi in hoc ſolo: quodq; ipſe non uidit nec animaduertit in partitione ſua, qa facies ſequuntur ſe in tribus locis ad Saturnum, una uice in ſigno Cancri, altera in ſigno Scorpionis, & tertia in Piſcibus. Errauit ſimiliter in libro ſuo in 9. cap. 40. aphoriſmorum, quando locutus eſt de prælijs & litigationibus, & in primis faciebus quę incipiunt inſurgere cōtra alios. Dixit autem in illo loco, quòd quando Mars eſt in parte orientali cœli quę eſt à 10. gradu Tauri uſq; ad decimum gradum Leonis, & à decimo gradu Scorpionis uſq; ad decimum Aquarij: dum ipſe inquam Mars in partibus iſtis uerſatur, debemus facere quòd inuaſores litis incipiant de partibus orientis, ueniendo à parte illa. Et quando Mars eſt in parte occidentali cœli quę eſt à decimo gradu Leonis uſq; ad decimū gradū Scorpionis, & à decimo gradu Aquarij uſq; ad decimum gradum Tauri: dum inquā ipſe Mars in partibus iſtis moratur, debemus facere quòd inuaſores incipiant in partibus occidentis, & ueniant à parte illa. Quod idem eſt ac ſi diceret, cœlū cū ſuis duodecim ſignis uel orientale uel occidentale eſt, nec qd ultra adderet: quod in ueritate eſſe non poteſt, cùm cœlum habeat ſeptentrionē, meridiem, occidens, & oriens: & inuaſores ſimiliter 4. habeāt partes unde poſſunt aggredi, oriens, occidens, ſeptentrionē, & meridiem: ex quibus fortè expeditius & promptius iuuadere queunt, quàm ex iam dictis partibus, pro ſitu & ordine caſtrorū, & acierum primos impetus excipientium. Vera autem partitio quā in hac parte ſequi debemus, eſt quòd Mars donec uerſatur à degradu Tauri uſq; ad 10. gradum eſt orientalis, & à 10. gradu Leonis uſq; ad 10. gradum Scorpionis eſt meridionalis, & à 10. gradu Scorpionis uſq; ad decimū gradum Aquarij eſt occidentalis, & à 10. gradu Aquarij uſq; ad decimum gradum Tauri eſt ſeptentrionalis: quam partitionē & rationem ſequi debemus in prælijs & litigationibus.

Veruntamen quia longum eſſet errores & diſcordantias omnium enarrare, ad Alkindum reuertatur oratio & dicatur quòd modis omnibus fuit magis intelligens cunctis alijs ſapientibus in iudicijs Aſtronomię, & magis completus alijs in ſciētia hac. Etiam fateatur quòd qui errores ipſi adſcribunt̄, proueniunt ex mala interpretatione, nec ſatisfa-

tisfaciente intentioni authoris, neque eam explicante: quia hic ualdè concisus & strictus est. Cui contrarium facit Albumazar multa loquens & nihil, dum uarius huc atque illuc fertur, similisq; fit excitanti in alta nocte ignē, & undiquaq; cùm bona tum mala fomenta colligenti: nam imprudens multa nihil ad rem facientia composuit. Quin omnes sapientes huius scientiæ, tam gentiles quàm mauri dicunt, quòd ab ascendente usq; ad decimā domum est ascendēs, & à decima usq; ad septimam descendens, & à septima usq; ad quartam ascendens, & à quarta usq; ad ascendentē descendens. Ego autē non credo hoc esse uerum, nec concedo hanc partitionem: quoniam recta partitio & quam debemus seruare, est quòd à quarta domo usq; ad 10. est ascendens, & à decima domo transeundo per septimā usque ad quartam est descendens: nec necesse habemus diutius uersari in reprehensionibus errorum nihil præter uaniloquiū nobis afferentium, credentes id nobis sufficere si dicamus nos illam partitionē non admittere, sed nostram modo dictam: nec, dico quòd applicem ad primum gradum alicuius eorum. Ergo redeuntes unde digressi sumus, dicamus de opinionibus quas rectas nouimus, & alias destruemus nihili facientes quid de nobis quisq; loquatur.

De loco significationis significatoris infirmi. Pars prima.

SIgnificatoris infrmi locus est sicut diximus suprà, uidelicet aspice almutez super ascendens, & almutez super Solem & super Lunam, & dominum partis fortunæ, ac dominum horæ: & illum eorum pro significatore infirmi accipe qui fortior fuerit in figura, & ab eo scies statum eius, & quid de eo sit sperādum, & ad quid declinet infirmitas eius: & à sexta domo & eius domino, & à planeta à quo separatur Luna scies infirmitatem q̄ habet: & ab octaua domo & eius domino scies mortē eius: & à quarta domo & eius domino, & à domino domus Lunæ scies finem sui esse: & à termino gradus septimæ domus colliges suę mortis occasionem, & unde erit.

De qualitate infirmitatis si est in spiritu uel in corpore uel in ambobus simul. Secunda pars.

SI inueneris Lunam & ascendens ambo infortunata, & eorum dominos ambos fortunatos & saluos ab infortunijs, iudica quòd infirmitas est in corpore, & non in spiritu: sed si inueneris dominum ascendentis & dominum domus Lunę ambos infortunatos, & Lunam & ascendens ambos fortunatos & ab infortunijs liberos, iudica quòd infirmitas est in spiritu & non in corpore. At si omnes infortunati fuerint, & infortunia communia omnibus, iudica quòd infirmitas est in ambobus scilicet spiritu & corpore. Messehala dixit: Si quando infortunia Lunam aspexerint & non ascendens, infirmitas erit in corpore: sed si infortunia aspexerint ascendens & nō Lunam, infirmitas erit in spiritu, sicut est amissio sensus, & quod huic assimilatur de rebus propriè pertinentibus ad spiritum. At si ambos aspexerint infortunia sine aspectu fortunę, damnabitur corpus & morietur infirmus.

De parte corporis ex infirmitate laborante. Pars tertia.

SI uelis scire qua ex parte corporis ęgrotet infirmus, aspice almutez qui est significator infirmi, & ipse significator erit in hac re, uidendo in qua domo duodecim domorum figuræ infortunatus fuerit hoc modo: Ascendens est significator capitis, secunda domus colli, tertia manuum & humerorum, quarta pectoris & pulmonis & eius quod huic adhæret, quinta stomachi & cordis & hepatis & eius quod his assimilatur & gubernationis est membrorum, sexta uentris & costarum, septima inteſtinorū & uiscerum & inguinum, octaua uuluæ mulieris & testiculorum uiri & fundamenti uesicæ & renum, nona carnis natium & culi instrumentorū seu sphincteris, decima coxarum & rotularum, undecima cruriū à rotula inferius, et duodecima domus significatrix pedum: & in qua domorum istarum fuerit infortunatus significator, iudica quòd in membro illo est infirmitas: & quę quidem fuerit de natura domus infortunantis, quam scilicet earum aspexerit meliori aspectu. Item si uolueris scire à qua parte corporis sit infirmitas, à dextra ne an à sinistra, aspice illum significatorem infortunatum, & si est infortunatus super terram, dic quòd est infirmitas in parte dextera: si uerò sub terra, dic quòd est in sinistra. Sed si est infortunatus in signo multarum ascensionum, dic quòd infirmitas occupat totum corpus: & si fuerit in signo æqualium ascensionum, dic

quòd

quòd infirmitas eſt in corde: & ſi fuerit in ſigno paucarum aſcenſionum, dic quòd infirmitas eſt diminutio membri. Præterea pars per q̃ ſciet̃ locus infirmitatis, accipit̃ à gradu domini horę in gradũ Solis, & proiicitur ab initio Arietis, dando cuilibet ſigno 10. gradus, & in loco ubi finitur numerus, dic quod infirmitas eſt in membro illius ſigni, attribuendo caput Arieti, & ſic deinceps procedendo per ordinem ſignorum. Itẽ alterã partẽ colligę: et aſpice q̃t gradus aſcenderunt de ſigno aſcendentis de gradibus æqualibus, & eos multiplica per gradus aſcenſionum illius ſigni, & numerum qui exiuerit inde proiice à gradu aſcendentis, dando 30. gradus cuilibet ſigno, & in loco ubi finitur numerus, in eodem membro eſt infirmitas, adſcribendo caput aſcendenti, & eundo per domus ſecundum ordinem quem ante diximus.

De reſtitutione & conualeſcentia infirmi.

Quarta pars

REſtitutionem & cõualeſcentiam infirmi ſi forte quæras, aſpice Lunam, Solem, & almutez aſcendentis, & ſi fuerint liberi ab infortunijs, & non habuerint aſpectum, ppríe cum domino domus mortis, dic q̃d euadet ab illa infirmitate. Etiam ſi duo horũ trium ſignificatorum fuerint, ſicut diximus, ab infortunijs liberi, nec habeãt aſpectum cum domino domus mortis, ſimiliter euadet diuina potentia adiuuante. Etiam ſi unus duorum ſignificatorum fuerit ſaluus ab infortunijs, & alij duo non habuerint aſpectum cũ domino domus mortis, euadet ab infirmitate: ſi infortunia duorũ non fuerint per coniunctionem corporalem, aut per infortunium potens: & maximè ſi illa infortunia fuerint dominantia quartæ aut octauæ uel ſecũdæ: qa ſi duo habuerint aliq̃d tale infortunĩ, mirabile uidebitur ſi euadat. At ſi fuerit almutez aſcẽdentis aut Luna, & maxime ſi ipſa fuerit dña tẽporis, uel ſi Sol fuerit dominus tẽporis, omnes hi ſignificatores, aut fortior eorum, ſi habuerint aſpectũ cum dño domus mortis, denotãt q̃d nõ poteſt liberari à morte: & qualibet uice qua aliquis ſignificator ſe applicat infortunio, fortificatur infirmitas uſq; ad tempus, quo ſeparatur ab eo & moritur.

Opiniones aliorum ſapientum ſuper hac re.

SI Luna & dominus domus ſuæ, ambo cadentes fuerint ab aſcendente, uel ab alio angulo, ſignificat malum finem infirmitatis: unde tunc aſpicias angulos, & ſi inueniæs fortia infortunia in illis cum aſpectu Lunæ uel eius domini, iudica mortem omnino. Sed ſi inueneris fortunas fortes in angulis, iudica ſalutem et liberationẽ. Item ſi Luna & aſcendens fuerint in ſigno membri in quo eſt infirmitas, & infortunia in ipſo eodem ſigno & in ſuis angulis, ſignificat uehementiam infirmitatis & mortificationis, niſi aſpiciat in eodem loco fortuna potens: quia tũc ſalutem ſignificat, & tempus illius ſalutis erit quando Luna applicuerit illi fortunæ, quæ fortunauit ſignum mẽbri infirmitatis. At ſi infortunia fuerint ſine aliquo aſpectu fortunæ, denotãt quod tẽpus mortis adeſt, uel fortitudinis infirmitatis, maximè ſi Luna eidem infortunio applicuerit: & ſi Luna tunc fuerit in termino infortunij, ſignificat mortem. Dorotheus dicit: Quando fuerit almutez aſcendentis in ſuo caſu, uel infortunatus aut combuſtus ſub radijs, mortem & deſtructionem ſignificat, ſi hæc tria teſtimonia ſimul coniuncta fuerint. Etiam ſi duo horum coniungentur ſimul, mortem ſignificãt: unum uerò eorum non ſignificat mortem, niſi habuerit ab infortunijs teſtimonia minãtia mortem infirmo. Item ſi cuius origo & principium infirmitatis notum fuerit, aſpice ſi inuenias Lunã in principio infirmitatis ſuæ, in loco in quo fuerit Saturnus in natiuitate ſua, & Saturnum cum ea in eodem ipſo loco, uel ſi aſpiciat eam fixo aſpectu: tale enim ſignificat uehementiam infirmitatis, & timebitur de eo. Similiter ſi Luna in principio infirmitatis fuerit in loco, in quo fuit Mars in natiuitate ſua, & Mars in eodem loco aſpiciat eam, uehementiam infirmitatis & caloris periculum, ac timorem in eadem infirmitate ſignificat. Etiam ſi Luna in principio infirmitatis fuerit in loco in quo fuit infortunium in natiuitate ſua, & aliud infortunium in eodem loco cum ea, & alia infortunia aſpiciant ipſam, ſignificat infirmitatis aſperitatem & periculum magnũ. Sed ſi Luna in principio infirmitatis fuerit in loco in quo erat infortunium in ſua natiuitate, & cum ea fuerit in eodem loco fortuna uel aſpiciat eam, illa infirmitas uehemens erit, tamen euadet & ſanabitur de ea. Etiã ſi Luna fuerit in principio infirmitatis in ſigno 6. dom⁹ natiuitatis, uel in ſigno 4. natiuitatis uel 8. & fuerit infortunium in

natiuitate in illo horum trium locorum in quo est Luna, significat uehementiam infirmitatis At si Lunam in principio infirmitatis aspexerit infortunium, uel iunctum fuerit cum ea, mortem in eadem infirmitate significat. Sed si aspectus ille aut coniunctio fuerit à fortuna, significat illius infirmitatis salutem. Item si Luna in principio infirmitatis re uera est in eodem ipso signo, quo fuit in radice natiuitatis, & cum ea fuerit planeta interfector, ut est primus dominus triplicitatis anguli terræ, uel aspexerit eam toruo aspectu, & fuerit hic idem planeta in radice cum Luna uel aspiciat eam, grauitatem infirmitatis significat, & in eadem periculum & timorem. Etiam fortior erit infirmitas & periculum, si dictus planeta fuerit ab haiz natiuitatis diuersus. At si in principio infirmitatis inuenias Lunam in signo in quo fuit Sol in natiuitate, & si Luna antequam applicet ad quartam Solis fuerit in signo in quo fuit in natiuitate, uel in signo in quo fuit in principio infirmitatis, significat facilitatem infirmitatis & quod cito sanetur. Sed si Luna nõ applicuerit ad quartam signi in quo fuit Sol in radice natiuitatis, & ad quartam signi in quo fuit in principio infirmitatis, & Sol non fuerit in illo signo in natiuitate, significat lõgitudinem morbi, periculum, & quod de ipso timebitur. Etiam timebitur periculum & intelligitur de natura signi, quia si fuerit terreum, timebitur ne domus ruat super eum, uel qd simile de natura illius signi: & similiter in omnibus alijs signis. Item si inspicias eidem infirmo utrũ mater habueriteum in utero nouem menses an septem, & quot anni sint à principio eius natiuitatis usque ad horã qua ægrotare cœpit, & des cuilibet anno illius qui in utero fuit nouem menses quinq; dies, & illius qui fuit septem menses unum diem: & da inceptis annis secundum quod eis acciderit de hoc numero, & numerum qui adiungetur de quouis eorum, si fuerit in eo nouem mensium proijcias uel diuidas per nouem, & illius septem mensium per septẽ, & si numerus finitur & nihil superest, dic quòd morietur: sed si aliquid superfuerit euadet Deo fauente. Aspice similiter quantum est inter Solem & Lunam in radice natiuitatis, incipiendo à Sole per numerum signorum, & quod fuerit per illum diuidas numerum dierum prædictorũ quos adiunxisti à natiuitate usque ad infirmitatem, & si numerus signorum complet illum numerum dierum, ita quod nihil supẽ sit, infirmus non euadet de illa infirmitate.

Quinta pars de longitudine & breuitate morbi.

PORRÒ nũ chronicus morbus sit annon, si scire cupias, aspice significatorem breuitatis infirmitatis & salutis cito uenturę, à uicinitate domini ascendentis cum fortunis, & à bonitate sui loci in angulis & in cœlo, & similiter ab applicatione domini ascendentis ad dominos angulorum, & secundum potentiam & statum fortunæ & significatoris quæstionis, & similiter à remotione domini ascendentis à combustione, & ab applicatione significatoris, & à Luna & fortunis existentibus in angulo receptis à fortuna: etiam quòd significator proijciat lumen suum ad planetam existentem in domo sua, id est, significatoris. Significationem uerò longitudinis infirmitatis & mortis accipe à uicinitate domini ascendentis ad infortunia. Et si significator & Luna fuerint cadentes ab angulis, aut in malis locis, & infortunia respiciant ad eos, uel proijciant suos radios super ipsos, aut quòd dominus ascendẽtis sit super terram applicans se ad planetam existentem sub terra, maximè si dominus ascendentis fuerit in octaua, & planeta cui applicat in quarta: aut quòd si dominus ascendentis sit cadens ab angulo, & dominus octauæ firmus in angulo: aut ꝺ̃ quęsti onis significator sit infortunatus de quarta uel oppositione infortuniorum, uel quòd dominus ascendentis sit combustus, uel ꝙ significator sit applicãs se planetæ combustionem ingrediẽti. Et si fuerit significator in ascendente, aut quòd habeat in eo testimonium: etiam si fuerit dominus octauæ in ascendẽte, & significator in bono statu in aspectu infortuniorũ, & similiter dominus ascendentis: significatio erit ꝙ subito morieẽ. Et si dominus ascendentis fuerit in octaua infortunijs applicantibus ei, maximè si significator sit in spacio quod est inter dominum ascendentis & illud infortunium quod significatorem aspicit, significatio erit quod seipsum occidet malè medicando, aut propter malã pximi qua in eo est usus.

Sexta pars de tempore in quo uel salus sperãtur uel mors.

QVamuis salus sit optabilior internecione, primũ tamen propter abominationem de morte loquemur, post de salute, sic

te,ſic ordientes q̃d tẽpus mortis erit q:ando almutez aſcendentis, aut Luna ſe cõiunxerit domino domus mortis, aut cũ infortunio minus benefico, aut quòd applicet ad quartam eius uel oppoſitionẽ: tũc enim ſuperueniet cito mors, & maximè ſi ſignificatio illa fuerit ex applicatiõe quę fuit inter eos: etiam ſi aliorum fuerit, erit hora mortis. Quando applicuerit ei qui ſignificauit ſua applicatione mortem, ad gradum eius cui applicuit corporaliter, aut ad gradus quartarum, aderit hora mortis. Similiter accidet ſi Luna ſe coniunxerit cum infortunijs per corpus illius infortunij quod ſignificauit mortem, aut quod applicet ad dominum mortis. Etiã ſi ſignificatio mortis fuerit propter combuſtionẽm ſignificatoris, & ſignificator ille applicuerit ad gradũ cõbuſtionis, erit mors. Similiter aſpice quot gradus ſint inter applicantẽ & eum cui applicat eorum qui ſignifica uerunt mortem, qui ſi fuerint in ſignis mobilibus, ponas tot dies: ſi in communibus, menſes: ſi uerò fuerint in fixis, ſignificatores teſtificabuntur per longitudinẽ infirmitatis anno s. Etiam ſi applicans ille qui mortẽ ſignificauit fuerit Saturnus, da cuilibet gradui menſem uel annũ: & ſi fuerit Mars, da cuilibet gradui diem aut mẽſem, diligẽter conſiderãdo & applicãdo ſc̃m uirtutẽ, locum, & ſignificatores quos habuiſti de longitudine infirmitatis, aut de eius breuitate, & tunc ſequetur mors. Etiã ſi ſignificatio mortis fuerit per infortunium quod accidit in aſcẽdente, aut per dominũ octauæ qui fuit in eo uel in alio angulo: quãdo applicuerit ille ſignificator ad gradum illius anguli, ſuperueniet mors. At tempus ſalutis erit propter motũ almutez & eius applicationem ad fortunas, aut quando applicuerit ad domum uel exaltationem ſuam, aut quòd mutet aſpectũ ſuum quem habuit in figura, uel quod dirigatur, ſi regradus fuerit. Etiã ſi dñs domus mortis ſit remotus ab eo et ſuo aſpectu, eſt ſignificatio ſanitatis. Etiam ſi fuerit ſignificatio ſalutis per aſpectũ fortunæ ad ſignificatorẽ, quando applicuerit ad gradũ aſpectus, erit ſalus. Etiã ſi fuerit per coniunctionẽ, quando applicuerit ad gradum coniunctionis, erit ſalus, maximè ſi applicatio illa uel coniunctio fuerit in aliquo angulorum. Etiam ſignificatio per applicationem fortunæ ad gradum aſcẽdentis, quãdo illa fortuna fuerit in illomet gradu aſcendentis, ſperabitur ſalus ſi Deus uoluerit.

Septima pars de Cryſi infirmitatis.

CRiſim ſi p̃fectè cognoſcere uelis, aſpice Lunã, qa qualibet die in qua Luna applicuerit infortunio, augmentat̃ infirmitas et auget̃, corroborat̃, ſitq; morb⁹ eo grauior ſi applicatio prima q̃ Luna habuerit, fuerit ad infortunũ, Luna exiſtẽte in termino infortunij. Vnde ſi infirmus euaſerit illa die, & poſt hoc Luna applicuerit fortunæ, minuit̃ infirmitas & ſanabitur. Etiã aſpice dies & tẽpora cognita, nempe ſi Luna proceſſerit ab hora infirmitatis 10. gradus. Itẽ ſi quãdo moueatur à principio infirmitatis 20. gradus uel 45. Etiam quando à die ſeptima infirmitatis applicat ad quartã loci, quo erat in principio infirmitatis. Etiam quãdo à nona die applicat ad trinum loci, quo erat in principio infirmitatis. Etiam à 14. die quando applicat ad oppoſitũ principij infirmitatis. Etiam quando applicuerit ad ſuum trinum. Poſtmodum aſpicies Lunam in his prædictis tẽporibus: nam ſi infortunia aſpexerint eam, augent̃ infirmitates & dolores, & erit in timore & periculo mortis. At ſi Luna in his tẽporibus applicet fortunis, de quouis maligno aſpectu libera, alleuiationẽ infirmitatis ſignificat et quietẽ, ſecundũ potẽtiam ſignificatoris & naturam fortunæ. Etiã aſpice ſi principiũ infirmitatis fuerit in die, quoniã Mars foret ei malignior & eo pernitioſior, quo ipſe fuerit infortunatior in his prædictis tẽporibus: & quod ſignificabit erit febris acuta, uel ſubitanea mors, aut effuſio multi ſanguinis. Sed ſi tunc fuerit aſpectus fortunę ad Lunã cũ Marte, erit effuſio ſanguinis ſalubris, & inde conſequet̃ quietẽ & ſalutẽ. At ſi principiũ infirmitatis fuerit in nocte, Saturnus erit malignus, & eo magis aduerſabit̃ ſi Luna applicuerit ei iſtis tẽporib. ſupradictis: & q ſignificat̃ morbus erit uehemẽtis infirmitatis, frigiditas, dolor in uenis & neruis, oſſiũ confractio, expellũ amentũ, dolor in fundamẽto & parte inferiori uẽtris: & ſi ad hoc aſpectũ habuerit fortunę, habebit quietẽ per fluxũ & ſudorẽ. Etiã ſi qñ inueneris in his prędictis tẽporibus aſpectũ fortunę, & etiã infortunij ad Lunam, aſpice quis eorum ſit potentior & in meliori ſtatu, & ſic iudica q̃ finis erit ſecundũ huius ſtatũ et naturã. At ſi in principio infirmitatis inueneris Lunã auctã lumine, & aſpicientẽ Solem uel Martem, quando Luna applicuerit ad quartum gradus in quo fuit in principio infirmitatis, uel ad eius oppoſitum, erit in timore ac periculo mortis illo tẽpore. Sed ſi in pricipio infirmitatis fuerit aucta lumine

& aſpi-

& aspiciēs Saturnum, quando applicuerit ad quartam suimet uel oppositum, gradus in quo fuit in principio infirmitatis, augmentabit tunc infirmitas, tamen euadet & uiuet. At si Luna in principio infirmitatis lumine uel numero fuerit diminuta, & tunc aspexerit eam Saturnus quando applicuerit ad quartam suam uel eius oppositum, infirmo propter hoc nulla erit mutatio sui status. Sed si Lunā inueneris die infirmitatis cū Sole, & ipsa crescēs fuerit, aspice quā do applicuerit ad suāmet quartā uel ad suammet oppositionem, & si tunc inueneris fortunas proiicientes radios suos super eam, sanabit infirmus illa die sine aliqua dubitatione, sed si tūc inueneris infortunias radios suos proiciētia super eam, sine aliqua dubitatione illa die morietur infirmus.

Octaua pars de augmento & diminutione morbi.

ITem augmentum & diminutionē morbi si quando consideras, aspice almutez ascendētis illud quod accepisti pro significatore, & similiter Lunam & dominum domus suæ, & planetam cui applicat Luna, & considera quis eorum potentior, & maius testimonium habeat in figura, eumq; accipe pro significatore in hac re. Etiā aspice donec eum inuenias euntem ad infortunia uel ad eorū aspectus, aut donec applicet ad dominum sextę aut duodecimę uel octauæ, & iudica quod tunc infirmitas augmentatur & crescit. At quādo inuenis hunc significatorem separare se ab his locis prædictis, & Lunam separare se ab infortunijs & accedere ad fortunas, similiter & significatorē accedere ad fortunas, uel q̄d fortunæ eant ad eum, minuitur infirmitas & decrescit.

Nona pars de qualitate ægrotantis.

FOrtitudinem porrò, tollerātiam, & ægrotātis metum cùm inquiris, considera auspicās à loco in quo est planeta: & si duodenaria illa fuerit Saturni, significat quod infirmus erit timidus multum, & de infirmitate sua ualdè conqueritur: etiam si fuerit ad hoc Saturnus regradus, uanitates loquetur. Etiam si duodenaria illa in qua est Luna fuerit Martis, significat quod infirmus est similiter timidus, tamen non ut in Saturni duodenaria, & cogitat de sanitate sua. Sed si duodenaria Lunæ fuerit Iouis, significat quod erit sufferēs in infirmitate sua, & bonæ memoriæ: & si ad hoc Iuppiter aspexerit Lunā, significat q̄d infirmus per seipsum de medicinis cogitat, & de speciebus quibus necesse habet. Idem hoc erit etiam si duodenaria fuerit Veneris, nisi quod impatientior est quā sub Ioue. At si illa duodenaria fuerit Mercurij, aspice Mercurium, qui si fuerit sub radijs liber ab infortunijs, significat febrem acutam: & si eum aspexerint infortunia, denotat delirium.

Decima pars de fine morbi & ex eo morte.

DE fine præterea morbi si sis sollicitus, & sæuam mortem timeas, aspice cuilibet infirmo dominū domus finis, quē si inuenias in fine suæ recessiōis à Sole, significat quod mala morte morietur infirmus. Finis autem recessionis à Sole, est id quod exit à tabulis, æquationis completæ ab augmento & centro: & maior numerus qui est in tabulis pro addendo & minuendo, est in Venere 47. grad⁹ & 52. minutę, & in Mercurio 24. gradus & 3. minutæ, & in Saturno 6. gradus & 37. minutę, & in Marte 49. gradus & 13. minutas: etiam Luna est in hac significatione mortis alterius cōditionis, maximè quū fuerit id quod exit de tabulis æquationis, p addendo uel minuendo 7. gradus & 40. minutas et Solis 7. gradus. Etiam scias quod isti gradus planetarum modo dicti sunt maior diuersitas omnium diuersitatum quæ possit adiungi in qualibet earum, & maior cùm sit tamen ualdè minor quàm illa in maiori parte statuum planetarum. Sunt autem in circulis epicyclorum planetarum hæ diuersitates: Solis 2. gradus, Lunę 5. gradus et 1. minutum, Saturni sex gradus & 13. minuta. Iouis 11. gradus & 3. minuta, Martis 41. gradus & 10. minuta. Ven. 45 gradus & 59. minuta, Mercurij 22. gradus & 2. minuta. Quando ergo dominus finis fuerit in maiori diuersitate, sicut prædiximus, significat q̄d mala morte morietur. Etiam si dominus domus finis fuerit diminutus à magna diuersitate, Saturnus uidelicet de uno gradu minus quàm diximus, Iuppiter de duobus gradibus, Mars & Venus uterq; de 4. gradib. Mercurius de tribus gradibus, Luna de 7. minutis, & Sol de tribus minutis: præsagiet mortem mitiorem illa & leniorē. Sed si diuersitas illius domini domus finis diminuta fuerit à magna diuersitate plusq; sint hi termini supradicti, nō significat malam mortem, quod Deus melius nouit. Ego uerò dico quod quando almutez ascendentis applicuerit ad fortunam existentem super terrā, & Luna fuerit in bono statu, & similiter

militer dñs domus finis, infirmus ſanabitur & euadet. Etiam ſi Luna fuerit recepta, & receptor fuerit planeta fortuna, & illa receptio fuerit de domo uel exaltatione uel termino & Luna fuerit adiuta, ita quòd dominus domus ſuæ ſit purus ab infortunijs & malis ſtatibus & ſit in bono loco, infirmus ſanabitur & euadet ac cito ſurget. At ſi almutez aſcendentis fuerit cadens à domo ſua, aut combuſtus uel infortunatus à planeta qui non recipit eum, & Luna ſimiliter in aliquo horum malorum ſtatuum, prædic mortem, deſtructionem, & quòd infirmus nunquam ſurget, nec pedibus ſuis ibit. Sed ſi unus horum fuerit in malo ſtatu & infortunatus, & alter ſaluus & in bono ſtatu, infirmus ſanabitur & euadet, ſi fortuna & boni ſtatus fuerint almutez aſcendentis, ſi quæſtio diurna fuerit, ſi nocturna, quòd fortunata & boni ſtatus ſit Luna. Nã ſi quęſtio fiat de alleuiatiõe & liberatiõe ęgri, uel contrà de eius obitu, colligĩ à planetis exiſtẽtibus in bonis ſtatibus uel in malis: qa planetarum boni ſtatus ſanant infirmũ, liberant, & reducunt eum ad ſuam priſtinam fortitudinem & ſalutem, ut mali ſtatus planetarũ damnant ac deprimũt ſtatum eius. Magis timenda omnium quæſtionũ infirmitatũ eſt, ſi ſit dominus aſcendentis infortunatus in angulo terrę, uel Luna ſit infortunata ibidem, & eo magis ſi infortunans eas fuerit Saturnus: qa natura eſt ſignificator deſtructionis & mortis. In ſumma quotieſcunq; dñs aſcendentis uel Luna, aut unus eorum fuerit infortunatus in angulo terræ, & non habuerit fortunã quæ adiuuet eũ & releuet ab infortunio & depreſſione, ſignificat deſtructionẽ infirmi, & quòd ſepelieẽ niſi dñs cuſtodierit eum. Ideo ergo dico caueas tibi ne dñs domus mortis applicet domino aſcendẽtis, uel dominus aſcendẽtis ei uel Lunæ, uel Luna ei, licet ſit fortuna: quia dominus domus mortis omnibus modis in hac re eſt ſuſpectus, maximè ſi maleficus fuerit dominus aſcẽdentis, uel dominus domus Lunæ: qa iſti ſunt ſignificatores finis rerũ. At ſi dominus domus mortis fuerit fortuna in hoc ſtatu & aſpectu prædicto, ſignificat laborẽ & longitudinẽ infirmitatis: quia fortunæ ex diuina promiſſione remouent quantum ad ſe pertinet malum, nec morietur: quia mors non eſt de natura fortunæ, nec ſtabilitur à fortuna, ut Mars & Saturnus uerificant de ea, & accelerãt eam quando ſunt ſignificatores huiuſmodi: & maximè mors, quia leuis eſt & uelox, denotat q; omnis ſubitanea mors & cito facta p; fraudem, eſt ex ſuo beneficio & de ſui natura. Saturnus ſi fuerit ſignificator, indicit debilitat ẽ corporis, anxietates, longã infirmitatẽ, et q; infirmus durabit in infirmitate ſua, donec & illos de ſua ſocietate, ac ſuos conſanguineos, & ſemetipſum tędeat ſui ipſius uitæ ſuæ. Dico aũt q; Sol eſt ſpiritus, candela, & lux cœli, & quod ipſe præbet nobilitatem, uirtutẽ, & claritatẽ: & q; quando intrat aliquod ſignorũ, uiuificat & ornat ipſum, & quòd habet potentiã & nobilitatẽ ſuper alia ſigna omnia, donec exeat. Quando ergo inuenis eũ in aſcendẽte uel intrantem ipſum, iudica illi nato bonã fortunã & uitã, fortitudinẽ motus, & agilitatẽ in ſuis factis. Etiã ſi qñ inuenis ipſum in domo infirmitatis uel intrantẽ eã, ſcito q; finit infirmitatẽ & remouet eã. Similiter qñ etiãſi cõbullerit dñm domus infirmitatis, uel dñm domus mortis, & uita uicerit infirmitatẽ & mortẽ, ſanabitur infirm⁹ ac liberabiť ab infirmitate. Nõ aũt bonũ eſt q; cõburat dñm aſcẽdentis, quia dñs aſcendẽtis eſt ſpiritus aſcendẽtis, & cõbuſtio diminuit eum ac debilitat, & aufert ei potentiã ſuam & uirtutẽ. Porrò ſi quando inuenis Leonẽ in aſcendẽte, & Solẽ corporaliter iunctũ cũ Ioue, non iudices mortẽ infirmo, licet dñs aſcendentis applicet dño 8. domus, quia res eſt ſicut uictor & uictus. Eſt eñ planeta cõburens fortior & manifeſtioris potentiæ ac potentioris uictorię planeta cõbuſto, qui eſt remotus à ſuo lumine & uirtute. Regradatio planetarũ ſignificat infirmitatẽ quę dicitur Phthiſis, deſtructionẽ corporis, & eius mutationẽ. Statio planetarũ ſignificat uomitũ & hemicraneã. Mars & Sol ſignificat choleram & calorẽ ac ſiccitatẽ. Iuppiter ſanguinem & eiuſdẽ apoſtema ex caliditate & humiditate. Saturn⁹ melancholiã, qñ eſt aſcẽdens in ſuo eccẽtrico: ſed cùm eſt aſcendẽs ſignificat phlegmaticas infirmitates, & dolores ex frigiditate & humiditate. Quãdo ſignificatores, uel maior pars eorũ, ſunt in ſignis igneis, ſignificat q; infirmitas eſt ex cholera & calore: qñ uerò in terreis, eſt ex melãcholia & frigore cum ſiccitate: ut ſi in ſignis aëreis, eſt ex ſanguine aut uentoſitate: & ſi in aqueis, ex phlegmate & frigore cum humiditate. Signa mobilia mutationẽ infirmitatis ſignificant, & quòd cito & facilè curatur. Fixa autẽ ſigna longã & durabilẽ infirmitatẽ ſignificãt, & mutatiõis tardę.

Communia

Cõmunia uerò signa recidiuã significãt, & quo'd infirmitas est composita. In loco in q̃ infortunata est Luna, uel dominus ascendentis, aut dominus domus infirmitatis, in illo membro est infirmitas & dolor, dando caput ascendenti, & consequenter, ut diximus in tertia parte huius capitis.

Quando dominus domus infirmitatis reuertitur ad dominũ infirmitatis, iudica q̃d infirmitas reuertitur, & facit recidiuã. Sed si in reditu suo ad domũ infirmitatis applicuerit planetæ fortunę, aut intrans domum infirmitatis fuerit in aliqua dignitate sua uel loco, ubi habeat potẽtiã, est bona significatio: q̃ liberationẽ significat & salutẽ. Non debet infirmus diffidere de salute, nisi Luna fuerit applicãs planetæ cõbusto, aut planetæ infortunij, uel regrado, siue planetæ sub terra, uel planetæ ingredienti casum suũ de domo uel exaltatione: quia hæc omnia sunt significationes mortis, aut quod durabit infirmitas donec transiuerit ista loca omnia. Eodem modo cõtemplare dominum ascendentis, quo aspexuti Lunam: & si ambo fuerint unius modi & in malis statibus aut infortunati, & iuuerint se inuicem in hoc malo, malum prædicunt & damnũ, & prædic mortem & malum finem omnino, aut quòd infirmitas prolongabitur, & quòd tardè morietur, nisi liberauerit eũ Dominus. Applicatio domini domus finis ad dominũ domus mortis, simili modo longã denotat infirmitatẽ, & in fine mortem: nisi Deus aliud statuerit. Aspice Lunam, & si quando per motum suum applicat ad quartas infortuniorum, iudica illa esse mala tempora, & q̃d infirmus debilitatur et augmentatur morbus, & periclitatur æger: & hoc durabit donec applicet horę planetarũ liberãtium. At quando uides applicationẽ Lunæ fieri ad planetã fortunã, & q̃d sit recepta receptione forti, & receptor sit ascendens in suo eccentrico, & dominus domus suę testificetur euasionẽ & salutem, ne dubites de salute infirmi, quoniã euadet & surget. Quãdo in quæstione infirmi significatores commiscentur, & nõ potes discernere nec cognoscere cuius naturæ sit dolor & infirmitas, aspice planetã uel gradum ipsum ascendentis, & cuius naturæ & conditionis sunt ambo, huius dic dolorẽ & infirmitatẽ esse. Itẽ quid sit sperandũ cognosces de infirmo ex fortuna et planeta cui applicat Luna, uel ex infortunio: quia fortuna remouet malũ & liberat infirmum & sanat, infortunium uerò debilitat & interficit. Sed si quãdo inueneris in aliqua quæstione infirmitatũ fortunas uictrices & potentes, iudica bonũ finẽ infirmo, & q̃d euadet et sanabitur ab infirmitate: ut quum inuenis infortuniũ potens et palmã ferens, iudicas cõtrarium, motũ scilicet destructionẽ & mortẽ. Valdè timebis de infirmo cum inuenis in quæstione ambo Luminaria sub terra. Si forte quis dubitans quęrit pro aliquo, infirmus ne sit an nõ, cõsidera si ille pro quo quæritur habeat affinitatem cum quærente, puta si sit eius frater, pater, filius, uxor, seruus, et huiusmodi re coniunctus: quorum si nihil fuerit nec ullã affinitatem habeat cum quærente, aspice almutez ascendẽtis et Lunam, qui si fuerit in sexta, uel corporaliter iunctus cum domino sextę, uel ei applicãs per aspectum, aut quòd sit in suo casu uel cõbustus, dic quòd est infirmus, alioquin nõ. Sed si ille pro quo quæritur fuerit affinis uel consanguineus quærentis, aspice domum pertinentẽ ad affinitatem et consanguinitatem (ut si sit pater, aspice domum patrum: si frater, domũ fratrum: si filius, domum filiorum, et sic consequenter de alijs domibus.) loco ascendentis, et eius dominum considera. Et si eum inueneris in sexta domo à domo illa, uel iunctum corporaliter cum domino sextæ domus, uel applicantem ei per aspectum, uel quod sit in suo casu uel combustus: quodcum q̃ horum inueneris, iudica quòd ille p quo quęritur est infirmus.

De emptione captiuorum & seruorum.
Caput III.

HOminum sors uaria cum sit et incõstans, sæpe q̃ accidat ut qui modò liber erat nunc sit seruus et uenalis, et ad eius uenditionem multi concurrant, et quærant futura ne sit eius emptio an non. Cùm ergo talis quęstio tibi offertur, aspice dominum ascẽdentis et Lunam: et si ambo fuerint applicati domino sextę, uel dominus sextę applicuerit eis, uel si sit dominus ascendens, aut Luna in sexta et dominus sextæ in ascendẽte, uel si sit planeta qui iungat eorum lumina, uel deferat lumen unius ad alterum, iudica quòd emptio illa fiet, et quòd quærens seruum illum emet, habebit q̃ potestatẽ super eũ, et dominabitur ei. At si horum nihil inueneris, cõtrarium dicito. Etiã subueni tibi parte seruorum, quam accipies à Luna in Mercurium prospiciente uel iente, et aspice dominum domus sug, et significationes eiusdem.

Et si

Et ſi pars illa uel dominus domus eius fuerint in aſcendente, aut applicuerit domino aſcendentis, uel dominus aſcẽdentis eis, iudica ſecundum quòd res iſtas inueneris.

De loco notæ in corpore hominis.

QVoniam ſeruorum miſera eſt cõditio, et uaria ab heris ſuis habent in corpore ſtigmata, quæ ſi ſcire uelis & in qua corporis parte, conſidera ſi in aſcendente quæſtionis ſit infortunium, & in quo ſigno ſit dominus aſcendentis, & dic quòd ſignale eſt in membro pertinenti ad ſignum illud. Quòd ſi nihil inueneris in aſcendente, aſpice ſignum ſextæ, & uide an ſit in eo planeta uel non: & dic quòd ſignale eſt in membro pertinẽti ad illud ſignum. Etiam ſi uolueris ſcire in qua parte ſit ſignale, ſcilicet in dextra uel ſiniſtra, aſpice dominum ſextę, qui ſi fuerit in medio cœli, uel in parte ſuper terrã, dic quòd ſignale eſt in parte dextra: ſi in angulo terræ, uel parte quæ eſt ſub terra, dic quòd eſt in parte ſiniſtra. Item ſi fuerit Saturnus in ſecunda domo, aut in tertia, aut octaua, aut ſexta, aut ſeptima, aut duodecima, dic quòd habet notam in membro pertinenti ad illud ſignum in quo Saturnũ inueniſti. At ſi fuerit in nona, dic notam eſſe abraſione ablatam. Per aſpectum hominis, & per notas in eo apparentes potes colligere quæ opertæ ſunt in reliquis mẽbris, ſi aſpicias uidelicet hominem, & ſi inueneris in eo notam in nare dic quòd habet aliam notam in uirga uirili, & aliam in coſtali à parte ſiniſtra, & alium in loco ubi ſunt capilli in pendili. Et ſi inueneris in facie notam, dic quòd habet aliam notam in teſticulis. Et ſi uideris ei notã in frõte, aliam notam habet in pendili. Et ſi uideris ei notã inter ſupercilium et palpebras, aliam notam habet in uultu inferiori, & aliam inter umbilicum et pendile. Et ſi ei uideris notam in uultu ſub naribus, aliam notã habet in brachio inter cubitum & humerũ. Et ſi uideris ei notam in ſupercilio, aliã notam habet in pectore. Et ſi uideris ei notã in manibus, aliam notam habet in uirga & pendili. Et ſi uideris ei notam in gula, aliam notam habet in coſtali partis dextræ.

De redemptione & liberatione captiuorum & ſeruorum. Cap. IIII.

QVãdoquidem ex hominum auaricia inualuit mos ſupprimendi pauperes & egenos, rariq; ſeruí redimantur, & ſæpe captiui ſuper ſua redemptione interrogent & cupiant quid de ea audire, præbe te illis, & da aſcendens & eius dominum & Lunã ſeruo, medium cœli ac eius dominum & Solem domino ſeruí. Poſt aſpice Lunã & dominum aſcendentis, & quem eorum in quæſtione inueneris fortiorem cõtemplare, & ſi eum inueneris ſeparatum à domino decimæ, uel à Sole, & ſeparando ſe à quouis eorum nõ applicet alteri planetæ, iudica quòd liberabitur, alioquin non. At ſi applicuerit dominus aſcendentis & Luna, uel eorũ fortior, domino decimæ, aut applicuerit dominus decimæ domino aſcendentis, uel ſi fuerit planeta qui iungat eorum lumina, aut deferat unius lumen ad alium, & illa applicatio uel cõiunctio aut delatio fuerit de quarta uel oppoſitione aut cõiunctione, & ſine receptione, iudica q; ille dominus eſt poſſeſſor illius ſeruí, & quòd prauus eſt in eum & citra pietatem, & quòd morietur apud illum ſeruus: & ſi fuerit ibi receptio aliqua, dic quòd dominum pœniteat mali quod fecit ſeruo, & diſpliceat ei, nihilominus nunquam eum dimittet: maximè ſi ſignum in quo eſt ſignificator fuerit fixum, uel ſi applicatio ſit de angulo. At ſi aſpectꝰ ille aut applicatio aut delatio aut cõiunctio de trino fuerit uel ſextili, & fuerit cum receptione, ſignificat quòd dominus eſt ſuo ſeruo manſuetus & bonus. Etiam ſola orientalitas aliquando ſeparationem ſignificat, tamẽ receſſus eſt firmior in ſignificatione ſeparationis: at caue ne habeat applicationẽ aliam in receſſu, quoniam ſi habuerit, minatur reditus ad ſeruitutem.

De fuga & abitione ſeruorum. Cap V.

SEruorum ſemper miſera eſt conditio, quia ut ipſi liberationem exoſculantur et expectant, ita eorum domini fugam et abitionẽ infenſi obſeruant & quærunt. In tali ergo quæſtione da aſcendens domino, & ſextã domum & eius dominum ſeruo, & aſpice applicationẽ aut trãslationem aut collectionem quę eſt inter eos, quemadmodum in antecedẽti capite feciſti. Et ſi applicatio aut trãslatio aut collectio fuerit de quarta et ſine receptione ſignificat prauitatem domini erga ſeruum, & crudelitatem, & quòd nunquam liberabit ipſum. At ſi cum illa quarta fuerit receptio, ſignificat q; dominum pœnitebit mali perpetrati in ſeruo, & q; mitigẽt & fiet prõptior ad faciendum ei bonum: non tamen eum propterea liberabit. Sed ſi dominus ſextæ ſeparauerit ſe à domino aſcẽdentis, ſig-

nificat quòd liberabitur seruus, nisi dominus sextæ habuerit applicationem cum alio planeta in illa separatione.

De mutatione per uenditionem dominorum, & eorum multitudine. Cap. VI.

OMnis mutatio quoniam dubiosa est, & propterea eam timent sępe serui, & aliquando quærunt cupiuntq; scire multitudinem futurorum dominorum, subueni eorum cupiditati & da in hac quæstione ascendens & eius dominum seruo, & medium cœli et eius dominū, domino serui, et undecimā domum & eius dominum primo emptori, & duodecimam & eius dominū secundo futuro uel præsenti, & secundam ab ascēdente tertio, & tertiam quarto, & sic deinceps per ordinem domorum donec inueneris applicationem, seu donec abscindatur: quoniā in hac quæstione ibi subsistet ubi significatio fuerit abscisa, ut diximus in capite separationis serui, in significatiõe Lunæ. Mediū cœli est significator magisterij eius et operis q̃d habet. Et à domino ascendentis, qui est significator serui, scies cuius præcipuè sit seruus secundum locum suum in figura & eius statum, si est in domo sua uel exaltatione aut casu aut triplicitate, aut orientalis aut occidentalis: & dabis ei secundum numerum annorum suorum minorum de unitatibus uel decimis secūdum statum illius planetæ, sicut diximus in capite substantiæ. Si inuenias dominum ascendentis in angulo non dātem uim suam planetæ remoto ab angulo, iudica quòd seruus nõ exibit domini sui potestatem. Sed si dominus ascendentis decerit uim suam planetæ remoto ab angulo, significat quòd seruus exibit de domini sui manu. Etiam si Luna fuerit eiusdem conditionis, maximè si dispositionem domini ascendentis aut Lunæ acceperit dominus tertiæ uel dominus undecimæ aut septimæ, significatio firmior erit quòd exibit domini sui potestatem. Sed si Saturnus fuerit combustus, morietur antequā exeat domini sui potentiam. Etiam si Luna uel dominus ascendentis fuerint separantes se à medio cœli uel eius domino, & applicantes domino undecimæ, exibit seruus domini sui potestatem, & imperium alterius per uenditionem subibit: quo in casu aspice quot planetis applicet dominus ascendentis, uel Luna in illo signo, & dic q̃ tot dominos habebit quot ibi planetę inuenient. Cõsidera postmodum applicationes illas, & si quas earū inueneris de oppositione uel quarta & sine receptione, dic q̃ ille dominus erit malus et prauus iuxta qualitatem numeri applicationū: at si quæ applicationum ipsarum fuerint de tertio uel sextili, & cum receptione, significat q̃ ille dominus erit ei bonus et mānsuetus, & quòd faciet ei bonum. Etiam si q̃n scire uolueris quo tempore futura sit uenditio, aspice tempus quo iunguntur ambo significatores de quarta uel oppositione aut cõiunctione, & si fuerit receptio inter eos, iudica q̃ illo tempore erit prorsus uēditio: sed si receptio nõ fuerit inter eos, dic quòd uenditio erit in illo tempore, tamen cum labore & ægrè.

De uenditione seruorum. Cap. VII.

SI quis à te quæsierit utrum quis sit uenditurus seruum suum an non, & quot eũdem seruũ sint empturi post illum, da ascendens & eius dominū domino serui, et sextam & eius dominum ac Lunam seruo, & secundam et dominum eius emptori qui emit eum ab eo: postmodum considera, & si inueneris Lunam et dominum sextæ uel alterū eorum separare se et applicare domino secundæ post eum, significat quòd uenditio erit. Et si postquam separati fuerint à domino secūdæ, applicuerint ambo uel alter eorum domino tertiæ, exibit de potestate illius secundi & subibit imperium alterius tertij: & sic consequēter in quarto & in quinto dum inuenis applicationem cum dominis domorum, & progredere donec applicatio abscindatur: quoniā in loco ubi applicatio abscinditur remanebit, et habitabit cum illo domino cum quo ultimus receptor inuentus fuerit. At si horum duorum significatorum unus non habuerit applicationem cum aliquo domino dominorum domorum, sed habuerit applicationem cum domino ascēdentis de quarta oppositione uel coniunctione, significat quòd ille seruus non exibit domini sui potestatem, & quòd dominus erit ei malus et prauus & acerbus. Etiam si applicatio fuerit de tertio uel sextili, et in aliquo angulorum, et post illam applicationem non applicuerit alteri, significat similiter quòd in manu domini sui remanebit. At si applicatio de tertio uel sextili non fuerit in angulo, et habuerit postea applicationem alteram, significat quòd exibit domini sui potestatem.

De

De dominis ſeruorum. Cap. VIII.

QVoniam domini ſæpe ſolent tyrã nidem exercere in ſeruos, & propterea ſerui accedũt & ſuper ſuorum dominorũ benignitate quærunt, reſpice ad dominum aſcẽdentis, & ſi eum inueneris receptum in ſuo loco, dic quod dominus quem habet eſt melior. At ſi dominus ſeptimæ fuerit receptus ſimiliter in loco ſuo, alius dominus erit ei melior eo quem habet. Poſtmodum conſidera à quo ſeparatur Luna, & cui applicat, & ſi fuerit recepta ab eo à quo ſeparata eſt, dominus quem habet eſt ei melior: ſed ſi nõ fuerit recepta ab eo à quo ſeparata eſt, ſed ab eo cui applicat, dic quòd alius dominus eſt ei melior eo quem habet. At ſi nullã harum ſignificationum inueneris, aſpice dominum aſcendentis & Lunam, & ſi fuerint ambo uel alter eorum receptus in ſigno in quo eſt, uel quòd ſit ei conueniens ſignum illud, dic quòd dominus quem habet eſt ei melior: ſed ſi aliquis eorum non fuerit receptus in illo ſigno in quo eſt, nec fuerit ei cõueniens, ſed fuerit receptus in ſecundo ſigno ad quod uadit, uel fuerit ei conueniens, dic quòd alius dominus erit ei melior illo quem habet.

De hæreditate ſeruorum. Cap. IX.

CVm liuor edax omnia tentet nec patiatꝰ dominos beneuolos in ſeruis ſuis, ſed exagitet & in quæſtionem ducat ſuorum hæredum, aſpice dominum aſcendentis et Lunam, & ſi applicuerit domino ſeptimæ quæ eſt domus ſubſtãtię ſeruorum, dic quòd habebit eum: ſimiliter ſi dominus ſeptimæ applicuerit domino aſcendentis, uel ſi fuerit in aſcendente, aut ſi dominus aſcẽdentis uel Luna in ſeptima, aut ſi inueneris planetam aliquem deferentem lumen unius ad alterum, habebit eum hæredem, alioquin nõ. Quòd ſi à te petitum fuerit de ſubſtantia ſerui, ſi quærens habebit eam, aſpice tertiam domũ ab aſcendente, quæ eſt decima à domo ſeruorum, & ſi inueneris dominum aſcendentis & Lunam, aut alterum eorum applicantem domino tertiæ ab aſcẽdente, aut dominum tertiæ applicantem domino aſcendentis, dic ꝙ habebit illam ſubſtantiam. Similiter ſi dominus aſcendentis fuerit in tertia, uel dominus tertiæ in aſcendente, aut ſi inueneris aliquem planetã deferentem lumen unius ad alterum, ſcilicet à domino aſcendẽtis ad dominum tertiæ domus, uel à domino tertiæ ad dominum aſcẽdentis, dic ꝙ habebit ſubſtantiam ſerui: alioquin non. Sed ſi eadem ſignificatio fuerit per delationem luminis, habebit eam per manum nuncij.

De redemptione captiui. Cap. X.

QVando à te quęritꝰ de captiuo, aut homine in carcere coniecto propter iram regis, aut de ſeruo quẽ captũ tenet dominus ſuus ꝓpter iram, inſpice Lunam & Mercurium, & ſi inueneris eos in ſignis mobilibus & fortunatos à fortunis, ſignificat euaſionem: etiam ſi Mercurius ſolus fuerit fortunatus, quocunꝙ modo à fortunis, ſignificat euaſionem captiui ſpecialiter. Etiam ſi inueneris in principio captionis Iouem in aſcendente, aut corporaliter iunctum cũ Luna, uel aſpicientem eam fortunato aſpectu, ſignificat ꝙ leuiter & cito euadet. Etiã ſi Venus fuerit cum Luna in aſcẽdente, aut Mercurius cum Ioue aſpiciens Lunam, uel ambo iuncti cum ea, ſignificat ꝙ exibit de carcere cito, & habebit bonum poſt illud. Etiam ſi Luna fuerit applicata alicui duarũ fortunarum, ſimiliter leuem euaſionem ſignificat. Etiam ſi fortunæ aſpexerint dominum domus Lunæ, exibit de carcere. Quin ſi dominus domus Lunæ aſpexerit Lunam, ſignificat ꝙ euadet, & quod qui cœpit eum pœnitebit ꝙ cœperit eũ, & reducet ipſum in ſuam gratiam & amorem.

De eo qui uenenum hauſit. Cap. XI.

CVm ſcire uolueris ſi fechizador ſanabitur uel non, conſidera, & ſi inueneris partem fortunæ iũctam cũ fortunis, uel fortunas applicantes ei, uel quod habeant aliquod teſtimonium cum ea, dic quòd ſanabitur. At ſi cum ea habuerint teſtimonium infortunia, malũ eſt ei nec ſanabitur. Etiam ſi Luna teſtificatur ſibijpſi ſic, ut ſit in domo aut exaltatione aut triplicitate ſua, uel in bono loco pro eo qui eſt in aſcendente uel medio cœli, aut domus fiduciæ, uel applicuerit fortunis & aſpexerit eas, ſignificat ꝙ ſanabitur: at ſi contrariũ inueneris, cõtrarium iudica. Etiam ſi aſcẽdens inueneris in ſigno mobili, & fortunę aſpexerint ipſum, dic quòd ſanabitur: ſed ſi fuerit contrarium, non ſanabitur.

De ſexu eius qui ſumpſit uenenum. Cap. XII.

CVm ſcire uolueris ſi eſt maſculus uel fœmina fechizador, aſpice quartam domum, & cuiuſmodi ſignum eſt, & quis eſt dominus illius domus, et quis habeat ex

altationem in eo, & dominum triplicitatis eius, ac dominum ternimi gradus quartæ: & si omnes isti, uel maior pars, potentes in figura fuerint in locis masculinis, dic q̃ est masculus: & si in locis fœmininis, est fœmina. Item si formam eius scire uolueris, aspice medium cœli, & si aliquem planetam inueneris ibi, dic quòd est de notis ac forma & natura illius planetæ: sed si nullum planetam inueneris in medio cœli, aspice duodecimam domum, & si planetam aliquem inueneris in ea, iudica secundum illum. At si nullum planetam inueneris in duodecima, aspice si aliquem inuenias in tertia, & iudica per eum accipiens illũ pro significatore in hoc: sed si nullum planetã inueneris in aliquo locorum istorum, aspice partem fortunæ, quæ si applicuerit alicui planetæ, accipe illum planetam pro significatore, & iudica secundum illum. In summa appone mentem & considera bene, & iudica ipsũ ex notis, natura, & forma planetæ quem habueris pro significatore, & à signo in quo fuerit, & certificaberis & inuenies Deo fauente.

De septima domo & eius quæstionibus.
Cap. XIII.

HAec domus significat mulieres, cõiugia, causas coniugiorum, facere cum mulieribus, auos, aduersarios aduocationis causarum, statum senectutis, locum ad quem uadit uiator, rem inuentam quam quærit quis, rem perditam & furtum, hominem qui nõ est præsens, & eius noticiam per notas, & qualiter uiuat in loco ubi est, & quid de eo sit futurũ. Etiã significat rem absentem necdum inuentã, & rem cælatam, & rem absconditam & negatam, mala commissa redarguere & reprehẽsionem, & rixas, & homines extraneos, & depressionem status, & mortem inimicorum, & amicos fratrum, & filios amicorum, & interfectiones, & emere, uendere, ac uenari. Primus dominus eius triplicitatis est significator primæ uxoris, quam filius ducet: secundus secundæ cum qua contrahet coniugium, & placitorum & delectationum quæ contingent ei: & tertius est significator contrarietatum: secũdum quorum potentiam & statum ac locum cuiuslibet iudica. Et si significator mulierum fuerit aspiciens dominum ascendentis uel ascendẽs amico aspectu, significat gaudium & conuenientiam. At si aspectus ille fuerit totius & de quarta uel oppositione, significat rixas & discordias. Item si quæstio fuerit pro aliqua re postulata, & cogitatio quærentis ceciderit in hac domo, scias q̃ hęc domus per naturam & proprietatem suam, mulieres, aduersarios, & locum quem quis uadit ad absentem, & locum latronis & furtum significat. Præterea si in quæstione huius domus inueneris signum igneum, & significator quæstionis & cogitationis fuerit in ea, dic quòd quæstio est de aduersarijs inimicis aut contradicentibus: & si inueneris in ea signum terreum, dic quòd est quæstio pro furto: & si inueneris ibi signum aëreum, dic quòd est pro muliere: & si inueneris ibi signum aqueum, dic quòd quęstio est pro homine absente. Color huius domus naturaliter in quocunque signo sit, est pardus: quia trahit ad nigrum, & in eo est obscuritas et uiriditas. Item si fuerit in septima domo signum significans formositatem & pulchritudinem & splendorem, est unum ex his, uidelicet aut Gemini, aut Libra, aut Virgo, aut Scorpio. Hæc sequuntur quę minus formositatis & pulchritudinis habent, Taurus, Sagittarius, & Capricornus. Vel si fuerit dominus eius aut pars coniugij, uel eius dominus aut Venus uel Luna in aliquo horum signorum significantium formositatem, significat quòd ille natus habebit pulchras mulieres, compositas & uenustas. Etiam in natiuitatibus mulierum aspice hoc idem, excepta mutatione Lunæ cũ Sole: qa si Sol fuerit in signis formositatis, significat quòd mulier habebit uirum uenustum & formosum.

De coniugio futuro. *Cap.* XIIII.

CVm quis à te quærit super coniugio futuro, aspice ascendẽtem & eius dominum, & Lunam & planetam à quo separatur, & da hos pro significatoribus quærẽti: & septimam domum & eius dominum, & planetam cui applicat Luna, pro significatoribus illius de quo quęritur: & si quęrens fuerit masculus, adiunge Solem cum significatoribus suis, & fac eum in significatione participem: at si quærens fuerit mulier, adiunge Venerem cum significatoribus suis, & fac eam participem in significatione. Item si quęrens fuerit mulier, da ei Venerem cum Luna & domino ascendentis, & cum planeta à quo separatur Luna: & utro Solem cum septima & eius domino, & planeta cui applicat Luna. Postmodum aspice cuiusmodi applicationem habeat dominus ascendentis uel

Luna

Luna cum domino ſeptimæ, & cuiuſmodi applicationem habeat planeta, à quo ſeparatur Luna, cũ planeta cui applicat, uel Venus cum Sole. Nam ſi dominus aſcendẽtis aut Luna applicuerit domino ſeptimæ, uel planeta à quo ſeparat̃ Luna planetæ cui applicat uel dominus aſcendentis, aut Luna fuerit in ſeptima, ſignificat quòd quærens obtinebit rem quæſitam, cũ petitionibus tamen & precibus multis: etiam ſi applicatio fuerit de quarta uel oppoſitione aut coniũctione, ſignificat quòd res futura eſt, cũ tarditate tamẽ & labore & faſtidio. Sed ſi dominus ſeptimæ applicuerit domino aſcendentis, uel planeta cui applicat Luna planetæ à quo ipſa ſeparatur, uel fuerit dominus ſeptimæ in aſcendente, res illa facilè fiet cũ magna uoluntate mulieris & partis: maximè ſi applicatio illa fuerit de tertio uel ſextili: etiam ſi ad hoc inter duos applicantes fuerit receptio, res illa complebitur & fiet facilè, & conuenientiam habebunt ac bonum. At ſi nulla receptio fuerit ibi, & applicationes fuerint de quartis, ægrè ſuccedet quod petitur & cũ laboribus & impedimentis. Sed ſi nõ inuenis inter ſignificatores applicationem ullam, aſpice dominum aſcendẽtis, q ſi fuerit receptus, iudica per eũ: ſed ſi nullã inueneris receptionem in eo, aſpice ſi inter ſignificatores eſt redditus luminis, uel translatio uel collectio, & per hoc iudica quòd illa res erit. Sed ſi nec in hoc quidquam inueneris, aſpice ſi Luna eſt fortunata uel recepta: quia ſi Luna fuerit fortunata uel recepta & pura ab infortunijs, ſignificat quòd coniugium erit: maximè ſi receptor recipiens eam purus fuerit ab infortunijs. Etiam quando Luna eſt delatrix luminis unius ad alterum, ſignificat quòd res erit per nuncios & mediatores: & ſimiliter collectio & delatio utraq; earum, ſignificat q̃ res erit per multos internuncios & mediatores. Etiam ſi q̃n Luna dederit uim ſuã domino aſcendentis, aut domino ſeptimæ ea exiſtente in ſeptima & receptore in medio cœli, ſignificat quòd res illa erit manifeſta & patefacta: etiam ſi ſignificatio q̃ res fiat fuerit ex eo, quòd Luna recepta fuerit ea exiſtente in medio cœli, ſignificat q̃ res illa erit bona & tendet ad bonum finem. Similiter ſi Luna dederit uim ſuã planetæ exiſtẽti in medio cœli, ſignificat quòd res erit apparens & manifeſta & honorificè facta: maximè ſi receptor uirtutis Lunæ fuerit Sol, excepto quòd ſignificat rem illam fieri per manum regis.

De impedimento coniugij.

HOmo cùm ſit animal ſociabile, & ſolitudinis impatiens, ob idq̃ per matrimonium ſibi adiungat ſuum ſimile & ſolamen & caulam laborũ, in quo ſæpe impeditur, & quærit huius cauſam, quam ſi ſcire uolueris, aſpice ſignificatores ſicut diximus, & conſidera receptorem ſignificatores recipientem: quia ſi receptor infortunatus fuerit uel cadẽs ab angulo, ſignificat quòd res illa non ſuccedet poſtquam facta fuerit uel quaſi. Et ſi infortunator maleficus fuerit dominus ſecundæ uel octauæ, ſignificat quòd diſturbatio coniugij erit ex diſcordia dotis. Si autem damnator fuerit dominus ſextæ, ſignificat q̃ diſturbatio erit ex malis dictis quæ dicentur de progenie uiri. Si uero damnator fuerit dominus duodecimę, erit impedimẽtum ex malis dictis quæ dicentur de progenie mulieris. Si uero dãnator fuerit dominus quartæ, erit ex parte parentum. Si planeta & ſignum fuerint maſculini, erit ex parte ſuæ progeniei. Ita & hoc modo dic per omnia alia ſigna ſecũdum naturas & proprietates eorum. Nam ſi ſignificatio q̃ res non fiat, fuerit propter planetã qui abſcindit inter eos, dic q̃ diſturbatio erit de natura eiuſdẽmet domus abſciſſoris illius, & hoc in hũc modum: quia ſi fuerit dominus ſecundæ uel octauæ, diſturbatio erit propter dotẽ: ſi dominus tertię, erit ꝓpter fratres: ſi dominus quartæ, erit propter parentes: ſi dominus quintæ, ſignificat quod mulier habuit aliũ uirum & habet ex eo filium, uel quòd uir habet filium alterius mulieris, unde diſturbatio erit ratione filiorum. Et ſi fuerit dominus ſextæ, diſturbatio erit propter maculã quam habet in corpore uel infirmitatem: et ſecundum hunc modum aſpice in alijs ſignis. Sed ſi ſignificatio quòd cõiugium eſſe non debeat, fuerit propter infortunium planetæ qui defert lumen unius ſignificatoris ad alterum, ſignificat quòd diſturbatio erit propter nuncios male inter eos interceden tes. Etiam ſi planeta qui abſcindit lumẽ fuerit fortuna, & de natura ſua fuerit conueniens ſignificatoribus, ſignificat coniugiũ fore cũ tarditate, & q̃ in fine complebit. Peior & maius infortuniũ q̃ eſſe poſſit in abſciſione, eſt ſi quãdo abſciſor fuerit dñs 2. uel 4. uel 12. aut q̃ ſit in ſigno fixo uel in aliquo angulorum: quoniam alię abſciſiones quæ non ſunt iſtiuſmodi, non ſunt ita malæ.

De qualitate matrimonij contracti. Cap. XV.

POst matrimonium contractum sæpe solitū est quærere, utri parti magis conueniat, uiro ne an mulieri. Quod si scire cupis aspice, & si Sol diminutus est ab infortunijs, dic q̄ malum est pro uiro. Si autem Venerem infortunatam inueneris, dic quòd malū erit pro muliere. Si uero Lunā inueneris infortunatam aut cadentem ab angulis in 8. uel 12. aut cursu uacuam, dic q̄ malū erit ambobus, & q̄ habebunt anxietates & labores secundum naturā loci & infortunatoris ac signi: ut si infortunium Lunæ fuerit per quartū uel oppositionem infortunorum, & Luna in angulo, significat q̄ habebunt rixas & uerba, & q̄ separabitur alter ab altero: et si idē per trinum fuerit uel sextilē, accidet ei malū & anxietas aut infirmitas: & si fuerit per coniunctionem, morietur alter eorū. Quod certè peius & eo certius erit si cōiunctio fuerit in ascendente, aut in medio cœli: & hoc si fuerit in signo masculino, morietur uir ex fortuna mala: si in signo fœmineo, euenient mulieri: si in signo cōmuni, ambobus accidet malū. Sed si malum illud fuerit per oppositionem uel quartam, aspice signum in quo est Luna si sit masculinum uel fœmininū, & iudica secūdum illud uiro & mulieri. At si inueneris uice infortunij fortunam, iudicium muta: et si fuerit de 4. uel oppositione, iudica q̄ habebunt conuenientiā, & q̄ tempus longum durabunt: si de 3. uel sextili, significat q̄ ambo bonū habebunt & successionem, lucra & diuitias: maximè si Luna fuerit in signo fixo, uel in aliquo angulorum. Item si fortunator fuerit de sextili, id quod habebunt erit à parte amicorū & fratrū: si de 4. prima, erit ab hereditatibus mortuorū & rebus infossis: si fuerit de 3. primo, erit à filijs quos suscipient: si fuerit de oppositione, habebit ab itineribus & mulierib. si fuerit de 3. 2. erit ab itineribus & religione: si fuerit de 4. 2. habebit à parte regis: si fuerit de cōiunctione, erit ab opere manuum. Item si inueneris significatorem uiri in signis masculinis, & mulieris in fœmininis, denotat bonum mulieri & uiro. Sed si inueneris Venerē & Lunā in signis fœmininis, bonū et fortunate magis succedere mulieri q̄ uiro. Et si eas inueneris in masculinis, est bonum uiro plusquam mulieri. Item si inueneris Solem & Iouē in signis fœmininis bonum erit plus mulieri, ut si eos inueneris in signis masculinis, bonum erit plus uiro quā mulieri. Quando Sol est in signo masculino, significat quòd coniugium est bonum uiro, & malum mulieri: ut cum Luna & Sol ambo sunt in signo fœminino, significat q̄ coniugium est bonum mulieri et malum uiro: at si Luna fuerit in signo fœminino & Sol in masculino, bonum est coniugium utriq; idq; eo magis si ascendens quæstionis uiri sit masculinū, & mulieris fœmininum. Item si uolueris scire quando futurum sit illud bonum uel malum, quòd significatores ostēdunt in ambobus uel in altero eorum, aspice numerum illius significatoris, & numera quantus sit inter eum & fortunā quæ fortunauit, uel infortunium quod ipsum infelicem fecit ex numero signorū, id est, considera quot signa intercedant, & aspice in quo signo sit significator ille, si in fixo, cōmuni, uel mobili: & si ille idem significator est in angulo uel non. Nam si ille significator potens est & in angulo, significat q̄ bonū illud uel malum eueniet pro numero dierū, et pone cito gradus applicationis: sed si fuerit intrās angulum, erit numerus ille mēses: & si se separauerit ab angulo, erit numerus annos. Præterea si significator ille fuerit motus uelocis, significat horas in angulo: & angulum intrans, dies: & separans ab angulo, menses. Similiter aspice quantum est à domino domus Lunæ ad Lunam, qui si fuerit maleficus quando Luna applicuerit ei, superueniet illud malum: si benefícus, erit bonum quod significauit, Deo fortunāte. Hoc modo aspice in principijs cōiugiorum, & in hora nuptiarum, & iudica quemadmodum docuimus: & pete iudicium temporis coniugij à domino horæ & suo loco, et si est in signo mobili, communi, uel fixo.

De concordia & discordia uiri & mulieris in matrimonio. Cap. XVI.

HOmo animal sociabile sæpe matrimonium contrahit ob solitudinē, et ut habeat cum quo delectetur et auxilium in laboribus. Quod non facilè fert liuor edax, neq; discordia crebro uel summum matrimonium diuellens & incitās ad quæstionem felicioris status. Cum ergo inquiris, animaduertito quòd significator eius quod accidit bonum uel malum inter utrum & mulierē, est medium cœli ab ascendente, & decima domus à Luna: & significator finis suorum nunciorum & domus est quarta ab ascēdente, & eius dominus ac dominus domus Lunæ. Vnde aspice medium cœli quæstionis, aut medium cœli principij

cipij matrimonij, & ſi in eo inueneris infortunium, ſignificat contentionem & rixā inter eos: at ſi inueneris in eo fortunam, ſignificat cōcordiam. Similiter aſpice quartam domum, & ſi inueneris in ea infortunium, ſignificat nocumentum finis, & quòd ſeparabitur alter ab altero, & erit damnum in dote: at ſi inueneris ibi fortunam, dic cōtrariū. Dominus quartæ ſi fuerit regradus uel nocens, ſignificat malum & damnum in fine. Item ſi aſpexerit ſignificatores, qui ſignificauerunt per applicationes ſuas coniugij copulam, ſi aſpectus ille fuerit de oppoſitione, ſignificat inter eos irā, rixas, & placita: maximè ſi nō fuerit inter eos receptio. Etiam ſi aſpectus fuerit de quarta, ſimiliter ſignificat rixas non tamen perpetuas, quia quādoq; conueniūt et quādoq; rixant. Etiā ſi applicatio fuerit de coniunctione, ſignificat quòd iraſcentur et habebit alter alterū odio. Quin ſi Luna fuerit infortunata & aſpexerit aſcendens, erit inter eos rixa & dehoneſtatio turpis ac ſeparatio: & ſi idem infortunium fuerit in aſcēdente, uel in medio cœli, ſignificat q; illa dehoneſtatio & ſeparatio exiſtet à parte mulieris. Hoc modo iudica per omnes domos ſecundum naturas & proprietates earum, excepto quòd decima & angulus terræ ſignificant delatores ſeminantes inter eos malum. At ſi aſpectus ſignificatorum qui ſignificauerunt copulā coniugij, per ſuas applicationes fuerint de tertio uel ſextili, ſignificat quòd erit amor inter eos nec rixabuntur. Sed ſi non aſpexerit planeta à quo ſeparatur Luna, planetā cui applicat in principio coniugij, ſignificat quòd non erit amor nec conuenientia inter eos. Similiter ſi dominus domus Veneris non aſpexerit dominum domus Solis in principio coniugij, aut in hora quæſtionis, non erit amor nec conuenientia inter eos, & inter conſanguineos uiri & mulieris orietur rixa & inimicitia. Etiam ſi Sol aſpexerit dominum domus ſuæ de oppoſitione, ſignificat quòd mulier erit ob multas rixas irata: ſed ſi hoc fuerit de coniunctione, ſignificat amicitiam: ſi de quarta, ſignificat modū in rixis, quia quādoq; rixabuntur & quādoq; nō: et ſi hoc fuerit de ſextili uel tertio, ſignificat patientiam & manſuetudinē mulieris, & quòd erit amor & cōuenientia inter eos: & hoc ſi Sol & Venus aſpexerint aſcendens in principio cōiugij aut quæſtionis. Præterea ſcito q; ſi ambo fuerint cadentes, dominus aſcendentis & dominus ſeptimę ab angulo, q; ſunt fortiores & uerarum ſignificationum, quod tu diligenter excuties animaduertendo, quis eorum fortior et potentior ſit à domino aſcendētis & domino 7. & qs eorū fortior fuerit in quæſtione uel angulo: & iudica q; ille eminentior erit, & quòd alter obediet ei. Et ſi eos ambos inueneris in quæſtione æquales & in angulo, aſpice quis eorū fuerit uicinior gradui anguli, & quis habuerit maiora teſtimonia in ſuo loco, & iudica q; ille ſe ſuper alterum effert. Ad hæc ſi ambos æquales inueneris in omni re, aſpice planetā à quo ſeparatur Luna, & planetam cui applicat, & conſidera quis eorum planetarum ſit fortior in quæſtione, & iudica quòd ille erit magis appodiatus ſuper aliū, cuius iudiciū pete in hac re à ſignis obedientibus alteri, & illis quæ æqualia ſunt in potentia, & accipe ſignificationes ex conuenientia & diſcordia ipſorum. Præterea ſi ſciueris natiuitates amborū, aſpice et ſi inuenias in duodecima domo unius Lunam natiuitatis alterius, id eſt, ſi ſit Luna in ſigno in quo fuit natiuitas unius, ſit in duodecima domo natiuitatis alterius: iudica quòd ille cuius eſt Luna, erit uictor ſuper alterum, & alter obediet ei ut ſeruus. uerbi gratia: Si fuerit aſcendens in natiuitate mulieris Aries, duodecimo eius erit piſcis: ſi ergo in natiuitate uiri fuerit Luna in piſcibus, ſignificat quòd uir erit uictor, & mulier obediet. Et ſi Luna in natiuitate unius aſpexerit Lunam in natiuitate alterius, ſignificat quòd unus diligit alterum, & quod erunt manſueti & patientes inter ſe. Item ſi Luna natiuitatis unius fuerit ſuper terrā, & Luna alterius in ſua natiuitate ſub terra aſpiciendo ſe, ſignificat quòd ſe diligent & pacem habebunt poſtquam rixati fuerint. Quin ſi inueneris in ambabus natiuitatibus fortunam in uno loco, ſignificat q; ſe diligent. Et ſi inueneris in ambabus natiuitatibus unam eandem fortunam in medio cœli amborum, ſignificat quòd habebunt filium primo anno coniugij. Adhęc ſi ambo ſigna mediorum cœlorum ſuorū natiuitatum fuerint ſigna multorū filiorum, ſignificat quòd mulier concipiet prima uice qua concumbet cum eo, ſi Deus uoluerit. Sed ſi inueneris ſignificatores ſignificātes nullū fore cōiugiū, & ſcire uoluerit uter eorum contrahet matrimoniū primò, aſpice ſignificatorem uiri & ſignificatorem mulieris, & quem eorum inueneris in angulo, dic q; ille prior fidem dabit matrimonij: ma-

xime si inueneris dominum ascendentis applicantem domino octauę, eo existente fortuna & fortunante dominum ascendentis. Quod reliquū est in quæstione mulieris & in quęstione uiri, erit per applicationem domini septimæ ad dominum secundæ, quæ sequitur signum uiri, & cuius earū fuerit proximior applicatio, iudica quòd ille citius spondet. Deniq; si quando inueneris significatores ambos, qui significauerunt per applicationem suam q; erit coniugium & copula, et fuerit illa significatio complementi per delationem luminis uel collectionem, & ambo fuerint in signis communibus, & quæstio fuerit uiri, significat q; cōiungetur alteri mulieri, & non cum ea quam ipse in animo suo conceperat: etiam si quæstio fuerit mulieris, similiter nubet alteri uiro, & non illi quem cupiebat.

De qualitate connubij uiri. Cap. XVII.

AMor quoniam obcecat intellectū uirorum, & sæpe intrudit in connubia sux maiestati non satis conuenientia, multiq; ex diuino quodam instinctu id præuident, & quærunt: tunc aspice applicationes quas habent tres significatores quærentes, uidelicet dominum ascēdentis, Solem, & planetam à quo separatur Luna, cum tribus significatoribus mulieris uidelicet domino septimæ, Venere, & planeta cui applicat Luna: & si applicationes illas inueneris post habitam applicationem cum duabus infortunijs Saturno scilicet & Marte, uel cum altero eorum, iudica q; erit sine fornicatione, & q; erit coniugiū legitimum. At si significatores ipsius postquam unus applicuerit alteri, habuerint applicationem ad infortunia, uel ad unum eorum, significat quòd erit primò per coniugium, & postea per fornicationem.

De qualitate amoris mulieris. Cap. XVIII.

EX offuscatione amoris quando sæpe dubitatur utra pars magis diligat, & propterea quærant, aspice almutez ascendentis & Lunam, & si inueneris alterum eorum iunctum cū Marte in uno gradu, iudica q; habet amicum in domo cum ea qui iacet: & si non fuerint in uno gradu, sed in uno signo, dic q; est uicinus eius, & qui ppe morat̄. Sed si significator ille separauerit se à Marte, dic q; habuit amicum quē dimisit. Porrò si significator ille applicuerit Marti, & Mars fuerit in aliqua domorum suarum, dic quòd habet uirum solicitantem & cupientem eius connubium, ipsam q; consentire petitioni, & nihil adhuc cum eo commisisse. At si dictus significator applicuerit Ioui, dic q; uir diligit clariorē ea. Sed si applicatio fuerit ad Solē, dic q; ipsa diligit uirum nobiliorem eo. Et si fuerit ad Mercurium, diligit iuuenē scribam uel mercatorem, aut uirum subtilē opere manuali. Et si fuerit ad Venerem, diligit mulierem propter opus ingeniosum. At si Iuppiter aspexerit significatores eius, significat q; pœnituit eam sux prostitutæ pudicitix, et respuit. Sed si aspiciēs ille fuerit Sol, significat q; homo clarus habeat rē cū ea, ppter quē recessit ab eo timore illius. Et si aspiciēs fuerit Venus, significat quòd mulier habuit rem cum ea pro quo dimisit eā. Hoc modo discurres per oēs planetas dicendo secundum naturam eorum, maximè quando significatores separant se ab eo q̄d diximus. Sed scias quòd si Saturnus & Mercurius ambo fuerint in uno signo, & aspicient Lunam uel dominum ascēdentis, significat quòd habuit rem cum ea homo senex capillitium gestans ut iuueni assimiletur: et si significatores applicuerint eis, significat quòd ipsa diligit uirum capillitium ferentē, ut diximus, quo assimiletur iuueni.

De tempore coniugij. Cap. XIX.

POst̄q; significationem habuisti cōiugij, si scire uis quando idipsum sit futurū, aspice significatores significantes per applicationem quòd cōiugium sit futurum, si sunt in angulo, maxime in ascendente, et dic quòd in illo tempore erit coniugium: uel aspice numerum graduum applicationis, qui si fuerint, signa mobilia, ea recipe pro diebus: si communia pro mēsibus, si fixa pro annis. Similiter anguli significant uelocitatem & numerū dierum, & domus aspicientes ascēdens mediocritatem inter tarditatem & uelocitatem & numerum mensium, & cadentes tarditatē & numerum annorū. Et si significatio per translationem fuerit, quādo applicuerit delator ei ad quem defert lumen. Et si applicatio fuerit de locis absc̄ditis erit citi⁹ & breuiori tempore: quia secundū numerū graduum qui sunt inter eos, dies uel menses numerantur. Præterea aspice partē cōiugij, & cognosce si quæstio uiri est uel mulieris, & secundum locum partis cuiusuis eorum, cōsidera quantum est ab ea usque ad gradum Veneris per gradus ascensionum, & quod inde prouenit accipe pro diebus: & si partem prædictam inueneris Venere in angulo

gulo exiſtente, ſignificat breuitatem, & ꝙ accelerabitur coniugium. Etiam aſpice ſi Iuppiter & Venus per motus ſuos tranſeant per gradum partis prædictæ, & dicꝙ illo tempore erit coniugium: quod eo magis & firmius erit iudicium, ſi hoc certificauerit tẽpus quo applicuit athazir Solis ad Venerem, uel ad radios eius: quia hoc nunquam fallet, ſi Deus uoluerit.

De fornicatione ſuſpecta. Cap. XX.

CVm quis à te quærit de uiro & muliere, qui ſuſpicantur fornicationem feciſſe, ſi habuerint rẽ ſimul uel non, da aſcendens quærenti, ſeptimam ei pro quo quæritur, & planetam à quo ſeparatur Luna mulieri, & planetã cui applicat illi qui ſuſpicatur cõcubuiſſe cum ea: poſtmodum aſpice quis ex planetis peregrinis & occidentalibus ſit in ſeptima, & planetam cui applicat Luna: quia ipſi erunt ſignificatores. Deinde ſi inueneris dominũ aſcendentis applicãtem domino ſeptimæ, uel planetæ in domo ſeptima exiſtenti, uel planetæ cui Luna applicat, infortunijs aſpicientibus hos planetas quouis aſpectu, uerificationem ſuſpitionis ſignificat, & quòd rem ſimul habuerunt, per fornicationẽ ſcilicet & legitimè. Sed ſi hos tres ſignificatores quouis aſpectu fortunæ aſpexerint, et ibi non aſpexerint infortunia, ſignificat ꝙ quærentis ſuſpitio uera fuit, tamen per matrimonium. Sed ſi æqualiter ibi aſpexerint fortunæ & infortunia, ſignificat ꝙ res illa per fornicationem & matrimonium counita eſt. At ſi quæſtio quærentis fuerit quòd ſuſpicẽtur plures uno habuiſſe rem cum illa, inſpice nomina eorum, & nominatim ea pone per ordinem unum poſt aliud ſcilicet primum, ſecundum & tertium: & aſpice dominum aſcendentis & Lunam, & quem eorum inueneris aſpicientẽ aſcendens accipe pro ſignificatore: poſtmodũ hũc ſignificatorem aſpice conſiderando quot planetas aſpiciat, & planeta cui primò applicat erit ſignificator ſuſpecti quẽ poſuiſti primò, & cui applicat ſecundò erit ſignificator ſuſpecti ſecundi, et cui tertiò tertij ſuſpecti. Sed ſi ſignificator ille nullam harum applicationum habeat, accipe dominum triplicitatis primum ſignificatorem primi ſuſpecti, ſecundum ſignificatorem ſecũdi ſuſpecti, & tertium tertij, & ſic deinceps ſi plures fuerint. Poſtmodũ aſpice applicationẽ quam habet dominus aſcendentis ad ſignificatorem cuiuslibet eorũ, et aſpectum fortunarũ et infortuniorum, et iudica ſicut diximus in principio huius capitis, & certificaberis Deo uolente.

De iuuencula dubitatæ pudicitiæ. Cap. XXI.

NVbiles puellæ, maximè ſi formoſæ, quoniam à multis ſolicitãtur, & uel amore uel libidine uel pecunia pellectæ in dubitatæ pudicitiæ ſuſpicionem ueniunt, & à procis earũ ſuper corruptione quærit, aſpice aſcendẽs & dominum eius, & Lunam: & ſi eos inueneris in ſignis fixis, dicꝙ eſt uirgo pura ab omni labe, & innocẽs à mala ſuſpitione: ſi uerò fuerit in ſignis mobilibus uel communibus, dicꝙ mulier eſt experta cõnubium, & ꝙ eſt uel fuit nupta. Etiã ſi quæſtio fuerit ꝙ puella quę ſe uirginẽ uẽditat, dicꝙ eſt corrupta, & quòd aliquis rem habuit cum ea. Sed ſi Luna fuerit in ſigno cõmuni uel mobili, & aſcendens & eius dominus in ſignis fixis, dicꝙ ſolicitata fuit ex amore, nullus tamen cum ea iacuerit propter amantis uiri uerecundiam et manſuetudinem. At ſi inueneris Lunam cum Marte in ſigno mobili & communi, dicꝙ corrupta eſt ſua uolũtate, ipſa diligente uirum. Si uero Saturnus fuerit in aſcendente cũ Luna in ſigno communi uel fixo, dicꝙ ille qui habuit rem cũ ea, iacuit per aliũ modũ, & quòd eã non corrupit. Etiã ſi Mars fuerit in angulo à Venere, & Luna diminuta à Marte, & Venus in Scorpione uel eius triplicitate, dicꝙ nõ eſt uirgo. At ſi inueneris Mercuriũ & Iouẽ in trino Veneris, uel in aliquo angulorũ ſuorũ & Iouẽ ſpecialiter cadentẽ à Venere nõ aſpiciendo eã, & ipſa in Ariete exiſtente uel Leone aut Sagittario, dicquòd eſt uirgo, & quod Deus melius nouit cogitationem.

De abitione mulieris à marito, & uiri ab uxore. Cap. XXII.

AMantiũ iræ quoniam ut plurimum ſunt amoris redintegratio, & omnis mora longa quibus ſæpe mentita eſt amica, & crebrò inter ſe diſſẽtiunt, euenit ut alter eorum rei cupiat audire euentum. Tu ergo in tali caſu aſpice Solem & Venerem, & ſi inueneris Solem in ſignis ſuper terrã uel in quarta fortunarũ, & Venerẽ occidentalem et regradã, dicquòd ad domum ſuam per ſe mulier reuertet mãſueta, pauper, & obediens, rogans & excuſans ſe de eo quod fecit: & quod erit ſemper obediens uiro ſuo, timebit eum nec eius mandatum præteribit, nec poſt hoc meditabitur niſi quod bonũ, utile, & honeſtũ.

Etiam

Etiam ſi inueneris Venerem orĕtalem, dic ꝙ reuertetĕ per ſe, & quod non pœnituerit abiiſſe: & ſi ad hæc Solĕ inueneris ſuper terram, & Venerem in ſeptima, dic quòd uirū pœnitebit. Etiam ſi Venerem inueneris in angulis ſuper terram, uel in ſigno fortunato, & Solem ſub terra, uel in locis cadentibus ab angulis, dic hoc idem de uiri debilitate & fortitudine mulieris, ſicut in præcedenti ſignificatione mulieris dixiſti, uidelicet ꝙ ſemper ſuccenſet uiro, & quod non reditura diſcedet. Etiam ſi in hac quęſtione mulieris quæ receſſit de domo, inueneris Venerem ſuper terram uel in locis fortunatis, & Solem ſub terra, & Lunā lumine plenam, dic ꝙ reditus erit grauis & tardus, uel fortè nūquam. Et ſi in hora quæſtionis, uel in qua mulier domum exiuit, inueneris Lunam in diminutione poſtquam oppoſitionem tranſiuerit, dic quòd cito & ſine impedimento remeabit. Et ſi in hora qua receſſit inueneris Lunam cadentem ab angulo, & Venerem illa hora occidentalem, & in ſua ſtatione primā uel regradam, dic quòd per ſeipſam redibit, & quod pœnitens obediet. Etiam ſi hora ipſius receſſus Venerem orientalem inueneris, & ſub radijs exeuntem & apparentem, dic ꝙ redibit, & uirum expulſionis pœnituiſſe. At ſi hora quæſtionis inueneris Solem & Venerem cadentes ab angulis, dic ꝙ ſeparet ſe ab ea, & quòd nunquam reuertetur ad ipſam: quia bonum & utile ſibi erit. Sed ſi Solem & Venerem in bonis locis inueneris, dic ꝙ in reducēdo eā bonū & commodum conſequetur. Etiam ſi Venerē inueneris in itinere ſuo directam, ſignificat ꝙ mulier uincet uirum, & quod ipſe redarguet ſemetipſum iniuriarum. De uiro autem uxorē relinquente etiā hoc modo iudicabis. Si hora qua mulier de domo ſua receſſit, inueneris Venerem exeuntem ſub radijs Solis & eūtem ad orientalem plagā, reuertetur humilis & pœnitens, & ſemper diſceſſionē ægrè feret. In ſumma in omnibus rebus cōiugiorum, debes Lunam aſpicere & aſcendens, & ſi ambos inueneris ab infortunijs diminutos, ſignificat ꝙ inter ſe ſemper rixas habebunt, & quod alter alterum abhorrebit, niſi fortè aſpiciant eos fortunę: tunc enim diminuentur faſtidia & moleſtiæ eorum. Et re uera dico ꝙ ſi ſignificatores quærentis ſe aſpexerint cum ſignificatoribus illius pro quo quęritur, de tertio uel ſextili, quòd mulier illa ex libera uoluntate, benevolè ac facilè reuertetur. Sed ſi aſpectus fuerit de quarta uel oppoſitione, cū receptione, ægrè & grauiter redibit. Coniūctio ſimiliter ſignificat ꝙ redibit, tamen ſi aſpectus de quarta uel oppoſitione ſine receptione fuerit, ſignificat ꝙ nunquam redibit. Aliqui ſapientes dicunt, ꝙ ſi aſcendens fuerit ſignum fixum, & Saturnus in aliquo angulorum, maximè in medio cœli, ſignificat rixam diutinam inter eos fore, & quòd longo tempore perſeuerabunt in ea, maximè ſi aſperit Luna Saturnū. At ſi Mars fuerit in aliquo angulorum, & Luna dederit ei uim ſuam, & eo magis ſi aſcendens fuerit ſignum mobile, ſignificat ꝙ ſeperabūtur benevole utrinq; . Sed ſi aliqua duarū fortunarum fuerit in angulo, maximè in medio cœli, ſignificat ꝙ pacem habebunt inter ſe. Et ſi fortuna illa fuerit in angulo aſcendentis, ſignificat ꝙ conuenientia erit ex parte uiri. Si uerò in angulo occidentis, erit ex parte mulieris. Sed ſi quod infortunium fortunā ipſam aſpexerit, ſignificat ꝙ ipſa conueniē tia eſt cum fraude.

De re uenerea exercenda. Cap. XXIII.

Si aliquis à te quæſiuerit, ſi nocte illa complebit uoluntatem ſuam cū muliere uel non, aſpice & ſi inueneris in quæſtione Venerem aſpicientem aſcendens, dic quòd quæſtio ſua complebitur illa nocte. Etiam ſi quæſtio fuerit, ſi fecit rē illa nocte præterita uel non, iudica hoc eodem modo, nec plus nec minus addes. At ſi Venus non aſpexerit aſcendens, dic ꝙ non habebit rem cum muliere illa nocte, uel ꝙ non habuit. Sed ſi Venus aſpexerit Saturnum à ſeptima domo, dic ꝙ habebit rem cū ſerua uel uili. Etiam ſi Venus aſpexerit Iouem à ſeptima uice Saturni, Ioue exiſtente in quocunq; loco uolueris, dic ꝙ habebit rem cum mulieribus corpore caſtis. Etiam ſi aſpexerit Solem à ſeptima, dic ꝙ habebit rem cum mulieribus magnatum uel regis. Etiam ſi aſpexerit Lunam à ſeptima domo, dic quod habebit rem cum muliere nobili & ſplēdida, boni odoris ac pannis albis induta: & quod fortè habebit rem uel habuit cum uxore patris, ſiue uxore filij. Etiam ſi iuncta fuerit Venus cum Mercurio, aut aſpexerit eum à ſeptima, dic quod habebit rem cum puella uirgine & integra. Si Venus fuerit in ſeptima ab aſcendente, aſpiciens aliquem planetarum, ut diximus, ſignificat quod illa res facta eſt, uel fiet modis omnibus & rationibus iam dictis.

At

At ſi Venus fuerit cadens ab aſcẽdente, dic quòd cum muliere rem non habuit nec habebit. Sed ſi aſcendens ſignum fuerit fortunatum aſpicientibus ibi fortunis de bonis locis, uel quòd ſint in eo, & domino exaltationis filius ſigni eo aſpiciẽte, dic quòd res quæſita erit cito & illa die: tu autem conſidera & iudica uideq; ne fallaris.

De re uenerea exercita & potita.

Cap. XXIIII.

CVm aliquis à te quærit de ſuo cubitu cum muliere nocte præterita uel futura, & quomodo fuerit uel futurus ſit, aut in quo loco fuerit uel fiet, aut ſi nocte illa rem cum muliere habuerit uel ſit habiturus, reſpice ad Venerem, et ſi eam inueneris in aſcendente in domo Martis aut Saturni, rem habuit nocte illa uel habebit cum alia muliere, & nõ cum ſua: & iacuit aut iacebit in aliena domo, & non in ſua. Etiam ſi Venus fuerit in domo Mercurij uel Saturni, dic quòd iacuit uel iacebit in obſcura domo cum muliere ſine cãdela. Sed ſi Venus & Luna fuerint coniunctæ in domo ſeptimæ ab aſcendẽte, & quæſtio fuerit nocturna, dic quòd iacuit uel iacebit cum muliere corporis præſtantis, & in loco limpido, & non cum meretrice. Etiam ſi Venus et Luna coniunctæ fuerint in aſcendente, homo ille habet amicitiam cũ mulieribus, et cum eis locutus eſt aut loquetur nocte illa. Etiam ſi Venus & Luna fuerint in domo Lunæ, ſignificat idẽ. At ſi Venus & Luna fuerint in ſeptima ab aſcendente in aliqua domorum Martis qualiſcunq; fuerit, eas aſpiciente uel non aſpiciente domino domus, cum lupa iacuit uel iacebit. Et ſi fuerit Mars in Libra aſpiciens à domo ſeptima ad gradum aſcendentis, ſodomitice iacebit cum pueris homo ille. Et ſi Mercurius ibi aſpexerit à domo ſeptima, utetur cum mulieribus per locum prohibitum, & mulieres deridet, ac ei fecit aliqua mulier paſtaturam. Sed ſi Mercurius aſpexerit Venerem à ſeptima, aut Venus in ſeptima fuerit in domo Saturni, iacebit cum mulieribus ad ſe pertinentibus, ſicut publicæ meretrices. At ſi Venus in ſeptima fuerit in ſuamet domo, aut in domo Iouis: iacebit cum ſua uxore, & iacuit uel iacebit in ſuamet domo. Sed ſi aſcendens fuerit ſignum commune, & Venus ipſum aſpexerit à ſeptima, dic quòd uolũtatem ſuã cum muliere complebit, & q; ſtatim recedet ab ea, & ſolus iacebit. Et ſi Luna ibi aſpexerit à ſeptima, et fuerit in ſigno quadrupedum in domo Saturni, uel in ſua adurungem, (adurungem aũt eſt ut diuidas ſignum aſcendens in tres partes, dando primam domino eiuſdem domus, & ſecundam planetæ ſequenti eum, et ſic de alijs per ordinem) habuit rem cum beſtia quadrupede, ſicut aſina uel uacca, & q; eis aſſimilatur. Et ſi Saturnus à ſeptima de ſua domo aſpexerit aſcendens, rem habuit cum uxore hominis fodientis foueas ad furandum mineralia, uel facientis foueas ad ſepeliendum defunctos, aut pictarum ſplẽdidarum domorum, uel cum mortua muliere: & iacuit in fœtido loco & turpi. At ſi Iuppiter aſpexerit aſcendens à ſeptima, dic quòd iacuit uel iacebit cũ muliere prægnãte. Sed ſi Venus ac Mars aſpexerint aſcendens à ſeptima, iacuit uel iacebit cum extranea muliere non ſua, cum metu & periculo magno ac feſtinanter.

De multitudine maritorum. Cap. XXV.

SI à te pro aliqua muliere quæratur, quot maritos ſit habitura, aſpice à gradu decimæ uſq; ad gradum Martis, & quot planetas inueneris inter eos, tot maritos habebit. Et ſi Mars fuerit in undecima, aſpice à Marte uſq; ad Iouem hoc eodem modo, & iudica ut dixi, & certificaberis cum domino.

De fœcunditate mulieris & ſterilitate.

Cap. XXVI.

ADuſus gignendi à bonis cum ducãtur uxores, tuq; nolis hac ſpe fruſtrari, cõſidera Venerem, & ſi eam inueneris in Aquario uel in Leone iunctam cum Mercurio, dic quòd nũquam peperit: at ſi eã inueneris iunctam cũ Mercurio in Scorpione uel Tauro, habet filiũ. Et ſi Mars aut Venus uel Luna fuerit in ſigno communi, dummodo non ſit in Sagittario, nõ habet filium nec unquam habebit, & ſi pepererit morietur creatura: & ſi fuerint in ſignis mobilibus infortunia, filius eius eſt ex fornicatione, & ſcortator machinatur proditionem et falſitatem marito. At ſi fortunę fuerint in ſignis mobilibus, habet legitimum filium: & ſi infortunia miſcẽtur cũ ambabus fortunis in ſignis mobilibus, habet legitimum filium: & ſi infortunia miſcẽtur cum ambabus fortunis in ſignis mobilibus, habet malos filios ei moleſtias præbentes.

De

De mulere grauida uel minus. Cap. XXVII.

QVia multæ se uterum ferre uel ste riles simulant, suadeo ut inquiras & aspicias ascendens, & si fuerit signum commune, dic q̃ est prægnans: & si dominus domus filiorum fuerit in ascendente, dic q̃ est prægnans. Etiam si Mercurius fuerit fortunatus in ascendente, significat quòd est prægnãs. Sed si nullam harum significationum inueneris, aspice quartæ angulos, & si in eorum aliquo fortunã maximè Iouem inueneris, dic quòd est prægnans: & secundum potentiam, statum, maiestatẽ & fortunam illius planetæ, erit salus & perfectio partus: quonã si planeta ille fuerit fortis & in bono loco purus ab infortunijs offendentibus partum, significat perfectionem & generationem creaturæ, & salutem eius. At si planeta ille retrogradus fuerit, uel cõbustus, aut infortunatus à planeta qui nõ recipit eum, dic quòd partus nullus erit, destruet̃, abortietur, neq; uitam neq; complemẽtum habebit. Statum autem prægnantis cognosces à potentia sui planetæ, fortunę, & infortunij ipsius, & ab eius applicatione ad planetas iuuantes & liberantes eum: quia si planeta ille fuerit infortunatus in domo mortis, uel applicans ad dominum domus mortis, aut combustus uel depressus in angulo terræ, partus ille erit matri durus & grauis, & priusquam nascetur filius morietur mater, nisi dominus adiuuet ipsam propter suam mercedem. Et si Mars fuerit in ascendente saluus & receptus à domino ascendentis, partus erit facilis matri, & sine periculo & malo aliquo, facileq; pariet. Sed si Saturnus ibi fuerit loco Martis, dic quòd partus erit durus, grauis, & molestus mulieri, & quòd accidẽt ei infirmitates, anxietudines, ac miseriæ, & forte mors & destructio totius, nisi Deus auertat. Porro si scire uolueris si est prægnans de masculo uel fœmina, id est, utrum ferat masculum uel fœminam, aspice signa masculina & fœmnina, & gradus masculinos & fœmininos, & quartas masculinas & fœmininas, & planetas masculinos & fœmininos: postmodum aspice dominũ domus filiorũ, & si sit planeta masculinus in signo masculino, gradu masculino, & quarta masculina, dic quòd natus erit masculus: sed si planeta fuerit fœminin⁹, et in signo, gradu, & quarta fœminina, dic quòd est fœmina. Sed si has significationes commixtas inueneris, aspice ascendens & eius dominum, ac domum filiorum & eius dominum, Solem & Lunam, et dominum horæ: & si maior pars horum significatorum fuerit in signo masculino, dic quòd est masculus in utero: similiter si maior pars fuerit in signis fœmininis, dic q̃ est fœmina. In summa nunquam pro significatore accipias planetam aliquem masculinum in signis fœmininis, neq; fœmininum in signis masculinis, sed aspice ad alios significatores, & à masculino iudica masculum, à fœminino fœminam, & certificaberis Deo uolente. Pars sapientũ dicit: Aspice angulos ab ascendente, & si ibi inueneris planetã masculinum in signo masculino, dic quòd est masculus: sed si fœmininã in signo fœminino, dic q̃ est fœmina. Scias etiam q̃ hoc caput significationis quartarũ & graduum est potens & ueridicum.

De parte legitimo & ex fornicatione. Cap. XXVIII.

EX zelo, qui sæpe maritatis superuenit, si forte dubites utrum genitura sit legitima, aspice signum domus filiorum, quæ est quinta ab ascendente: & si inuenis quòd Mars aut Saturnus aut Mercurius aspiciat illud signum, dic quòd illa genitura est ex fornicatione: sed si fortunæ aspexerint ibi, dic q̃ est legitima.

De dictis Alkindi super coniugys. Cap. XXIX.

ALkindus dixit, & bene: Quãdo applicuerit dominus ascendentis domino septimæ, perficitur coniungium. Etiam si Luna applicuerit Veneri, & Venus potẽs fuerit & aucta in suo motu, & Luna similiter, perficitur coniugium. Etiam si Venus aspexerit Solẽ, & Sol habuerit in ascendente aliquam dignitatẽ, ipse auctus in motu suo et aspiciens dominum domus suæ, similiter fit cõiugium. At si applicans et cui applicat fuerint ambo cadentes ab angulis, et maximè si non aspexerint eos domini sui, significat q̃ cõiugium primò quodãmodo sperabitur, sed ex mora postea superueniente disturbabitur, nec fiet. Etiam si Luna, Sol, Venus, et dominus septimæ, ac dominus ascendentis, fuerint in angulis, licet unus non aspiciat alium, et eorum domini aspexerint eos et fuerint potẽtes, desperabitur ac suspendetur primò cõiugium, post fiet summo omnium consensu et ex uoluntate diuina: et tempus illius erit, quando significator ostendens quòd coniugium fiat, applicuerit ad angulũ per

athazir

athazir, quoniã tempus illud denotat dies, menſes, & annos.

De fidelitate coniugij & caſtitate mulieris.

Cap. XXX.

HOc ſimiliter eſt dictum Alkindi: Aſpice, & ſi dominum aſcendẽtis Venerem & Lunam inueneris in ſignis fixis, aſpicientibus eos fortunis, dic q̃ eſt uirgo integra & caſta. At ſi loco fortunarũ fuerit infortunia, dic quòd nec uirgo nec caſta, maximè ſi aſpiciẽs fuerit Mars. Etiam ſi duo luminaria ſe aſpexerint & Martem, dic quòd non eſt caſta, ſed nobile ſcortũ. Sed ſi Luminaria ſe nõ aſpexerint nec Martem, dic quòd ſe occultè proſternit & fert ſtuprum. Sed ſi aſcendens fuerit & ſignificatores in ſignis mobilibus, infortunijs reſpicientibus ad eos, dic q̃ multum appetit uirum, & quòd concupiſcentiam & libidinem ualidam frẽnat ac ſubmittit, & procos ſuſpendit & abigit, nõ tamen ſemper eſt fidendũ: quia mutabile mulier et inconſtans.

De turpitudine & formoſitate mulieris ſecundum Alkindum.

QVia pulchra quęq̃ magis placẽt, & qui ſpõdent uxores formoſas ducere cupiunt, & ſuper hoc cerebro quærunt, aſpice aſcendens, et da ipſum faciei eius & capiti, ſecundã domũ collo, & tertiã manibus & humeris, & ſic conſequẽter quãlibet domũ cuilibet membro, & iudica in unoquoq̃ horum membrorum ſecundum figuram illius animalis, à quo nominatũ eſt ſignum illud, & ſecundum pulchritudinem & turpitudinem eorum inter alia animalia. Etiam aſpicias in q̃ loco cœli ſit Luna, & ſi fuerit fortuna, dic q̃ membrũ ſignatũ à ſigno in quo eſt Luna fortunata, eſt pulchrum & compoſitum, & quòd eſt in illo membro pulchra nota. At ſi Luna fuerit infortunata, dic q̃ mẽbrũ datũ ſigno in quo eſt Luna in eo fortunata eſt turpe, & quòd turpis nota ac mala. Et ſi Luna in hoc aucta fuerit motu, dic quòd nota illa turpis ſit eminentior reliquo corpore, ſicut uerruca uel alia res ſimiliter excreſcens. Sed ſi Luna motu fuerit diminuta, dic quòd defectus eſt in illo membro, ſicut rubedo & ſimile. Si Luna fuerit mediocris in ſuo motu inter augmẽtũ & decrementum, dic quòd nota eſt in pelle & in ſuperficie membri. Item ſi uolueris ſcire cuius coloris ſit nota aut macula, miſce colorem ſigni in quo eſt Luna cum colore planetę infortunati, qui ſignificauit damnũ illud, & ab illo colore iudica, & certificaberis uolente Deo. Et ſi uolueris ſcire cuiuſmodi temperamenti ſit illa nota, aſpice ſignum in quo eſt Luna, & in quo eſt infortunator qui demõſtrauit damnum, & ſi fuerit terreum, macula eſt ex frigiditate & ſiccitate: ſi aqueum, ex frigiditate & humiditate: ſi igneum, ex caliditate & ſiccitate: ſi aëreũ, ex caliditate & humiditate. Sed ſi fuerit ſignum in quo eſt Luna diuerſum, id eſt, alterius temperamenti quàm planeta in quo eſt infortunator, miſce naturas eorum, & iudica ſecundũ commixtionem: & in quo membro fuerit infortunator, in eo iudica turpitudinem & damnum. In ſumma quando quęritur à te de hac re, ſequere uiam iſtam, & iudica ſecundum regulas, et inuenies Deo cõcedente.

De dote mulieris & amore uxorio.

Cap. XXXI

EX naturali quadã ui inditum eſt cuilibet, ſibi bene eſſe malle quàm alteri, & bene dotatam anteferre. Quorum cupiditas ſi quando te capit, & uis hoc ſcire, aſpice dominũ octauę, et ſi eũ inueneris applicantem domino ſeptimæ, & dominus octauę fuerit fortuna, & Luna applicans ad octauam & eius dominũ, infortunijs ab octaua remotis & eorũ aſpectib. iudica quòd eſt diues, & quòd ditabit maritum dum fuerit cum ea: ſed ſi cõtrarium harum cõſtellationũ inueneris, dic quòd eſt pauper, & quòd maritus fiet pauper cum ea. Sed ſi hanc conſtellationem inueneris mediocrem, dic quòd eſt mediocris ſubſtantię, hoc eſt, neq̃ pauper neq̃ diues. Item ſi mulier hoc à te quęſierit, da ei pro ſignificatore aſcendens, & accipe hanc ſignificationẽ ab aſcendente & domo ſecunda, ſicut accepiſti à ſeptima & octaua, & iudica ſecundũ quòd inueneris, & certificaberis. Porrò ſi uolueris ſcire utrum ſe mutuò ament, conſidera aſpectus qui ſunt inter dominũ aſcendentis & dominum ſeptimæ, & inter dominum aſcendentis & Venerem & Lunam, et ſi aſpectus iſti fuerint amabiles & cum receptiõe, dic quòd diligẽt ſe, et quòd alter alteri ſubueniet. Et ſi alter ſignificatorũ eorum receperit alterum, & alter nõ recipiat eum, dic quòd recipiens diliget alterum, & receptus non diliget recipientem. In ſumma ſecundum hunc ordinem & regulam in omni quod à te quæreẽ de ratione & potentia hominis cũ muliere iudica, & certificaberis.

De electione & principio coniugij.
Cap. XXXII.

CVm volueris incipere cõiugia, fac ut signa in quibus fuerint significatores ascendentes septima uidelicet, Venus & Luna, sint fixa & directarum ascensionum, et pone inter dominum ascendentis & dominũ septimæ aspectum amicitiæ ac receptionẽ, item inter Lunam et dominũ septimę, & ambas fortunas in angulis, & cadentia ab angulis infortunia, & dominum domus filiorum & Mercurium applicantes significatoribus fortunatos ac liberos ab infortunijs, & signũ quintæ, & signum in quo est eius dominus, & in quo est Mercurius, signa multorũ filiorum ac multarum fortunarum: & fortunabis 4. domum Luminarijs partim fortunæ partim substantiæ: etiam pone Lunam post separationem eius coniunctionis uel oppositionis, quę fuit ante hoc applicantem fortunę, & dñs domus in qua est Luna sit fortuna.

De fugitiuis seruis uel bestijs & perditionibus. *Cap. XXXIII.*

FVgę seruorum & animaliũ & perditionum uariæ & multæ ut sunt causæ, sic etiã uariè & multis modis inspicitur, uarięq; super hac re inspicientium sunt opiniones: quarũ optima & magis sequẽda est illa Dorothij dicentis: Quãdo uis quærere in causa fugitiui uel rei perditę, fac ascendens & eius dominum ac Lunam significatores fugitiui & rei amissæ, & medium cœli & eius dominũ ac Solem significatores domini fugitiui aut rem perquirentis amissam, & dominũ domus Lunæ & receptorem dispositionis Lunæ significatores finis rei. Messahala & magna pars sapientum dixerũt: Fac ascendens & eius dominum significatores domini fugitiui aut rem perquirentis amissam & interrogationis quærentis, & septimam domum & eius dominũ significatores fugitiui & rei amissæ. Alkindus loquẽs de fugitiuo & re amissa dixit: Res amissa est animal aut nõ est animal, & quod petitur & quæritur in hac causa est, in quo loco sit res amissa, & si inueniatur uel non. Et si inuenietur, si tota inueniatur aut pars tantum, & ubi & qua ratione inueniatur uel fuerit amissa. Et significator rei amissæ est Luna, unde si Lunam inueneris applicantem domino ascendentis, uel domino duodecimę ab ascendente, aut domino domus Lunæ, res amissa inuenietur si Deus uoluerit. Sed si Luna non applicet horũ alicui, nec moretur in ascendente, nec in secunda, non inuenietur res amissa nisi Deus uoluerit. Si uerò dominus domus Lunę fuerit in tertio uel sextili ascendentis, habeto spem inueniendi rem illam, aspectu illo existente ad gradum ipsum ascendentis: similiter si separans se à dño duodecimę, uel octauæ, aut sextę, ad gradum applicuerit ascendentis: similiter si separauerit se à dño duodecimæ, uel octauę, aut sextæ, & applicuerit ad gradum domus substãtię, cuiuscunque aspectus sit, habe spem inueniẽdi rem amissam, si dominus domus Lunæ aspiciat Lunam. At si harum constellationũ contrarium inueneris, contrariũ iudica: ut si Lunã inueneris infortunatã à dño octauę, uel sextæ, aut duodecimæ, dic quòd res amissa uenit in manus & potestatẽ alicuius mali nihil unquã restituentis, maximè si in illa infortunia non aspiciãt dñm ascendentis. Sed si Luna fuerit fortunata ab aliqua duarum fortunarum, res amissa incidit in manus & potestatem alicuius boni & fidelis, qui custodit & cupit eam reddere. Et si fortuna illa applicuerit ad ascendens uel ipsum aspiciat, uel Luna aspiciat ascendens, fidelis ille restituet rem dño suo si Deus uoluerit. Sed si Luna fuerit in angulis remota à Sole, uel iuncta cũ eo, illa res amissa peruenit ad manus regis: & si ad hæc Sol aspexerit ascendẽs aspectu amico, & Luna applicuerit ad gradum ascendentis, restituetur res illa domino suo. Et si applicatio quam habuit Luna ad ascendens, fuerit de quarta uel oppositione in hac constellatione quã diximus, ægrè restituetur & cum labore. At si aspectus fuerit de tertio uel sextili, restituetur facilè & bona uoluntate. Etiam si in hac constellatione fuerit Luna in ascendente, restitutio fiet, sed cum damno. Significator aũt loci in quo est res amissa, est locus Lunæ secundum naturã signi in quo est: nam si signum illud fuerit orientale, est in parte orientali: si fuerit occidẽtale, est in parte occidentali uel occidentis: si septentrionale, est in parte septentrionis: si meridionale, in parte meridiei. Similiter aspice locum Lunæ in figura: quia si fuerit in ascendente, res amissa est in oriente: si in angulo occidentis, est in parte occidentis: si in medio cœli, est in parte meridiei: si in angulo terræ, est in parte septentrionis uel septentrionali. Similiter etiam contemplare à dextro & sinistro cuiuslibet horum angulorum, & iudica miscendo hanc significationem cum significationes

cationē ſigni in quo eſt Luna. Nam ſi dominus domus Lunæ fuerit in ſignis humanis, eſt in loco ubi homines ſunt: ſi in ſigno beſtiarum minutarum, ſicut Aries & Capricornus, eſt in loco ubi ſunt pecudes & beſtiæ his ſimiles: ſi in ſigno magnorum animaliū, ſicut Sagittarius, eſt in loco ubi ſunt beſtiæ magnæ, ut ſunt muli, aſini, & his ſimiles. ſi in Leone, eſt in loco ubi ſunt malæ beſtiæ & timendæ: ſi in Scorpione, eſt in loco ubi ſunt ſerpentes & reptilia uenenoſa: ſi in Cancro, eſt in loco ubi ſunt foueæ, aquarum fontes, & beſtię aquaticę: ſi in Piſcibus, eſt in loco ubi eſt aqua dulcis multa & piſcoſa, ubi piſces piſcantur: ſi fuerit in Aquario, illud idem denotat. Item ſi fuerit in ſignis humanis, ſignificat quòd res eſt ubi loca præcipita ſunt, montes alti, altæ petræ, & grandes riui. Et ſi fuerit in ultima medietate Capricorni, ſignificat quòd eſt in ſtationibus nauium. Similiter aſpice ſignum in quo eſt Luna: & ſi fuerit in ſigno igneo, ſignificat quòd res eſt in loco in quo eſt ignis uel circa quem ſit ignis: ſi in aquatico, ſignificat locum in quo eſt aqua, uel circa aquam, uel locum ubi res fiunt per aquam: ſi in ſigno aēreo, ſignificat locum ubi ſunt multi uēti & impetuoſi, uel ubi ſunt res quæ fiunt per uentum: ſi terreum, ſignificat loca terrea & ubi ſunt domus de terra. Præterea ſi Luna, uel dominus domus eius fuerit in ſignis mobilibus, ſignificat quòd eſt in terra noua & nouiter foſſa, & in locis in quibus ſunt montes & planicies: ſi in ſigno fixo, ſignificat terram planam & arationis nouę: ſi in ſigno cōmuni, ſignificat terram multam, aquaticam, & quæ inundatur ac uaſtatur, & eſt planicies & mons in ea, & terra de duabus naturis & cōditionibus. Miſce ergo has ſignificatiōes omnes, & alteram cum altera cōfer, & iudica modo conueniēti. Item ſi Luna fuerit cum domino aſcendentis in una quarta, & non fuerit inter eos ultra unum ſignum, res amiſſa eſt in domo illius qui amiſit, uel circa illam: ſed ſi fuerit inter eos plus, & à 30. gradibus uſq; ad 70. gradus, res amiſſa eſt in uilla cū ſuo domino & contermino uel comarcha: at ſi nō fuerit in una quarta, res amiſſa multum remota eſt à domino ſuo. Rationem porrò qua amiſſa eſt ſi ſcire cupis, aſpice à quo ſeparatus eſt dominus aſcendentis, & ſi fuerit ſeparatus à Saturno aut in domo Saturni, ratio amiſſionis eſt obliuio ſui domini, qui ignorat ubi poſuerit eam, uel ægritudo frigida ſiue dolor: quod magis proteſtabitur ſi Saturnus fuerit retrogradus. Sed ſi ſeparatio illa fuerit à Marte aut in domo Martis, amiſſa eſt ratione metus uel impetus alicuius iræ uidelicet, uel combuſtionis, uel ignis aut inimici: ſi à Ioue uel in domo eius, ratione ieiunij, uel faciendi romeriā, uel legis: aut propter res cognitas & obiter inuētas, aut gubernandi cura, uel fide habita deferenti. Si à Sole uel in domo eius, res eſt perdita ratione regis, uel ex uenādi ſtudio, uel diuinādi uel rebus occultis: ſi à Venere uel in domo eius, amiſſa eſt ratione potatiōis, iocationum, ludorum, cantationum: uel ex ſtudio uidēdi res pulchras & compoſitas, uel occaſione mulieris uidendę, alloquendę, & amplectendę. Si à Mercurio uel in domo eius, ratione ſcribēdi aut deferēdi chartas, uel legationem ſubeundi: ſi fuerit ſeparatus à Luna uel in domo Lunæ, amiſſa eſt ratione augmenti rei perditæ, uel diminutionis eiuſdem, uel nuncius ſiue ſeruus perdidit eam: ſi uerò dominus aſcendētis ſeparationem habuerit ab aliquo planeta, & ſi in domo alicuius planetæ, miſce ambas ſignificationes, & iudica ſecundū illam cōmixtionem. Et ſi quam harum ſignificationū habueris, & dominus aſcendentis ſeparās ſe ab illo planeta fuerit directus, dic q̄ ille qui perdidit moderatus erat in ſui natura et ſanº, ſine correptiōe ſomni, uel ebrietatis, & ſine turbatione memoriæ uel ſenſus alicuius. Et ſi ſignificator ille in ſua ſignificatiōe fuerit retrogradº, ille qui perdidit obrutus fuit ſomno uel ebrietate, aut anxius erat, uel conſiderabat, uel pro re aliqua quę memoriā & ſenſum turbaut ſolicitus erat. Etiam aſpice Lunam & conſidera in qua quadraginta octo formarum cœli ſit, & ſi fuerit circa horizontē, aſpice formā quæ aſcendit cum ea: ſi fuerit in medio cœli uel circa illud, aſpice formā quæ ſe oſtendit in medio cœli cum ea, & ſecundum illam formam iudica, & dic quòd res eſt in illo loco qui aſſimulatur illi formæ, aut in uaſe poſita aſſimili eidem formæ. Etiam ſi fuerint cum ea in horizōte uel in parte medij cœli, duæ harum formarum uel plures, miſcebis ſignificationes earū, & ſic dices quæ inde portendi uidebuntur. Item ſi res amiſſa fuerit animal & non homo, ſignificatio ſciendi locum in quo eſt & ſtatus eius, eſt ſicut ſignificationes dictæ de rebus inanimatis, niſi q̄ neceſſe eſt plura in animali inquirere, uidelicet ſi per ſe fugit, uel ſi quis ipſum abegerit,

rit, & si abierit uel uiuat, & mortis causam inuenire. Item si uolueris scire utrum aufugerit per se, aut aliqs ipsum acceperit, aspice, & si dominũ domus Lunæ inueneris separantem se ab aliquo planeta, dic quòd aufugit per se. Sed si dominus domus Lunæ non fuerit separatus à planeta, & alius planeta fuerit in separando se ab eo, dic quòd aliquis eum accepit & aufugit. At si dominus domus Lunæ non fuerit in aliquo horum duorũ quæ diximus, aspice ea in dominio secundæ domus, & iudica per ipsum sicut iudicasti per dominum domus Lunę, & separationes eius. Et si horum duorum nullam harum separationum inueneris, dic q̃ illud animal est in suo loco, & quòd non separauit se nec aufugit inde. Item si uolueris scire utrum obierit uel uiuat, aspice Lunam & si eam inueneris in applicatione domini suæ octauę, dic q̃ est mortuum: si uerò eam talem nõ inueneris, aspice dominum eius, & si eum inueneris applicantẽ domino suæ octauæ à Luna, similiter dic quòd est mortuum uel morietur. Sed si in aliquo istorum non inuenias applicationem, accipe significationem dño à secũdæ modo iam dicto.

De latrone & furto. Cap. XXXIIII.

IN præcedẽti capite docuim⁹ dominos sæpe sua austeritate authores esse fugæ seruorũ suorũ, etiã sępe id ipsum prouenire ex malitia & peruersitate eorundẽ fugitiuorum, nolentium obtemperare non adeò iniqua petentibus dominis, nec imperantibus nisi quod uel ipsi non ægrè essent facturi, si nullus præstò esset pecunia emptus seruus: de quorum natura & malitia altius in p̃senti capite repetere uisum est, propter eorum furaces mores & latrocinia sæpe cõmissa uel in proprios dominos, & heriles filios nihil tale de suis unquã expectãtes. Si enim ex uaria elementorũ cõmixtione uaria temperamenta proueniunt, & mores hominum sequuntur sua temperamenta, (ut inquit Galenus in illo opere cui titulus est de Temperamẽtis, & Quòd mores sequantur sua temperamenta) fatendũ profecto dubio nobis erit, simile quiddam accidere hominibus & cæteris animãtibus modò generosa edentibus modò infelicia, modò pulchra modò extrema turpitudine obducta, idq; propter iam dictam diuersitatẽ cõmixtionum causantium in corporibus diuersos motus, diuersos affectus, & sæpe cõtrarias qualitates. Et ne oratio lõgius progrediatur, si quis bene contemplet̃ semetipsum, & bene circũspiciat omnes sui corporis partes, inueniet hanc contrarietatem nõ minus in se quàm in cęteris corporibus ad sese nihil pertinentibus, & furculos syluestres subpullulare cùm in caudicibus arborum tum in ingenijs hominum etiam ex eadẽ schola, ne dicam parẽtibus, progredientium, & omnino contraria in diuersis ætatibus meditantium, dum modò præferũt honestatem & colunt, eandemq; mox uiuperãt & latrocinijs & furto dehonestãt. Quorum latrociniorum & furtorum noticiam ex hac celebri scientia si fortè noticiã habere cupias, & furtum quærere, diuidens primò quæstionẽ in suas partes, scito quòd ascendens est significator rei sublatæ, & septima domus significatrix latrõis, decima significatrix regis, & quarta significatrix loci in quo est res sublata: quorum significatiões accipies à dominis harum domuũ, & scies qualitates & status eorum. Item si inueneris in ascendente planetam peregrinum, pone eum significatorem latronis, maximè si fuerit dominus septimæ. Sed si nullus planeta fuerit in ascendente, aspice si qui sint in alijs angulis, in medio cœli uidelicet septima & quarta domo, & da significatorẽ latronis planetam qui ibi inuenitur, & iudica latronis formam & qualitatẽ secundum planetam suum significatorem, & locum in quo uersatur latro secundũ signum uersantis ibi planetę: ut si Saturnus fuerit in signo masculino (ut est Aries) & occidentalis, est latro uel fur senex, turpis coloris, rubeus trahens ad nigredinem, uel niger, ualdè amplæ frõtis ac turpis faciei, homo grossus & minimè subtilis: sed si fuerit in signo fœminino, est castratus aut uetula dotata moribus & signis modò dictis. Ad hæc si fuerit orientalis & in principio sui ortus, est puer referens formã senis, blandorum uerborum: si in medio sui ortus, est iuuenis habens formam senis: si in fine sui ortus, est senex. Item si Saturnus fuerit in Ariete, est ad iam dicta latro uocis rãcidæ, oculorum pardorum inter zarcos & nigros, altæ frontis & prominentis, faciei craſſæ & narium subtiliũ, & fortè raros habet capillos in mento, & capillos capitis crassos & duros & magnos, crura subtilia, & fatuus. Si Saturnus fuerit in Tauro, est ex demonstratione Saturni, amplæ frõtis, sonoræ uocis, & apicem narium grossum habet, turpis uultus, grossorum in capite capillorũ, in suis

in ſuis rebus inconſtans, quia non eſt firmus: craſſæ uertebrę in collo et ſpina, pedũ amplorũ, abiectus & triſtis uitæ, ſi Saturnus tactus fuerit ab aliquo infortunio. Si Saturnus fuerit in Geminis, eſt, ut ipſe monſtrauit, temperatorum morum inter prauitatem & manſuetudinem uerſantium, pulchrę uocis, boni conſilij, bonæ loquelæ, amplorum humerorũ, in cinctu ſubtilis, barbę communis, pulchrorum in capite capillorum, niſi fuerit caluus: et ſi fuerit caluus capilli ualdè erunt pulchri: eſt & profundarũ opinionum, & ſe ualdè æſtimat. Si Saturnus fuerit in Cancro, eſt, ut ipſe p ſe demõſtrauit, nigrorum oculorum ac ſubtilium, paruę faciei, amplæ frontis ac turpis, magni ſpacij inter oculos, ſiccorum membrorum, magnorum pedum, manuũ turpium, in ſua uariabilis uoluntate. Si Saturnus fuerit in Leone, eſt, ut ipſe demõſtrauit per ſe, macrę faciei, cauorum oculorum, obliuioſus, capite demiſſus, narium craſſarum, amplarum, ſubtilium capillorum, breuis colli & groſſi, brachiorũ & pectoris groſſorũ, ualidę uocis, coxarum mediocrium, pedũ talos habet ſiccos & prominentes, magni uentris, multorum capillorum in collo & humeris, audax, uirtutis magnę, multarum uocum, tragon. Si fuerit Saturnus in Virgine, eſt, ut ipſe per ſe demõſtrat, benignorum morum, magni capitis, manuum piloſarum maximè in ſummitate digitorũ & in brachijs, cõuertibilis in uoluntate ſua, profundarum opinionum. Si fuerit Saturnus in Libra, eſt, ut ipſe per ſe demonſtrat, amplı capitis, compoſiti & plani, prominentium narium, longi colli, nigrorum capillorum, ſubtilium crurium, curui capitis, ſpinæ in coxendice altæ, longorum digitorũ in pedibus, & cadunt ungues manuum ſæpe, & erit de bona progenie. Si Saturnus fuerit in Scorpione, eſt, ut ipſe per ſe demonſtrauit, longæ frontis & ſtrictæ, multorum & groſſorum in capite capillorũ, niſi forte tondeatur: magnorum pedum & humerorum ac turpium, & in colore eſt uiridis ſubcroceus, paruorum oculorum, parui corporis, longorum pedum, ceruicis altę & rigidæ. Si fuerit in Sagittario Saturnus, eſt, ut ipſe per ſe demonſtrauit, amplę frontis circa ſupercilia & ſuprà ſtrictę ac longę, amplarum narium, maioris uultus, longorum in capite capillorũ, colli uilloſi et craſſi, & ualdè curuæ ceruicis, aliquantulum deriſor, & multum piger. Si fuerit Saturnus in Capricorno, eſt, ut ipſe per ſe demõſtrauit, longę faciei & flauæ, blandi colli, acutę uocis, ſtrictæ frontis, pedum & manuum craſſarum, luxurioſus, niger, blęſus, groſſorum capillorum capitis, & manus habet hirſutas. Si Saturnus fuerit in Aquario, eſt, ut ipſe per ſe demonſtrauit, magni capitis cum oculis rotundis, ſubtilis faciei uerſus mentum, & amplę ſupernè, eius miniſterium in aqua eſt & humiditatibus, uel eſt nauta aut piſcator, uel fulloniam facit, aut natator eſt uel ſubmerſor, aut ꝗd huic aſſimilatur. Si fuerit Saturnus in Piſcibus, fortis & fortunatus & in proſperitate bonorum aſpectuum, eſt, ut ipſe per ſe demonſtrauit, homo bonę progeniei, & nobilis gentis, licet ipſe per ſe ſit malus: & ſi Saturnus fuerit debilis & in caſu ab angulo, uel infortunatus, aut in ſtatu prauo, eſt de numero illorum qui amiſerunt nobilitatem, & eſt malus in ſe repræſentans ſimilitudinem bõnorum morum, oculorum amplorum, inęqualium dentium, uelocis corporis, paucę loquelę, tragon longus, & cum lingua. Ad hęc ſi fuerit Luna in ſeptima, & habuerit multas dignitates in loco planetę peregrini, quem modò diximus aliquando inueniri in aſcendente, aut in aliquo angulorum, & fuerit fortunatus & in Ariete, habet pulchram notam in capite, caput & faciem pulchram: ſi cum illo in Tauro, nota & pulchritudo illa erit in collo: ſi cum illo fuerit in Geminis, nota & pulchritudo illa eſt in humeris & in brachijs: ſi cum eo fuerit in Cancro, ſplẽdor & pulchritudo illa erit in pectore & manib⁹: ſi cum eo fuerit in Leone, erit ſuper ſtomachum & uentrem: ſi cum eo fuerit in Virgine, erit in lateribus & ſpina: & ſi fuerit cum eo in Libra, erit in cinctu tendens ad os pubis: ſi in Scorpione, erit in coxendice; ſi in Sagittario, erit in coxis: ſi in Capricorno, erit in rotulis & illis adiũctis: ſi in Aquario, erit in tibijs: ſi fuerit cũ eo in Piſcibus, erit in pedibus. At ſi Luna uerſa fuerit uice infortunata, ſignificat turpitudinem & turpem, quam notã determinabis per membra & loca, ſicut in pulchritudine modò ſecimus. Item ſi planeta ille infortunij cauſa auctus fuerit in ſuo motu, auget ſignificationem illam: ſi fuerit auctus numero, erit turpitudo illa per augmẽtum maior in mẽbro, ſicut uerruca uel quid ſimile. Et ſi pla-

neta ille infortunij minuitur motu, significatio illa erit minor & debilior: si fuerit minutus numero, erit turpitudo illa de diminutione in membro: si planeta fuerit æqualis in motu sui medij cursus, erit signū illud æquale, non magnum nec paruum: si fuerit æqualis in numero, erit nota plana in superficie corij membri, nec alta nec profunda. Idem hoc eodem modo aspicies in planeta fortunante, animum adhibens in his notis & significationibus etiam in alijs, & nō solum in latrone. Similiter aspice si Luna fuerit in ascendente, & eodem modo iudica si cut feciſti in Ariete: si fuerit in secunda domo, iudica sicut iudicasti quando eam inueniſti in Tauro: & ita per hunc modū & ordinem iudica in quocunq; loco domorum eam inueneris, donec iudicium tuum uenerit in domo duodecima, sicut est in Piscib. Item si Luna in signo masculino fuerit, dic quòd nota illa est in parte dextra: si in signo fœminino, est in parte sinistra. Præterea si fuerit significator Iuppiter uice Saturni, significat quòd est alba cum croceitate: & si uir fuerit, significat barbam rotundam. Item si uir uel mulier nigrum habet lumen oculorum & paruum, est homo patiens & mansuetus, & de bona progenie & nobili. At si fuerit significator Mars uice Iouis, est flauus trahens ad rubedinē, faciei rotundæ & menti remissi, cōsiderationis acutæ, supciliorum arcuatorū, sicut cornua Lunæ, quorum extremitates applicant usq; ad nasum: subtiliorum capillorum, agilis in mouēdo se ad facta sua, audax & rigidus. Sed si Sol fuerit loco Martis, est albus, & est ibi aliquid bazi: faciei rotundæ, cātor aut diuinator, uel physicus, aut sartor pannorū. Si uerò Venus fuerit loco Solis, erit summa albedine tinctus, omniū macularū uestigiorum purus, honesti & decētis uultus & aspectꝰ, coloris inter albedinem & rubedinē mixti, aut (si magis placet) sanguinei, oculorū incredibili quadam figuratione & honesta compactione ornatorum, supercilioꝝ pulchrorum, palpebrarum honestarum, ciliorum quadam honesta & celebri reuerentia lumen oculorum dirigentium, & ut decet acuentium: non nimis longi neq; nimis depressi corporis sed mediocris, pulchri ad honestatem apprimè facientis motus, omni moderatione & institutione factorum referentium incredibilem quandam à natura ingenitam māsuetudinem, & quam non modò honesta, proba, syncera, clara, & docta facta sequuntur, sed & omnes cumulatim uirtutes ibi conuenisse uidentur, & indidisse uim mirabilem conciliandi istis duobus, factis scilicet & dictis, amorem & beneuolentiam semper summa honestate prędita: magnarū (ut ita loquar) ancharum & natium ad deformitatem nulla in parte tendentium, & ani non inhonestè magni. Si autem uice Veneris fuerit ibi Mercurius, est macri cōsumptę carnis corporis, barbæ non crispę sed planę, iacentis, protensæ, & paucæ: macram sine tegmine & lęuem primo aspectui macer ipse offert carnem, mixtum decēti rubedine albus circumfert colorem, & est faciei non inconuenienter rotundæ, nec carnosi si contemplatur est corporis sed subtilis, & elocutionis garrulitatē nescio dicam superantis, at multæ & impetuosæ. Adhęc si Luna fuerit ibi aucta, erit iuuenis: si deficiens, erit senex: si fuerit in primo medio mensis ante oppositionē, est albus: si in secūdo medio, est rubeus & subtilis. In summa in quolibet horum planetarum miscebis significationem cum natura signi in quo inuenit, sicut in Saturno feciſti: ut si inueneris planetā qui fuerit in ascendente aut dominum medij cœli infortunatos, & eorum infortunij author fuerit Saturnus, dic quòd latro capietur: & si Saturnus tardi fuerit motus & in signo fixo directarum ascēsionum, morabitur diu in carcere: item si aspexerit eum dominus domus mortis, in illo carcere morietur. At si infortunij causa fuerit Mars loco Saturni, & fuerit dominꝰ domus mortis uel eius particeps in domo mortis, & fuerit dñs domus planetæ significatoris latronis in signo inciſorum membrorum, interficietur latro: et si Mars & Saturnꝰ infortunio afficiāt eum, latro capiet & affligetur pœnis quæ effusionem sanguinis inferunt. Et si in illo tempore fuerit Saturnus, sicut diximus, tardi motus, diu morabit in carcere: quibus si adiūgant significatores mortis stabiles & apparentes, sicut diximus, morietur ex illis pœnis in carcere uel ex lāguore. Sed si planeta peregrinus existens in ascēdēte fuerit fortunatus, latro sanabitur & euadet: maximè si author infortunij fuerit dominus medij cœli, aut dominus domus Solis: & si aliquis horum fuerit ille fortunator, erit euasio eius à rege uel à suis primatibus: & si fortunator ille fuerit dominus undecimę,

erit

erit euaſio eius per amicos domini rei ſubla
tę,uel per ſatellites regis: ſi uerò fortuna-
tor ille fuerit dñs duodecimæ, euaſio erit
per inimicos domini rei furatę:ſi autem for-
tunator ille fuerit dominus aſcendentis, e-
rit euaſio eius per ipſum dominum rei fura
tæ: ſed ſi fortunator ille fuerit dñs ſecun-
dę,erit euaſio per ſatellites domini rei fura-
tę & ſuum habẽte,id eſt,cenſum:& ſi fortu
nator ille fuerit dominus tertię, erit euaſio
per fratres domini rei furatæ, uel eius ami-
cos,aut propter pietatem quam de ipſo cõ
cipiẽt: etiam ſi fortunator ille fuerit dñs 4.
erit euaſio per parentes domini rei furatæ,
aut per eius hęreditates uel res antiquas: ſi
fortunator fuerit dominus quintę, erit eua
ſio per filios domini rei furatę, aut per xe-
nia uel ſeruitia: ſi fortunator fuerit domin⁹
ſextę, erit euaſio per ſeruos aut infirmita-
tes uel beſtias quadrupedum:ſi fortunator
fuerit dominus ſeptimę, erit euaſio per mu
lieres, uel eius mercatores, aut debitores
uel fideiuſſores,aut tales domini rei furatę,
uel p aduerſarios eius: ſi fortunator fuerit
dominus octauæ, erit euaſio mortis ex oc-
caſione uel hæreditate mortuorũ, aut per
ſatellites aut cõtrarios mulieris domini rei
furatę:ſi fortunator fuerit dominus nonæ,
erit euaſio eius per fugam aut itinera ſiue le
gem. Itẽ ſi planeta exiſtẽs in aſcendẽte nõ
aſpexerit dominũ domus ſuę,nec dominus
ſuę domus eum, nec Luminarium aliquod,
nec Luminaria ſe mutuò, & ſi ſignificator
ipſe latronis remotus fuerit ab aſpectibus
Luminariorum & dñi domus in qua eſt, &
fuerit idem ſignificator in aliquo locorum
non aſpicientium aſcendens, factum & res
illa latronis diſſimulabitur nec manifeſta-
bitur: ſed ſi domin⁹ loci ſignificatoris aſpi
ciat Luminaria uel eorum alterũ ab aliquo
angulorum, res & furtum illud cooperien-
tur tempore aliquo, & poſtea detegentur
& fient manifeſta:at ſi ſignificatorem latro
nis aſpexerit dominus ſuus, & duo Lumi-
naria ſe aſpexerint mutuò ambobus aſpici
entibus ſignificatorem, & maximè ſi am-
bo aſpexerint aſcendens, res & furtum il-
lud fient manifeſta & detegentur: etiam ſi
maior pars horum aſpectuum fuerit ab an-
gulis,res & furtum illud erit ualdè manife-
ſtum & diuulgatum: & ſi maior pars horũ
aſpectuum fuerit in cadentibus ab angulis,
res illa detegetur & apparebit, nec tamen
multũ manifeſtabit. Porrò ſcito q̃ ſignifi-
cator latronis eſt planeta pegrinus exiſtẽs
in aſcendente, & ſi nullus in aſcendente fu
erit, accipiet̃ ille planeta pegrinus qui inue
nitur in medio cœli: & ſi nec hîc aliq̃s fue-
rit, eſt planeta exiſtens in domo 7. ſi uerò
nec hîc q̃s inuenit̃, planeta erit peregrinus
exiſtens in ſecunda:& ſi nec hic planeta fu
erit,erit dominus ſeptimę. Adhæc ſi uolue-
ris ſcire ſi latro eſt unus uel plures,aſpice ſi
gnum in quo eſt planeta ſignificans furtũ,
& ſi fuerit in ſigno fixo, maximè directa
rum aſcenſionum & paucorum filiorum et
cum paucis formis, ſignificat quòd unicus
& non plures: ſed ſi ſignum illud planetæ
fuerit de ſignis duorum corporũ, aut mul-
torum filiorum uel multarum formarum,
ſignificat quòd latrones fuerunt plures u-
no: quod certius & uerius fiet,ſi inueneris
in loco planetæ qui ſignificauit furtum,
multos peregrinos planetas. Porrò ſi uo-
lueris ſcire utrum latro ſit in uilla uel exi-
uerit de illa, aſpice planetam qui ſignifica-
uit furtum, quem ſi inueneris in principio
ſigni exeuntẽ de uno ſigno & aliud ingre-
dientem, ſignificat quòd modò exit de uil-
la:ſimiliter ſi eum inueneris ſub radijs exe-
untem:etiam ſi hoc modo inueneris aliquẽ
planetam habentem dignitatẽ in loco ſig-
nificatoris latronis, aut ſi idem planeta ha-
bens dignitatem ſeparauerit ſe à domino
aſcendentis, & applicuerit alicui planetæ
exiſtenti in octaua uel ſexta aut duodeci-
ma, ſignificat quòd exiuit de uilla. Etiam
ſi inueneris ſignificatorem latronis uel ei-
us dominum in aliqua quarta figuræ, & ſi-
gnificatorem rei furatæ in alia quarta, dic
quòd exiuit de uilla:ſimiliter ſi eum inuene
ris cadentem ab angulo,& nõ aſpicientem
ſignificatorem rei furatæ, dices quòd exi-
uit de uilla. At ſi ſignificator latronis fue-
rit cum ſignificatore rei furatæ in una quar
ta, dic quòd eſt ſolus in aliqua uilla. Item
ſi tu uolueris ſcire ad quam partem ten-
dat poſtquam exiuit de uilla, aſpice plane-
tam qui ſignificauit exitum eius de uilla,
uel moram, in quo ſigno ſit: & ſi fuerit in
ſigno igneo, dic quòd eſt in parte orientis
ſi fuerit in uilla, uel quòd cepit iter uerſus
partes orientis ſi eſt foris: ſi in ſigno a-
queo, eſt in parte ſeptentrionis: ſi in aẽ-
reo, eſt in parte occidentis: ſi in terreo, eſt
in parte meridiei. Similiter quoq; aſpice in

qua quarta est ex quartis cœli: & si eum in ueneris in quarta orientali, dic quòd est in parte orientis: si in occidentali, dic quòd est in parte occidentis: si in meridionali, dic quòd est in parte meridiei: si in septentrionali, dic quòd est in parte septẽtrionis. Pars orientalis est à medio cœli ad ascendens, occidentalis ab angulo terræ ad septimam, septentrionalis ab ascendente ad angulum terræ, meridionalis à septima ad medium cœli. Misce ergo significationem signi cum significatore quartæ, & iudica iuxta illud, & certificaberis adiuuãte Deo. Præterea si uolueris scire domum in qua est, & eius signa, & in qua parte domus est res sublata, aspice signum in quo est significator latronis in qua parte cœli sit, & dic quòd res est in illa parte uillæ: & si fuerit in ascendente, est in puncto orientis: si in septima, est in puncto occidentis: si in medio cœli, est in puncto meridiei: si in angulo terræ, in puncto septentrionis: si in secunda domo, à dextra orientis: si est in duodecima, à sinistra orientis: si in undecima, à dextra meridiei: si in nona, à sinistra meridiei: si in octaua, à dextra occidentis: si in sexta, à sinistra occidentis: si in quinta, à dextra septẽtrionis: si fuerit in tertia, à sinistra septentrionis. Ad hæc si cupias scire ianuam domus in qua parte sit, aspice in quo loco est Luna ex angulis succedentibus & cadentibus, & iudica sicut diximus in iudicio de parte domus, accipiendo eam à signo in quo est significator furti, & in qua parte sit ianua accipies à signo in quo est Luna uno modo. Et si signum in quo inuenitur Luna, est fixum, dic quòd domus non habet nisi portam unam, & quòd illa est super terram. Sed si illud signum fuerit mobile, dic quòd illa ianua est sublimis super terram, & quòd quodammodo est in aliquo diminuta. Præterea si Saturnus aspiciat signum illud, dic quòd ianua fracta fuit & postea restaurata, uel ꝙ est nigra. Sed si in hoc aspectu Mars fuerit uice Saturni, dic quòd in ianua illa est signum igneum uel ex combustione. Etiam si Mars & Saturnus fuerint in hoc aspectu aspicientes signum illud amicè, dic quòd ianua est ferrea uel maior pars ei⁹. Ad hęc si Luna fuerit infortunata, ianua est rupta uel fracta. Et si Luna fuerit pauci luminis, domus illa nõ habet ianuam de foris apparentem. Insuper si quando scire cupias domum in qua est latro, da locum Solis domui in qua est latro, & Lunam loco ianuæ domus, & si Sol fuerit in signo orientali, dic quòd domus est à parte orientis, à magistro qui in tali casu aspicit. Adhæc si scire cupias in quo loco sit res furata, accipe significationem à loco in quo est significator latronis, & à loco domini quartæ, & si ambo fuerint in una significatione concordes, bene res habet: si non, aspice id quòd significat dominus quartæ, & iudica à loco suo locum rei furatæ, qui si fuerit in signo mobili, est in loco sublimi: si in fixo, est in terra: si in communi, est in loco tecti: & confirma hęc iudicium capiendo similiter à formis signorum. Porrò si uolueris scire formam domus intrinsecus, aspice locum Solis, & ab eo scies formã loci discooperti domus: ut à Lunę loco cellariũ & locum ubi seruat aqua, & puteum: à loco Veneris, locum iocorum & mulierum: à loco Mercurij, locum cellarij ubi gubernantur libri & chartæ: à loco Saturni, locum obscurũ domus, cameram cælatam & subterraneam, & loca fœtida: à loco Martis, coquinam & locum ubi accẽditur ignis, & ubi solita sunt iugulari animalia & occidi: à loco Iouis, locum baronis ubi stare consueuit, & meliorem aulam domus: à loco capitis Dracõis, locum in quo est podium altum ad sedendum, aut sella uel scamnum siue scala ad ascendendum: & à loco Caudæ, locum in quo est lignum extensum siue columna, & locum ubi domestici domus animalia sua nutriunt. Ad hæc si Mercurius fuerit in signo communi, dic quòd in cellario est alia camera: & si in signo mobili, dic quòd in cellario est alia camera super ipsum: & si in signo fixo, dic quòd cellarium est una domus non habens solarium, nec aliam cameram: & ita hoc modo dices de locis aliorum planetarum in qualibet re secundum significationem suæ domus. Item si inueneris Venerem & Iouem in medio cœli, uel alterum eorum, dic quòd in illa domo est cors pulchra: si autem Saturnus fuerit in medio cœli, in discooperto illius domus est fouea uel puteus aut locus profundus: si Mars fuerit in medio cœli, dices quòd in illo loco discooperto domus est locus ad accendendum ignem, aut macellum: si Mercurius fuerit in medio

dio cœli, dices quòd in loco diſcooperto domus eſt locus in quo reſeruantur res familiares, aut animalia ſtabulantur: ſi Sol fuerit in medio cœli, dic quòd in loco diſcooperto eſt podium ad ſedendum aut ſella aut ſcamnum aut lectus: ſi Luna fuerit in medio cœli, dic q̃ in corte domus eſt ianua ſubterranea, uel res alia aliqua domeſtica, ſicut furnus uel molendinum uel quid ſimile. Porrò ſi ſcire cupias quid ſit furatum, aſpice Lunam, & ſi inueneris quòd Venus ſit domina gradus termini Lunæ, & Sol aſpiciat Venerẽ, dic quòd res furto ſublata eſt moneta auri, uel aurum picturatum, aut panni aurati, uel q̃ aſſimilat̃ pãnis nobiliũ, granatis & diuerſarũ tincturarũ coloratis. Sed ſi dña termini fuerit Venus aſpiciens Lunam, dic quòd res furata eſt argentum figuratum, aut pulchri panni pulchris coloribus colorati, ſicut panni ex bombice aut lino, uel quod his aſſimilatur, & expannis qui fiunt ex eo quod naſcitur in terra, ſicut linum, canabum, & bombix. Et ſi Venus fuerit domina termini, & aſpexerit eã Mercurius, dic quòd eſt res figurata, aut pãni facti ex animalibus, ſicut ſericũ aut lana uel q̃d eis aſſimilatur, aut res quę facta fuit magna induſtria uel per Geometriam. Etiam ſi Venus fuerit domina termini, & Mars aſpexerit eam, dic quòd eſt res in qua factæ ſunt figuræ horribiles: aut res facta per ignem uel ferrũ, aut quid ſimile. Etiam ſi Venus fuerit domina termini, & Saturnus aſpexerit eam, dic quòd eſt res antiqua in qua factæ ſunt figuræ antiquæ debilitatæ propter ſenectutem, & colores deletos, uel res facta de petra aut terra, uel quid ſimile. Etiam ſi Venus fuerit domina termini, & Iuppiter aſpexerit eam, dic quòd eſt res figurata & picturata ex ijs quæ fiunt in pellibus animalium, uel quod huic aſſimilatur. Sed ſi dominus termini Lunæ fuerit Mercurius, dic quòd ſunt libri: & ſi Sol aſpexerit Mercurium, dic quòd libri legum aut ſtatutorum gentium, & quod forte aliqua res ibi ſcripta eſt auro, uel aurum in aliquo loco libri. Etiam ſi fuerit Mercurius, & Luna aſpexerit eum, dic quòd ſunt libri magiſtrorum ac rationum dandi uel accipiendi, & agriculturæ, & ſimile: & quòd forte aliquid argenti continebat, uel erat ſcriptura ex argento. Etiam ſi fuerit Mercurius, & Venus aſpexerit eum, dic quòd ſunt libri & res in quibus ſunt figuræ & picturę compoſitæ, & quòd forte eſt ibi aurum & argentum. Sed ſi Sol & Iuppiter aſpexerint Mercurium, dic quòd ſunt lapides precioſi & regales, uel quibus ſe ornant mulieres, uel res odorifera, ſicut muſcus, ambra, lignum aloës, & ſimile. Et ſi fuerit Mercurius, & Mars aſpexerit eum, dic quòd ſunt uaſa argentea, in quibus ſunt picturæ & ſcripturæ factæ de coloribus uermiculatis, & ſimile. Et ſi fuerit Mercurius, & Iuppiter aſpexerit eum, dic quòd ſunt libri orationum & unitatis ac legis, uel in quibus ſunt hiſtoriæ iuſtorum hominum. Et ſi Saturnus aſpexerit eum, dic quòd ſunt libri incantationum & coniurationum & mendacium, uel forte aliquod uas ferreum aut lapideum in quo ſunt ſcripturæ. Et ſi fuerit Mercurius, & Venus & Mars aſpexerint eum, dic quòd eſt inſtrumentum iocatoris, ſicut leucum, bocca, tubę, tympanum, & ſimile: aut uaſa uel cyphi quibus bibitur uinum, uel ſimile ex uaſibus & uino: aut forte ipſummet uinum, uel ſimile. Et ſi fuerit Mercurius, & Venus & Iuppiter aſpexerint eum, dic q̃ eſt ornamentum mulierum, & de ueſtibus ſplendidis & odoriferis, aut quid ad comptum faciens, ſicut faire, auricherij, & res tales. Et ſi Mars aſpexerit eum cum illis, eſt uas nobilis eris, in quo ſunt pulchræ picturæ & figuræ, & cuiuſmodi reges & clari homines ſolent uti. Et ſi Sol cum Marte aſpexerit eum, ſunt arma regum, & apparatus belli, uel quod his aſſimilatur. Et ſi Mars aſpexerit cum Luna, eſt ſimiliter inſtrumentũ aptum bello. Et ſi Iuppiter aſpexerit cum Marte, eſt ex armis qualia magni & ſtrenui homines ſolẽt poſſidere, ac de lege: aut res facta ex ferro uel ære, aut facta per ignẽ, & apparatũ nauis. In ſumma hoc modo miſcebis uirtutes aſpicientium planetarum & ſignorum, quando multi ſunt ſecundum demonſtrationes ſpeciales, id eſt, quando aſpiciens fuerit unus. Item ſi Saturnus fuerit domin⁹ termini Lunæ, eſt res terrea, uel de terra facta, aut lapide aut ferro. Sed ſi aſpexerit eum Luna, eſt inſtrumentum quod fit per aquam, aut ad arandum aut ſimile. Si uerò aſpiciens fuerit Sol, eſt de rebus quas conſueuerũt reges circumferre. Si autem aſpiciens fuerit Mars, eſt de rebus quę faciunt ad coquinas, balnea, uel fumos, aut ad itinera. & ſi aſpiciẽs fuerit Venus, eſt res leuis ſicut calciamẽtũ uel ſimile. Si aſpiciẽs fuerit Mercuri⁹, ſunt ſagittę, uel

inſtru

instrumenta uenatica, & mortifera, uel simile. At si Iuppiter fuerit dominus termini Lunæ, est substantia congregata, aut instrumenta facta ex corio, grossi operis, & res quas solent tenere aduocati iudicantes. Et si Sol aspexerit eum, dic quòd pertinet ad reges, uel instrumentum regale, aut animalia nobilia. Et si aspexerint eum Luna, est quoddam commune, & cuiusmodi solitæ sunt habere gentes, uel instrumẽta quæ consueuerunt habere homines in ferenda recta iudicia, uel quòd his assimilatur: aut animalia quæ sunt ad seruitium hominis, sicut uaccę, pecudes, & quod his est simile. Et si Saturnus aspexerit eũ, est quoddam uile, uel pelles animaliũ, aut instrumenta ad arandum, uel animalia minuta, aut ueteramentum corruptum, aut membrum animalis, sicut marsi: uel funis factus de capillis, aut lana: uel pluma, uel chordæ factæ de intestinis pro instrumentis & pro alijs rebus, uel aliquid simile ex ijs quæ fiunt ex animalibus. Et si Mars aspexerit eum, sunt arma Christianorum euntium ad destruendum inimicos Dei. Et si Venus aspexerit eum, sunt instrumẽta pulchra & cõposita, quæ homines ſsolent facere in memoriã rei bene gestæ, & quòd sint eorũ q piè uiuunt. Et si Mercurius aspexerit eum, est conditionis libri, aut scripturarũ legis, uel simile. Sin uerò Mars fuerit dominus termini Lunæ, est instrumẽtum ferri, uel arma, aut res facta per ignem. Et si Sol aspexerit eum, est de armis regum, uel res aliqua qua in coquinis utuntur. Et si aspexerit eum Luna, est de armis populi, aut instrumentum ad litigandum, & de rebus quas solent habere nuncij & cursores. Et si Venus aspexerit eum, est res composita in qua sunt figuræ pulchræ & depictæ. Et si aspexerit eũ Mercurius, est de instrumentis missilibus, & de his quæ fiunt ad expugnandum castra, uel simile. Et si Saturnus aspexerit eum, erunt hastæ, balistæ, aut arcus, uel quod his assimilatur. Et si Iuppiter aspexerit eum, est de rebus quas soliti sunt manibus tenere firmas & fixas, sicut loricæ, scuta, targæ, & his similia. In summa quicunq; planeta dominium termini Lunæ habuerit, si aspexerit illum suum terminum, res quam significauit, erit bonę conditionis in sui ratione: & si fuerit orientalis, res illa quam significauit erit noua: si occidentalis, antiqua qualitercunque incipiat eius destructio: si fuerit in statione prima uel in secunda, erit res illa mediocris inter nouam & antiquãs si fuerit directus, erit æqualis in sua forma, integra & sanæ: si fuerit regradus, erit torta in sua forma, uel erit in ea fractura uel macula ex ratione tortuositatis, aut erit ab eo diuersa quod esse debet secundũ formã suam: si fuerit cadens ab angulo, erit debilis conditionis & non bene facta: si fuerit in succedenti, erit mediocris inter fortitudinem & debilitatem, & inter beneficium & quod non est bene factum: si fuerit fortunata, erit res illa integra, sana, & utilis: si fuerit infortunio affecta, erit turpis & damnosa, aut est in ea uitium aliquod: si fuerit in suo casu de domo uel exaltatiõe, erit res illa non conueniens suæ naturæ, uel erit in ea accidens aliquod damnans eam: si fuerit in diuerso statu ab eo q̃d dixi de aspectu sui socij, erit iudiciũ diuersum à iudicio quod diximus in aspectu. Similiter considera dominum horæ, & accipe testimonium eius sicut accepisti à domino termini Lunę, in sua directione, & in omnibus statibus suis, secundum quod inspexisti in domino termini Lunæ. Etiam aspice applicationem domini ascendentis ad dominum termini Lunæ, uel ad dominum secundæ domus, uel q ipsi applicent ei: quia quando applicat uni eorum uel ambobus, et Luna applicet ipsis ambobus uel domino domus suæ, aut Sol applicet domino domus suæ, Luna existẽte lumine diminuta, & quòd omnes applicẽt Soli (intellige aũt dominũ domus suę, & dominũ termini Lunæ, & dñm domus Solis) quoniam omnes status isti significãt quòd res furata inuenitur, & maximè si planeta significator fuerit in angulo succedenti. Etiam si dominus termini Lunæ, uel dominus domus Lunę, aut dominus secundę domus applicuerit domino ascendentis, recuperabit rem illam dominus ei. Etiam si Luna uel dominus ascendentis applicuerit ad ascendens, uel unus eorum applicuerit ad dominum secundæ, uel ad dominum termini Lunę, aut ad dominum domus Lunę, dominus rei furatæ inueniet furtum per inquisitionem & celeritatem ingenij. At si dominus domus Lunæ, & dominus termini Lunæ, ambo diminuti fuerint motu uel numero ex parte maiori & non in toto, & infortunia aspexerint ipsos ambos, & significatio fuerit quòd res furata reuertetur ad dominum suum, dic quòd non recuperabi-

tur

tur tota, ſed maior eius pars perdetur: ſed ſi damnātia infortunia fuerint minori ex parte ſignificatorū, dic quòd deperdet parum de ea: & ſecundū ꝙd uideris damnantia pauca uel multa, iudicabis in re furata. Itē ſi uolueris ſcire damnum rei perditæ, & quantū poſſit recuperari, aſpice planetam qui ſignificauit quòd una pars recuperetur & altera perdatᷣ, & eius naturam, & naturā ſigni in quo eſt, & in quo loco figuræ, & miſce hæc omnia teſtimonia, & accipe quod perditum & diminutum eſt de re illa, ſecundū quod tibi diximus in ſciendo materiā rei furatę cuiuſmodi ſit: & ſi dominus termini Lunæ, & dominus domus Lunæ, fuerint aucti motu & numero, & liberi ab infortunijs, & habueris ſignificationes quòd res furata recuperetur, dic quòd tota recuperabitᷣ integra & ſana, & quòd nihil minuitur de ea. Sed ſi uolueris ſcire quo tempore recuperetur res furata, aſpice duos planetas applicantes, qui ſignificauerunt per applicationē ſuam recuperationē rei, & numera quot gradus ſint ab uno ad alterum horarum, dierū, hebdomadarum, menſium uel annorum: quod determinabis illo modo aſpiciendo ad loca in quibus ſunt applicantes prædicti, & ſi fuerint in ſignis mobilibus magis erūt hebdomadæ & menſes: ſi in ſignis fixis, erit illa ſignificatio anni. Quod certius facies petē do indicium à loco ſignificatorum, qui ſignificauerunt quod recuperabitur cito furatum. Nam ſi ſignificatores illi fuerint in cadentibus ab angulis, ſignificat quod cito recuperabitur: ſi fuerint in angulis, ſignificat mediocritatem, hoc eſt, quod non recuperatur cito nec multum tardatur. Quod huic capiti ſolum conuenit, huiuſq; propriū eſt iudicium, & non alijs commune. Similiter pete à corpore Lunæ, & à corpore domini aſcendentis: quoniā ſi quando unus iſtorū applicuerit corporaliter planetę qui ſignificauit recuperationē rei furatæ, tunc recuperabitᷣ. Similiter ſi quando ſignificator applicuerit corpore ad unū eorū, eſt terminus recuperationis. Et ſi eadem applicatio ſignificatoris fuerit per retrogradationē, illa recuperatio erit ſubitanea nec ſperata. Sed ſi applicatio illa fuerit per directionē, recuperatio erit ante in ſpe & ſuſpitione recuperandi, antequam recuperetur. Aſpice ſimiliter quando dominus termini Lunæ applicuerit ad ſuum terminum, & quando dominus domus Lunæ applicuerit ad ſuā domū, & quando dominus domus ſubſtantiæ applicuerit ad domum ſuam, & quando quilibet eorum applicuerit ad aſcendens: quoniam omnia hæc ſunt tempora in quibus recuperationis fiduciam habere debemus. Aſpice ſimiliter ſi pars fortunæ habuerit aliquod teſtimonium cum domino aſcendentis uel cum Luna: quia quādo applicuerit alicui eorum, uel aliquis eorum ipſi, aut dominus domus Lunæ ipſi Lunæ, ſimiliter ſunt tempora de recuperatione ſperanda. Etiā ſi quando dominus partis fortunæ applicuerit ad aſcendens, uel ad ſecundam domum, aut ad locum in quo erat ipſa pars fortunæ ad Lunam, ſimiliter ſignificantur tempora recuperationis. Aſpice ſimiliter quot gradus ſunt à planeta qui ſignificauit recuperationem, uſq; ad angulum ad quem primitus uadit: & ille numerus graduū eſt tempus recuperationis. Haly author huius libri olim interrogatus ſuper re quam quęſiui, & inueni quòd aſcendēs erat Leo & Venus in eo, & dixi quòd res illa eſſet in lecto ſub ſtragulis: quia Venus erat in aſcendente, & ſignificatrix lecti: quod & tu conſidera & iſto modo iudica. Porrò ſi uolueris ſcire domum in qua eſt latro, da locum Solis domui in qua eſt latro, & Lunā loco ianuæ domus, & ſi Sol fuerit in ſigno oriētali, dic quòd domus illa eſt in parte orientis à magiſtro, ſcilicet iudicante. Item ſi uolueris ſcire locum in quo eſt res furata, accipe hanc ſignificationem à ſignificatore latronis, & à domino quartæ, & ſi ambo concordauerint bene res habet: ſin autem nō, iudicabis per dominū quartæ, & de eius loco dic locum ubi eſt res furata: quoniam ſi dominus quartæ fuerit in ſigno mobili, res eſt in loco ſublimi: ſi in fixo, eſt in terra: ſi in communi, eſt in tecto. Idq; certius tibi facito à forma ſigni, quia ſi ſignum illud fuerit igneum, eſt locus ubi ſolitus eſt ignis accendi: ſi aqueum, eſt locus circa aquam uel ubi ſeruatur aqua: ſi terreum, eſt in podio uel in loco ubi laboratur domus: ſi aēreum, eſt in loco aperto in quo non eſt aqua nec ignis. Etiam aſpice ſignificatorē latronis, & ſi dederit alteri planetę uim ſuam, res furata exiuit de poteſtate latronis: ſed ſi nulli uim ſuā dederit, remanſit in ſua manu. Etiam aſpice dominum termini ſignificatoris latronis, et per eum iudica ſtatum latronis: quia ſi adfuerit infortunium & in termino fortunæ, eſt uilis progeniei, nunc tamen in bono ſtatu: ſed ſi adfuerit fortuna & in termino fortunæ, dic contrarium. Dicitur etiam quòd do

minus secundæ est significator totius substantiæ quærẽtis, tam furatæ quàm alterius melioris sortis: tamen dominus termini Lunæ est significator substantiæ furatæ modò recuperandæ. Quãdo ambo Luminaria se aspiciunt ab angulis, significant recuperationem rei furatæ, tardè tamen & cum labore & molestia: significãt etiam quòd qui fecerint furtũ sunt plures uno. Etiam si aspectus Luminarium fuerit de tertio, significat quòd facilè & cito recuperabitur res furata. Similiter si Luna fuerit in ascendẽte cum aliqua fortunarum, significat recuperationem rei furatę. Sed si Luna fuerit combusta sub radijs, significat quòd furtũ & res perdita non recuperabitur: & si fortè recuperetur, erit cum magno labore ac molestia. Similiter si ambo Luminaria fuerint sub terra, significant quòd non recuperabitur: sed si fuerint in decima, significat q; recuperabitur facilè & cito: at si fuerint cum Luna in termino suo in decima, uel eam aspiciant, significat quòd cum molestia recuperabit̃ & labore: sed si Luna fuerit sub radijs antequam appareat, significat quòd non recuperabitur. Etiã si ambo Luminaria fuerint ascendenti propinquiora quàm alteri aliorum angulorum, significat quòd recuperabitur res furata cum labore, rixis, anxietatibus, angustijs, timoribus magnis, ac interfectionibus. Dorotheus dicit: Quando Sol est in ascendente, res furata recuperabitur, nisi ascendẽs illud Aquarius uel Libra sit. Etiã si res furata fuerit & perdita, & Luna in ascẽdẽte et Iuppiter cũ ea, reperiet̃: et si Luna fuerit hora quæstiõis in angulo terræ in signo communi, latrones plures sunt uno: si fuerit in aliquo angulorum istorum in signo fixo, est unus tantum. Etiam si ascendens fuerit masculinus, & dominus horæ masculinus, latro est masculus: sed si ambo isti fuerint fœminini est fœmina. Rursus si ascendens fuerit masculinum & dominus horæ fœmininus uel contrà, latrones sunt uir & mulier. Scias quòd Græci dicũt in sua lingua Soli Neuem, & hoc uerbo Neuẽ tria significãt, diuinare, uenari, & splendere: & hoc significat claritatem & puritatem rei, et perditionẽ rei uenatæ, & diuinationẽ seu manifestationem rei. Similiter dicitur in libris antiquis: Si Sol aspexerit, detegit: si nõ aspexerit, cooperit & occultat.

De duorum litigantium victoria. Cap. XXV.

HOminum cupiditas quia nunq; quiescit, raroq; moderatur, & sæpe quærit̃ super re cupita & litis victoria, da ascendens & dominum eius ac Lunam quærenti, septimam domum & eius dominum ei cum quo cõtenditur, & si unus significatorũ applicet alteri de sextili uel tertio, conuenient inter se & habebũt pacem, antequam ueniant ad manus & ad rixas: sed si applicatio fuerit de quarta uel oppositione, non erit pax inter eos nisi post manuum consertionem & rixam. Etiam si coniuncti fuerint in uno signo inter se, absq; mediatore conuenient: sed si dominus domus decimæ applicuerit ad eos, antequam unus eorum applicet alteri, non concordabunt neq; pacem habebunt, donec negotium perueniat ad regem. Etiam si Luna detulerit lumen unius ad alterum ipsorum, concordia erit per nuncium intercedentem inter eos. Postmodum aspice loca domini ascendentis et domini septimæ, et uirtutes eorum, quoniã hinc significationem habebis cognoscendi fortiorem eorum, et illum qui uincet: nam ille uictor erit et potentior, cuius significator fuerit in angulo, et qui eorum fuerit receptus plurales auxiliatores habebit. Ptęterea scito quòd initiũ pacis et conuenientię ueniet à planeta qui alteri planetæ uim suam dederit, uel à faciliori eorũ, aut ab eo qui cadẽs fuerit ab angulo. Etiam scito quòd dominus septimæ quando in ascendente est, potẽtiã significat quęrentis: at dominus ascendentis quando est in septima, significat cõtrariũ: quoniam assimilatur remissio uicto. Etiam quando unus significatorum retrogradus est, significat debilitatem, metũ, cõfractionem, ac mentiri super quærentem. Etiam si dominus septimæ retrogradus fuerit, portendit debilitatem ei cum quo cõtendit. Et si dominus medij cœli aspexerit illũ retrogradum eorum, significat quod iudex malefaciet domino illius significatoris, & quod rixa & altercatio prolongabitur multum. Etiam si hi duo significatores, dominus ascendentis et dominus septimę, separauerint se, unus scilicet ab alio, significat quod multum prolongabitur rixa & altercatio. Insuper scito quòd si aliquod Luminarium applicuerit alicui significatori duorum, aut si unus eorum sit in aliqua domo Luminarium significat quod dominus illius significatoris uincet et habebit maiorem potentiam. Etiam quando dominus ascendentis applicat domino medij cœli, significat quod quærens petit auxilium à rege, et societatem cum eo init: et si dominus medij

nus medij cœli applicuerit domino aſcendentis, iuuabit eum liberè & ſine petitione. Etiam ſi dominus ſeptimæ applicuerit domino medij cœli, altercator uel aduerſarius iuuabit & ſocietatem habebit cum rege. Etiam ſi dominus medij cœli applicuerit domino ſeptimæ, rex iuuabit aduerſariũ ſine petitione ullius. Porrò ſi quãdo hos ſtatus unius contra alterum uideris, nec habueris ſignificatorem cõcordiæ, ac intellexeris q̃ non habeant pacem nec conuenientiam, aſpice regem uel eum qui non uult placari, & iudica inter eos à domino medij cœli: etiam uter duorũ ſignificatorũ aſpiciat dominum aſcendentis uel dominum ſeptimæ, & iudica quòd rex uel iudex iuuabit, & ſtabit à parte domini ſignificatoris illius, quẽ aſpicit dominus medij cœli. Etiã ſi in medio cœli fuerit planeta peregrinus aſpiciens ſignificatores, domino medij cœli non aſpiciente ipſos, iudica quòd ipſi per ſe aliquem eligent qui iudicabit inter eos: & ſi Saturnus fuerit in medio cœli, iudex non iudicabit rectum nec ueritatem. Etiam ſi fuerit infortunatus à Marte, iudex erit accuſatus & diffamatus ualde propter hoc iudicium. At ſi Mars fuerit in medio cœli, iudex erit leuis, acutus, & iratus. Sed ſi fuerit Iuppiter, erit bonus, iuſtus, ueridicus, et comis: ſi Mercurius, erit nouus & non excercitatus, fraudulẽtus in occulto: ſi Venus, erit mãſuetus, bonorum morum, & omnibus tractabilis. Ad hæc ſi ſignum medij cœli fuerit commune, iudex ad quem primò ibunt non expediet negotium, ſed ibunt ad alium iudicem. In ſumma dico ut in cauſis accipias ſignificationem domini quæſtionis ab aſcendente, & ſignificationem aduerſarij à ſeptima, et ſignificationẽ regis ſiue iudicis inter eos iudicantis à domino medij cœli, & ſignificationem finis rei à domino quartæ: & aſpice dominos horum locorum in quibus locis ſunt, & uirtutes ac debilitates eorum, & ſi ſint in angulis uel cadentibus, & ſi fortunati uel infortunati: quoniam ille qui fuerit potens & firmus et fortunatus in figura, habebit potentiam, uictoriam, & meliorẽ rationem & magis creditam. Etiam illi qui fuerit à domino medij cœli receptus, uel applicuerit ei applicatione amicabili, rex uel iudex aderit, & à ſua parte ſtabit, & iuuabit eum. Etiam ille qui plures planetas habuerit in ſuo haiz, (intelligo autem à ſua ſecunda domo uſq; ad ſuam ſextam) plures auxiliatores & defenſores habebit in cauſis & petitionibus ſuis. Sed ſi ambo æquales fuerint in uirtute ac alijs ſtatibus, ambo erunt in cauſis ſuis æquales. Etiam ſi ambo uim ſuam dederint uni planetæ, intercedet inter eos homo qui concordare faciet eos. Præterea ſi aſcendens fuerit ſignum fixum, & dominus aſcendentis & ſeptimę in ſignis fixis, ſignificat quòd uterq; eorum eſt conſtãs in ſua uoce, cauſa, et rixa. Sed ſi fuerint in ſignis mobilibus, abſcindet cauſa, id eſt, dimittent cauſam propter nobilitatem ſuã. At ſi fuerint in ſignis communibus, ſæpe repetent cauſam uarieq; innouabũt, inſultus facient, ac uicibus multis rixentur: & cuius ſignificator habuerit infortunium in ſuo haiz uel cuius infortunatus fuerit dominꝰ, iniurijs afficietur & accidet ei triſtitia & impedimẽtum ratione illius cauſæ. Sed ſi duorum ſignificatorum unus applicuerit alteri de ſextili uel tertio, habebunt pacem & cõuenientiam antequam ad manus ueniãt. At ſi applicatio fuerit de quarta uel oppoſitione, pax & conuenientia nõ fiet niſi poſt cõfertionem. Et ſi unus ſeparatur ab altero, erunt anxietates in cauſa, & prolongatio multa & magna. Tandem ſcito quòd planeta cui applicat Luna, & planeta à quo ſeparatur, quantum ad hanc rationem, ut dixi mus, attinet, ſunt æquales cum aſcẽdente & ſeptima, ſi dominus aſcendentis & ſeptimæ fuerit in modo demonſtrandi ſignificationes iam dictas: quoniam omnis cauſa in qua fuerit receptio & fortuna, affirmatur in pace & amore, ſi Deus uoluerit.

De emptore & uenditore. Cap. XXXVI.

IAm ſæpe diximus hominum ſtudia eſſe uaria, aliũq; alijs trahi ſolicitudinibus animum ad quærendum incitãtibus, & alio à propoſito trahentibus ui et uehementia appetitus emendi quid uel uendendi, & ſolicitè inquirẽdi profutura ne ſit emptio uel uenditio futura. Quo in caſu aſpice, & ſi inueneris applicationẽ inter dominum aſcendentis & dominum ſeptimæ, dic quòd emptio facilè fiet, & quòd leuitas illa prouenit à planeta leniter eunte ad alium. Sed ſi non inueneris applicationẽ inter eos, & inueneris aliquem planetam lumen unius ad alterum deferentem, dic quòd uenditio fiet per mediatorem aliquem interceden tem inter eos. Etiam ſi inueneris dominum aſcendentis in ſeptima, dic quòd emptor petit emptionem à uenditore. Et ſi inueneris dominum ſeptimæ in aſcendente, dic quod uenditor petit ab emptore. Etiam ſi inuene-

ris in ascendente fortunam, significat agilitatem & ueritatem uenditoris & uenditionis. At si ibi inueneris infortunium, significat pigritiam & mendacium. Item si inueneris in septima fortunam, celeritatem & ueritatem significat in emptore. Sed si ibi inueneris infortunium, cõtrarium significat. Porro si Lunam inueneris applicantem alicui planetæ non separãdo se ab aliquo, dic q̃ uenditor uendit rem nõ emptam, & quã habet ex hæreditatis suę redditibus: aut si emit, quod nondum soluit precium. At si Luna fuerit separata à planeta nulli alteri applicans, dic q̃ res illa empta fuit ad tempus. Item si planeta à quo separatur Luna fuerit intrans combustionem, dic quòd uenditor morietur ante acceptionem precij rei uenditæ. In summa dico quòd cõsiderari debet hoc caput isto modo, accipe significationẽ uenditoris ab ascendente, & emptoris à septima, & mercis quæ uenditur & emitur à quarta, & q̃ accidet inter eos de agibilitate uel pigritia à decima, & secundum hoc iudica, & certificaberis Deo fortunante.

De societate & socijs. Cap. XXXVII.

QVando homo animal sociabile perpetuo uereretur solitudinem, & quærit cum quibus lætus uiuat, et timet ne fortè in perfidos incidat, & consulit: aspice significationem quærentis ab ascẽdente, & eius socij à septima, & eius quod accidet inter eos à medio cœli, & finem rei à quarta, & si inueneris dominum ascendentis & Lunam in signis mobilibus, illa societas nõ erit firma: si in signis fixis, durabit: si in communibus, dic quòd habebunt lucrum in illa societate & amicitia, & quòd alter alteri erit fidelis. At si in ascẽdente inueneris infortunia, quærens erit mendax & fallet socium suũ, & separabũt se ex occasione quærẽtis. Hoc idem de socio iudica, si in septima fuerint infortunia. Si Luna applicuerit domino suæ domus, separabũtur amice, benevole, & cũ lucro. At si Luna non aspexerit ibi, separabuntur propter suspitionem quam habet alter de altero. Etiam si sub terra fuerint infortunia, separabuntur propter malam suspitionem quam alter habet de altero. Sed si fortunæ fuerint in medio cœli, habebunt lucra multa: at si ibi fuerint infortunia, modicum lucrabuntur. Si Luna fuerit corporaliter iuncta cum domino domus suæ, & ambo applicuerint ad fortunam, nõ separabũtur nisi sola morte.

De loco inueniendi amicum. Cap. XXXVIII.

VErus amicus ut ipse alter est, (ut q̃ uerbio dicitur) ita semper solicite quærit quo in loco eum inueniat. Consultus ergo aspice dominum septimæ, & si inueneris eum in angulo, ipse homo est in illo loco: si fuerint in succedenti, est prope locum suum: si in cadẽtibus, est extra locum suum. Et in hoc toto aspice, & si applicatio fuerit inter ambos significatores, siue translatio uel collectio, & si planeta qui colligit aut defert lumen aspexerit septimam, inueniet eum: sed si cõtrarium huius inueneris, dic quòd non.

De inuestigatione hostium et aduersariorum. Cap. XXXIX.

HVmanum genus multũ mutabile & irascibile, lacessitum impetuose fertur in hostem, nihil curãs de sua salute. Quod quãdo fiat si scire cupis, & dubitas si hostis expectet, da quærenti ascendens, et septimam militibus pro quibus quęritur, & si almutez horum duorum locorum, uel dominos eorum inueneris applicantes unum alteri, dic quòd congredientur unus cum alio. Etiam si planeta ibi fuerit qui differat lumen inter eos congredientur. Etiam si Mars non fuerit in angulis ab ascendente, nec in angulis significatorum, dic q̃ dimicabunt uel sine lite. At si non aspexerint se, nec inter eos fuerit translatio, non præliabitur unus cum alio, si Deus uoluerit.

De re communi petenda, uel quæ per communem fieri debet. Cap. XL.

VArijs uarijs rebus cum egeãt, & alius priuatas postulet, alius cõmunes: quilibet q̃ nescit rei futuræ euentum, & consulat, da almutez ascendentis quærenti, & defer ipsum pathazir, et aspice applicationes, primam scilicet, secundam, & tertiam, & in qua earum receptio fuerit, per manũ illius & eius inquisitionem complebitur res illa. At si idem almutez ascendentis non applicuerit ad aliquam domum, accipe Lunam loco eius, & per eam procede ipso eodemq̃ modo, aspiciendo applicationes illius, & sic iudica.

De emptionibus & uenditionibus. Cap. XLI.

DIco similiter de emptoribus & uẽditoribus, quo'd aspicias uenditori ab ascendente, & emptori à septima, & rei uenali à quarta, & q̃ accidet inter eos facilitatis & morę à decima, et

ma, & si dominus ascēdētis receperit dominum septimæ, fiet uenditio facilè, & benignus erit uenditor & lætus, maximè si dominus ascendentis per retrogradationem fuerit ad dominum septimæ. At si non fuerit inter eos applicatio, receptio, translatio, nec collectio, erit in illa uenditione contentio & discordantia. Sed si unus significatorum separauerit se ab altero per regradationē, accidet in illa uenditione proditio, & impedietur post cōcessionem. At si fuerit inter eos planeta qui deferat lumen unius ad alterum, complebitur res illa per manum mediatoris, quemadmodum notum est sæpe accidere, cùm contractus fit præter uoluntatem emptoris & uenditoris: & hoc accidit si dominus septimæ applicuerit domino quartæ, domino ascendentis, & recipiente dominū septimæ. Sed si dominus quartæ retrogradus fuerit & combustus uel infortunatus, dic quòd in re quæ uenditur est aliquod uitium, uel quòd accidet damnū in ea, & quòd furabitur eam latro. Hoc idem erit quando in quarta est infortunium, maximè si res uendita est terra uel prædiū: quia tunc prædicit contentionem, & fortè insurget aliquis qui prædium illud petat. Etiam quando dominus ascendentis fuerit in septima, uenditor erit uoluntarius ad uendendum & facilis, & paciscitur quæcunq; offeruntur. Etiam si dominus septimæ fuerit in ascendente, emptor ad emendum erit uolūtarius eodem modo. Planetæ similiter benefici uel malefici, quando sunt in ascendente uel in septima, significant utilitatem aut caritatem rei, secundum potentiam & debilitatem planetæ. Etiā si quando fortuna fuerit in decima, significat magnum precium rei, & quòd bene uendit. At si ibi fuerint infortunia, significat utilitatē rei, quòd & male uendetur, & erit in ea damnum & cōtentio propter precium & uenditionem illius. In summa oīe quod hactenus diximus, de ijs dictū scito quæ non nominant: quoniā nominata & specificata suis regulis subijciuntur: ut si fuerit seruus, accipe à domo seruorum: si bestia, à duodecima. At rem cuius similitudinem aut formam nō inuenis, nec accipere potes in domibus figuræ, accipe à significationibus planetarum: sicut à Ioue significatore animalium, et Venere rerum odoriferarū, et pānorum ac librorum, & Marte ferri & minerarū, & Saturno specierum medicinalium, & Sole lapidum pretiosorum, & Luna pannorum coloratorum: et sic consequenter, quoniam longum admodum esset omnia diuidere & determinare uelle, maximè cum summam rationē sufficientem dixerimus, ex qua sapiens quilibet certam sibi methodum facilè comparare potest.

De litibus & prelijs & eorum significationibus.

Cap. XLII.

LItes originem habent à dominatu regum, & à principio insurrectionis illius gentis. Quando ergo scire uolueris status litis, aspice ascendens illius gentis, (est autem quando gens illa insurrexit) post aspice ascendens illius regis, qui illo tempore coronatus est: quod cum habueris, aspice ascendens figuræ illius anni mūdi, & si inueneris quòd illud ascendens anni applicuerit ad aliquod ascendentium prædictorum, gentis uidelicet uel regis, aut inueneris Iouem aspicientem Saturnum de quarta uel tertia uel oppositione, erit ille annus discordiarum. Etiam si ad hæc inueneris Martem aspicientem Iouem & fortem in figura, dic quòd ibi erūt lites. Porro si uolueris scire quo tempore illius anni futura sit lis, aspice tres planetas eminentiores, & si fuerint in principio anni retrogradi, mouebitur lis quando dirigentur: si directi fuerint in anni principio, quando regradabuntur uel comburentur, mouebitur lis. Similiter quando aliqua contentio uel bellū incipit, in quouis statu fuerint hi planetæ, quando mutant illum statum, ipsa dissentio & bellum quiescet. Etiam de temporibus in quibus lis mouebitur in illo anno, erit quando Mars aspicit aliquem duorum planetarum superiorum de quarta uel oppositione, & habuerit aspectum cum eis in principio reuolutionis anni, uel iunctus fuerit cum aliquo eorum. Et de temporibus in quibus mouebitur lis in anno, quo fuerit Iuppiter in reuolutione in quarta uel tertio aut oppositione Saturni, est quia diminuitur Iuppiter per retrogradationem uel cōbustionem. Etiam si se aspexerint, & fuerit Mars inter eos retrogradus, mouebitur bellum. Ad hæc si ambo infortunia se aspexerint in principio anni, mouent litem, & mutationem dominij significant. Rursus quando Mars in reuolutione anni fuerit in loco, quo fuit in cōiunctione maiori uel in quarta aut oppositione illius, significat illo anno bellum & dissentiones. Similiter si acciderit quòd Mars sit in reuolutione anni in signo Scorpionis, quod est signum gentis

Arabicæ,uel in eius oppositione,significat bella,lites,& damna,quæ accident Arabicę genti.At si Mars fuerit receptus à duobus planetis uel ab altero eorum,debilitatur lis & minuitur. Etiam planeta à quo separatur Mars,est causa litis & mouens bellum. Et de ciuitatibus erit ciuitas quam demonstrat domus in qua fuerit,& à parte cœli in qua fuerit,mouebitur bellum. At si ambo planetę aspexerint se,& Mars non fuerit inter eos,minabitur quidem bellum, non tamen erit. Postmodum aspice,& si Mars fuerit cũ Saturno, & si subleuatus fuerit super eum in decima,uel altior eo fuerit in ascensione figuræ,fortificatur lis & interfectiones multiplicãtur. Etiam si acciderit ad hæc quòd Saturnus sit illius anni dominus, & Mars sicut diximus super eum, significat quòd insurget gens quæ uolet regnum & populum illum destruere,& destruẽtur terræ,& erit gens illa sine lege & pietate. At si Iuppiter fuerit ad iã dicta subleuatus super Saturnum in figura, significat quòd insurget gens quæ demonstrabit rectitudinẽ & bonitatẽ,& redarguet regem illum in suis factis. Etiam si Iuppiter fuerit in hoc directus & purus ab infortunijs,erit gẽs illa uera dica & credibilis in eo quod demonstrat. Sed si fuerit retrogradus uel infortunatus, erit hypocrita demonstrans quòd non credit. Porrò si Iuppiter fuerit dominus anni, & Saturnus fuerit subleuatus super eũ, significat quòd rex est bonus & iustus, & ꝙ qui insurrexerunt in eum mali & malarum uoluntatũ & irati. Sed si Mars fuerit subleuatus super eum,erunt fortes & crudeles insurrectores. Et si quãdo scire uolueris quis eorum uincet,aspice ambos significatores scilicet regis & eorum qui insurrexerunt in eum,& eorũ ille quẽ aspexerint plures planetæ uictor erit: quoniam planetæ aspicientes unum duorum significatorũ defendunt & adiuuant partem illam quam aspiciunt. Præterea luminare temporis significat ꝙ erit uictrix & defensa pars quam aspicit significator regis, uel significator eorum qui insurrexerunt in eum. Quando enim luminare temporis est in medio cœli, significat ꝙ rex uincet,maximè si aspexerit et uim suã dederit significatori regis. Et in ea parte qua uideris fortunas, iudica uictoriã & bonam fortunam: et in parte qua uideris infortunia,iudica malum & damnum. Præterea scias partem dilidij esse,quæ accipit à Marte in Lunam, & projcitur à Sole ubi cadit à duabus partibus prædictis: & aspice dominum partis,& quem dictorum duorum significatorum aspicit dominus eius,& iudica ꝙ lis sit in illa parte, id est, in illa terra ubi fuerit pars. Etiam scias partem prosperitatis in litigando esse, quæ accipitur à Sole in Martem,& projcitur ab ascendente: & aspice ubi cadit pars ista, & quem duorum significatorũ prædictorũ aspicit dominus eius,& iudica prosperitatem & uictoriam in eadem parte. Item si Mars fuerit separãs se à Saturno,iudica quòd rex mouebit & incipiet litem,& faciet statuta & iudicia mala. Sed si Mars separauerit se à Ioue, iudica quòd uenit per aliam rationem, & non per regem: quia rex inde saluus erit. Et scias tẽpus insurrectionis gentis & illius regis. ✶ Et si fuerit fortis eius figura debilitabunt insurgentes. Et si Mars fuerit potens in principio illius gẽtis & regis,significat bella & mutationes de uno loco ad alium, maximè in parte in qua fuerit Mars: & post remouebitur per potentiam gentis,& erit uictor ipse & eius militia. Quin si rex aliquis eligit in anno,in ꝙ non fuerit in principio reuolutionis illius anni Saturnus aspiciens Iouem significat quòd non erunt insurgentes contra eum: & si ad hæc Mars Saturnum non aspexerit,significat quòd non habebit lites dum regnabit in regno suo: sed si Mars receptus fuerit in reuolutione illius anni,in ꝙ rex ille coronatus est,diminuentur dissidia dum regnabit,id est, non erunt lites: etiam si receptio fuerit à Saturno,erunt lites debiliores & magis extinctæ. At quãdo in reuolutione anni in quo regnat rex, aliquod infortunium est in oppositione Solis, aut in sua quarta,significat quòd gentes contra regem insurgent. Rursum quando in reuolutione ipsa Mars separat se à Ioue, & applicat Saturno sine receptione, significat ꝙ surget in regno illo aliquis,qui ostendet ueritatem & iusticiam maiorem rege. Sed si Mars Saturno applicuerit sine receptione, non separando se à Ioue,surgent uiles,plebei,& indigni ad imperiũ. At si Mars separauerit se à Saturno,& applicuerit Ioui, significat quòd accidẽt regi & genti suę anxietates,grauitates,et tristitię. Sed qñ Mars cadens est ab ascendẽte reuolutionis illius anni,non aspiciens ascendens,aut est peregrinus in eo loco in quo uersatur,significat debilitatem litis. At si fuerit Mars in oppositione Saturni,aut in eius quarta, & in reuolutione receptus ab alio planeta, significat

ascen-

aſcenſionem & augmentum litis: ſed ſi receptus fuerit à Saturno, non erit lis. Etiam quando Mars receptus non eſt, erit ibi ſignificatio litis futuræ: et ſi Saturnus receptus fuerit, debilitatur incipiẽs litẽ, & regem homines adiuuabunt. Porrò ſi uolueris ſcire in qua ciuitate ſit litigator, aut in qua parte uel ciuitate ſit malum, aut quale bonum & cõpoſitio & auerſio mali, aſpice in quo loco ſit dominꝰ ſigni cuiuslibet ciuitatis, & ſi fuerit in domo ſua uel exaltatione, aut in aliqua dignitatum ſuarũ, uel in ſuo gaudio, fortunis eum aſpicientibus, ſignificat ſaluationẽ illius ciuitatis anno illo: & ſi ab aliq̃ loco eum aſpexerit infortuniũ, iudica ꝙ a parte illa qua eſt infortuniũ, exiſtet malum illud, ac etiã lites & interfectiones. Et ſi eũ aſpexerint duo infortunia, duo inimici cõtra eum inſurgent. Et ſi utrumq; infortunium fuerit in ꝟ. alterius, aut in aliquo locorũ ſibi cõuenienti, ſignificat ꝙ duo inimici cõuenerunt inter ſe, uno alterum adiuuante, & ꝙ ſunt propinqui. Et ſi alterũ duorum infortuniorum ſtationariũ fuerit, aut circa regradationẽ, uel motu ſuo minutum, ſignificat ꝙ unus ex inimicis ſocij ſui proditionẽ committet. Et ſi nullum eorũ retrogradum fuerit, ſed alterum eorũ fuerit in aſpectu alicuius planetæ retrogradi, ſignificat ꝙ ex hominibus illorũ inimicorũ recedẽt ab eis. Et ſi infortuniũ q̃d ſignificauit inſurgentẽ, fuerit in domo ſua, ille inſurgens erit bonæ progenieꝰ: ſi fuerit in exaltatione ſua, erit nobilis dignus regnare: ſi fuerit in termino ſuo aut in alia dignitate ſua, erit minor iſto: ſi in nulla dignitatum ſuarum fuerit, inſurgẽs homo erit incognitus & obſcurus. Item cognitus ſi fuerit orientalis à Sole, erit iuuenis: ſi occidẽtalis, erit ſenex: ſi in medio, hoc eſt, ſi neq; orientalis neq; occidentalis, erit mediæ ætatis, & anni eius erunt ſecundum conjunctionem illius planetæ cũ Sole, aut ſecundũ eius applicationes. Præterea ſi quando ſciueris quomodo ſe habeat quodlibet ſignũ cuiuslibet ciuitatis, & inueneris illud ſignum in oriẽte infortunatũ, iudica ꝙ malum erit in parte orientali terræ illius, & eodem modo in quacunq; parte fuerit infortunatum: ut ſi infortunatũ fuerit in medio cœli, malũ erit cõmune in tota terra illius ſigni. Nota ꝙ ſignũ eſt ſignificator ciuitatũ, & dominus domus ſigni ſignificator gentis cõmorãtis in ea, & dominus exaltationis ſuæ ſignificator regis ſui: & ſi illud ſignũ non fuerit exaltatio alicuius planetæ, eſt ſibi ꝓpria illa terra, quia non habet regem, ſed libera ex ſe principem creat: ſi uero dominus illius domꝰ, erit ſignificator principis terræ. Et in quocũq; horũ inueneris infortunium, malũ iudica ſuper eum, de quo ſignificat infortuniũ. Porrò q̃n Mars in reuolutione anni illius mundi eſt in Ariete, ſignificat ꝙ erunt bella in gente Babyloniæ, & Romanis: & q̃n eſt in ſigno cõmuni litem ſignificat, & illo anno mouebitur lis multis uicibus: & ſi eſt in aliqua domorum ſuarum, litẽ accelerat & accendit: & q̃n applicat ad partẽ interfectionũ dictarũ, uel ad quartã aut oppoſitionem ipſius, mouet interfectiones: & q̃n applicat ad alterã partẽ proſperitatis dictæ, uel ad quartã aut oppoſitionem ipſius, ſignificat fortitudinẽ & ꝓſperitatem in loco illo, ubi ſuperuenit pars, uel quæ fuit aſpecta à domino ſuo, ut prædiximus. Item q̃n pars fortunæ cũ Marte eſt in medio cœli, in reuolutione anni, aut in regnatu alicuius regis, ſignificat multas interfectiones ſuo tempore, & effuſionem multã ſanguinis. Et ſi hoc acciderit in principio alicuius belli, in eodem bello ſignificat illud idem. Et q̃n pars interfectionis accidit in ſexta uel in 12. in principio alicuius belli, aut in motu militiæ euntis ad inſultandũ, ſignificat ꝙ in illa militia, aut in authoribus litis erit ꝓditio, & illius militiæ antiqui mali erunt, qa uoluntariè ſe uinci patientẽ. Rurſum q̃n Mars eſt in 10. uel in aſcẽdente, aut in 7. aut in medio cœli eſt Saturnus in ſigno fixo, uel in oppoſitione Solis eſt Luna, aut ipſa & dñs aſcendentis ſunt in oppoſitione infortuniorum: lites ſignificat illo anno. Et hoc modo iudicabis q̃n à te quæritꝰ ſuper aliqua lite ſi futura ſit uel nõ: qa ſi hos ſignificatores inueneris in locis prædictis, erit lis. Præterea q̃n Mars in reuolutione anni eſt in quarta domo, lis erit in fine illius anni: ſi in 7. erit in medietate anni: ſi in aſcendente, erit in primo mẽſe anni. Etiã ſi in prima facie ſigni in quo eſt, lis erit in principio illius anni: ſi in ſecunda, erit in medio anni: ſi in tertia, erit in fine anni. Ad hæc ſi Mars fuerit in aſcendente aut in decima, erit dies pugnæ quando iungẽt cum Luna, uel fuerit in oppoſitione eius: aut quãdo fuerit in oppoſitione loci ubi Mars erat, id eſt, in aliis duobus angulis. Item quando Mars eſt in principio alicuius belli aut motus litigij, ſeparans ſe à Saturno uel Mercurio, & occidentalis, erit damnum magnum & malum incipientibus bellum, & euntibus ad bella,

& forsitan victi erunt. Sed si Saturnus fuerit occidentalis & Mars applicuerit ei, uel fuerit occidentalis Mercurius & ipse applicuerit Marti, malum & dānum erit eis contra quos itur, & qui insultus excipiunt. Et si Mars fuerit sub radijs Solis, uel circundatus inter Solem & Saturnum, nulla duarū partium prosperitatem consequetur, sed in ambabus partibus erit damnum, & earum nulla de bene re gesta gloriabit̄. At si Mars separauerit se à fortuna, & applicuerit fortunæ, lis illa bona erit pro ambabus partibus & pacificabunt̄. Et si dignitas suæ duodenariæ ceciderit in termino Iouis, & Iuppiter habuerit aliquod testimoniū in ascendente uel in 10. aut 2. uel aspexerit aliquem horum locorum, prosperitatem & victoriā significat incipientibus et committentibus litem. Sed si testimonium Iouis fuerit in septima aut octaua uel quarta, significat, pſperitatem & victoriā his qui insultus patiunt̄, uel cōtra quos itur. Itē si duodenaria Martis ceciderit in termino Saturni, & Saturnꝰ habuerit testimoniū in locis prædictis, metum significat & pauorē in parte cuius fuerit testimonium. Rursus si duodenaria Martis acciderit in termino Veneris, & Venus habuerit testimonium in locis prædictis, iudica sicut iudicasti de Ioue. Sed si duodenaria Martis acciderit in termino Mercurij, et Mercurius habuerit testimoniū in locis prędictis, lis erit magna & potens in parte qua est testimonium: atq; hoc accidet ex opera infimorum & per fraudes. Hoc aūt est iudicium Messahalæ, qui id ipsum expertus est, & q̄d manifestauit Aliad filius Zaël in suo libro, quod & sequit̄ in principijs præliorū, & motibus excercituum euntiū ad pugnā: & qnod euenit in hora quæstionis duorum litigantium & quærentium quid de se sit futurū. Porrò si Mars acciderit in principio litis, aut motu excercitus ad litigandum euntis, uel in introitu ciuitatis per uiolentiā, & in malo loco, & Iuppiter aut Venus aspexerit eum, & fuerit dominus domus in qua est Mars in medio cœli, significat discordiā excercitus in se, & q̄ discordabit cū domino suo. Similiter si fortunæ fuerint in malis locis aspicientib. Martem, significat proditionem, malitiā, & discordiā militiæ. At si Mars fuerit in malo loco, & fortunæ de bonis locis aspexerint eū, integritatem militię significat, & q̄ erit obediens dño suo. Etiā si Mars fuerit in signo mobili & bono loco cœli, & planetæ de diuersis locis aspexerint eum, significat q̄ multis uicibus litigabunt: & si ad hæc acciderit ut sit Mars in angulo sub terra, significat grādes interfectiones. Etiā si inter signa mobilia, in Cancro uidelicet fuerit uel Libra, milites habebunt magnos pauores & metū, & erunt debiles corde. Etiā si fuerit iūctus cum Saturno, uel in aliqua domorum suarum aspiciens Saturnum, accident illi militiæ metus & tristitiæ sine aliqua utilitate. Itē si Saturnus horaquę stionis aut principij litis uel motus eūtium litigatum, aut in reuolutione anni quo planetæ significant interfectiones, fuerit in angulo, siue q̄ habeat testimoniū in eo, significat durabilitatem litis, et q̄ durabit donec Saturnꝰ elongeť ab illo anguli signo: sed si multum moreť in illo signo, durabit donec alia reuolutio ueniat. Et si fuerit retrogradus in medio signi, ita q̄ nō sit in principio nec in fine cum eadem durabilitate, significat q̄ litigabūt multis uicib. alia post aliā. At si fuerit in fine signi, modicum lis durabit. Præterea si Mars fuerit in Ariete in domo sua, et fuerint in angulo, id est ascendēs, uel tenuerit medium cœli orientalis, significat uehemētiā litis, magnā famā, arma multa, & q̄ abscindeť cito. Etiā si Mars fuerit in angulo in signo fixo aut cōmuni, durabit multum lis illa, & multotiens reiterabit̄, fortificabit̄, & uincent se uicissim et uicib. multis. Etiā si applicuerit alicui planetarū, uel aliquis ad eum, & hic planeta sit tardi motus uel retrogradus, durabilitatē significat. At si planeta uelocis motus & directus applicuerit ei, significat breue tempus & q̄ cito quiescet. Etiā quādo Mars est in 9. Solis, & ambo aspiciunt ascendens, cito abscindeť lis illa. At si fuerit in 4. ipsius, multū durabit, & mutabit̄ de uno loco in aliū: quod certius & crudelius accidet, si fuerint in oppositiōe ipsius. Ad hæc si Luna fuerit in sua met domo cū aliquo planetarū, q̄ significauerūt litē, & Sol aspexerit eos, magnā mortalitatem et multas dānosas interfectiones significat. Etiā si duodenaria Lunæ fuerit in ascendente, aut in medio cœli, uel cū Sole, aut cū domino domus Solis, uel cū planeta oriētali à Sole, crudeles interfectiones significat, & q̄ cito erunt. Etiā si Sol aspexerit partē interfectionis, uel cū ea iūctus fuerit, multas mortalitates & generales significat. Et si Saturnus & Luna testimoniū habuerint in ascendente, & aspexerint ipsum, significāt proditionē militię cōtra dominū suū. Etiā si Mercurius aspexerit ascēdēs uel

Lunam,

Lunã,ſignificat proditionẽ cũ fraudib. & deceptionibus. Et quãdo fuerit Luna cadẽs ab aſpectu Martis,ſignificat metũ & debilitatẽ excercitus,& diſcordiã cum dño ſuo, At quãdo Iuppiter aut Venus teſtificat Lunæ uel aſcendit,ſignificat integritatẽ militiæ,& concordiã unius cũ altero & cum domino ſuo. Sed qñ Mars teſtificat Lunę,mouebit diſcordia & rixa in excercitu,& diſcordia cum dño ſuo.& qñ Mars aſpicit Solẽ de aliqua dignitatũ ſuarũ, ſignificat potẽtiam & fortitudinẽ militiæ,& ꝙ uelipendit inimicos ſuos, & creſcit audacia multa & magna,& ꝙd aduerſarij magnũ metũ habebunt. In ſumma ſi Mars fuerit in ſigno maſculino,& pars interfectionis in malo loco: uel dñs domus mortis nõ aſpexerit Martẽ nec mediũ cœli,aut fuerit Mars uel dñs domus ſuę in fine ſigni,uel in angulo terrę,nõ habẽs in eo aliquã dignitatẽ,& fuerit Mars in malo loco,Saturno aſpiciente ipſum & Ioue cadente ab eo: uel ſit Mars ſub radijs, aut Luna in ☌. uel in ☐. ſine aſpectu Solis, aut in ſua ſit deſtructione, (quod fit qñ nõ apparet) aut ſit Sol in Libra uel Aquario, aut in Geminis,eo exiſtẽte in aſcẽdẽte quæſtionis uel principij motus & litis, uel fuerint ambo Luminaria cadentia à parte interfectionis,nullo eorũ eã aſpiciente: hęc omnia nõ demõſtrãt nec ſignificãt interfectionẽ nec litẽ. Etiã ſi Mars cadens fuerit à domo ſua uel angulo,minuit interfectio et nõ creſcet,maximè ſi Iuppiter aut Venus de △. aſpexerit uel ſextili.

De regis uel principis uel cuiuslibet alterius lite,rixis aut cauſis,quas habet unus cum alio.

QVãdo rex uel princeps à te quærit de lite quæ ſibi conſtat,& ex qua prouenit bonũ & malum,da quærenti aſcẽdens & eius dñm,& inimico ☐. domũ & eius dñm, & ſi Luna habuerit applicationẽ ad aliquẽ planetã & ſeparationem ab aliquo, da planetã à quo ſeparat Luna auxiliatorẽ aſcendentis & eius dñi,& planetam cui applicat Luna auxiliatorẽ ☐. & eius dñi. Similiter ſi Mars habuerit applicationẽ ad aliquẽ planetã & ſeparationẽ ab alio,uel aliqs planeta applicuerit ei & ſeparet ab eo,da planetã à quo ſeparatur, auxiliatorẽ aſcendentis & ſui dñi, & planetã cui applicat, uel eũ q applicat ei,auxiliatorẽ ☐. & eius dñi: & aſpice quę harũ duarũ partiũ ſit potentior et in meliori loco,& habeat plura teſtimonia,& iudica potentiã et proſperitatem ei,cuius ſignificator fuerit potentior,& ꝙ uincet inimicũ ſuũ. Etiã deferas ambos ſignificatores ꝑ athazir,& q eorũ prior applicuerit ad infortunia,uel fuerit ꝓximior cõbuſtioni altero,citius deſtruet: cuius deſtructionis tẽpus ſcies à numero graduũ q ſunt inter eũ & infortunia. Etiã ſi alter duorũ ſignificatorũ fuerit in bono loco,& applicet ei aliquis planeta cadẽs ab angulo,uel planeta infortunãs eum,ſignificat ꝙ ille dñs cuius ſignificator eſt,erit potens dũ ille planeta fuerit in illo bono loco, & ꝙſq diſcedat ex eo: quoniã tunc debilitabit & ibit infirmãdo ſe donec infortunio applicet uel cõburatur,et tunc deſtruet ille cuius ſignificator eſt. Sed ſi nõ habuerit applicationẽ in ſuo ſigno,defer ipſum ad 2. ſignũ,et aſpice ibi applicationẽ ipſius. Similiter et eodẽ modo iudicabis de planeta à q ſeparatur Luna,& ad quẽ uadit. Itẽ ſi quando applicuerit dñs aſcẽdentis ad dñm 8. ſignificat deſtructionẽ dñi quæſtionis. Etiã ſi dominus ☐. applicuerit dño 8. ſuę, quę eſt 2. domus ab aſcẽdente, ſignificat deſtructionẽ inimici quærẽtis: & uerum & firmum erit hoc iudiciũ, ſi applicãs infortunio nõ fuerit receptus. At ſi dñs aſcẽdentis fuerit in ☐. applicante ſibi dño ☐. ſignificat ꝙ dñs quæſtiõis uincet. Sed ſi uterq horum fuerit in ſua domo, uel alter in domo alterius alternatim, & nõ ſe aſpexerint,nec unus applicuerit alteri, ſignificat ꝙ uterq eorũ inquiret qualiter ſeparentẽ. Et ſi uterq habuerint applicationẽ de △. uel ſextili,et alter eorũ receperit alterũ,ſignificat ꝙ ambo perquirent pacẽ,& ille pacem incipiet, cuius ſignificator eſt planeta leuior. Et ſi applicuerit de ☍. uel oppoſitione, & fuerit inter eos receptio,pax erit poſt contentionẽ: (Scito aũt ꝙd oppoſitio in hoc caſu eſt potentior ☍.) Et ſi receptor eorum retrogradus fuerit, uel in ſuo caſu ab exaltatione, uel in ſua octaua uel ſexta, ſignificat ꝙ paciſcetur cum eo,fidem dabit,& poſtea proditorie ipſum interficiet. Sed ſi fuerit in ſecunda,faciet proditionem in eius ſubſtantia. Et ſi in ☌. uel in ☐. pactis inducijs tutum eũ dicet,et poſtea ex inſidijs capiet. Et ſi in domo duorum planetarũ receptus fuerit & retrogradus,ſignificat ꝙ ille cuius ſignificator eſt, fugiet poſt pactã ſecuritatem. At ſi dñs aſcẽdentis applicuerit domino ſeptimæ,eodẽ domino ſeptimæ retrogrado exiſtente,& fuerit inter eos receptio,ſignificat ꝙ componet lis,nec ad finẽ producet.

Etiam si applicans eorum fuerit in angulo retrogradus & receptus, cōpositio litis erit post omnem apparatum & fiendæ expectationem. Etiam si fuerit cadens ab angulo non aspiciens ascendens, destruet ab omni parte nec complebit. Et si fuerit cadēs & aspexerit ascendens, diuulgabitur quidē sed non complebitur. Præterea si fortuna reduxerit lumen domini ascendentis uel domini septimæ, aut coniunxerit illa lumina, significat q̄ pax erit inter eos. Etiam quādo dominus ascendentis uel dominus 7. iā abit à signo in quo est p̄ retrogradationem uel directionem, significat securitatē & pacem, ut dixit dominus Defreded. Rursum si dominus ascendentis applicuerit domino medij cœli, uel dominus medij cœli domino ascendētis, significat potentiā domini quæstionis ac prosperitatem, & quòd aduersariū uincet: quod eo certius, melius, & firmius fiet, si ambo fuerint in angulis, uel si applicans eorum fuerit in angulo: qa hæc est significatio q̄ ille cuius significator est, non poterit ab aliquo superari, nec applicabit ad statum q̄ de sui potentia minui possit. At si quando dominus 7. applicuerit domino 4. quæ est suum medium cœli, aut dñs quartæ applicuerit ei, significat potentiā & prosperitatē aduersarij. Etiā si quādo dominus ascendentis uel dominus septimę applicuerit planetæ in angulo existenti, potentiā & prosperitatē eius significat, cuius significator est. Itē q̄n dominus domus dñi ascendentis, uel dominus domus domini 7. uel uterq; eorum fuerit in bono loco, & in aliquo duorum angulorū, uel quiuis ipsorū in angulo sibi cōuenienti, significat potentiā & p̄speritatē militiæ eius cuius significator est, & q̄ erunt fideles domino suo. At si fuerit diminutus, uel in malo loco, significat damnum & infidelitatem eius militiæ cuius significator est. Porrò si planetæ peregrini fuerint in ascendente uel in 7. ipsi erunt significatores finis utriusq; eorū, & 2. domus et 11. sunt significatores auxiliatorum domini ascendentis, 8. domus et 5. sunt significatores auxiliatorū domini septimę, & q̄ eorū habuerit aspectū fortunarum, uel in quo signo eorū fuerint fortunæ, significat potentiā eius cuius significator est. Et si fortuna fuerit in angulo habēs ibi aliquod testimoniū, & dominus ascendentis ac dominus septimæ applicuerint illi fortunæ, significat pacē: & incipiens petere pacem erit ille, cuius significator applicuerit eidem fortunæ de tertio uel sextili: & ille cuius significator ipsi fortunæ applicuerit de quarta uel oppositione, licet pacē uelit & cupiat, nō tamen ipse prior eā offeret. Etiā si angulus in quo est dicta fortuna, fuerit ascēdens uel mediū cœli, pax erit in principio rixæ. Et si angulus ipse 7. fuerit siue 4. pax erit post tarditatem & laborem. Quin si dñs ascendentis uel aliquod Luminariū habuerit aliquod testimonium in ascendente, & fuerit in ipso gradu ascendentis, pax erit ipsa eadem die. Etiā si fuerit in illo signo, tamet si nō in eodem gradu, erit pax in primis diebus. Ad hæc si remotus fuerit à numero ascendentis, & receptus ab aliquo planeta in angulo existente, defer recepti gradus ad gradus receptoris, & ibi erit terminus pacis. Et si dñs ascendentis uel aliquod Luminariū fuerit in medio cœli, pax erit tardius, citius tamē q̄ per id quod significauit ascendens. Etiā alij duo anguli in hoc significāt tarditatē & tempus. Et si planeta recipiens dñm ascēdentis remotus fuerit ab angulo, significat etiā tarditatem & tēpus. Porrò si uolueris scire unde mota est & orta causa rixę uel litis, aspice ad Martem, uel ad planetā à quo separatus est Mars, uel planetā à quo separata est Luna, qa ille significator erit in causa rixæ ac litis. Et si significatorē ipsum inueneris in medio cœli, causa illius rixæ erit, ꝓpter regnū uel dñium: si fuerit in ascēdente, erit ex occasione uictus: si in septima, erit ex causa inimicitiæ, & qa uult se uindicare: si in quarta, ꝓpter rem antiquā & exlatā: si in nona, propter legem q̄ derogare nititur, uel cui obtēperare nō uult: si in 3. ex iactādo se de progenie, qa dicit se melioris q̄ alter: si in sexta, ex quæstione p̄cussionum & uulnerū ac inimicitiæ firmę: si in 12. propter illud idem, nisi q̄ firmius erit ac durabilius: si in 11. ex occasione amicorū uel fratrū aut filiorum: si in quinta causa uillarū uel ædificiorum: si in 2. causa substātię: & si fuerit in 8. erit ex causa redditū mortuorum uel rei antiquæ. Scies similiter causam litis à natura triplicitatis, à qua separatus est Mars: & à natura triplicitatis, à qua separata est Luna, et ab eius forma & loco. Validior aūt separatio est quæ prouenit ex cōiunctione. Q̄n ergo planeta à q̄ separatio fit, fuerit in 12. significat q̄ dñs quęstionis fugiet: quoniā 12. est haiz ascēdentis, q̄ uult dicere, pars ascēdētis. Et si fuerit retrogradus, significat q̄ mentiet & remouebiō à suis ordinationib. dñs quæstiōis. Et si fuerit

rit fortuna dominus quęſtionis: aut ille qui incipit rixam poſtulat ueritatem. Et ſi fuerit infortuniū petit iniuſtū & eſt malū. Similiter & eodem modo iudicabis de planeta cui applicat Mars uel Luna, in aduerſarium, quando fuerit in haiz 7. Item ſi Mars uel Luna ſeparat ſe à planeta ſibi cōuenienti, & applicat planetæ qui etiā ſibi cōueniat, dic q̄ ambo in ſuis rationib. ſunt æquales: & ſi planetæ fuerint diuerſi, ipſi quoq; erūt in ſuis rationibus diuerſi. Præterea ſi aſcendens fuerit fixum, ſignificat elongationem & durabilitatem eius litis, et q̄ incipiēs erit cōſtans in ea: ſi fuerit commune, ſignificat q̄ eum pœnitebit, et q̄ mutabitur de una re in aliam: ſi mobile, incipiens in re nulla ſtabilis erit. Ad hæc ſi fortuna fuerit in medio cœli, habens in aſcendente aliquam dignitatem uel dominum, proſperitatem incipientis ſignificat. Et ſi dignitas & dominium fuerint in ſeptima, proſperitas et dñim erūt aduerſarij. Item ſi quis ſignificatorū habuerit dignitatem in medio cœli, bonam fortunam habebit. Et ſi dominus medij cœli aſpexerit domum ſecundam, & dominus ſecūdæ aliquā habuerit dignitatem in medio cœli, proſperitatē incipiēti ſignificat. Rurſum ſi Luna ſeparando ſe à domino 7. applicuerit domino aſcēdentis, ſignificat bonā fortunā incipientis. Et ſi fuerit in huius contrario, cōtrarium iudica. At ſi dominus 10. aſpexerit 8. & dominus 8. habuerit in 10. aliquam dignitatem, proſperitatem ſignificat inimici. Nota q̄ Luna eſt incipientis, et Sol eſt aduerſarij: & ſi Luna poſt oppoſitionem fuerit diminuta, Sol tunc erit ſignificator incipientis ſcilicet domini quæſtionis, & Luna ſignificatrix aduerſarij: unde q̄ eorum altior fuerit, & in meliori loco figuræ, & habuerit teſtimonia fortunarum, ſignificat proſperitatem ei cuius ſignificator fuerit. Exempli gratia ſi pars fortunæ, & eius dominus fuerint in haiz aſcendentis, id eſt, in parte, ſignificant proſperitatem domini quæſtionis: ſi fuerint in haiz ſeptimæ, proſperitatem ſignificant inimici: ſi fuerint in haiz decimæ, litis ſignificāt breuitatem, & quòd celeriter & uniuerſaliter abſcindet: ſi fuerint in haiz quartæ, ſignificāt pacem. In ſumma in quocunq; haiz eorum Luminaria & fortunæ fuerint, proſperitatē, ſucceſſum, & bonum iudicant illi parti. Et in quocunq; fuerint infortunia, denotant infortuniū, anxietates, & malum. Item ſi cupias ſcire ſtatus cuiuſcunq; cauſæ conditionum litis, ſcias q̄ aſcendens eſt ſignificator ipſius litis, & ſi lis eſt propter iuſtū uel iniuſtum, & rei propter quam eſt: & à ſecunda ſcies ſi erit uel non, & ſi prouenient ex eo utilitas uel damnum: à tertia ſcies arma & conditiones litis, & per quem modum armorū futura ſit uictoria: à quarta ſcies locum in q̄ futura eſt lis & ubi, ut ſi in populatu uel nō, aut ſuper flumen, uel in alio loco. Significationes autem locorum litis à motu Martis, per facies ſignorum diſtinximus in prima parte huius libri: quod nobis ſufficiet, ne liber modū excedat. A quinta domo ſcies robur exercitus & debilitatē, & ſi uoluntarij & libēter aggredient̄ pugnā uel non, & ſi durabūt uel defatigent: à ſexta ſcies ſtrenuitatem militum & munitionum ſuarum, & ſi in eadem lite multi uel pauci ſint futuri: à ſeptima ſcies ſtratagemata, aſtutias, mores & deceptiones in lite futuras: ab octaua ſcies captos, percuſſos, & occiſos ibi: à nona & Mercurio ſcies excubias & egreſſiones euntes ut capiant uel lucrentur. Quo in loco diligenter aſpicies locū Mercurij, & ſtatum eius à fortunis & infortunijs, & ſuum aſpectum ad dominum aſcēdentis & ad dominum ſeptimæ, & iudica ſecundum q̄d inueneris de ſtatu militiarum unius ad alterū: ut ſi Mercurius fuerit ſub radijs infortunatus, q̄ excubiæ capientur: & ſi Mercurius orientalis & fortunatus fuerit, q̄ euadent nec ullū patientur malū: & ſi cōburtus fuerit in aſpectu fortunarum, quod nihil accidet eis etiamſi capientur: & ſi fuerit in aſpectu infortuniorum, habebunt malū, anxietates plurimas, & labores. Et à 10. ſcies ſtatum capitaneorū militiæ: ab 11. ſcies fugitiuos, & quid erit de eis: à 12. ſcies ſtatum ciuitatis, & eorum qui in præſidijs ſunt in ea, & eos qui circumdant eam ac oppugnant. In ſumma ſecundum q̄d in qualibet prædictarum domorum de fortunis uel infortunijs, ac locis dominorum ſuorum eorumq; aſpectibus, quos habēt à planetis, inueneris, iudicabis in qualibet domo & qualibet cōditione harum rerum & modorum dictorū, quid ſignificetur in qualibet domo. Exempli gratia, ſi quando Venus uel Iuppiter fuerit dominator in aſcendente, aut in 2. uel 7. aut octaua, & fuerit in aliquo angulo, maximè in medio cœli uel in aſcēdente, nec in aliquo aliorum angulorum fuerit infortunium, ſignificat q̄ lis cito & ſine labore & effuſione ſanguinis abſcindet: & illa pars quæ dominiū habuerit, antedictā obedien-

diam

tiam consequẽ, & altera uenit ad obediendum eidẽ, & mansueti fient. Et si quãdo dominus ascendentis & dominus septimæ iũcti fuerint in uno signo, & fortunæ aspexerint eos, significat ꝙ ambæ partes recedent à lite cum bona utilitate & lucro. At si uice fortunarum eos aspexerint infortunia de quarta, significat ꝙ ambæ recedent à lite cũ malo, percussionibus, & amissione. Etiam si dominus secundæ & dominus octauę fuerint sicut diximus de domino ascẽdentis & domino septimę, significat quòd ambę partes se absq; interfectione aliqua separabũt. Sed si superuenerit ibi tunc ecclipsis, interfectio erit in ambabus partibus: & in parte qua ecclipsis acciderit in ascendente, uel in angulo occidẽtis, uel cui eorum magis adhæret, erit interfectio maior. Similiter si dominus triplicitatis ecclipsis fuerit in ascendente uel in septima, & adfuerit infortunium, significat ꝙ interfectio multa erit in ea parte qua fuerit. Et si dominus ascendentis intrauerit signum, in quo fuit dominus septimæ per directionem uel retrogradationẽ, aut dominus septimæ intrauerit signum in quo fuit dñs ascendentis, significat ꝙ ille cuius significator primò intrauerit signum in quo est alter, intrabit uillas alterius pugnando. Sed si fuerit inter eos planeta fortuna, significat quòd erit ibi qui intercedet inter eos pro pace componenda. At si planeta qui est inter eos fuerit infortunium, significat ꝙ erit ibi qui seminabit inter eos dissentionem, rixã, ac malum audaugebit. Et si planeta inter eos discurrens in eodẽ loco fuerit peregrinus, ipse qui intercedit inter eos erit extraneus de ambabus partib. Et si planeta ibi habuerit aliquam dignitatem, ille homo simile quoq; possidebit. Et si planeta ille fuerit Mercurij, erit idẽ homo scriptor uel magister in opere suo subtilis. Et si fuerit Iuppiter, erit magnus antesignanus: si Saturnus, homo senex et honoratꝰ, si Sol, erit dominus societatis: si Venus, erit homo legis: si Mercurius, erit scriptor: si Luna, erit mulier: si Mars, erit caput militũ, & aget in hoc negocio subdolosè & cum fraudibus & mendacijs. Et quem horũ planetarum uideris maiorem dignitatem habere in ascendente, uel in septima, iudica quòd illi parti in qua maiorem habet dignitatem magis adhærebit, & erit fidelior illi quàm alteri. Etiam quando Mercurius uel Luna propriè habuerit aliquam commixtionem cum Marte separatim, significat quòd intercedens inter eos cũ mendacijs, fraudibus, & proditionibus uadit. Etiam si pars fortunæ, uel eius dominus fortuna sit uel infortunium fuerit in quarta Martis uel eius oppositione, & tardus in motu suo uel retrogradus, significat quòd lis & interfectiones illæ tempore in longo producentur. Sed si pars fortunæ fuerit cum domino partis prosperitatis, quam diximus, eodem domino partis existente fortuna, & ambobus in ascendente, significat quòd incipiẽs alterum uincet et habebit prosperitatem super eum. At si ambo fuerint in septima, aduersarius prosperitatem habebit & uincet. Etiam si pars fortunæ fuerit in medio cœli cum Marte, significat interfectiones, mortalitatem magnam, ac sanguinis effusionẽ. Et si Luna fuerit aucta lumine & applicans Marti, & ipse orientalis à Sole in medio cœli, crudelior erit illa interfectio, expressior, atque maior. Etiam si quando Luna Marti de quarta applicuerit uel oppositione, significat quòd interficiet aduersarius uel morietur. Sed si quando applicuerit Saturno, & ipse regradus, significat quòd capietur fraudulenter, & proditio fiet ab illis in quibus confidit. Et si Saturnus fuerit directus, morientur aliqui qui secum fuerint, & ipse per se uenier post anxietates & mala quæ ibi euenient, obedire domino quæstionis.

Ptolemæus dixit: Quòd si ascendens illius qui uadit litigare uel litem incipit, fuerit Leo, & Mars in eo, & Sol in Libra, & Saturnus in Scorpione, erit in ambabus partibus clades magna, & separabunt se æqualiter sine uictoria. Sed si Saturnus in hac cõstellatione fuerit in septima, uincet aduersarius. Dixit etiam: Aspice cum quo duorũ planetarum maiorem affirmitatem habeat Luna, hoc est, uide si sit in signo in quo habeat aliquam dignitatem, & alter duorum planetarum habeat aliquam participationem in eodem signo: quia semper cum Luna est isto modo, & aspicit illum planetam, adhæret ei, et fortificat partem illam, & dat ei potentiam & uictoriam super alium. Etiam quando dominus septimæ est in ascendente, significat ꝙ inimicus erit captus, & significat pacẽ. At si nõ fuerit receptus, nec applicuerit alicui planetæ fortificanti eum, nec ei applicuerit aliquis planeta q adiuuet ipsum, significat quod per uim & datam operam non capietur. Hoc modo iudicabis si in septima fuerit dominus ascendentis. Præterea si quando accidit quod aliquis

quis præpositus militiæ ad pugnam exeat, Luna existente in ascendente, & Marte in nona, erit victus, uel captiuus, aut interfectus. Etiam si Venus ad hæc fuerit in septima, habebit aduersarius maiorem potentiam, quod pro altero peius erit. Etiam si Venus fuerit in ascendente, modicum incipiẽtẽ iuuabit, quia erit victus uel captus post laborem. Hoc idẽ facit Iuppiter, si fuerit uice Veneris. Etiam si quando Luna fuerit à Marte diminuta, & ipsa in ascendente, & illa in ascendente magnam dignitatẽ habuerit, destructionem incipientis significat. Etiã si quando Iuppiter per retrogradationẽ diminuet, uel p̃ existentiã eius in casu suo, & habuerit dignitatẽ in domo in qua fuerit Mars, fortes et durabiles significat interfectiones, & erit aduersario maius damnũ. Et si dominus ascendentis fuerit in capite Draconis, significat ingentem mortalitatem. Et si Sol fuerit cum capite Draconis in principio litis, uel in motu aliquorũ euntium litigatum, significat in ambabus partibus multos occisos, litem magnã, nec erit conditio pacis ibi. Etiam si dominus ascendentis fuerit cum capite Draconis, et dominus septimæ cum Cauda, significat q̃ ab utraq; parte morientur ferè omnes, & q̃ nõ euadent nisi pauci, & maior pars occisorũ erit à parte incipientis. Vel quãdo Mars est in aliquo angulorum in quæstione interfectionũ, significat quòd interfectio erit. Et si aspexerit eum dominus domus suæ, significatio firmior erit & interfectio citius fiet. Etiam si quando dominus ascendentis applicerit domino domus in qua est, uel domino octauæ ab ascẽdente, uel aliquis horum duorum planetarum applicuerit ei, destructionem significat domini quæstionis. Etiã si Mars fuerit dominus ascẽdentis & in angulo, & Mercurius applicuerit ei, significat destructionem domini quæstionis. Similiter iudica de domino septimæ hoc modo: q̃a si applicatio fuerit inter eos, destructionem significat inimici. Nota q̃ ille qui mouet quæstionem, quærit ex causa de qua cõstat, & quæ ad se pertinet. Vnde si ille qui tibi fecerit quæstionem, dixit: Peto pro re quam uolo incipere, uel pro lite quam uolo litigare, aut uolo ire ad bellum, uel aliquam aliam rẽ incipere, in hoc toto da ascendens ei qui mouit quæstionem, & septimam aduersario, & iudica secundum quod ibi diximus. Sed si ille qui quæstionem quæsiuit, dicit tibi: Peto pro inimico meo qui fecit mihi damnum, & plus potest quàm ego: uel pro homine qui uult me inuadere, & auferre mihi quod habeo: quia tunc eius uoluntas est in eodem inimico, da ascendens inimico pro quo quæritur, & septimam timenti ne sibi auferat id quod habet, & aspice in omnibus iudicijs prædictis, & iudica secũdum hanc rationẽ, ponendo unumquodq; iudicium in loco conuenienti. Cæterum si aliquis uasallus, ex uasallis regis, recesserit ab obedientia regis, & rex pro eo quæsiuerit futurum, iudica inobedienti per ascendens, & regi per eleuationem suæ gentis, et per testimonia sui regnatus.

De inobedientibus regis, & rebellibus, seu à rege deficientibus.

ALfodal filius Abenzehel filij Nimi gente dixit: Quando à te quæritur de homine qui recessit ut inobediens à rege, da inobedienti ascendens & Lunam, & regi Solem & medium cœli, postmodum si inueneris ascendens signum fixum, & Lunam similiter in signo fixo, significat quòd lis & bellum tempore longo durabunt, & q̃ inobediẽs firmus & pertinax est in consilio quod concepit, nec à cepto quod incepit desistet. Et si fuerit in signo communi, significat q̃ multam societatem congregatam habet, & quòd pœnitẽs est eius quod cœpit. Et si fuerit in signis breuium ascẽsionum, significat quòd lis debilis, & quòd eius causa celeriter destruet. Et si in signis ascensionum longarum, significat quòd est potens, & quòd de illo suo facto prouentum habebit. Et si Luna fuerit in signo communi, & in eiusdem signi principio, significat quòd inobediẽs est in principio sui belli. Porro etiam à loco Lunæ in figura, scies in quo loco est inobediens, uidelicet si est in oriente uel occidente, septẽtrione uel meridie, aut in quo medio harum partium. Etiam scies uillam in qua est, à uillis quæ sunt in participatione illius signi in quo est, in qualibet harum partium. Præterea si Luna & ascendens fuerint infortunati per Martem, significat quòd cito interficietur & destruetur res & causa eius, & victus ac destructus abibit, si potest: nã si Luna Saturno applicuerit, & ipse retrogradus, significat quòd capietur per fraudẽ & proditionem quam parauerũt illi in quibus confidebat: & si Saturnus in hac applicatione fuerit directus, significat quòd interficientur illi qui secum sunt & circa eum, sicut

consanguinei & adhærētes, & ipse suo corpore post magnam anxietatem & grandes molestias quæ sibi accident euadet: & si fuerit iuncta cum eo in angulis super terram, significat q̄ cito capietur. Hoc idem significant si fuerint in nona uel in undecima, maximè si Luna ad hæc aspexerit ascēdens uel Solem. Idem quoq; eueniet si Luna fuerit in destructione sua, id est, sub radijs. Quando Luna non aspicit ascendens nec Solem de quarta, significat quòd elongabitur tēpus inobedientiæ. Quando dominus ascendentis retrogradus est, significat q̄ eum sui operis pœnitebit, & ipse per se ut obediens ibit ad regē. Et si Luna fortunis applicuerit & aspexerit eas, & dominus ascendentis fuerit in aliqua domorum uel dignitatum suarum, aut in exaltatione sua directus cursu suo, significat q̄ inobediēs durabit multū, & q̄d in sua inobediētia firmus & pertinax est. Sed si dominꝰ ascēdētis fuerit sub terra, significat durabilitatem belli. At si fuerit in in nona, significat quòd celeriter abscindetur. Nota quòd significatores ascendentis & Lunæ, licet boni sint, fortes, & fortunati quammaximè esse possunt, nunquam significant quòd inobediens possit habere potentiam supra regem, dum significationes ac figuræ gentis & regni stabiles & firmæ sunt: & summum quod significare possunt ascēdens & Luna bonitate & uirtute sua, est quod inobediens tempore longo durabit, & quòd aliquibus uicibus uincet, & fortè deuincet aliquas uillas uel pagos. Elongatio autem eius temporis erit secundum potētiam significatorum, et maximè si significatores potentiam habuerint etiam in suo rebellionis principio uel radice, & quādo recessit inobediēs & bellum indixit. Et si hi significatores in his ambabus faciebus fortes fuerint, significat q̄ erit firmus & stabilis in omnibus rebus & operibus suis, rege non patiente damnum: & obediens reuertetur ad regem, & rex recipiet eum beneuole: & fortè significabunt quòd rex ante morietur, quàm possit eum capere, aut q̄ reuertatur obediens ad eum. Quod maximè accidit quando Sol est in septima uel decima iunctus infortunijs, uel ipsis aspicientibus eum de quarta uel oppositione: quia tunc mortem regis significat antequam inobedientem capere possit. At quādo infortunia de quarta uel oppositione, & Sol aspiciunt Lunam existētem super terram, significat q̄ lis celeriter & breuiter abscindet, & quòd inobediens capietur & ducetur ad regē. Sed si fortunæ fuerint in ascēdente cū Luna, significat q̄ per se ueniet ad regem, & rex tutum faciet eum. Etiam si Sol fuerit in septima, et Saturnus in octaua, significat q̄ rex morietur. Et si fuerint infortunia in medio cœli uel cum Sole, significat q̄ inobediens exercitus regis uincet. At si Mars & Saturnus fuerint in ascendente, significat quod inobediēs per se ueniet. Sed si Luna fuerit aucta lumine, significat quòd erit potens in lite sua. Et si fuerit lumine diminuta, significat q̄ in lite debilis erit. Item si Luna fuerit in occidente, & Mars & Mercurius in eius quarta dextra, inobedientis destructionem significāt. Ad hæc si Mars fuerit in angulo terræ, & Luna in angulo occidentis, significat etiam destructionem eiusdē. Et si Luna fuerit in destructione sua, & Mars aspexerit eam, significat quod interficietur. Et si Mercurius aspexerit Lunā cum infortunijs, significat q̄ ipse se manu propria interficiet. Et si Luna applicuerit Marti, & ipsa descendens fuerit in meridie uel septentrione secūdum latitudinē suam, significat etiam destructionem eiusdem. At si Luna fuerit in medio cœli, & infortunia aspexerint eam de quarta uel oppositione, significat quòd suspēdetur. Sed si Luna fuerit in medio cœli uel in septima, uel in quarta inter Solem & Saturnum obsessa, significat quòd comburetur. Præterea si Luna fuerit lumine diminuta, & in signo Leonis eā aspiciat Saturnus, significat quòd in sua inobedientia est pertinax. Etiam si quādo dominus ascēdentis & Luna uel Mars, aut dominus domus Martis fuerint in exaltatione uel domo sua, & aliqui eorū aspexerint Lunam aspectu amico, & fuerint in bonis & fortunatis locis, significat quòd erit firmus & potens in rebus & operib. suis. At si contrariū fuerit huius figuræ, aut Mars cadens ab angulo, significat quòd in rebus suis erit debilis, & quod celeriter destruetur. Sed si fuerint fortunæ in medio cœli, et Sol in exaltatione uel domo sua, & in bono loco figuræ fortunatus, significat quòd rex potēs erit & capiet eum cito. Porro si quis exercitus iuit contra alium, & uis scire status eorum, & quid de ipsis accidat, & coniunctiones eorum inter se in ipso conflictu, da ascendens & Lunam exercitui qui incipit mouere à sua parte, & septimam alteri exercitui, & aspice tunc Martem qui est dominus sanguinis & bellorum, & si inuene-

ris eum ſeparatum ab uno ſignificatorum, & alteri applicantem, aut unum duorum ſignificatorum applicantem alteri, uel unum eorum aſpicientem alterum de quarta uel oppoſitione, ſignificat quòd ambo exercitus concurrent & dimicabunt. At ſi ambo ſignificatores ſe aſpexerint de tertio, & anguli eorum fuerint ab infortunijs uacui, & applicuerint ad illos aut aſpexerint eos fortunæ, ſignificat quòd habebunt pacem, & alter alterum tutum paciſcetur. Item ſi quãdo aliquis inſurrexerit contra regem, & uoluerit ei reſiſtere, & quæratᷣ à te de eo, aſpice tunc ubi ſit Mars, & ſi fuerit in exaltatione ſua, & directus in ſuo motu, & Saturnꝰ aſpexerit eum de tertio, ſignificat quòd ille qui inſurrexit erit potens. At ſi Mars de ſigno in quo eſt iuerit ad ſignum ſui caſus, uel fuerit retrogradus, ſignificat quòd erit debilis: ſed ſi fuerit in ſtatione ſecunda, ſignificat quod erit potens. Item ſi quando quæratur à te de aliquo ſi inobediet & reſiſtet regi, aut ſi ſtabit in eius obedientia & mandato, aſpice tunc aſcendens, & ſi fuerit ſignum mobile, maximè Cancer uel Capricornus, & dominus eius ſimiliter in ſigno mobili uel retrogradus, dic quòd regi inobediet & reſiſtet. Etiam ſi dominus aſcendentis fuerit Mars & in angulo ſuper terram, regi cito inobediet & reſiſtet. Etiam ſi fuerit ſignificator in 12. aut fuerit Mars uel Saturnus dominus aſcendentis, & fuerit in oppoſitiõe Solis, & unus eorum Mars ſcilicet uel Saturnus in medio cœli, uel in 11. aut in oppoſitione domini medij cœli, regi inobediet & reſiſtet. Quando Luna eſt cadens ab angulo, & dominus aſcendentis ſimiliter, ſignificat uerificationẽ inobediẽtię, maximè ſi Luna ab infortunijs fuerit ſeparata, uel dñs aſcendentis retrogradus fuerit uel diminutus: quia retrogradatio ſignificat irã & inobedientiã & mendaciũ. Sed ſi fuerit ſignũ fixum, erit pertinax in ſua inobedientia, & eam in uoluntate habet. At ſi quando dñs aſcendẽtis fuerit cõbuſtus uel infortunatus, inobediẽs captus erit. Item ſi Luna fuerit domina diei, uel domina horæ qua receſſit inobediens, & cepit inobedire, uel diei aut horæ qua facta eſt q̃ſtio de eodem, ſignificat quòd debilis erit. Et ſi aſcendens fuerit ſignum tortuoſę aſcenſionis, et dñs eius in ſexta uel in alia domorũ cadentium ab angulo, maximè ſi fuerit in die, pœnitebit eum & fugiet. Nota quòd ſecunda domus eſt ſignificatrix auxiliatorum inci-

pientis, & octaua auxiliatorum aduerſarij, & undecima auxiliatorum regis, & quinta gentis ciuitatis: unde in qua iſtarum inueneris fortunas, uel ex eis cuius dominũ inueneris exiſtentem in domo uel exaltatione ſua, & orientalem à Sole, aut aliquem planetam potentem in eo, iudica potentiam & proſperitatem litis illi parti, cuius ſignificator eſt. Similiter in qua earum inueneris infortunia, uel dominum ſuum infortunatũ, iudica damnũ & infortuniũ illi cuius ſignificator eſt. Etiam ſi quãdo fuerit cum Marte in ſigno mobili, ſignificat damnũ & miſeriam regis. At ſi quando Mars fuerit ſub radijs uel occidentalis numero diminutus in angulo, aut in undecima uel quinta, ſignificat ſucceſſum & proſperitatem regis. Etiam ſi quando Iuppiter fuerit cum Sole & orientalis ab eo, & dominus undecimæ iũctus cum eo, & fuerit in ea fortuna, ſignificat quòd magnates & qui hominibꝰ ſunt prępoſiti, erunt regi ueridici & fideles, & ei bonam uoluntatem habebunt. At ſi fuerit in undecima fortuna retrograda uel infortunium, aut fuerit Mercurius cum Cauda in coniunctione Solis, rex malam uoluntatem habebit, & hominibus uim faciet, & homines ſubditi habebunt malam uoluntatem contra eum, & dicent malum de ipſo, & infamabunt. Exemplũ cuiuſdã querentis pro fratre ſuo militãte cũ rege, quid ſit futurũ de ipſo cum rege. Fuit aſcendens Virgo ſedecim gradus. Dedi aſcendẽs & eius dominum illi fratri pro quo facta eſt quæſtio, quia uolũtas quæſtionis fuit in eo: ſed ſi uoluntas quæſtionis fuiſſet in rege, dediſſem aſcendens & eius dominũ regi: & non inueni aliquem planetã in aſcendente, ſed inueni dominum eius in oppoſito ſuo, & Venerem ac Solem cum eo. Etiam inueni dominum ſeptimæ in tertia cadentem ab angulo non receptum, & dominum aſcendentis receptum à dño ſeptimæ. Significauit hoc potentiam inimici regis, & quòd durabit in hac potentia donec dirigatur Iuppiter, & cadat Mercurius ab angulo, & tunc debilitabitur & petet pacem: quia Mercurius

Saturnus	Capricornus	29.
Luna	Aries	23.
Mars	Aries	21.
Iuppiter	Scorpio	19.
Mercurius	Piſces	19.
Venus	Piſces	9.
Sol	Piſces	6.

ibat ad Iouẽ de tertio: & quia dominus aſ-

cendẽtis erat in septima, significat quòd inimicus iste ueniet ad regẽ & rogabit eum: quod fiet ubi Sol intrauerit Scorpionẽ, uel quando Iuppiter intrauerit domum suam. Etiam inuenī Lunā separatam à Marte & applicatam Saturno, & fuit Mars significator inimici, & Saturnus significator regis: similiter, quia Mars ibat ad Saturnū, significauit hoc q̃d debilitabitur inimicus in cõbustione Martis, & quòd ueniet ad regem in directione Iouis, uel in introitu Martis in ascendente.

De bello diutino exemplum. Cap. XLIII.

FVit ascendens Taurus 24. gradus. Dedi ascendens & eius dominum & planetā à quo separatur Luna dominо quæstionis, & angulum occidẽtis & eius dominum & planetam cui applicat Luna aduersario eius, & inueni dominum ascẽdentis in diuisione non esse re-

Saturnus	Scorpio	23.	42.
Mercurius	Capricornus	21.	
Sol	Capricornus	19.	
Luna	Leo	16.	40.
Mars	Capricornus	12.	
Iuppiter	Taurus	4.	30.
Venus	Aquarius	1.	13.

ceptum in septima, applicante sibi domino domus de exaltatione sua orientali à Sole, & erat inter eos mutua receptio & completa, & Lunam separatam à Ioue, & Iouem in signo ascendentis applicantem Saturno in septima in angulo firmum, & ipse est ex altioribus planetis. Significauit hoc elongationem litis, & quòd longo tempore durabit antequam abscindatur lis. Et quia Venus domina ascendentis erat in suo loco peregrina, et Mars in exaltatione sua, significat quod dominus quæstionis intrauit uillas inimici sui. Et quia dominus secundę ab ascendente iunctus fuit cum domino ascendentis, & ambo ibant ad Saturnum qui est in septima, significauit quòd dominus quæstionis faciet magnas expensas, & quòd ex causa litis magnum sustinebit laborem. Et quia Mars erat in exaltatione sua receptus à Saturno, & Saturnus in domo Martis receptus ab eo, significauit quòd inimicus erit potẽs, nec uinci nec superari poterit, nec de terra expelli. Et quia Venus separata erat à Marte intrans signum medij cœli, & applicans Ioui de signo à quo separata est Luna, significauit quòd dominus quæstionis durabit modicum in terra inimici, & q̃d cito exibit de illa, postquam diminuerit & destruxerit quæ inuenit in ea, & cum societate sua saluus recedet. Sed si quando Venus intrans signū Aquarij applicuisset Saturno antequam Ioui, uel iuisset ad Saturnū in loco suo sine Ioue, nunquam de terra aduersarij recessisset dominus quæstionis: tamẽ quia Venus fortunæ applicuit in signo ascendentis existenti, significauit q̃d cum societate sua saluus recedet. Et quia dominus octauæ erat in ascendente ei applicante domino ascendentis, significat lucra quę habebit dominus quæstiõis & eius exercitus, ex rebus quas in prędatione accipiunt: & quòd militia eius currens super inimicũ, non morabitur multum sed celeriter reuertetur. Isto modo & secundum hæc exempla iudica de ijs quæ tibi offeruntur. Porrò si quando scire uolueris tempora in quibus futurum est bellum, à Luna id disce, aspiciendo locũ in quo fuit in principio litis, aut in motu exercitus litigatum euntis, uel in quæstione facta sup̃ hac ratiõe: & qualibet uice qua Luna aspexerit locum qui fuit in aliqua radicũ harum, cuiuscunq; aspectus sit, significat quòd illo tempore mouebitur causa propter quam fuit lis, & mouebitur lis ac nominabitur: & secundum aspectus quos Luna tẽpore illo habuerit à fortunis & infortunijs, erit lis magna aut debilis. Similiter aspice quot gradus sunt ab ascẽdente usq; ad Lunam, & quot gradus sunt à Sole usq; ad ascendens, & ambos cõiunge numeros, & secundum numerum horum graduum erit lis & bellum dierum uel mensiũ paucorum uel multorũ, quoniam quilibet gradus diem, et quodlibet signum mensem denotat. Præterea si uolueris scire multitudinem exercitus & utrum uerum sit q̃d de eius dictĩ quantitate, aspice q̃t gradus sint à Luna usq; ad Mercuriũ, & fac quoslibet 30. gradus unum signũ: & si numerus signorum quos habueris par fuerit, est mendacium: quia est medietas eius quod dicitur uel minus. & uerificare hoc graue est, quia certificari nõ potest. Sed si numerus ille signorum fuerit impar, est quod dicitur de militia uerum. At si signa fuerint imparia & gradus remanserint, ita quòd signũ non sit cõpletum, & si cõpleretur signum illud esset numerus par, est minor exercitus quã dicatur. Etiam sic scies multitudinem uel paucitatẽ militiæ, à numero qui fuerit inter Lunam & Mercuriũ: quia si fuerit multorum signorũ & longarum ascensionum, exercitus erit frequẽs & mutus: si paucorũ signorum &

rum & aſcenſionū breuium, excercitus ſimiliter paucus. Etiā ſi quādo ſigna fuerint multorum filiorum, ſignificat quòd militia erit multa. Ad hæc ſi uolueris ſcire ſi inimicus ſtruet proditiones, deceptiones, aut inſidias, aſpice Saturnum & Lunam, & ſi ambo aſpexerint aſcendens quæſtionis factæ in hac ratione, ſignificat quòd eſt ibi proditio & fraus: & ſi Mars habuerit teſtimoniū cum Luna, metus ſignificat & pauores, & quòd in conſilio ſunt diſcordes. Et ſi Mercurius aſpexerit aſcendens cum Luna, deceptiones & proditiones ſignificat. At Iuppiter & Venus ſignificant ſaluationem, uoluntatem, & remotionem proditionū. Etiam ſi quando diminutus fuerit Mercurius uel combuſtus, iudica proditionē & deceptionem certam & ſtatam. Et ſi Mars fuerit cum Mercurio, proditio erit manifeſta & publica, nec tegetur. At ſi Saturnus cum Mercurio fuerit ſub radijs, ſignificat quod proditio tegetur, & ex ambabus partibus erit. Poſtmodum aſpice Mercurium, Saturnum, & Lunam, & ſi inueneris quòd plures dignitates habeant in aſcendente quam in ſeptima, uel aſpexerint ipſum, iudica quòd dominus quæſtionis (cuius ſignificator eſt aſcendens) incipiet proditionem, & quòd eam ad ſuum finē perducet: ſed ſi hæ dignitates & hi aſpectus horum planetarum fuerint in ſeptima, proditio & eius cōplementum erit per aduerſariū. Etiam ſi Luna fuerit diminuta per Martem, & Mars in aſcendente, & Luna ibi participationem habuerit, damnum & malum eueniet in excercitu alterum inuadente. Et ſi Mercurius fuerit dominus aſcendentis, aut Saturnus, & fuerint in ſecunda ab aſcendente, malum et dānum accidet in excercitu inſultū excipiēte. At ſi Saturnus fuerit dominus aſcendentis, & ipſe ſolus in ſecūda domo, ſignificat quòd proditio & præparatum damnum prius palàm fiet & erit notū militibus aduerſarijs, quàm finem conſequatur, ideoq; cauentes magnam ſtragem inferent inſultoribus. Sed ſi Mercurius in hoc negotio ſolus fuerit, neſcient hoc donec illatum fuerit malum. Quando uolueris parare deceptionē uel inſidias inimico tuo, ſtude ut in principio ſtructionis & conſilij ſit Luna in Aquario uel Scorpione, aut Leone uel Piſcibus, aut in Sagittario lumine diminuta uel cōbuſta ſub radijs Solis, & Iuppiter & Venus ac Mercurius cum ea, uel aſpicientes eam, & ipſa illis applicās, aut alicui eorum, uel quòd habeat teſtimonium in aſcendente: quoniam ſi feceris hoc in tali figura, habebis quod uoles de inimico tuo, & perficies quod cupiebas, & quod facere cogitaſti. Ad hæc ſi uolueris ſcire quando abſcindetur lis, exēplum iam prædiximus, quòd aſcendens eſt ſignificator capitanei euntis à tua parte, & ſeptima eorum contra quos itur, & quòd à dominis horum locorum, & eorum ſtatu & manſione petitur, conſiderando uidelicet quomodo morentur, & ſi ſint fortunati & in bonis locis, uel infortunati & in malis locis, cadentes ab angulis, & ab exiſtentia fortunarum & infortuniorum. Vt ſi quando Luna detulerit lumen inter Martem & Saturnum, & fortunæ aſpexerint eam exiſtētem in bono loco, in quo habeat aliquam dignitatem uel potētiam, ſignificat productionem litis, & quòd tempore longo durabit. In ſumma abſciſſionis tempus petitur à quartis & oppoſitionib⁹ Solis, & alijs motibus, quibus transferunt ſe de uno aſpectu in alium, & eius fortunā mutant. Vt ſi quādo Sol fuerit in principio litis aut quæſtionis in quarta aſcēdentis uel Lunæ, abſcindetur lis in aliqua iſtarū quartarum, ſcilicet aſcendentis uel Lunæ. Et ſi Sol in radice fuerit in oppoſitione horum locorum, abſcindetur ſimiliter in oppoſitionibus ſuis: ſi fuerit in tertio, ſimiliter in tertio. Etiā hoc de aſcendente uel Luna aut loue, quia in his temporibus lis abſcindetur. Vt ſi Sol fuerit in aſcendente, litis ſignificat breuitatem, & quòd breui tempore abſcindetur. Pacis præterea conditio & qualitas ſcieē à parte pacis, quæ accipitur à Luna in Mercurium, & proijcitur ab aſcēdente. Et ſi dominos triplicitatis huius partis in bonis locis inueneris, & fortunas aſpicientes eos, aut aliquem eorum, aut iunctos cum illis, ſignificat quod res ad pacem ueniet, & pax fiet. Et ſi acciderit quod Luna in principio litis ſit in ſexta uel duodecima, aut dominus domus Lunæ in aliquo iſtorum locorum, aut dominus domus ſuæ in aliquo eorum, uel ambo Luminaria in fine ſignorum, militiæ metum ſignificat & pauorem & cordium debilitatem. Et quando domini triplicitatis coniunctionis uel oppoſitionis fuerint ante litem, in bonis locis figuræ principij litis, aut figuę motus principij excercitus litigatum euntis, litem ſignificat & poſtea pacem. Et ſi dominus triplicitatis primus fuerit in bono loco coniunctionis uel oppoſitionis, & ſecundus in

malo, significat quòd principium litis erit bonum, & finis malus. Et si locus coniunctionis uel oppositionis præcedentis, fuerit in quæstione uel principio litis obsessus inter duo infortunia, aut in septima uel 4. significat q̃d accidet illi exercitui metus & pauor, & quòd humiliabitur & obediet alteri. Quando aliquis litigator quæsierit, quando sit incepturus quærere pacem cum inimico suo pone Lunam in ascẽdente uel quòd aspiciat ascendens de tertio uel quarto, & Luna sit lumine ac numero aucta, & dominus ascendentis cum ea directus in suo cursu, uel quòd applicet Luna domino ascendentis, & si fuerit Luna prope domum uel exaltationem suam aut eius ad eum, erit melius: conuenit etiam ibi ut Mercurius sit liber ab infortunijs, & aspiciat Lunam, Iouem, uel Venerem: quia si aliquam commixtionem habuerit cum Saturno de oppositione uel quarta, non faciet ad pacem. Et si quando dominus ascendentis & dominus septimæ, unus scilicet eorum fuerit in domo alterius, est significatio pacis sine interfectione. Etiã est significatio pacis, si fuerit inter eos de tertio uel sextili applicatio, uno recipiente alterum, & incipiet postulare pacem ille cuius significator fuerit cursu leuior. Et si aspexerint se de quarta uel oppositione, pax erit postrixam. At si unus eorum receperit alterum, & alter fuerit retrogradus, uel in loco sibi non conuenienti, (sicut in casu domus eius uel ab exaltatione, aut in octaua ab ascendente, uel in sexta aut in duodecima) est significatio quòd struet proditionem aduersario postquam pepigerit & tutum dixerit eum. Sed si inueneris dominum ascendentis in angulo occidentis, & dominum anguli occidentis in medio cœli, & Luna applicuerit domino medij cœli, aliqua fortuna aspiciente Lunam & medium cœli, significat pacem inter duos aduersarios futuram sine interfectione & aliqua lite, & quòd ille qui habuerit maiorem dignitatẽ ac potentiam, ut si dominus ascendentis uel dominus septimæ in medio cœli fuerit, habebit maiorem uoluntatem pacis, & petet eam. Etiam si aliquam inueneris fortunam in ascendente fortem, & habentem aliquam dignitatem in angulo occidentis, ille qui intercedit, p pace inter duos aduersarios, erit ueridic⁹ & sincer⁹ sine mẽdacio & fraude. At si fortuna illa fuerit à Marte infortunio tacta, erit mendax & aget fraudulẽter. Sed si planeta qui fuerit in ascendente, habuerit dignitatem in septima, sicut prædiximus, & qui significauit pacem per mediatorem fuerit Mercurius, erit scriptor alterius duarum partium: si fuerit Iuppiter, erit homo nobilis, progeniei bonæ, & partibus ambabus fidelis & integer, & in eo quod de pace tractat ueridicus: si Mars, erit antesignanus militiæ alterius eorum, & utitur mendacio & fraude: si Saturnus, erit homo senex, multorum dierum, & qui multum laborauit in rebus, & magis adhæret uni parti quàm alteri, nec communiter intercedit: & in qua parte maiorem habuerit dignitatem, scilicet in ascendente, uel in septima, illi adhæret & diligit eam plus quàm alteram. Sed si Sol fuerit dominus illius gentis, petet pacẽ per se: & si Venus, est homo quietus, mansuetus, bonæ uoluntatis, & sine deceptione ac mendacio, & forsitan mulier est. Etiam si Luna, est homo qui uadit cũ bonitate ac integritate inter ambas partes, nisi habuerit aliquam commixtionem cum Marte: quia tunc erit mẽdax, & utetur mendacijs & fraude. Etiam si quando fortunæ fuerint commixtæ significatori belli, aut earum aliqua iuncta cum eo in bono loco figuræ, bellum non durabit, sed celeriter abscindetur & remouebitur, ac id una duarum partium abhorrebit. Item si uolueris scire statum belli in qualibet die, scias locum Lunæ in principio litis, uel horam qua se coniunxerint ambæ partes, & scias loca Martis, Iouis, Saturni, & Veneris, & status contra Lunam: postmodum dirige Lunam ad quartas horum planetarum, & si quando fuerit cum Marte uel cum Saturno, aut fuerit inter eos translatio luminis, tunc significat litem & frequentem interfectionem & diutinam. At si quando fuerit cum Ioue aut cum Venere, tunc significat quietem & mansuetudinem litis & interfectionis. Sed si quando fuerit cum Mercurio, intercedent inter eos legationes & fraudes. Hermes dixit: Quando Mars est à decem gradibus Tauri, usq; ad decimum gradum Leonis, est orientalis: & à decimo gradu Leonis usque ad decimum gradum Scorpionis, est meridionalis: & à decimo Scorpionis usque ad decimum gradum Aquarij, est occidentalis: & à decimo gradu Aquarij usque ad decimum gradum Tauri, est septentrionalis. Vnde si quãdo lis aliqua acciderit inter gentes partitionum, in parte qua fuerit Mars, illa uincet & fortunam

bonam

bonam habebit in oriente, meridie, occidente, & septentrione.

De obsidione & captione uillarum & earum statibus. Cap. XLIIII.

QVando à te queritur super aliqua ciuitate uel castro, si obsidebitur uel non, & si obsideatur utrum capietur uel non, & si capiatur utrũ per deditionem an uiolentiã, & si pacti centur intrinseci, & si possunt ferre impetus intra menia, aut si pacti tuti erũt an prodentur post pactionẽ. Si scias ascendens ciuitatis, & locum Solis in ascendente suo, & aliorum planetarum in radice ędificationis eius, operare secũdum hoc, & secundum stabilitatem fortunarum & infortuniorum in illa figura, et applicationes ac motus earum. Sed si hoc nesciueris, sciueris autem natiuitatem eius regis, aut principium quando habuerit dominium super illam ciuitatem, operare secundum hoc: quoniam si regis significator diminutus fuerit, status illius ciuitatis diminuetur & expugnabitur. At si nec hoc sciueris, apta ascendens horę interrogationis, & da ascendens & Lunam ciuitati: pòst si inueneris infortunium in gradibus ascẽdentis, significat ꝙd est obsessa: & si illud infortuniũ remotum fuerit ab ascendente in duodecima, significat quòd fuit obsessa, nec est modò. Sed si idem infortunium fuerit ascendens per gradus in participatione secũdæ domus, significat quòd non est obsessa adhuc, nec obsidebitur postea. Et si ad id fuerit in medio cœli fortuna, significat quòd salua erit, nec capietur ciuitas. Sed si fuerit infortunium in decima, significat quòd uiolenter intrabunt ciuitatem. Et si fortuna fuerit in participatione decimæ, & infortunium in ipso met angulo, intrabunt ciuitatẽ, tamen cum magna asseuerantia pacis. Etiam si Mercurius aspexerit eos, erunt inter eos conuentiones & pacta, quæ neutiquam rata neque firma erunt, si Mercurius tunc fuerit cum infortunijs: quoniam fient seu abibunt in proditiones, nec tenebitur conuentio, nec securitas ipsis data. Sed si Mercurius fuerit cum fortunis, pacta & conuentiones factæ diligentius seruabuntur. Et si fortuna fuerit in angulo decimæ, & infortuniũ subsequens, significat quòd capietur ciuitas, & seruabitur gens à morte: ipsa autem ciuitas deprædabitur, & de ipsis aliqui suspendentur. At si idem infortunium fuerit remotum ab angulo decimæ in parte nonæ, & fortuna in parte medij cœli, significat quòd prædabuntur, & in captiuitatẽ ducentur, & remanebunt populationes in ciuitate. Sed si Iuppiter fuerit dominus ascendentis, & potens in angulo, in quo aliquam habeat dignitatem, uel in succedenti suspiciendo ascendens, significat quòd ciuitas euadet litem, & quòd accipietur per deditionem in saluatione gentis, si fuerit significatio quòd capi debeat. At si Saturnus ibi fuerit uice Iouis, & fortunæ cadentes ab eo, ita quòd non aspiciant ipsum, & Mars aspiciens eum, & Luna diminuta per Martem, significat quòd capietur ciuitas uiolenter, & quod interficientur gentes existentes in ea, ita quòd inde non euadent nisi pauci. Porrò si quando tibi oblata fuerit quæstio de ciuitate obsessa, aspice quòd signum sit ascendens illius, & quis eius dominus, & qualiter sit ei in aspectibus fortunarum & infortuniorum, & ubi cum Luna: quoniam si Luna fuerit applicans Marti sine aspectu fortunarum, significat quòd expugnabitur ualidè: & si ad hoc significatores ciuitatis uel castri fuerint infortunati per Martem, significat quòd per uiolentiam capietur & deprędabitur quicquid in ea inuentum fuerit, & de gente illa plurimi occidentur. Sed si Saturnus fuerit uice Martis in omni eo quod diximus, significat quòd erunt diutinæ lites inter gentem ciuitatis obsessæ, & extrinsecos obsidentes, & durabit hoc donec tædeat partem utranque. Et si Iuppiter aspexerit Lunam & significatores ciuitatis de forti loco, non capietur ciuitas, nec habebitur nisi per deditionem. Et si Venus ibi iuuerit Iouem & Lunam per aspectum quo eos aspicit, uel iuuerit Lunam & significatores ciuitatis, animauit se gens ciuitatis contra obsidentes, ita quòd recedent & desistent sine captione ciuitatis. Et si Luminaria fuerint in quarta infortuniorũ, (semper enim cùm Luna applicuerit ad quartam infortuniorum id inferre solet) proximè ad Martem, lis mouebitur illa die. Sed si fortunæ eos aspexerint illa hora, quiescet lis & leuis erit. Ad hæc si uolueris scire quamdiu bellum sit duraturum, aspice dominum signi ciuitatis si est fortuna uel infortunium, & numera quot gradus sint ab eo usque ad Lunam, & quot gradus sint eiam ab eo usque ad dominum ascendentis: & si fuerit infortunium, numerus graduum

qui sunt ab eo usque ad aliquem dictorum locorum, erunt menses: si fuerit fortuna potens in figura, erit numerus ille dies. Et si quando inueneris fortunas dominantes super significatores ciuitatis, & super Lunā ac super ascendens quæstionis hora quæstionis, iudica saluationem ciuitatis, & quòd non accipiet malum. At si quando inueneris infortunia dominantia super loca prædicta, iudica quòd patietur malum, interfectiones, & damna. Et si quando fuerit dñs partis fortunæ in hora qua feceris ascendens infortunium, & aspiciens partem, etiam fortunæ remotæ ab eis, deueniet gens ciuitatis in anxietatem & damnum. Sed si dominus partis fortunæ fuerit fortuna & potens in bono loco, & aspiciens partem, significat prosperitatem gentis ciuitatis, et quòd euadent salui, & quòd inimicus recedet ab eis ultro. Etiam si quando Luna fuerit aucta lumine, significat quòd gens ciuitatis cum alijs longo tempore litigabit. At si fuerit lumine diminuta, significat quod celeriter capietur. Sed si fuerit cum aliquo duorum nodorum Capitis aut Caudę, significat quod ciuitas nō capietur, nisi cum molestia magna & labore. At si fuerit Luna sub radijs Solis applicans Veneri, & Venus occidentalis intrans sub radijs, significat saluationem & euasionem ciuitatis, & quòd non capietur. Etiam si Luna in figura fuerit inter medium cœli & angulum occidentis, applicans Veneri & Mercurio, similiter significat saluationem & liberationem ciuitatis & gentis suæ. Sed si aspexerit Iouem & Saturnum de tertio, significat ꝙd habebitur ciuitas cum securitate gētis post longum tempus. At si fuerit Luna in parte cœli descendentis, quę est inter medium cœli & angulum occidentis, significat quòd ciuitas cito habebitur ac breui tempore. Etiam si fuerit inter angulum occidentis et quartā domum, quæ similiter dicta est descendens, Marte diminuente Lunam, ualidam significat obsidionem, & quòd ciuitas capietur aut castrum, post multas interfectiones & sanguinem fusum, & quòd maior pars gentis ciuitatis interficietur. Etiam si quando Luna fuerit in duabus quartis ascendentibus, (quæ sunt à quarta ad ascendens, & ab ascendente ad decimā) & Mars in oppositione uel quarta sua, significat ꝙd cito ac breuiter capietur. At si fuerit in duabus quartis descendentibus, Ioue fortunante ipsam, significat quod militia quæ circundauerit ciuitatem, separabitur & discedet inde. Si quando aliquis inimicus fuerit in aliqua ciuitate, ascendens est significator illius inimici euntis, & septima ciuitatis: unde si dominus septimæ fuerit Iuppiter aut Venus, & fuerit in ipsamet domo, ciuitas non capietur nisi per deditionē, & non habebunt grauem litem cum gente sua. Et si fuerit in septima Saturnus, & habuerit in ea aliquam dignitatem, & fortunæ cadētes fuerint ab aspectibus suis, ciuitas capiet, & deprędabitur gens illa. Sed si Iuppiter fuerit tunc in ascendente, quod est oppositum à Saturno, significat ꝙd habebunt pacem. Sed si Saturnus fuerit in ascendente, & Iuppiter cadens ab eo, inimicus oppugnans ciuitatem reuertetur ab ea, gente ciuitatis se defendente de eo. Tamen si Iuppiter aspexerit eum, & non fuerit cadens ab eo, significat quòd erit lis & interfectio inter eos, & postmodum pax. Et si fuerit Mars uel Iuppiter in ascendente, significat quòd erit inter ambas partes lis debilis, & postmodum perueniet causa eorum ad pacem. Idem hoc erit si ambo fuerint in septima. Et si Mars fuerit per se separatim in septima, & diminuerit Lunam, & Iuppiter fuerit cadens à septima, significat magnam litem, & magnum damnum quod recipiet ciuitas & gēs eius. Et si Mars fuerit separatim in ascēdente. & Lunā diminuerit, significat quòd inimicus oppugnans ciuitatem, erit à gente ciuitatis uictus, & quòd gens ipsa prosperitatem habebit. Herdedi pro suo magistro dixit: Quando quæstio tibi oblata fuerit de aliqua ciuitate, & quęsieris ascendens eius, & inueneris ipsum infortunatum propter præsentiam alicuius duorum infortuniorū in eo, uel quòd aspexerint eum de quarta uel oppositione, & Luna & dominus ascendentis similiter infortunati uel diminuti, aut cadentes ab angulis fuerint, significat infortunium ciuitatis, & quòd eam capiet inimicus. Et si ascendens & eius dominus fuerint inter duo infortunia, significat ꝙd gens ciuitatis fortiter est obsessa, & ꝙd premitꝰ in angustia & anxietate. Et si dominus ascendentis fuerit in secūda uel octaua aut sexta uel duodecima, significat ꝙd gens ciuitatis est in tristitia et anxietate, maximè si fuerit sub radijs, uel si Luna fuerit in aliq̄ duorū nodorū: & si dñs octauæ & dñs septimæ fuerit in ascēdente, & ambo uel alter eorum fuerit infortunatū, uel Sol fuerit circa ascendens quantū est lumen eius, id est,

quindecim

quindecim gradibus, iudica quòd iam capta est: quoniam tempus suę captionis est, qñ gradus ascendentis fuerint infortunati, uel quãdo combusti fuerint, aut qñ intrauerint suum casum domus uel exaltationis, uel qñ ceperunt regradari. Et si fortunę uel infortunia inuicem ascendens & eius dñm ac Lunam aspexerint, significat quòd litem habebũt, & postmodũ ad pacem peruenient. Et si aliquod infortuniũ quod nõ erat in angulo, modo uadit & intrat aliquem angulorum, significat quòd per deditionẽ habebitur. Et si fuerit fortuna in ascendente, uel iuncta cum domino ascendentis, aut ascendens & eius dominus ac Luna liberi ab infortunijs fuerint, significat quòd ciuitas nõ capietur. At si fortuna fuerit in duodecima ab ascendẽte, ueniet ciuitati subsidiũ quod defendet eandẽ. Scies autẽ subsidij cõditionem à natura fortunę & signi in quo fuerit, quia si fuerit Sol, & ipse in Ariete, erit rex succurrens: si Iuppiter, homo celebris aut dominus terrę: si Venus, iuuenis pulcher et compositus: si Mercurius, scriba, & quòd ferret subsidium, erit per unigenitum, uel aliquod magisterium: si Luna erit, iustus: si Mars, & fuerit in bono loco à dextra ascendentis, uel eius domini: aut ab eius sinistra, & Iuppiter cum eo ipso aspiciente Lunam, & ascendens de bono aspectu, significat q̃ ciuitatis subsidium erit à domino militiæ, et ab homine potenti. Et si fuerit Saturnus aspiciens ascendens de exaltatione sua, significat quòd suppetiæ & auxilium ciuitatis erit per fraudes & res occultas. Etiam si in ascendente fuerit infortuniũ directum suo cursu, significat ciuitatis potentiã & suę gẽtis. Et si infortunium ipsum fuerit Saturnus, & fuerit dominus ascendẽtis uel exaltationis ascendentis, significat quòd gens illa tristitias, angustias, & anxietates habebit. Et si regradum fuerit infortunium, significat quòd gens ciuitatis discordabitur, & eam capiet inimicus: idem hoc accidet si retrogradus fuerit dominus ascendentis. Etiam si dominus ascendentis infortunatus fuerit in aliquo angulorum ascendentis, significat quòd capietur ciuitas & deprædabit̃ gens ipsius, & multi interficiẽtur ex eis. At si fortunæ fuerint in ascendente, aut in suis angulis peregrinæ, non habentes ibi aliquam dignitatem, nec etiam in ascendente, significat quòd habebitur per deditionem. Sed si fortuna quę erat in ascendente fuerit dña duodecimæ uel sextæ, significat quòd per insolentiam diripietur, tamen gens ciuitatis malum non recipiet nec damnum. Etiam si fuerint infortunia in ascendente, aut in angulis suis uel dignitatibus, & dominãtia in ascendente, significat quòd habebitur ciuitas per rixã & discordiam quæ erit inter gentes ciuitatis. Non malũ est etiãprospicere ciuitati uel castro ab ascendẽte & Luna & domino ciuitatis, à domino ascendẽtis: & genti ciuitatis à secunda: & iudica cuilibet eorum secundum posse ac statum significatorũ suorum. Præterea si aduersarius ciuitatis separatim & specialiter offerret quæstionẽ, si habebit ciuitatem uel nõ, & si uincet gentem illius uel non, da tunc ascendens quærẽti, & eius dominum societati eius: & septimam & eius dñm ciuitati & eius dño: & eorũ ille quẽ infortunatũ inueneris uel diminutũ eius cuiꝰ significator fuerit, destructionẽ significat. Et si alter duorũ significatorũ fuerit circa ascendẽs alterius, & inter eum & gradũ anguli fuerit quantũ est orbis planetæ, significat q̃ ille cuius significator fuerit in transitu & ascensu alterius, bello inuadet terrã alterius & eã ingredieť. Cui negotio semp̃ adiunge diligentẽ Lunæ cõsiderationẽ, & perpẽde si sit diminuta an fortunata, & si Luna fuerit inter ascendens & medium cœli, uel inter ascendens & 4. accipe eam pro significatore quærentis: sed si fuerit inter medium cœli & 7. uel inter 7. & 4. accipe eã pro significatore rei quæsitæ. Item si uoles scire tempus oportunũ obsidendi ciuitatẽ uel castrũ aliquod, & ex astris, ppterea uelis electionem facere, & scire quæ huic obsessionis principio dare debeas & sequi, aspice si Luna lumine sit diminuta, & descendens ad partem meridionalem latitudinariẽ, & fortunę aspiciant eam de quocunque aspectu uolueris: & si fuerint iunctæ cum ea, erit melius. Etiam si Mars in signo fœmininо in tertio Lunæ, & sit ascendens signum longæ ac directæ ascensionis, fortunis aspicientibus ipsum. Talem em̃ si feceris electionem, & in ea cœperis obsidere ciuitatẽ uel castrũ, sperare poteris eam celeriter capi: uel eo celerius si Luna fuerit ad tertium Martis, & melius. Caueas autem in hac re aspectũ Saturni, & q̃maximè potes stude ut si cadens ab angulo: qa Saturnꝰ tarditatẽ & elongationẽ significat. Hanc electionẽ expertã fuisse in obsidiõe ciuitatis, quæ nominat̃ Vatyt duabus uicibus, omnes fatent̃ & dicunt q̃ capta fuit cũ beneplacito Dei.

Alfadal filius Abenzagel dixit: Quando mittere uolueris exercitū obsessurū ciuitatem uel castrum, aut ad incurrendum super eam, uolesq; eos feliciter pugnare, mitte eos in die & hora Iouis, uel in die & hora Solis, uel in die & hora Veneris, & pone ascendens domum fortunæ, & sit ipsa fortuna orientalis in ascendente, uel in medio cœli, aut in decima, & sit dominus horæ cū altera fortuna. Nam si quando in ascendente fuerit fortuna, significat lucrum in illo itinere, & saluationem corporū. Et si quando Luna fuerit coniuncta fortunæ de coniunctione, gaudia & hilaritatem significat. Etiam quando Luna est aucta lumine & applicans fortunæ, agilitatem significat in itinere, & prosperitatem in factis: & maximè si signum ascendētis, & signum in quo est Luna, fuerit directarum ascensionum. Hoc est melius, certius, & uerius in tali negotio quod dici queat. Dorothius & multi alij sapientes de Babylonia in hac ratione dixerunt, quòd signa tortuosarū ascensionum grauitatem in rebus significant, & propriè eorum mobilia: quia hæc certificant molestiam & damnum totius rei quæ perquiritur. Et si quando Sol in tali re uel electione, ut ista, fuerit in ascendente, significat quòd uadunt propter concordiam alicuius cum aliquo, & ad extollendum & perficiendum rem pro qua itur: mala tamen est profectio ratione lucri, quoniā ille qui uadit hora illa, aliquando uacuus reuertitur. Itaque certior erit res ista, si Sol fuerit in signo fœminino, aut in suomet casu, uel aliquod infortunū aspexerit eum. Etiam si quando Luna fuerit in ascendēte uel in medio cœli in principio itineris, & applicuerit fortunæ, aut fuerit ab infortunijs libera, significat successus et felicitatē & fortitudinē in re illa: maximè si fuerit in exaltatiōe sua, uel dominus exaltatiōis loci in quo fuerit, liber sit à combustione uel regradatione.

Iuppiter	Leo	29.
Saturnus	Sagittarius	22.
Mars	Libra	21.
Luna	Cancer	9.
Sol	Leo	26.
Venus	Virgo	15.
Mercurius	Leo	3.

De cunte ad obsidendum, si ea obsessa ciuitate potiatur, exemplum. Cap. XLV.

FVit ascendens Aquarius quinq; gradus, & locus planetarum erat ut hîc apparet. Ascendens igitur & eius dominum, ac planetam à quo separatur Luna, dedi inimico eunti obsessum ciuitatē: quia initium quæstionis factum est per eum. Et septimam ac eius dominum, & planetam cui applicat Luna, ciuitati. Erat autem Sol dominus septimæ in angulo & domo sua, applicans Saturno domino ascendentis, & Luna ibi ab aliquo planeta separata non erat, ideoq; nec nominauimus eam in hoc iudicio. Et quia dominus septimę uadit ad dominum ascendentis de tertio, qui est aspectus amicitiæ, est iam aliquid significationis quòd interueniat pax inter ambas partes, & gens ciuitatis petere ac rogare pacē incipiat: quoniam Sol est in angulo septimæ iens ad Saturnum & applicans ei. Dico similiter quòd impedimentum litigatoris existētis in obsidione, erit ex malo eius cōsilio, quoniam dominus ascendentis infortunatus erat aut combustus uel retrogradus. At si dominus septimæ hunc statum habuerit, quærens prosperitatem habebit, & uincet incipiens. Est etiam malum pro rege aut litigatore proficiscente ad pręliū, si dominus ascendentis fuerit in octaua: & pro quolibet alio iter faciente, etiam si sit mercator. Etiam pars in qua fuerint Luminaria fortuna uincet. Dico insuper quòd oriens est Saturni, & occidens Martis, meridies Veneris, septentrio Iouis. Est etiam malum & abhorrēdum, si Sol fuerit in ascendēte, uel iunctus cum domino septimæ, nisi fuerit ascendens Aries.

De uenatione. Cap. XLVI.

SCies dominum uenationis ab ascendente, & Luna, ac dño termini gradus illius, & à domino horę: quia dominus horæ in summo uigore est, quando in ascendente uersatur & ascendēs signū est quadrupedū in causa uenationis. Aspice ergo si ascendens est signum quadrupedum, uel signum terreum: quoniam hæc bona sunt pro uenatione montana. Aspice etiam dominum ascendentis, & dominū horæ, si sunt fortunæ uel infortuniæ: & si se aspiciunt uel separatus est alter ab altero, uel si cadēs est alter ab altero, & nota hoc totum. Considera postmodum si septima sit de signis quadrupedū, & si inueneris in ea dñm eius, aut dominū horæ, uel dominum angulorum, & fortunatum, iudica quòd inuenies animalia syluestria, & quòd capies. Sed si dñs septimæ fuerit infortuniū uel infortunatus, aut Luna infortunata & fortunę cadētes ab ea, dic q; post longas

inuestigationes & circuitiones occurret ue nãdum, & quòd id quod capietur paucum erit, & quòd aliquando accidit impedimentum aliquod in corpore, & quòd ualdè defatigabitur. Quæ omnia eo certiora erunt, si dñs ascendentis fuerit Saturnus, & fuerit in septima signum quadrupedum, ut modò diximus. Etiam si Lunam inueneris in septima uel in aliquo angulorũ dñi septimę, et ipsa fortunata, dic similiter quòd uenationem capiet. Etiam si Mars fuerit dñs septimæ, & fuerit in octaua uel in alia domo in qua habeat potestatẽ & potentiã, dic quòd uenationẽ capiet, & quòd erit strenuus uenator & fortunatus, habebitq; impedimentum à suis & laborem, quæ ipse facilè superabit ex benignitate & fauore Dei omnipotentis: quoniam Mars est dominus uenationis mõtanæ, & potentior in causa uenationis cęteris planetis. Etiã si aspexerit eũ Iuppiter, uel dominus horæ, aut dñs ascendentis, similiter liberabitur hoc metu & impedimento quolibet, ex fauore & auxilio Dei, & facilè uenationem uenabitur & capiet ꝙd uolet sine ullo labore & molestia. Sed si signum septimũ fuerit terreum, & in eo fortuna, & dominus eius infortuniũ, & dominus horæ similiter infortuniũ, ibit quidem uenatũ, tamẽ nihil capiet, nec aliquid eorũ quod uoluerat adimplebit, & accidet ei metus & pauor in uenatione, ac labor in inuestigatione ferę & defatigatio: & hoc si Iuppiter uel Mercurius nõ fuerit cum infortunio dominãte septimæ, aut cum domino horæ: quoniã hoc frangit malum infortunij dominantis septimæ aut horæ: nec omnino à uenatione uacuus reuertetur propter Mercurium & Iouem: quia Mercurius habet participationem in uenatione cum Marte, ac magnã significationẽ et ualidam.

De uenatione plena & frequenti.
Cap. XLVII.

VAria quandoquidẽ sunt hominũ ingenia, & hic delicijs diffluit, ille gaudet equis, alius uenatione & alitione canum, multumq; uersatur in deuijs ferarum quas insequit & quærit. Interrogatus ergo tu super multitudine animalium syluestriũ, aspice ubi dominus decimæ sit, & qualem statum habeat uersus dominum ascendentis & dominum horæ. Postmodũ si Martem in medio cœli inueneris, aut quòd sit dñs medij cœli aspiciens Mercuriũ & Iouem, & si habuerint ambo uel alter eorum aliquam dignitatem in hora uel ascendente, & fuerit Saturnus cadens, dic quòd uenationem multam habebit, & quòd ab omni impedimẽto liberabitur in ea, & quòd non laborabit, nec fessus fiet: nisi fuerit in medio cœli Saturnus, ac aspexerit Martem ex aliquo angulo, uel in loco Martis habuerit aliquam dignitatem, aut in medio cœli, & fuerit adiutus à Marte: quia hoc portendit domino uenationis tristitiam magnã & quorundam amissionem. Et si Iuppiter fuerit cadens ab angulo, & Saturnus modo iam dicto, & Mars in angulo, iudica quòd dominus uenationis erit in periculo, & quòd fortè accidet ei aliquod in manibus suis damnum, aut in facie percussio, nec cõsequetur uenationẽ aliquam, sed uacuus reuertetur: quoniam Saturnus tardat uenationem & damnat, maximè si uenatio sit in terra. Aspice similiter applicationem quam habet Luna ad locum suũ, ac eius prosperitatem uel damnũ: quia Luna significationem habet magnam in re uenatoria, & Mercurius similiter ibi habet significationem & potentiam.

De uenatione & piscatione in maris & aquis.
Cap. XLVIII.

DEliciarum quia uariæ sunt species, & uarij eas uenandi modi, quilibetq; pro suo temperamento suam sequitur, quærit, & consuluit: suadeo ut primùm aspicias ascendẽs & eius dominum, & dominum horæ, & Lunam ac Venerem: postmodum si ascendẽs inueneris signum aqueum, & Martem infortunantem Lunam, & dominũ horę non aspicientem Venerem, piscationis damnũ significat, & quòd accidet in ea metus & pauor sine prouentu aliquo: quod maius & pessimum malum erit, si signũ non fuerit aqueum, quia Mars tunc est peior & maius damnum infert ut damnosus, nisi Venerem inueneris fortem in loco eius, aut habentem aliquod dominium in ascendẽte uel in hora, & fuerit in aliquo angulo ascendentis, & Luna Venerem aspiciat uel iuncta sit cum ea: quia Venus est potens in uenatione maris. Sed si Lunam inueneris in aspectu Saturni, & Venerem fortem & habentem dignitatem in hora, & Luna sit fortis in loco ubi fueris, significat uenationem multam & piscium copiã: quia damnũ Saturni ad Venerem & Lunam in uenatione maris est modicum, nisi Mars aspiciat Lunam

Lunam ab angulo, uel fuerit iunctus cum ea, & Venus debilis: hoc enim significat in uenatione damnū & malum propter Martem, qui est Veneris inimicus. At si quando Saturnus aspexerit eam, domino uenationis impedimentum significat. Nota quòd piscatio & uenatio copiosa & secunda maximè est, quando Venus, Luna, Mercurius, & Iuppiter dominū occupant ascendentis & horæ, ac medij cœli. Etiam si Luna sit applicans Veneri ac Mercurio suo aspectu, & Iuppiter in signis aquaticis, prosperitatem & euasionem significat uenationis, & quòd erit multa ex minimo labore & molestia. Et adhuc melior erit si ascendens fuerit aquaticum signum, non habens aspectum à Marte: quia Mars in hac re impedit & est malignus, nisi Iuppiter ascendens aspiciat, & almutez ascendētis sit directus & non cōbustus, nec in suo casu: quoniam ipse Sol est is quē diligit Mars. Etiam si quando Saturnus aspexerit Mercuriū, Saturno aliquod dominiū ibi habente, non faciet ei malum nec damnum: quoniā societatem habet cum eo in triplicitate, & cum reto malo & damno Saturni est facilis.

ALBOHAZEN HALY
filii Abenragel libri de iudiciis astrorum Pars tertia.

De octauus domo & eius quæstionibus.
Cap. I.

HAEC domus est significatrix mortis, interfectionis, suffocationis, cōburendi homines, ueneni toxici, infirmitatis, diminutiōis corporis propter species paupertatis, magnarū minutionū, metuum, ac hominum miserorum in hoc mundo, sicut sunt cœci, claudi, seu gibbosi: ægrorum, longarum infirmitatum ac similium, lassitudinis, locorum depopulatorū, expauescibilium, ac eius quod accidit homini ante mortem, siue bonum siue malum siue abundantia siue defectus & indigentia, depositorum, fidelitatis, omnis rei quæ perditur & destruitur, ratiocinationis rerum antiquarū ueterum & falsarum, hæreditatū, maiorum defunctorum, lucri ex itinere, peregrinationis, dotis & substantiæ mulierum, & infirmitatis antiquorum. Dominus triplicitatis octauæ domus, primus est significator mortis, secundus est significator substantiæ quam quis lucratur rationibus modò dictis, tertius est significator hæreditatum mortuorum. Item si fuerit in hac domo in quæstionibus signum igneum, & fuerit in ea cogitatio quærentis, quæstio est de hæreditatibus: si terreum, quæstio est de mortuo: si aëreum, quęstio est de diabolo, aut de robusto & audaci malefactore & gigante: si aqueum, quæstio est de substantia hominis. De primo facta est quæstio, quoniam ascendens est quęrentis semper: & septima illius pro quo quæritur. Color huius domus in quocunq; signo fuerit, trahit ad uirorem uel nigrum uiridi mixtum.

De homine absente siue peregrinante si est uiuus uel mortuus. Cap. II.

QVando tibi offert̄ quæstio de homine alibi agente, si est uiuus uel mortuus, aspice dominum ascendentis & Lunam, & si eos inueneris in quarta ab ascendēte, uel in domo mortis, aut combustos, uel in suis casibus, aut iunctos cum domino domus mortis, dic quòd est mortuus. Etiam si dominum ascendētis inueneris in duodecima iunctum cum infortunijs, uel aliquod Luminarium aspicientē ac ipsum infortunantē, iudica q; est mortuus. Etiā si unita fuerint infortunio Luminaria sine testimonio fortunarū, significat similiter mortem: nisi infortunia sint potentiora Luminaribus, & aspiciant ea, uel etiam infortunent. Hæc est significatio Lunæ in hac ratione, uidelicet quòd quando Luna aspectualiter applicuerit alicui planetæ in medio cœli existenti, saluum esse significat & salutem. At si q̄n applicuerit planetæ, qui sit in 7. aut 6. uel 8. significat mortem. Etiam si Luna fuerit in 4. applicans planetę in medio cœli existenti, saluū esse significat. Similiter si fuerit in medio cœli applicans planetæ in 4. significat salutē. At si ab ascēdēte applicuerit planetę qui sit in 4. mortē significat. Quando Luna infortunata est & applicans domino quartę, & ipse dn̄s in suo casu domus uel exaltatiōis uel retrogradus, aut sub radijs,

mortem

mortem significat. Etiã si Luna & dñs domus sue, uel dñs ascẽdẽtis diminuti fuerint, mortẽ significat: & maximè si dñs ascendẽtis diminutꝰ & infortunatus fuerit, hæc eñ omnibus modis mortem minantur. Quando Luna fuerit in 4. planetę applicãs existẽti in ascendẽte, significat ꝙ morte pessima morietꝰ. Et si his sic habentibus fuerit quarta domus Scorpio, morietur submersus in aqua. Etiam si applicuerit Marti, interficietur & submergetꝰ. At si Mars fuerit in Leone uel Sagittario, per occasionem aliquam morietur, quæ ei ex animalibus accidet. Sed si applicatio illa fuerit ad Saturnũ, morietur ueneno frigido & sicco, uel ex re aliqua abscondita & occulta.

De nona domo & eius significationibus.
Cap. III.

HAec domus significat itinera, accessꝰ regionũ, hoiẽs extraneos, in regiõe mutatiões de uno loco in aliũ, res diuinas, ꝓphetias & prophetas, monachos & heremitanos, domus orationũ, philosophiã prædicẽdi res futuras, astrologiam, astronomiam, diuinationem, libros, recitationem rerum præteritarum, sicut romantiorũ: somnia & eorum expositiones, scientiam cognoscendi uerum & falsum, alkimiã, captos & captiuos, cantores gestorum, circulatores cõgregantes homines ad audiendum aliquas nænias pretio, incantationes & subtilitates, retinere secreta & ea tegere, regibus seruire, fratres uxoris: est etiã significatrix partis medię uitæ hominis. Dñs triplicitatis huius domus, primus significat itinera, & ꝺd homini accidit in eis bonum uel malum: secundus significat cuius cõditionis quis sit in lege ac obediẽtia Dei, et in castitate, ac si cooperit se in factis suis uel non: significat etiã domꝰ orationũ, & si sunt populosę uel nõ. Tertius significat scientias & somnia, & si sunt ueridica uel non, & stellas, & si certificabitꝰ quis in suis iudicijs uel non. Quando ergo quæstio tibi oblata ex his fuerit, & uolueris scire cogitationẽ quærentis, & inueneris significatorẽ cogitationis in hac domo, & fuerit signũ igneũ, dic ꝙ quęstio est legalis uel sacra, & de orationibus: si terreum, est de itinere uel huius conditionis: si aẽreũ est de scientijs & sapiẽtia: si aqueũ, est de regno ab suo statu remoto, uel cui euenit aliquod accidens. Si qñ inueneris Iouẽ in hac domo significatorẽ quæstionis quærentis, iudica ꝙ quęstio est de uisione somnij. Et si uolueris scire quid sit, aspice à quo planeta separatꝰ Iuppiter, uel eum qui separatur ab eo, & secundũ naturã & proprietatem illius planetæ iudica uisionẽ illam. Color huius domus, in quocunq; signo fuerit, est albus trahens ad uirorẽ. Quãdo gradus ipse centri huius domus accidit in stella bedeuia, quæ sit cõplexionis Iouis & Mercurij, & alter eorũ fuerit dñs ascendẽtis, & ambo aspexerint illam stellam bono aspectu, & de bono loco liberi ab infortunijs, significat ꝙ natus in tali constellatione, uel dñs quæstionis, est ueridicus in dictis & uerbis suis, sapiens & intelligẽs, scit secreta, & loquitur uerba prophetarum, & prædicat futura. Et si ibi fuerit Sol in medio cœli, erit ueridicarum uisionum uel propheta.

De uiæ. Cap. IIII.

QVando à te quęritꝰ de aliqua uia si ꝓficietur uel non, aspice Solem & Lunã ac dñm ascendẽtis, & dñm partis fortunę, & dñm loci cõiunctionis uel oppositionis ꝓteritæ, & si fuerint ambo cadẽtes ab angulis, iudica ꝙ uia fiet & perficietꝰ: maximè si dñs ascendentis applicuerit dño 7. uel dño 3. aut Marti cadenti ab angulo, uel dño tertiæ aut nonę, & sit Mars cadens ab angulo ascendentis, uel quasi cadat ab ascendente intrando duodecimã, & dñs ascendentis in 9. uel 3. quoniã omnia hęc significant quòd uia completꝰ & fit: at si contrariũ huius inueneris, cõtrariũ iudica. At si inueneris hylech in angulis uel succedẽtibus, & dñs ascendentis applicuerit alicui eorum quos diximus esse significatores uiæ, & dñs ascendentis uel Luna fuerit ad aliquem significatorum illorũ, significat ꝙ uia ad tantã perfectionẽ perueniet, ut omnino de eius perfectione nihil dubitetur, & postea remanebit imperfecta. Sed si sciueris & inueneris quòd perficiatꝰ, & uolueris scire, qñ tempus erit secundũ numerũ graduũ applicationis, quæ significat uię horas uel dies uel mẽses: uel erit qñ Luna applicuerit per motũ suũ planetæ qui significauit uiam, id est planete demõstrãti quòd uia perficietꝰ: uel erit qñ ille planeta applicuerit ad gradum ascendentis, uel ad Lunam, aut ad partem fortunæ: uel erit quando planeta qui erat sub radijs inde euaserit, uel erit qñ ascendens uel Luna transtulerit se de signo in quo erat in aliud signũ, uel erit qñ dñs ascendentis uel Luna applicuerit ad partẽ uiæ. Hæc omnia sunt termini & tẽpora, quibus uia esse potest, si qñ significatio fuerit ꝺd esse debeat.

De

De iter faciente & eius successu. Cap. V.

QVando scire uolueris de homine iter uolente facere, quid erit de eo in illo itinere, aspice primùm cuiusmodi planetæ sint in angulis: postea si inueneris in ascendente fortunam, iudica quòd habebit bonum antequam se inde moueat, & in principio itineris. Sed si fortunā inueneris in medio cœli, habebit illud bonum in itinere, & post eius ingressum. At si fortunam inueneris in septima, habebit bonum in loco ad quem uadit. Etiā si fortunam inueneris in quarta, habebit bonum in ipso reditu, & cùm ad propria reuertitur. Sed si fortuna ipsa fuerit Iuppiter, erit id bonū animæ, ꝺd secundum potentiā & naturam domini domus fortunæ dimetietur uel iudicabitur: ut si fuerit domus Solis, erit pro rege uel homine claro, aut thesauro, uel uenatione, aut prodiuinatione: si fuerit Saturnus, erit hoc durum, uel pro rebus antiquis, uel terra: si Iuppiter fuerit, erit ex parte legis, uel iustorum hominum, aut bonorū, aut filiorum: si Venus, erit ex parte mulierum, uel gaudiorum, aut iocationum, uel amicorum, aut rerum odoriferarum: si Mercurius, erit propter scripta uel merces, aut ex aduocatione siue scriptione chartarum legationum: si fuerit Luna, erit per seruitia uel magisteria, aut cursores deferentes noua, uel ex ludendo ad taxillos uel tabulas, & similia. Præterea, ut secundū exemplum adferam, si fortuna existens in decima fuerit Venus, habebit bonū in itinere ex rebus inferētibus hilaritates & gaudia, uel ex naturis Veneris, uel ex significationibus eiusdem de rebus formosis ac bene apparentibus & dilectis. Etiam si dominus domus sit Saturnus, dic de Saturno sicut dixisti in ratione Iouis, discurrendo ordine per omnes planetas, sicut fecimus modò in Ioue. Etiam si fortuna similiter fuerit in septima, habebit bonum in terra ad quā uadit, sicut prædiximus, & habebit illud ex causis & rationibus dictis in decima domo: quod obseruabis diligenter, & dices, si inueneris fortunā in quarta, ortum ex rationibus & causis suis sicut docuimus in decima uel septima domo. Similiter si fortuna fuerit in ascēdente, hoc modo iudicabis causas & rationes boni, sicut fecisti in alꝯs angulis ex tua perspicaci sagacitate. Sed si non inueneris in quarta nec decima fortunam, fuerit autem fortuna inter septimam & decimā, dic quòd bonum illud cōsequetur in medio itineris loci ad quem uadit: et ut fortuna remota est à septima, ita erit remotus locus in quo continget ei bonum à ciuitate, ad quam uadit. Similiter si fortuna fuerit inter decimam et ascendens, continget ei illud bonum in medio itineris uersus domum suam: & ut fortuna est remota ab ascendente, ita erit locus ubi bonum habebit remotus à domo sua. Similiter dices si fuerit inter ascēdens & septimam, & secundum quod remota est ab ascendente uel septima iudicabis, & secundum naturas planetarum & signorum in quibus sunt, & secꝺm naturas locorū ubi sunt in figura, iudicabis bonum uel malū. Exēplum huius, ut si planeta infortuniū fuerit dominus duodecimæ, & sit Saturnus, timēdum est ei de infirmitate frigida & sicca, & hoc si Saturnus non fuerit in signo animali. Nam si fuerit in signo animali, timebit malum ex occasione animalis: si fuerit in signo humano, fortè accidet illud ei per homines malos & uiles. Sed si in tali cōsideratione uice Saturni fuerit Mars infortuniū & dominus duodecimæ, timendum est ei de infirmitatibus calidis, latronibus & rebus expauescibilibus & timendis, & de rebus de quibus ipse ex seipso metum habebit de corpore suo, aut de aliquo accidenti bestiarum, quadrupedum, uel colubrorū. Etiā si ibi uice Martis fuerit Mercurius aspectus à Saturno, aut cum eo habuerit aliquam commixtionem in suis dignitatibus, malum illud accidet ex hominibus malis, uim faciētibus, prædonibus, & propter malas ratiões & iniustas, ut qui dicit: hoc facio ꝓpter istud. Etiā si aspectus & cōmixtio illa fuerit cum Marte, malum erit à latronibus & prædonibus itinerum, & similiū. Sed si Mercurius fuerit commixtus et fortunatus, examina commixtionem quę sit cum ipso & illa fortuna cū qua miscetur, & iudica secundū illud quod portendunt. Etiam si fuerit ibi Venus uice Mercurij, continget illud bonum ex parte mulierum, potationis, ac iocationū: & erit ex hominibus qui sunt ei sicut inimici uel contrarij eius sectæ. Si uerò fuerit ibi Luna, superueniet ei lucrum & utilitas ab hominibus qui referunt formam cursorū uel nunciorum, aut hominum qui sunt cōditionis inimicorum eius, uel contrarij eius sectæ. Si fuerit Iuppiter, eueniet ei lucrum habere ac honorem ab hominibus qui repræsentant similitudinē inimicorum, aut inimici sunt sectæ ac ꝓgenies eius. Si fuerit Sol, habebit

honorem

honorem, celsitudinem, gaudium, lętitiam, & lucrum ex parte nationis & dominationis, aut expetẽdo ab hominibus qui sunt similitudinis inimicorum eius & progeniei ac sectæ. Sed si planeta qui infortunauit dominum ascendentis fuerit in undecima, erit hoc iudicium æquale iudicio prædicto, excepto quòd res illa fiet ex parte amicorum, fiduciæ ac societatis regis, aut hominum ediscere uolentium aliquod magnum ab eo. Similiter si fuerit dominus decimæ, erit iudicium illud idem in oĩbus rebus dictis, excepto quòd res illæ fient ex parte operum suorum, aut matris uel regis. Etiam si fuerit dominus octauæ, erit iudicium illud idẽ cum prædicto, excepto quòd res illę prouenient ex parte hęreditatum, aut militię, aut rerum absconditarum, exlatarum, & cooptarum: uel ex causa amicorum parentum, uel substantiæ mulierum. Etiam si fuerit dominus quintę, erit iudicium illud idem ut prædictum, excepto quòd res illæ procedent ex causa filiorum aut xenitorũ uel substantiæ parentum, uel ex parte amicorum. Etiam si fuerit dominus quartæ, iudicium illud idem erit, excepto quòd res illæ euenient ex parte parentum, et substantię fratrũ, & substantiæ itinerum aut hæreditatũ, uel rerum antiquarum aut præmiorum. Etiam si fuerit dominus tertiæ, pronuncietur iudicium idem, excepto quòd res emanasse dicentur ex parte fratrum, uel itinerũ, aut mutationum de uno loco in alium, uel inimicorũ parentũ. Ad hæc si gradus septimæ fuerit dignitas Iouis, timebit & honorabit & credetur eius uerbis à gente illius terræ ad quã uadit. Sed si Venus fuerit domina septimę, erit dilectus & receptus à gente terræ ad ꝙ uadit cum gaudio & lætitia, & preces eius audiẽtur, maximè si Venus aspexerit dominum ascendentis de tertio. Etiam quod diximus de significatione Iouis firmius & certius erit, si aspexerit dominum ascendentis de aliquo angulo ipsius domini ascẽdentis. Et si his sic habentibus in angulo fuerit Iuppiter, erit illa significatio de claris hominibus: si fuerit in succedenti, erit de mediocribus: & si in cadenti, de uilibus. Etiã hoc modo iudica de significationibus Veneris. His ita perpensis, ut docui, postmodum cõsidera dominum quartæ, & dominum domus Lunæ, & planetam cui applicat Luna, si sunt fortunę, uel fortunati, aut bene siti in figura, aut in angulis uel succedentibus, retrogradi uel directi, orientales uel occidentales, aut sub radijs uel in dignitatibus suis, aut peregrini uel in suis haiz: & secundum quod inueneris eos in his statibus dictis habentes, iudica finem itineris. Vt si fuerit in quarta fortuna uel commixta cum domino domus Lunæ, uel cum planeta cui applicat Luna, iudica bonũ in fine itineris: quod bonum proueniet ex natura illius fortunæ & domus, in qua ipsa fortuna uersatur in figura & modo iam dicto de itinere: & in terra ad quam tenet iter erit iudicium in fine itineris. At si ibi loco fortunæ fuerit infortunium, accidet ei malum & impedimentum in fine itineris, quod malum & impedimentũ erit ex natura infortunij illius & domus in qua uersatur, & de undecima domo aspicientium ipsum, uel quas ipsum aspicit, & earum quæ fortiorem aspectum habuerint. Præterea si quis significator finis retrogradus fuerit, significat quòd accident ei labores & molestiæ in rebus suis, & tarditas in fine itineris. At si fuerit directus, iudica contrarium huius. Item si significatores omnes fuerint directi, oĩes eius res directè perficientur, sine labore & molestia. Et si plures eorum directi fuerint, maior pars rerũ suarum directa erit, benę perfecta & in bona prosperitate: maxime si res fuerint illius qui directus est ex tribus significatoribus. Similiter iudica de retrogradis & impedimẽta & laborẽ, ut de directis iudicasti. Porrò si omnes significatores oriẽtales fuerint omnes res eius erunt in honore, & eis gaudebit in fine: quod secundum naturam oriẽtalium dimetieris, et proferes facilitatem et prosperitatem in rebus pro natura eorum. Similiter & hoc modo iudica de occidentalibus, contrarium huius scilicet pronunciãdo. Etiã hoc modo considera illos qui sunt in angulis uel succedentibus, & ex eis iudica firmitatem rerum illarum, & quòd erunt stabiles & directæ: & ex his qui sunt in cadẽtibus ab angulis, similiter iudica destructionem & diminutionem rerum illarum. Aspice similiter illos qui sunt in suo haiz, & iudica illius meritum, & quod auxiliabitur in eo: & de illis qui non fuerint in suo haiz, iudica contrariũ, & quòd res illæ quas significauit non succedent, nec habebit qui iuuet in illis, nec ad eas compiendas ipse sufficiet.

De celeri uel tardo reditu eius qui iter ingressus est. Cap. VI.

SI uolueris scire utrum multum morabitur in itinere, an cito reuertetur, aspice

significatorē itineris,&(est aūt ille q habet dominium in causis illius & facit rē & almutez in quinto Hylech)si planeta ille fuerit uelocis motus & occidentalis,significat ꝙ iter suum erit breue & celer, tamen cum labore & anxietate:sed si fuerit uelocis motus & orientalis,erit iter eius cito & breue ac sine labore.In summa dico ꝙ quando dominus ascēdentis applicat domino domus itineris,uel quando dominus itineris applicat domino ascendentis,uel aliquis planeta est deferens lumen unius ad alterum, uel qui eorum lumina colligit:aut quando dominus domus itineris est in ascendente,aut dominus ascendentis in domo itineris, uel est dominus horum locorum,aut dominus dignitatum suarum in locis remotis abangulis,uel quādo dominus septimæ est in ascendente,uel dominus ascendentis in angulo septimæ:hæc oīa significant ꝙ iter fiet. At si horū quæ diximus nihil fuerit,uel maior pars dictorum significatorum fuerit in angulis, maximè in signis fixis,significat destructionem itineris,tarditatem & morē longam.Si quis planeta abscindit inter dominum ascendentis & dominum domus itineris,significat impedimentum, tarditatem,& moram lōgam;cuius occasio est ex natura domus in qua uersatur ille planeta in oīibus figuris,p facultatib. aut fratrib. aut patribus,aut filijs,aut pro alia aliqua significatione harum quæ sunt per domus.

Auxilium & promotio domini domus itineris,& fortitudo eius & fortuna,est ꝙ sit fortunatus,uel ꝙ fortuna sit in domo itineris,uel in domo finis: significant enim iter fortunatum & prosperū,& ꝙ qui id ingressus est,lætitiam,bonum finem, & prosperitatem in illo itinere consequetur ex diuina beneuolentia. Si dominus domus itineris retrogradus fuerit,uel dominus ascendentis retrogradus rediens à domino domus itineris,uel ab introitu domus itineris,significat in itinere impedimentum,tarditatem, & moram longam in itinere. Mala est combustio,nec est aliquod bonū in ea. Si dominus ascēdentis uel Luna combusti fuerint, licet recepti in bonis locis, significat malū in itinere:quia combustio in quæstionibus itineris magna impedimenta & euidentes occasiones significat.Si dominus domus itineris combustus & retrogradus fuerit,& habuerit testimoniū ꝙ iter fieri debeat,significat ꝙ fiet occultè & secretè:sed si testimonia illa itineris debilia fuerint, auget cōbustio debilitatem,& iter malū cōsequitur, & fortè accident eunti in itinere causæ, infortunia,anxietates & impedimēta.Si fortuna fuerit in domo itineris,corporis salutationem significat iter facienti: & si fortuna fuerit in medio cœli,lætitiam significat in itinere,& quòd petitiones subsequentur & res eius.Etiam si fuerit in septima fortuna, ornamentum & prosperitatem in terra ad quam uadit significat. Etiā si fuerit in quarta fortuna,significat prosperitatem & bonum finem itineris. Si dominus domus itineris fuerit in signo fixo,elongationē in itinere & tarditatem & moram longam significat:si in mobili,breuitatem & morā paruā significat, & ꝙ celeriter reuertetur:si in communi,significat ꝙ mutabit de illo itinere in aliud.Quando Luna in quæstionibus itineris est in sexta, uel in eius opposito,accident iter facienti infirmitates,occasiones & impedimenta pro ratione eorum quæ faciet,& res eius ac negocia debilia erunt maiori ex parte,ac in pigritia & tarditate,etiam impedientur petitiones & facta ipsius.Si tamen dominus ascendentis fuerit fortunatus,uel in domo fiduciæ aut eius oppositione,significat successū & prosperitatem itinetis,& negocia & petitiones eius facilè complebuntur:& si ad hæc receptus fuerit,habebit cursor maius bonū quàm speraſſet.Etiam si planetam aspexerit cui applicat significator itineris,significat ꝙ prosperitatis significatio erit in reditu sui itineris.Et si applicuerit planetæ à quo separē significator itineris,significat ꝙ bonū prosperitatis erit in eiꝰ discessu, & in principio itineris.Etiam aspice signum septimæ,& si fuerit fixum et multarum ascensionū,significat ꝙ multū & tempore longo morabitur in regione ad quā uadit:si commune,significat ꝙ iter suum mutabit de uno loco in alium:si mobile,significat ꝙ in regione ad q̄ uadit,& in itinere morabitur modicū, & ꝙ celeriter reuertetur. Rursum aspice & si in ueneris significatorem itineris retrogradū, uel applicantem domino septimæ, eodē domino septimæ retrogrado existente,aut applicuerit Luna planetæ retrogrado,significat ꝙ iter faciens disturbabitur,& molestabitur in principio iter suum,& reuertet antequā perueniat ad regionem ad quam ire cōtendebat.Etiam si planeta qui significauit impedimentum & destructionem itineris fuerit fortuna,significat ꝙ disturbario ipsa & impedimentū erit pro bono; & si fue-

rit

rit infortuniũ, erit pro malo & dãno: quod bonum uel malũ erit ſecundũ naturã planetæ ſignificantis deſtructionẽ itineris, & ſecundũ naturã ſigni in quo fuerit, ac domus in qua fuerit in figura. Si dñs ſeptimæ fuerit fortuna & amico aſpectu receperit dñm aſcendentis, ſignificat q̃ bonũ accipiet à gente regionis ad q̃ uadit, gaudendo cũ eis, & q̃ diligent eũ, et hoc facient bono animo et gratulanti. Et ſi fuerit inter dominum aſcendentis & dominũ ſeptimæ commixtio aliqua, nõ tamẽ ſit ibi receptio, & fuerit dominus aſcendentis fortuna potens, ſignificat q̃ à gente illius regionis bonũ habebit, aggrauans et diſplicens eis. Sed ſi dominus aſcendentis receperit dñm ſeptimæ, recipient & habebunt bonũ ab eo, & hoc ex eius benuolẽtia & amore quẽ habet erga eos, & quia uoluntatẽ habet hoc faciendi. At ſi dñs ſeptimæ fuerit infortunium, & aſpectu inimico, uel coniunctione corporali cõmiſceatur domino aſcẽdentis, ſignificat q̃ malũ recipiet à gente regionis illius: quod malũ erit ſecundum locũ, poteſtatem, ac ſtatũ dñi. Et ſi dominus aſcendentis fuerit infortuniũ, & infortunauerit dominũ ſeptimę, ſignificat q̃ gens illius regionis habebit malum per eum: quod ſecundũ locum illius infortunij erit ac ſecundũ ſtatum et poteſtatẽ eius. Etiã ſi dñs termini ſeptimæ fuerit fortuna, ſignificat q̃ à nobilibus et famoſis bonũ habebit, & erit eius potẽtia ſecundũ poteſtatẽ domini termini. Quin ſi dñi triplicitatis ſeptimæ fuerint intrantes angulos uel ſuccedentes, ſignificat q̃ auxiliatus erit & defenſus in regione ad quã uadit, & q̃ hoc eueniet à bonis hominibus, integris & potentibus, et cuſtodietur in illa prouincia ab oñi impedimẽto: maximè ſi dñs aſcendẽtis fuerit immaculatus ab infortunijs, ſimiliter & dominus ſeptimæ. Sed ſi dñi triplicitatis ſeptimę fuerint cadentes ab angulis, ſignificat quòd in illa prouincia debiles & paucos auxiliatores habebit, & debile auxilium, & utilitatẽ modicã cõſequetur uel ab illis quibus adhærebit in terra, nec habebit ibi q̃ repellat inimicos ab eo. Poſtmodũ aſpice ſi undecimũ ſignũ ſit cõmune, & ſi dñs eius aſpiciat aliquem planetam exiſtentem in ſigno cõmuni: quoniã ſi dominus eius aſpexerit eũ, ſignificat quòd iter ad alia itinera reduceẽ, & quòd in illo itinere aliud accides iter ſibi ei ſimile, uel q̃ accidet ei poſt illud iter aliud iter ſimile illi: maximè ſi dñs undecimæ fuerit in ſuccedẽti. Si tamen fuerit in domo cadenti ab angulo, ſignificat q̃ fecit aliud iter, aut hoc illi ſimile: et quòd habuerit in eo plus boni q̃ crederẽ, uel ſuſpicaretur de illo itinere. Si dñs aſcendentis fuerit infortunatus in aſcẽdente, ſignificat quòd accidet ei malũ et impedimentũ in corpore ſuo: ſi in ſecunda, in ſubſtantia: ſi in tertia, in fratribus: ſi in quarta, in patre: ſi in 5. in filijs: ſi in ſexta, ægrotabit & accidet qdpiã in ſeruis ſuis & beſtijs. Et ſi in ſeptima, accidet ei triſtitia & impedimentum ex parte coniugij aut ſociorum aut cõtrariorum: ſi in octaua, accident ei anxietates & triſtitiæ propter mortuos, & cauſa hęreditatum, & forſitan morietẽ: ſi in nona, ex cauſa itinerum longorũ: ſi in decima, ex cauſa regis: ſi in undecima, ex cauſa amicorũ: ſi in duodecima, ex occaſione inimicorum et beſtiarũ. Similiter iudica de fortuna, & hoc modo pquirẽdo, pfer, ſicut nos hæc diſtinximus. Itẽ ſcias quòd locus dñi aſcendentis, & locus domini nonæ, & locus Lunæ, ac locus dñi partis fortunæ, ſignificant & oſtendunt rẽ propter q̃ curſor proficiſcitur: & ſi diſcordauerint ſignificatores iſti, iudica ſecũdum maiorem partẽ eorum: & pete hoc à ſignis orientalibus, occidentalibus, meridionalibus, & ſeptentrionalibus, & certificaberis Deo fauente.

De mora intrantis ciuitatem, & hora. Cap. VII.

QVando ueniens ab itinere ciuitatem ingredit, apta aſcendens horæ introitus ſui, & ſi dñm ſecundæ ab aſcẽdente retrogradũ inueneris, ſignificat quòd cito recedet ab ea ſine eo quòd bonũ aliquod ibi cõſequatur, & perficiat aliquid eorũ quorum cauſa uenit. Sed ſi dñs 2. fuerit in ſua ſtatione prima iens ad retrogradationẽ, morabit ibi multũ, & recedet inde ſine impetratione ulla rerũ & petitionũ ſuarũ. At ſi dñs ipſe fuerit in ſua ſtatione ſecũda uolens dirigi, non multũ in illa prouincia tardabit, nec inde cito recedet, ſed pficiet petitiões ſuas ægrè & cũ labore, & quodãmodo in earũ deſperationẽ deueniet. Præterea ſi dñs 2. fuerit in aſcẽdente, uel in medio cœli, aut in undecima, uerſabitur ſanus & cũ proſperitate in illa terra. Et ſi fuerit in ſeptima, accidẽt ei tædia & labores: ſi in nona uel tertia, ibi nõ morabitẽ niſi parũ, & de regione illa ibit in aliũ locum. Et ſi fuerit in quarta, uel aſpexerit eũ infortunium, aut corporaliter iungatẽ cum eodẽ, erit ultimũ illud iter, & fortè morietur in illo. Etiã ſi Luna iuncta fuerit cum

domino secūdę aut aspiciat eū, uel corpora liter iungatur eum Merc. & ipsa in aspectu Martis, accident ei percussiones & uulnera & fracturæ, uel aliæ res malæ. Et si Luna his sic habētibus fuerit in angulo terræ, morietur ex hoc: si tamen fuerit in altero angulo, non morietur sed habebit ex percussionib. & fracturis illis signa in corpore suo remā sura. Etiam si Luna Martem aspexerit sine aspectu fortunæ, accident ei uulnera de natura signi in quo fuerit: si tamen Lunā aspexerit fortuna, tunc occasiones ac infirmitates illæ remediū habebunt, & percussiones & uulnera admittēt medicinas, & sanabuntur: & si nō habuerit fortunarum aspectū, durabit illud in eo donec moriatur.

De ijs qui remanent in regno aliquo post regis discessum. Cap. VIII.

QVando à te quæritur in exitu regū, quid futurum sit de remanentib. post eorum discessum, aspice et si inueneris infortuniū in signo 2. ab ascēdente, erit damnum in his quos relinqt de societate uel regno suo: & si in illo infortunio fuerit Mars, erit per discordiā & rixā, aut per interfectionē uel cōbustionem. Sed si idem infortuniū fuerit Saturnus, accidet istud dānum p latrones uel submersionem, aut per infirmitatē: si tamen receptū fuerit infortuniū, damnū non faciet sed aptabit. Et si fuerit in casu domus uel exaltationis suæ, crescit illud malum, cōplebitur & fortificabitur, maximè si planeta ille fuerit retrogradus: quia illa est significatio destructionis & diminutionis. Itidē & hoc modo iudica de fortunis, si quando eas inueneris in 2. eius quod diximus cōtrarium dicendo: quia ipsa est significatio boni. Nota quòd quando dominus ascendentis uel Luna infortunat, significat tristitias & anxietates in itinere: & si infortunator ipse fuerit super terrā inter ascēdens & medium cœli, significat quòd illud accidet inter eundum: sed si idem infortunium fuerit sub terra, accidet ei anxietas in societate, et similiter inter eundum. At si infortuniū fuerit inter 4. & 7. in reditu accidet illud.

De felicitate locorū presentiū & futurorū. Cap. IX.

CVm quis à te quærit utra sibi melior terra, ea ne in qua est, an in q̄ proficiscitur, aspice & si inueneris Lunā separatā ab infortunijs, dic quòd recessus est ei melior q̄ māsio: sed si eā inueneris separatam à fortunis, māsio est melior q̄ abitio. In summa si quærēs à te quæsierit hoc modo: Habeo necesse facere rem quandam, quæro si faciā illā uel nō. aspice dominum ascendentis & Lunā, & si eos inueneris separantes ab infortunijs applicare fortunis, præcipe ei ut faciat q̄d animo concepit: sed si eos inueneris separatos à fortunis applicare infortunijs, inhibe ne faciat rem conceptam, nec̄ aggrediatur.

De peregrinante quando reuertatur. Cap. X.

CVm à te quæritur de homine qui est extra quando sit reuersurus, aspice almutez ascendentis, & si eū inueneris in ascendente uel medio cœli, aut dantē uim suā alicui planetæ in aliquo horum duorum locorum existenti, significat quòd reuertitur: sed si fuerit in 7. almutez uel in angulo terræ, significat quòd eius tardatur aduentus, & quòd adhuc nō abijt de loco in quo est ut reuertatur: at si fuerit almutez in nona ab ascendente uel in 3. applicans planetæ existenti in ascendente, significat quòd est in itinere domū uersꝰ. Hoc idem significat dominus ascendentis, si fuerit in 8. uel 2. applicans alicui planetæ in medio cœli: tamen si dominus ascendentis cadens fuerit & non applicuerit alicui planetæ in angulo, nec aspexerit ascendens, est significatio morę. Sed si quādo dominus ascendentis uel Luna applicuerit planetæ retrogrado, uel ipse dominus ascendentis retrogradus fuerit & aspexerit ascēdens, significatio est quòd uenit. At si dominus ascēdentis fuerit infortunatus, significat morā & impedimentum in aduentu. Porrò si nō inueneris in domo ascendentis aliquid eorum quæ diximus, aspice Lunam, & si dederit Luna lumen suum domino ascendentis existenti in ascēdente, uel prope ascendēs, significat quòd ueniet cito. Etiā si Luna fuerit in 7. nona uel 3. applicans domino ascendentis, similiter significat quòd uenit. Rursum si Luna separatur à planeta qui est in sinistro ascēdentis, (uolo dicere sub terra) & applicuerit alteri planetæ in ascēdentis dextro existenti, (uolo dicere super terram) significat quòd uenit. Etiam si Luna fuerit in dextro ascendentis, & applicuerit planetæ in medio cœli, significat q̄ uenit: tñ cū tarditate propter Lunam in dextro ascendentis existente, quæ si fuisset in suo sinistro, citiorem denotasset aduentum. Etiā si quando dominus domus Lunæ fuerit infortunatus, significat morā & impedimētum in aduentu. In summa dico quòd hominis qui est extra locum suum, significator est domi

nus

nus aſcendentis,ſi occultè quæratur de eo: ſed ſi quęſtio facta fuerit manifeſtè et dicat: Aſpice mihi pro homine qui ingreſſus eſt iter. tunc erit ſignificator eius planeta q eſt in domo itineris: et ſi quæſierit pro filio,à quinta domo pete: ſi p patre,à quarta. Aſpice etiam fortunam & infortunia in his locis,& ex eis iudica ſtatū eius in itinere & ſalutem uel impedimenta: etiam à loco fortunæ & infortunij,in domibus figuræ,& à loco ubi fuit infortunatus,& ubi fortunatus, & ſcies conditiones bonas & malas eius ſtatus in ſubſtātia,filijs, hæreditatibus,coniugijs, & in alijs rebus ſignificationum locorum. Etiam ſi quando dominus aſcendentis fuerit in aſcendente, aut in duodecima intrans aſcēdens,uel fuerit retrogradus: aut planeta qui fuit ſignificator itineris fuerit retrogradus,aut dominus aſcēdentis applicuerit domino decimę, uel dominus medij cœli applicuerit domino aſcendentis,uel fuerit dominus aſcēdentis in medio cœli, aut dominus medij cœli in aſcendente, uel fuerit Luna recepta, aut receptus dominus aſcendentis, uel fuerint fortunæ in aſcenſu ad aſcendens,ſignificat q abſens uenit & reuertitur cito. Etiā planeta à quo ſeparatur dominus aſcendentis, eſt ſignificator ſtatus eius in q fuerit,& eius qui præteriuit: & planeta cui applicat idem dominus aſcēdentis, eſt ſignificator ſtatus in quo eſt: & planeta cui applicat poſt hūc, eſt ſignificator ſtatus ad quem deuenier. Nec is ſecurus de ſalute illius qui eſt in itinere, nec de eius gaudio, nec de utilitate in loco illo,niſi Luna teſtimonium dederit domino aſcendentis: quia ſi quando dominus aſcendentis fuerit fortis,potens,fortunatus,& receptus,habet bonam ſignificationem: ut ſi quando fuerit in locis eum infortunantibus, & in locis diuerſis à fortuna & natura ipſius,habet malā ſignificationē. Quin ipſe intelligis & ſcis ex eo quod uiditi & probaſti in negocijs hominum,q iter faciēs poteſt eſſe fortunatus,felix & copioſus in poſſeſſione,ac uictu ſuo, & infirmus uel mutilus in corpore: & poteſt eſſe felix & ſanus corpore, & infelix ac perditus in ſubſtantia: quod accidit per commixtionem ſignificatorum,& per augmentum & damnum eorum,& propter diuerſitatē fortunæ & infortunij ac locorū ſuorum: quia loca in quibus fortunæ fuerint & fortunæ,ſignificāt bonum & augmentum ac fortunam in re illa: ut infortunia ac infortuna ta ſignificāt malum, impedimenta,damnū, & anxietates grandes et fortes. Quare conſidera in his rebus,& aſpice ea & ſepara & iudica ſecundum inuentum. Rurſum ſi tibi facta fuerit quæſtio pro exiſtēte in itinere, et inueneris ſignificatorem eius exeuntem de uno ſigno & intrantē aliud,iudica q exiuit de loco in quo fuerat,& intrauit aliū: & in quo iſtorum duorum ſignorū ſignificator fuerit potētior,fortunatus ac melius receptus,iudica q habebit meliorem ſucceſſum & proſperitatē,& quòd erit ei melius. Nota quòd combuſtio in quæſtionibus abſentis eſt mala,quia ſignificat captiuitatem carceris,aut magnum impedimentum. Etiā ſi combuſtio fuerit propriè in domo mortis,uel comburens fuerit dominus domus mortis,ſignificat mortem abſentis, niſi dominus liberauerit eum. Porrò ſi in quæſtione abſentis inueneris in aſcendente uel in medio cœli Mercurium uel Lunā, iudica q ab eo ueniūt chartæ uel noua: quoniā Mercurius eſt ſignificator chartarum & nouorū. Ad hæc ſi uolueris ſcire ſi chartæ uel noua illa ſunt mala uel bona,aſpice à quo ſeparatur Mercurius,uel à quo ſeparatur Luna, & ſi ſeparatio fuerit à fortuna,ſignificat q noua ſunt bona,læta & gaudio plena. At ſi ſeparatio fuerit ab infortunio, ſignificat q ſunt mala,& anxietatib. plena et triſticijs. Aphoriſmus. Si quęritur à te de charta ſi eſt in ea ueritas uel mendacium, aſpice ad Mercurium,& ſi eum inueneris in ſigno mobili aſpicientem Saturnū,dic q eſt mēdaciū: ſed ſi fuerit in ſigno fixo, iudica q eſt ueritas.

De multis abſentibus & peregrinantibus. Cap. XI.

HOminum quia uaria ſors eſt, nec omnes in eodem conſiſtere loco poſſunt, ſed unus ex neceſſitate impulſus domi deſidet, alius exit & peregrinatur,præbetq; alijs de ſe inquirē di cauſas,ſæpe ſolus,ſæpe alijs coniunctus: ſuper quorum reditu ſi à te quæratur, ſcito q eorum aliqui fortunati ſunt,aliqui infortunati,& quod eorum ſunt qui reuertuntur ad loca ſua,& qui deſtruuntur, & qui lucrātur,& qui perdunt: quorum omnium notitia de uno aſcēdente tametſi prouenire nō poteſt,eſt tamē ſignificator Luna, cui aſſignabis illorum nomina ordine conuenienti & conſueto Aſtrologis, nominādo unum quemq; ſuo proprio nomine,et unum poſt alium,ut decet. Poſtmodum aſpice applicationem Lunæ primā,ſecundā,tertiā,et quar-

tam,& sic ordine quotcunq; fuerint absentes,donec omnũ eorum numerus cõpleatur:& da primam applicationẽ homini primo,secundam secũdo,tertiam tertio, & sic consequenter,semper aspiciendo fortunas & infortunia planetarum illorum, ac directiones & retrogradationes ipsorũ: & per illos unicuiq; eorum iudica secundum significatum sui significatoris. Et si applicationes redeant ad illosmet planetas sicut à principio,non mireris nec turberis propterea,quia nec mirũ est si inter homines duo uel plures unius sint status,& multi sint aspectuum modi,per quos discurrendo & separando intelligens & scientiæ peritus uerè rem petitam consequitur,Deo similiter fauente & suppeditante quod quærebatur, & memoriam. Etiam hac eadem ratione iudicabis,si quæratur à te pro duobus uel tribus aut plurib. capitaneis militũ,quis eorũ sit potẽtior & audacior,aspiciẽdo hoc modo prędicto,et certificaberis Deo adiuuãte.

De uisionibus somniorum et significationibus eorum. Cap.XII.

SCito quòd uisiones diuidũtur in tres partes,quarum una est uisio proueniens à Deo excelso,secunda prouenit per uirtutem planetarũ,tertia ex humoribus corporis. Prima à Deo excelso proueniens consequitur per orationes & diuinas obedientias,& est conditionis prophetiæ & gloriæ Dei qui superuenit hominibus quos ipse eligit. Secunda quæ prouenit ex planetarum uirtute continet omnes uisiones quas homines uident,quarum significationes sunt in natiuitatibus,uel in ascendente conceptionis,hoc est,quãdo sperma proijcitur. Quãdo ergo significatores illi in aliquibus temporibus perueniunt ad loca sibi conuenientia,uel secum participationem habentia in figura, aut unus significatorum aspicit alium, tunc prædictæ eueniunt uisiones. Tertia quæ prouenit ex ui humorum corporis,non habet demonstrationem nec significationem aliquam:quoniam homo superabundans cholera in quãtitate uel qualitate , somniat se uidere ignes,et phlegmaticas aquas: & melancholicus uertatur in tenebris aut suffocatur aut premitur pelsadiella,id est, φιάλτ, seu incubo. Sanguis quoq; etsi procreet somnia & uisiones secundum humores sibi commixtos,& in quantitate uel qualitate superabũdantes , in corpore tamen quãdo nullus adest defectus,neq; ipse ab ullo superfluo uel dominante humore deuincitur, gignit uisiones secundum uim & uirtutem à planetis influentem. Nota præterea quòd uisiones prouenientes ex irradiatione planetarum sunt duarum qualitatũ: aut enim sunt somnia uanitatum aut ueritatum. Vanitatũ sunt somnia prouenientia ex uiribus debilibus uirtutum planetarum, quę non sic se applicãt ad ueridicas planetarum uirtutes,ut queant homini res ueridicas adferre, sed sunt uisiones imaginationum memoriæ tales & sic debiles, ut nõ possint propter suã debilitatem ostendere ueritatem, nec rẽ uera futuram prædicere. Veritatum autem somnia per rectam planetarum irradiationem aduenitũt,& per integras & perfectas eorum significationes,& super res quæ tribus in locis inueniuntur,in uisione scilicet, æstimatione,& discretione æstimationis facta de rebus possibilibus & impossibilib. & quòd res possit esse,fiat,& perficiat. Nota ergo cp quando uisiones sunt ishuismodi, tunc uisiones & somnia habẽt significationes et admonitiões,et demõstratiões & accidẽtia futura ex diuina Dei beneuolentia.

De expositione somnij oblati. Cap.XIII..

CVm aliquis à te quærit de eo quod uidit per somnũ,aspice ascendens illius horæ qua tibi facta est quæstio,et si inueneris in ascẽdente Saturnũ, dic quòd uidit religiosos,cuiusmodi sunt fratres Hæremitani ac similes,& oratoria, & nobiles omnes boni iuris.Sed si Martẽ inueneris in ascendente, dic cp uidit capitaneos militarũ et milites,sanguineos, latrones,arma,& prælia. Si Solẽ,uidit hortos,arbores cũ fructibus,aurũ, uel regẽ. Si Venerẽ,uidit puellã uirginẽ,aut comedere uel bibere,siue cũ muliere iacere,uel delicitari,& genio indulgere,aut ludere seu spaciari,& alba & rubea uestimẽta.Si Mercurũ, uidit homines cõpositos, bene loquẽtes & ratiocinantes,palacia strata cortinis & nobilibus pannis,cibaria,libros & chartas salutationum et computationum.Si Lunã,uidit riuos uel aquam,& aliofar & alios lapides,aut comedere uel bibere,seu matrẽ,seu amitã suæ matris sororẽ. Messahala,& Alhayhat,& Abrier farfal dixerunt: Aspice hoc in signo nonæ domus ab ascẽdente,& si inueneris in eadẽ domo aliquẽ ex septem planetis,iudica uisionem à quolibet eorũ,ut diximus de eorũ significatione quãdo sunt in ascendente: & adde significationi Solis cp uidit se uolantem inter cœlũ et terrã,aut cp uidit lumen magnũ. Sed si nõ inueneris in nona planetã aliquẽ,aspice eũ qui inue-

nif in aſcẽdente: & ſi nullũ in aſcendente in ueneris aſpice eũ qui uerſatur in tertia: & ſi nõ inueneris aliquẽ ibi, aſpice in quarta: & ſi nõ inueneris in quarta, aſpice in ſeptima: & ſi nec ibi, aſpice eũ qui in decima, & iudica ſecundũ ſignificationẽ uniuſcuiuſq; planetæ, & certificaberis Deo uolente. Etiã dicit q; Sol eſt apparẽs uiſio uigilando, & Luna eſt cooperta uiſio dormiendo. Nota q; qñ à te quærit de aliqua uiſione, debes primũ ſcire horã quæſtionis, & ſi uiſionis ſignificator fuerit fortunatus, uidit ſomnia læta & bona & expectationis cõſequendi bonũ. At ſi fuerit ſignificator infortunatus, nõ certificabit uiſio & damnabit. Etiã ſi ſignificator fuerit receptus applicãs fortunę uiſio ueridica erit & facilis ſuſpicanti habere bonũ de ipſa, & ex bonis ſomniis. Et tẽpus in quo certificabit ſignificatio illa, eſt quantum à loco ſignificatoris uſq; ad recipientem uim ſuam inuenitur: nam tantũ erit tempus, & tot dies, menſes, uel anni. Etiam ſi quãdo uiſio fuerit mala et ſignificationes malæ, ac inueneris ſignificatorẽ receptũ & applicantẽ fortunæ, dic q; uiſio non erit nec uerificabitur, nec ſomniũ illud malũ. Sed ſi ſignificator illius uiſionis malæ fuerit infortunatus, creſcet et uerificabit. Hoc modo aſpice cõſtellationem illius horæ in qua ſomniũ fuit & uiſio uiſa, & ex hoc iudica bonũ uel malũ ſicut docuimus. Inſumma ego dico ut aſpicias dñm aſcendentis uel almutez aſcendentis & Lunam, & conſidera ſi quẽ eorũ inueneris in 9. uel 3. ſed ſi nullũ inueneris ibi, quære ſi quẽ eorũ inuenias in aſcendente, uel in aliquo angulorũ ſuorũ, quorũ iam dictorum quilibet ſi fuerit ſeparatus à fortuna applicans fortunæ, ſignificat q; uiſio eſt bona & ſignificationis bonæ, & conditionis fortunæ cui applicat: & profectus uiſionis illius erit cõditionis ſuæ domus in figura, & cõditionis domus cũ aſpicit bono aſpectu. Sed ſi fuerit ſeparatus ab infortunio applicans infortunio, uiſio timenda eſt mala, & ſignificationis malæ: q̃d malũ & damnũ erit ſecundũ naturã planetæ cui applicat, & ſecũdũ naturã domus in qua eſt in figura, & ſecundũ naturã illius infortunij. At ſi fuerit ſeparatus à fortuna & applicuerit infortunio, dic q; uiſio fuit bona & pulchra, ſed malã habet ſignificationẽ. Sed ſi ſeparatus fuerit ab infortunio, & applicuerit fortunæ, dic q; uiſio erat turpis & mala, habet tamen bonã ſignificationẽ. Et profectus uel ſucceſſus erit ſecundũ naturã planetæ cui applicat, & ſecundũ naturã domus in qua eſt in figura, ut diximus. Secundũ ergo hanc uiã & regulã conſidera uiſiones, & confer unam ad aliam, & certificaberis Deo uolente.

De naue & his qui in ea ſunt. Cap. XIIII.

QVando à te quærit de cauſa nauis, & ſcire uoles ſtatum eius, & quid de ea ſit futurũ, & cuiuſmodi finẽ ſit habitura, aſpice aſcẽdens & angulos ac planetas, ubi ſciueris loca nauis, eaq; diuiſeris in quodlibet ſuũ ſignũ, ſecundũ diuiſionẽ Ptolemæi id demõſtrantis & diuidentis partes nauis in duodecim ſigna, in cognitionẽ locorũ nauis adferentiũ bonũ uel malũ hominib. in eis nauigãtibus, dicẽs: Da ſignũ Arietis pectorib. nauis, Tauri ei q̃d eſt ſub pectorib. modicũ uerſus aquã, Geminorũ gubernaculo nauis, Cãcri fundo nauis, Leonis ſummitati nauis quæ ſtat ſuper aquã, Virginis uentri nauis, Libræ ei q̃d ſubleuat & deprimit de pectorib. nauis in aqua, Scorpionis loco ubi morat nauta, Sagittarij ipſi nautæ, Capricorni finibus exiſtẽtibus in naue, Aquarij magiſtro nauis, Piſciũ remis. Et quẽ locorũ horũ inueneris fortunatũ, aut habẽtẽ Lunã, uel dominũ domus eius fortunatũ, iudica bonũ & ſalutẽ cũ proſperitate coniunctã eſſe in eodẽ loco. Et quẽ horũ locorũ infortunatũ inueneris, uel in quo eorũ inueneris Lunã, aut dñm domus eius infortunatũ, uel dominũ illius ſigni infortunio laborantẽ uel diminutã, in eodẽ loco iudica impedimẽta & malũ, at infortunũ damnomunitũ. Luna & aſcẽdens generaliter ſunt ſignificatores totius nauis & ſuorũ ſtatuũ, & dñs aſcẽdentis eſt ſignificator nauigantiũ in ea: unde ſi oẽs hi fuerint infortunati, frangit nauis & ſubmergunt nauigãtes in ea, niſi aliqs eorũ fuerit receptus: tũc em̃ eueniet impedimentũ in ſubmerſione, et euadent aliq eius aſcẽſores. Sed ſi oẽs fuerint fortunati, euadent & ſaluabunt, maximè ſi fuerit ibi receptio aliqua. Præterea ſi aſcẽdens & Luna ambo fuerint fortunati, et dñs aſcẽdentis infortunatus, ſaluat nauis, et deſtruunt nauigãtes in ea. At ſi aſcẽdens et Luna infortunati fuerint, et dñs aſcẽdentis fortunatus, ſubruit nauis, et ſaluãtur nauigantes in ea. Alkindus in ſtructura nauis omniũ optimè ſenſit, dicẽs: Aſpice aſcẽdens, et da ipſũ, p ſignificatore pectoris nauis, et 7. domũ, p ſignificatore partis poſterioris nauis, et mediũ cœli, p ſignificatore ei⁹ q̃d eſt deſup, et angulũ terræ fundo nauis, et eius latus dextrũ in quatuor partes æquales, et ſiniſtrũ in alias quatuor: ita diuide

ut partes duæ dextri lateris sint uersus aquã & duæ partes uersus summitatem: similiter in sinistro duæ uersus aquã, & aliæ duæ uersus summitatem. Postmodum à parte lateris dextri, quæ est uersus summitatẽ & uersus postremitatem nauis, erit significator octauæ domus: & à parte lateris sinistri uersus summum & uersus partem anteriorẽ, erit significator duodecimæ domus: & à parte lateris dextri uersus summum & uersus partẽ anteriorẽ, erit significator secũdę domus: & à parte lateris sinistri uersus summũ & uersus postremitatẽ, erit significator nonæ domus: & à parte lateris dextri quæ est uersus aq̃ & uersus partẽ anteriorẽ, erit significator tertiæ domus: & à parte lateris sinistri, quæ est uersus aquam & uersus postremitatem, erit significator sextæ domus: & à parte lateris sinistri & quæ est uersus aquã & uersus anteriorem partem, erit significator quintæ domus: & à parte lateris dextri, quæ est uersus aquam & uersus partem posteritatẽ, erit significator undecimæ domus. Quãdo ergo à te quæritur de aliqua naue, & de statu eius, & quid sperandum sit de ea in suo itinere, aspice & si fortunas in ueneris in angulis, uel constantes in eis, & infortunia remota ab illis cadentia uel cõbusta subradijs, dicq; nauis ibit ad locũ ad quem tendit, salua & cum toto quod est in ea. At si fuerint in angulis infortunia, uel in succedentibus, accident impedimenta in naue, & erit impedimentum in ea parte cõ̃ significauit signum in quo est infortunium: & si idem infortunium fuerit Saturnus, frãgetẽ nauis & submergetẽ. Etiã si Mars, & fuerit in aliqua dignitatum suarum, uel aspiciat dignitatem suam, aut fuerit in signo terreo, significat idem quòd significauit Saturnus de magnis impedimentis & molestijs. Sed si fortunæ aspiciant ibi quæ diximus, et domini angulorum & ascendens propriè, ac dominus Lunæ salui fuerint, significat q̃ erit magnus labor, & impedimenta grãdia, tamen saluabuntur in fine, & maior pars euadet. At si Mars damnauerit dominos angulorum & dominũ Lunæ, habebunt nauigantes metum ex inimicis, & uehementer trepidabunt: & si ad hoc malum habuerit aliud damnũ in signis, accidẽt inter eos interfectiones, percussiones, uulnera, furta, et prædationes in substantijs & rebus quas ferũt: maximè si fuerint infortunia in signis, quæ sunt in diuisione partis superioris nauis uersus summũ. Sed si Saturnus adfuerit in hac ratione cũ Marte nocens, & infortunet significatores prædictos, accidẽt eis furta & spoliationes sine interfectione. Et si fuerint signa infortunata quæ sunt in partitione fundi nauis, submersionem eius significat & fractionem. Et si eadem signa infortunata fuerint in medio cœli, & fuerit damnator Mars, significat cõbustionem ex fulgure & corruscationibus & rebus cadentibus ab aëre. Et si fuerit signum ipsum angulus terræ, combustionem significat in fundo nauis. Sed si Mars ibi fuerit in signo humano, significat quòd ipsa, cõbustio superueniet per ignem inimicorum, uel inimici rumpent nauem ferris: & factum illius impedimenti erit in parte nauis, quam significauit signum in quo erat infortunium. Sed si Saturnus fuerit ibi uice Martis, & in medio cœli, erit impedimentum per motus uẽtorum, & per fractionem mali nauis, & ex casu & fractione uelorum: quod damnum & impedimentum erit secundum potentiã infortunij, & remotionem fortunarũ. Præterea si idem infortunium fuerit in septima, & Saturnus damnator, frãgetur posterior pars nauis, & erit damnum & impedimentũ ex fractura gubernaculi. At si Mars fuerit damnator, erit damnũ ex fulmine, & igne sicut diximus. Ad hæc si illud infortuniũ fuerit in ascendente, erit impedimentum et damnum in anteriori parte nauis, & erit natura impedimenti secundũ naturã infortunij hoc inferentis. Sed si dominus ascendentis fuerit retrogradus, reuertetur nauis post quam iuerit aliquantulum. Et si fuerit in signo mobili & retrogradus & dominus signi quartæ, similiter significat q̃ nauis reuertetur ad locum à quo recessit. Etiam si dominus ascendentis in hoc fuerit fortunatus, erit reditus cum salute ac bono successu: at si infortunatus, cum malo & damno. Porrò si dominus octauæ infortunauerit dominum ascendentis, maximè ipsomet in octaua existente, accidet naui impedimẽtum & destructio, quod erit secundum naturam infortunij illius. Vt si idem octauæ dominus infortunauerit dominum domus Lunæ, ac dominũ ascendentis & Lunã, significat destructionem domini nauis uel gubernatoris maioris, aut amborũ & nauis. Et si pars fortunæ, & pars substantiæ, ac eorũ dñi fuerint infortunati, significat amissionẽ eiꝰ q̃d ferẽ in naue: q̃d erit secundũ fortunã & infortunationẽ dictorũ. At si ibi uice infortunij fuerit fortuna, erit lucrũ in eo q̃d fertur.

Item

Item ſi dominus aſcẽdentis & dominus domus Lunæ fuerint tardi curſus, maximè ſi domini locorũ ſuorum fuerint ſimiliter, iudica ꝙ tardabit̃ iter illorũ: at ſi fuerint uelocis curſus, iudica ꝙ cito ibunt, & cito uenient quo uoluntire. Etiam ſi fuerit inimicitia inter dominum aſcendentis & dominũ domus Lunæ, uolo dicere ſi alter eorum ſit in 7. alterius, altero non recipiente alterum ſed damnante, iudica ꝙ erit inter illos nauigantes rixa & diſcordia, & quòd uincetur ille cuius ſignificator infortunatus fuerit à ſuo contrario, & ille qui debilis fuerit. Et ſi dominus 2. remotus fuerit à ſua 2. & dominus 2. remotus à 2. à Luna, & dominus partis fortunæ remotus à parte fortunæ, ſignificat ꝙ habebunt uictus indigentiam: & ſi hoc fuerit in ſignis aquaticis, erit hæc indigentia maximè in aqua: ſi in terreis uel aëreis, erit in cibarijs quæ fiunt per ignẽ. Ita ſecundũ hãc rationem iudica de omnibus ſtatibus & negocijs nauis, quãlibet rem æſtimãdo per ſe, & certificaberis Deo fauente.

De ſcientia uel ſapientia hominis ſi eſt uera uel falſa. Cap. XV.

QVando à te quæritur de ſciẽtia alicuius, ſi eſt uera uel falſa, da aſcẽdens ei de quo quæritur, & 9. domũ ſcientiæ eius, et ſi fuerint in 9. fortunæ uel fuerit dñs 9. fortunatus, & aſpexerint dñm aſcẽdentis, iudica ꝙ ſciẽtia ipſa eſt in eo, & ꝙ eſt ueridica. At ſi in 9. fuerint infortunia, uel dñs 9. infortunatus fuerit, & aſpexerint dominũ aſcẽdentis, ſignificat ꝙ ſciẽtia ipſa eſt falſa & nulla in eo. Etiã aſpice cuiuſmodi habeat ſtatũ Luna cum domino 9. & ſi ambo applicuerint fortunis, ſignificant uerificationem ſcientiæ, & ꝙ ipſa eſt in eo. At ſi applicuerint infortunijs, ſignificãt diminutionem & mẽdacium ſciẽtiæ. Etiam ſi alter eorum applicuerit fortunis et alter infortunijs, aſpice uter eorum ſit potentior in loco ſuo, & ſecundũ illud iudica. At ſi alter eorum applicuerit infortunijs & alter nulli fuerit applicãs, iudica rei illius diminutionem. Rurſus ſi alter eorum applicuerit fortunæ, & alter nulli, uerificationem iudica in re illa. Præterea ſi 9. domus & eius dominus fuerint fortunati, et non aſpexerint dominũ aſcendentis, ſcientia in eo eſt ueridica: tamen ille nõ utitur ea nec ex illa habet utilitatem. At ſi 9. & eius dominus infortunati fuerint, nec aſpexerint dominum aſcendentis, ſignificat ꝙ ſcientia ipſa nulla eſt in eo, et ꝙ ille nõ operatur in ea, nec ex illa habet utilitatem aliquam.

De opere Alkimiæ. Cap. XVI.

SI quãdo ſcire uoles de aliquo utrum ſciat Alkimiã uel non, da aſcendens & eius dominum quærenti, & ſeptimã & eius dominũ Alkimiſtę, & dominũ nonæ domus, quæ eſt domus ſciẽtiæ Alkimię. Poſtmodũ aſpice dominũ nonę ſi eſt fortunatus uel infortunatus, orientalis uel occidentalis, cadẽs ab angulo uel in angulo aut in ſuccedenti, & ſi aſpicit dominũ 7. uel non: quoniam ſi aſpexerit dominum 7. & fuerit fortunatus, ſignificat ꝙ ſcientia illa ueridica in eo eſt, maximè ſi aſpectus ille de 3. fuerit uel ſextili, & ꝙ ſit inter eos applicatio uel receptio: & ſi aſpectus ille fuerit de 4. uel oppoſitione, ſignificat quòd ſcit rem grauem ad ꝙ peruenire nõ poteſt, niſi magno labore ac ſtudio graui, idq; fiet ſi fortunæ aſpiciant ibi: at ſi infortunia ibi aſpexerint, ſignificat ꝙ laborauit & fatigauit ſe multum in ea, ſed non attigit nec attingere poteſt ſcopum.

De capto uel captiuo. Cap. XVII.

ALkindus aſtrologus inſignis & in ſcientia laudatus, dixit: Si qñ pro capto oblata fuerit tibi quæſtio, aſpice dñm aſcendentis, & ſi ſeparatus fuerit à dño 4. uel dominus 4. ab eo, ſignificat ꝙ exibit cito de carcere. Et ſi dñs aſcendentis ſeparando ſe à domino 4. applicuerit fortunæ, & ipſe remotus ab angulo, magis rata eſt & certior ſignificatio ſuper euaſione de carcere, & ꝙ exibit citius & facilius ex eodem. Etiã ſi quando dominus aſcendentis fuerit in cadentibus ab angulis, eſt ſignificatio euaſionis ſimiliter. Etiam ſi dominus aſcendentis ſeparauerit ſe à Sole, uel ſi Luna fuerit exiſtens ſub radijs, ſimiliter eſt euaſionis ſignificatio, idq; ſi fuerit in carcere regis. In ſumma operare per ſignificationẽ Lunæ in capto, in oĩbus ſtatibus eius et in quocunq; uis, ſicut in capto regis: & animaduerte ꝙ maior carcer & munitior eſt in 4. domo, ſicut ſunt ♑ et loca incluſa & profunda: 8. domus eſt carcer legis & iudicantium & alcaydorum (Alcay uocant Veneti iudices cauſarũ capitaliũ). Alſadal filius Ableſehel dixit: Si qñ aliquod ſignorũ malorũ & horribiliũ in ratione carceris fuerit aſcẽdens hora carceris, aut hora quæſtionis, ꝙ capto, uel ꝙ ſit dñs aſcẽdentis, aut Luna in aliq̃ horũ infortunata, (q̃d cauſant Taurus, Leo, Aquari⁹, & Piſces) ſignificat carcerem

carcerē, et quòd tēpore longo manebit ibi. Et si fuerit infortunata in primis duob. signis, & fuerit Mars, significat q̄ interficiet enſe poſt longā captiuitatē. Sed ſi fuerit ipſum infortuniū Saturnus, ſignificat anxietates & torturas magnas, ferrū, & ſupplicia grādia. Etiā ſi fuerit infortuniū in duobus poſteriorib. ſignis, ſignificat longū & durabilē carcerē. Similiter ſi q̄n dñs aſcendentis fuerit in caſu dom⁹ uel exaltationis ſuæ, et Luna in Aquario uel Piſcibus, carcerem longū ſignificat. Illud idē ſignificat̄ ſi dñs aſcendentis uel Luna fuerit in ☌. Etiā ſi dñs aſcendentis fuerit debilis uel occidentalis aut retrogradus uel in ☌. ſignificat longum carcerē: & ſi fuerit infortunatus ibidē, in illo carcere morietur. Sed ſi fuerit in hoc loco orientalis & potens in aliqua dignitatū ſuarum, & aſpexerit eū aliqua fortuna, poſt carcerē longum euadet. Rurſus ſi q̄n aſcēdens & Luna infortunati fuerint & nocentes, ſignificāt fortē carcerem, & q̄ habebit in eo moleſtias magnas, quæ erunt ſecundū potē tiam & ſtatum infortunantis. Et ſi q̄n Mercurius fuerit cū infortuniis, addit malo & miſeriæ, & captus malū finē habebit, & eueniēt ei magna in carcere impedimenta. In ſumma, q̄ capto nihil optabilius eſſe poteſt q̄ ſi ſit Luna lumine diminuta deſcēdens ad partem ſeptentrionalis, & applicans fortunis, & aſcēdens et eius dñs fortunati. Nota etiam q̄ Venus optabilis eſt, q̄ capto, & benignius liberat eum de carcere q̄ Iuppiter, maximè ſi iuncta fuerit in ſignificatione Lunæ aut Mercurij. Si q̄n dñs aſcendentis fuerit ſeparatus à medio cœli, ſignificat q̄ captus euadet carcerē regis qui cepit eū. Idē ſignificat ſi fuerit dominus medij cœli ſeparatus à dño aſcendentis. Si quādo Luna fuerit inter angulū terræ occidentis & mediū cœli, & Iuppiter et Mars aſpexerint eā de ☽. uel ☌. uel ſi ſit Luna deſcendens ad partem meridionalē & applicās Mercurio, et ipſe occidentalis, ſignificāt q̄ cito & facilè exibit de carcere. Itē ſi Luna fuerit cū Saturno, et Iuppiter aſpexerit eos de ☌. & Mars de ☽. ſignificat quòd poſt longū carcerē & miſeriam magnā franget carcerē, & exibit effractor de eo. Alhazē filius Abēzehel dixit: Si q̄n quæraſ̄ à te pro capto, aſpice ☾, domum, & ſi quē planetā inueneris ibi, ſit planeta ille ſignificator capti, qa eſt locus carceris in figura: ſed ſi nullū inueneris in eadē planetā, aſpice planetā qui fuerit ſub radijs, et ille ſit ſignificator capti. In ſumma quēcunq; planetā inueneris in aliquo iſtorū locorū, eum accipe, q̄ ſignificatore, & ab eo ſcies ſtatum capti, & iudica de eo & ſuis negocijs ſecundum illius planetæ potentiā in figura, & debilitatē eius, & fortunā & infortuniū eius, ac uelocitatem ſui motus & tarditatē: ſimiliter à ſigno in quo fuerit ipſe planeta, ſi eſt ſixū uel mobile, ſtatus capti & negocia iudicabis. Sed ſi nullum inueneris in dictis iā locis planetā, reuertere ad Lunā & ad dñm aſcendentis, et accipe eos pro ſignificatorib. & iudica ſecundū quòd inueneris in ſtatib. & qualitatibus eorū. Porrò ſi ſignificator capti applicuerit Saturno uel Marti in ſigno in q̄ fuerit, & ſecū fuerit Luna infortunata, nō dubites quin ſit habiturus carcerē lōgum, miſeriam magnā & malā, & ponetur in ferro & in ſordidis carceribus, & dabuntur ei percuſſiones & torqueē. Et ſi alterum duorū infortuniorū ad hæc fuerit dominās ☽. ab aſcendente, ſignificat q̄ in illo carcere morietur. Et ſi Sol intrauerit ut ſignificatorē comburat, & ſignificator fuerit planeta debilis non ſuſtinens cōbuſtionem, iudica quòd tortura interficiet captū. Idē quoq; iudica ſi Mars infortunauerit ſignificatorē, et ipſe fuerit dñs medij cœli, niſi adfuerit aliqua fortuna quæ remoueat & diminuat malū eius. Aſpice ſimiliter Lunā & dñm aſcendentis, & ad naturā ſignificatorū in quibus uerſant̄, & ſi Iouē aut Venerē inueneris in aſcendente uel in ſigno in quo uerſat̄ Luna, iudica quòd cito & facilè exibit de carcere et euadet. Etiā ſi Mercurius fuerit cū aliqua fortunarū & cū Luna, aut dñs aſcendentis fuerit in Ariete uel Piſcib. aut in Libra uel Capricorno, ſignificat quòd de carcere facilè & cito exibit. Præterea ſi dñs aſcēdentis & Luna fuerint deſcēdentes à medio cœli uerſus partē occidentis, uel fuerint trāſeuntes ad alterū duorū pūctorum cōiunctionis uel oppoſitionis, aut fuerint remoti ab aliquo angulorū, ſignificat facilē exitū carceris: q̄d citius & auſpicatius euenier ſi Luna fuerit applicās fortunis, & ab aſpectu infortuniorū libera, niſi fuerit applicans Veneri exiſtenti ſub radijs Solis: quia hoc ſignificat ſqualidos & abhorrendos carceres & cruciatus, quæ poſt finem bonū conſequentur, ſaluationem & euaſionem. Etiam ſi Luna Mercurio applicuerit, & ipſe occidentalis & liber ab infortunijs, ſignifi cat quòd facilè & cito euadet. Ad hæc ſi quando Luna fuerit inter aſcēdens & quartam domum, & Mars aſpexerit eā de quarta uel

ta uel oppoſitione ſine aſpectu fortunę, ſignificat miſeriā & cruciatū in carcere, ferrū, tormēta, & uerberū percuſſiones. Et ſi Saturnus eam aſpiciat uice Martis, ſignificat carcerē longum & anguſtū, & eo magis & expreſſius erit illud, ſi Luna et dominus domus eius infortunati fuerint in ſignis fixis, uel in Sagittario aut Geminis aut Cācro. Alhazel filius Abenzehel qui hanc rationem de capto expertus eſt dixit: Aſpice horam qua captus eſt & ſi dominus horæ fuerit in fortunium, iudica ꝙ longum carcerē & anguſtiam habebit: ſed ſi fuerit fortuna, ſignificat ꝙ cito exibit, & carcerē facilem habebit. Etiā ſi quando ſignificator capti applicuerit domino domus itineris, aut fuerit in ipſa domo, & tranſierit de uno ſigno ad aliud, uel remotus ab aliquo angulorum fortunas aſpiciat fortis & ſaluus, iudica ꝙ cito et facilè euadet de carcere, & quod nullū malū patietur ibi, neq; anguſtiā. Sed ſi dictus ſignificator fuerit in ſtatibus iam dictis, & infortunatus, ſignificat ꝙ de uno carcere in alium, & de una anguſtia in aliam traducetur: poſtmodū aſpice ſignificatorem capti, uel Lunam ad ♄ applicat planeta, et iudica ꝙ liberatio eius erit per hominem conuenientem illi domui, cuius dominus fuerit ille planeta: ut ſi dominus fuerit medij cœli, liberatio eius erit per regē: ſi fuerit dominus ſeptimæ, erit per aduerſariū eius qui dimittet eū. Sed ſi fuerit ſignificator domus ſecūdæ, ſaluabitur per redemptionē offerendo ſubſtātiam ſuā: ſi tertiæ, liberabit precibus rogantiū pro eo. Et ſic conſequēter de alijs domib. Cauſam aūt propter quā captus eſt ſcies à planeta à quo ſeparatur capti ſignificator uel Luna: & ſi planeta ipſe fuerit Mars & in octaua aſcēdēte, captus fuit propter homicidiū perpetratū: ſed ſi in alio loco fuerit, captus fuit propter rixas & pcuſſiones. Sed ſi Mars fuerit ad hoc in ſecūda, captus fuit propter furtum quod fecit, uel ſuſpicatus eſt feciſſe. At ſi ibi Saturnus fuerit uice Martis, captus fuit cauſa prædę uel hæreditatis. Etiā ſi ſeparatio ipſa fuerit à Ioue, captus fuit cauſa ſubſtantiæ uel legis: ſi à Venere, captꝰ fuit cauſa mulieris: ſi à Mercurio, captus fuit cauſa literarum uel rumorū aut nunciorū: ſi à Sole, captus fuit cauſa regis. Porrò ſtatum aduerſarij poſtulantis ab eo, ſcies à domino ſeptimæ, qui ſi infortunauerit ſignificatorē capti, ſignificat ꝙ eſt ualde promptus ad petendū, & petēs ad inſtandū, & quod ducit eū ad moleſtias magnas. At ſi idē dñs ſeptimæ fortunauerit ſignificatorē capti, ſignificat ꝙ aduerſarius uoluntatē habet & nitit̄ ſubterfugere captū. Et ſi aſpexerit eum de oppoſitione, ſignificat ꝙ habet aduerſus eū odiū & iram magnā. Etiā ſi de quarta, idē ſignificat, ſed minus ♂ de oppoſitione. Sed ſi nō aſpiciat eū aſpectu aliquo, ſignificat ꝙ oblitus eſt eius, nec aliquid petit ab eo. Alij ſapientes dixerunt: Si quando à te quæritur ꝙ capto diligenter aſpice, & ſi inueneris Lunam in nona uel tertia, ſignificat ꝙ à carcere liberabit̄ cito. Sed ſi dñi angulorum fuerint in angulis, carcerē longū ſignificāt: & ſi alij planetæ fuerint in angulis, q̄ non ſint eorū domini, ſignificāt ꝙ morabit̄ in carcere illo anno in quo eſt, niſi planeta uelocis motꝰ fuerit in aliquo angulorū, & applicuerit planetæ remoto ab angulo in ſiniſtro aſcendētis, uel ſit dñs ☽. uel ☽. Sed ſi quando dñs aſcendentis dederit uim ſuam planetæ q̄ ſit in ſiniſtro aſcendentis, ſignificat liberationē. Etiā ſi quando dñs tertiæ aut dñs nonæ fuerit in duodecima, ſignificat ꝙ de carcere fugiet: ſimiliter ſi dñs aſcendentis applicuerit dño duodecimæ, ſignificat eius fugā à carcere. Si quando dñs aſcēdentis applicuerit dño nonæ aut domino tertię, liberationē ſignificat, niſi fuerit infortuniū uel fuerit in angulo: tūc em̄ ſignificat quod morabit̄ in carcere donec infortuniū ipſum exeat illud ſignū in quo eſt, uel donec ab angulo remoueat̄. Hyrſede dixit: Si quādo ſignificator capti fuerit in ſignis quę ſunt ſub terra, & infortunatus à planeta in angulo exiſtente, ſignificat quod in carcere morietur. Etiā ſi fuerit ſignificator ipſe cōbuſtus, uel in caſu domus uel exaltationis ſuæ, uel in octaua ab aſcendente, & infortunatus ab infortunio in angulo ſimiliter exiſtēte, ſignificat ꝙ in carcere morietur, niſi fuerit idē ſignificator in domo uel exaltatione ſua, aut in octaua orientalis: tunc em̄ poſt magnam miſeriam ac laborē euadet. Etiā ſi fuerit in medio cœli infortuniū damnans ſignificatorē, & potēs in loco ubi eſt, ſignificat quod rex interficiet eū. Etiā ſi idem ſignificator fuerit retrogradus, ſignificat ꝙ captus de uno carcere in aliū traducet̄. Si quando dñs aſcendentis applicuerit alicui planetæ in angulo exiſtenti & nō recipienti eū, uel ſi Luna fuerit hoc modo, deſpera de ſalute capti: quod eo uelocius & citius accidet, ſi alicui eorum Saturnus applicuerit exiſtenti in angulo: quia tunc in carcere ſuperueniet mors eius.

Etiam

Etiam si Mars in hac constellatione fuerit uice Saturni, idē hoc significat excepto q̄ mors eius citius accelerabitur. At si quādo dominus ascendentis applicuerit planetæ fortunæ, significat quòd captus inueniet p̄ se instrumenta & artes, quibus euadet. Et si fortuna fuerit applicans domino ascendentis, significat quòd habebit qui rogabūt & laborabunt pro facto ipsius, & à naturis signorum & à domorum significationibus, in quibus fuerint hi planetæ, scies cuius conditionis sint illi qui rogant uel prensant alios p̄ facto eius, si sint uidelicet ex parte regis, aut amicorum, uel consanguineorum, aut mulierum, uel filiorū, aut seruitorum substantiæ, uel alterius alicuius similis conditionis. Si q̄n Luna fuerit ab angulo remota, & applicuerit planetæ similiter remoto ab angulo, eo existēte dño alicuius angulorū, significat quòd captus habebit fiduciam euadendi, quousq̄ idem planeta intrauerit aliquem angulorum, tunc desperabit. Si quādo fuerit dominus ascendentis in angulo, longū carcerē significat, idq̄ eo magis & p̄ seuerātius si fuerit in angulo terræ: & si tūc aspexerit eum dominus duodecimæ, uel aliquod infortunium, significat quòd in carcere anxietates sustinebit & labores. Et si dominus ascendentis fuerit remotus ab angulo, & applicuerit planetæ in angulo existēti, significat quod carcerem longum sustinebit post conceptam spem & fiduciam euadendi. Si quando dominus ascendentis applicuerit alicui planetæ in nona uel tertia existenti, & sit ipse planeta dominus alicuius angulorū, nec aspiciat angulum cuius dominus est, significat quòd liberabitur facilè & cito: sed si aspexerit angulum, significat quòd euadet post tædium contractum & laborem. Si quando dominus ascendentis applicuerit domino duodecimæ, significat anxietates & angustias in carcere: & si applicuerit domino sextæ, significat quòd in carcere ægrotabit. Si Luna applicuerit domino alicuius angulorum in nona uel in tertia existenti, significat quòd facilè & admodū cito exibit de carcere. De Luna p̄tulit Dorothius dicēs: Hę sunt speciales significationes Lunæ in substātia ac negocijs capti, quādo Luna uidelicet separatim per se et sine aspectu fortunæ est: at si aspectus adfuerit, miscebis has significationes cum significationibus aspectus. id declarat & inqt: Si quando Luna fuerit hora qua capitur aliquis in figura Arietis, significat euasionem eius facilem & cito. At si fuerit in Tauro, carcerem longum habebit: & quòd captus est causa substantiæ quæ petitur & accipietur ab eo denotat, & quòd liberabitur post labores. Sed si in Geminis, habebit fiduciam die tertia euadendi, & si tunc non euaserit, manebit diu & multū, et carcerem lōgum habebit, & fortè morietur in eo. Etiā si in Cancro, carcerem longum significat. In Leone portendit q̄ captus est occasione alicuius hominis celebris & famosi, & q̄ longum carcerē habebit. In Virgine quòd causa eius parua est, & quòd cito euadet: in Libra, quòd de carcere aufugiet: in Scorpione fidem habebit in carcere nec custodiet, et postmodum liberabitur. In Sagittario q̄ carcerem longum habebit, & multum eius causa durabit. In Capricorno quòd facilè euadet & cito. In Aquario & Piscibus significat quòd carcerem longū habebit, & fortè non exibit inde unquam. At si fortunæ aspexerint Lunam, uel iunxerint se cum ea, aut aspexerint ascendens uel fuerint in eo, aut coniunxerint se cum domino ascendentis. & Mercurius cum eis se cōiunxerit, expellunt id quòd Luna significauit, cū esset in malis locis prædictorum signorum, & componitur eius negocium & fit leue. Sed si ibi aspexerint infortunia, Luna existente in prædictis malis locis, addunt in malo & augent & affirmant illud. Etiam si aspexerint ibi Luna existente in bonis locis, diminuunt illam bonam significationem: ut fortunæ si aspexerint in bonis locis, addunt & affirmant bonum. Si quando Mercurius, Saturnus, & Mars, omnes iuncti fuerint cum Luna, uel eam aspexerint inimico aspectu, significat q̄ captus in carcere morietur. In summa cum Luna hora captiuitatis est lumine diminuta, benignorē semper adfert aspectū q̄ cū est crescens. Si quando Luna hora captiuitatis fuerit existens sub radijs, significat quòd exibit cito de carcere, & eius compedes dissoluentur. Si quando Saturnus et Iuppiter aspexerint Lunam, significat quòd exibit de carcere cū fama & nomine bono, & quòd bene dicetur de eo: & hoc erit post longam in carcere moram. Si quando Saturnus cum Luna fuerit, in qua cunq̄ parte uelis, & Iuppiter eos aspexerit à decima uel quarta, liberationem eius significat. Si Mars aspexerit Lunā de quarta, & Saturnus de tertia, significat quòd magna disturbatio & indigentia in carcere accidet ei, & liberatio eius erit cum magno labore

labore

bore. Si Mars aſpexerit Lunã de tertio, et Saturnus de quarto, ſignificat ꝙ habebit anguſtias & anxietates in carcere, & poſt hoc franget carcerem & compedes, & liberabitur fugiendo. Si quando Mars fuerit hora captiuitatis alicuius in domo Saturni, ſignificat quòd franget carcerem & exibit: & ſi hoc fuerit in reuolutiõe anni alicuius annorum mundi, ſignificat quòd frangent carceres anno illo, & exibunt capti ex eis: maximè ſi Saturnus nõ aſpexerit domũ ſuam. Si quando Sol fuerit in ſexta à Luna recedens ab ea, & intrans ſeptimam, ſignificat ꝙ facilè & cito exibit. Similiter ſi quãdo Luna exiens ſub radijs applicuerit Veneri & Mercurio, eis in angulo nõ exiſtẽtibus, facilitatem uel celeritatem euaſionis ſignificat. Et ſi Saturnus, Iuppiter, & Luna fuerint omnes ſub radijs, ſignificat quòd euadet & exibit de carcere cum labore, & per res miraculoſas. Conoſil qui didicit hoc ab Attrafath, in cauſa capti conſulit dicens: Si quando fuerit aſcendens Aries uel Scorpio, aut fuerit Mars in aliquo angulorum aſcendentis, & Luna applicuerit alicui fortunæ, Marte aſpiciente fortunam ipſam uel alteram, iudica quòd liberabitur cito & facilè: et tempus liberationis erit, qñ Mars applicuerit corporaliter eidem fortunæ, quòd per numerum graduum qui ſunt inter eos cognoſcetur: quoniam ille numerus denotat dierum numerum. At ſi fuerit aſcendens Taurus, ſignificat quòd carcerem lõgum habebit: & ſi fortunæ aſpexerint Venerẽ & Lunam, ſignificat quòd euadet: ſed ſi Venerẽ & Lunã aſpexerint infortunia, capti deſtructionem ſignificant. At ſi infortunia & fortunæ æqualiter aſpexerint Venerem, pars quam aſpiciet Luna ualentius urgebit: & ſi pars fortunæ fuerit infortunata, exiſtentibus infortunatis Luna & Venere, ſignificat deſtructionem capti, et quòd in carcere morietur. Etiam ſi captiuitas fuerit pro ſubſtantia quæ petitur ab eo, auferetur ab eo uiolenter & contra uelle ſuum, & accidẽt ei anxietates & moleſtiæ. Illud idem iudica ſi aſcendens fuerit Libra, excepto quòd ſignificatio leuior & benignior erit, & morabit̃ minus in carcere. At ſi aſcẽdẽs fuerint Gemini, aut Virgo, & Mercurius fortunat⁹, & Luna fortunata, uel deferens uim alicuius fortunæ ad Mercurium, iudica ſalutem eius & euaſionem à carcere facilẽ & cito. Sed ſi Mercurius fuerit infortunatus, propriè à Marte, ſine aliquo aſpectu fortunæ, ſignificat capti deſtructionem poſt crudeles moleſtias quæ accident ei. At ſi Iuppiter aſpexerit eum, uel fuerit in aliquo angulorum ſuorum, habens in ſigno illius anguli aliquam dignitatem, ſignificat quòd habebit longum carcerem, & quòd non accidet ei damnum in eo ex uiolentijs uel percuſſionibus, nec extorquebitur ex eo aliquid uiolenter, & poſtmodum liberabitur: quod erit quando Mercurius corporaliter applicat & iungitur cum Ioue. Et ſi Luna tunc à Ioue fuerit fortunata & applicuerit Ioui ante Mercuriũ, ſpes habet̃ de liberatione. Et ſi tẽpore illo non fiat liberatio, loquentur tamen de ea, & intercedent boni uiri bona loquentes & rogantes eius liberationem. Hoc idem fiet qualibet uice qua Luna applicuerit & expectauerit ibi applicantem Mercurium, & tunc perficietur cauſa ipſius & liberabitur dante Deo. Atq; hæc ordinatio non accidit niſi quando Mercurius habet aliquem aſpectũ alicuius infortunij diminuẽtis eũ: at ſi liber fuerit ab infortunijs & fortunatus, & Luna ſimiliter fortunata, liberatio & exitus carceris erit prima uice qua Ioui applicuerit Luna. Etiam ſi aſcendens fuerit Cancer, iudica à Luna & domino domus ſuæ, ſicut uideris in ſtatibus eius, & cuiuſmodi ſtatum habuerit cum fortunis, deliberationem capti, & ſi erit cito uel tardè. Etiam ſi aſcendens fuerit Leo, aſpice cuiuſmodi ſtatum habeat Sol & Luna cum fortunis & infortunijs, & ſi eos ambos damnatos inueneris à Saturno, & remotos à Ioue, iudica quòd fuit captus cauſa celebris hominis & famoſi. Et ſi alter eorum commixtionem cum Ioue aut Venere habuerit de bono & euidenti loco, in quo habeat aliquam dignitatem, & aſpexerit Leonem Iuppiter, ſignificat quòd facilè & cito euadet, nec multũ in carcere manebit: & tempus liberationis erit ſecundum numerum graduum qui ſunt inter Lunam & Iouem ab applicatione, qui denotant dies: at ſi applicatio Lunæ ac Iouis fuerit applicatio perfecta, ita quòd non inueniantur gradus in medio eorũ, erit tempus liberationis quãdo corpore applicuerit ei, tunćq; liberabitur dante Deo. Etiam ſi fuerit aſcendens Sagittarius uel Piſcis, & Iuppiter in angulo & extra angulum ſaluus et liber ab infortunijs, & Luna ſimiliter, non habebit anxietatẽ de carcere ſuo: quia nullum ſibi malum accidet in perſona & rebus, & uidebit quod uoluerit, & inde honora-

nec eſ inferet malum, ſed erit ab illo timore ſecurus, quando dñs aſcendẽtis in uno gradu fuerit cum fortunis, cõiunctione corporali uel aſpectu. Etiam ſi fortunę quibus applicat, uel quæ applicãt ei, fuerint in medio cœli, & Luna fortunis illis applicuerit in angulo, & Luna ſimiliter orietalis in angulis ſublata ſuper eum, ſignificat quòd habens timorẽ uincet, & liberabitur à timore ſuo, quia petẽs recedet ab eo, & à petitionibus ſuis ceſſabit. At ſi fuerit in hoc caſu uice fortunæ infortuniũ in nona ab aſcendente, ſubleuãs ſe ſuper Lunã, ſignificat q̃ timẽs diligenter & ſolicitè quæret & perſeueranter, & fortè capiet: ſed ſi quę fortuna ipſum aſpexerit infortuniũ, ſignificat q̃ euadet et ſaluabit poſtq̃ captus fuerit, & poſtq̃ inde tulerit moleſtias & grauamina. Sed ſi ipſũ infortuniũ quod aſpicit Lunam fuerit potẽs in loco, & habuerit dignitatẽ in illa domo, & Luna fuerit in ſuo termino, ſi idem infortuniũ fuerit Mars, ſignificat quòd interficietur ferro & uerberibus. Sed ſi fuerit Saturnus, longũ habebit carcerẽ, & exhibebunt ei moleſtiæ & grauamina & anxietates, ſecundũ potentiã quam habet Saturnus in loco ſuo: at ſi infortuniũ ipſum nõ fuerit potens, nec habuerit dignitatẽ in in loco in quo eſt, & Luna in termino infortunij fuerit, ſignificat q̃ timens capietur, & poſtmodũ ab omni malo & grauamine liberabit. Et carcer eius erit p̃ numerũ athazir ab infortunio ad Lunam, & erunt menſes uel anni. Etiã ſi idem infortuniũ fuerit debile, & Luna in loco in quo eſt potẽs et recepta, & aliqua fortuna in loco in quo eſt Luna habens aliquã dignitatẽ aſpexerit eam, ſignificat quòd timentis cauſa dirigit & decidit, & remouetur ab eo poſt aliquantulũ grauaminis quòd accidet ei inde. At ſi dñs aſcendẽtis fuerit fortuna, & Luna ſeparãs ſe ab aſpectu infortunij applicuerit ei, ſignificat quòd timens ſecurus fiet cito, & liberabit ex illo metu ſine ullo grauamine uel labore: tamen ſi aliq̃d infortuniũ aſpexerit eos de 4. uel oppoſitiõe, aſpice dñm dom⁹ Lunæ, & ſi eum inueneris orientalẽ & potentẽ in triplicitate ſua, & aſpicientẽ Lunã de tertio, eodẽ exiſtente fortuna, non impedit infortuniũ illud, nec infert malũ uel dãnum aliquod in timentis negocio, ſed ſecurus fit & à metu illo ex Dei beneuolentia liberabit. Si q̃n inueneris Lunam coniunctã cum infortunio in ſeptima, dic q̃ timens capiet in terra alia non in ſua. Et ſi cõiunctio fuerit in nona, eundo in itinere capiet. Et ſi in tertia, capietur in domo fratrum uel amicorum uel aliquorũ conſanguineorũ ſuorum. Et ſi in 11. capietur cum credident ſe ſecurũ, æſtimãs q̃ nõ debeat de re illa timere. Et ſi in 4. uel 8. capietur ubicunq; abſconditus fuerit, etiã in occultiſſimo & quammaximè ſecreto loco, licet inde præuiderit & ſuſpectã habuerit captiuitatẽ. Et ſi in 10. capietur in manifeſto loco & apparabili domus ſuæ, uel eundo per loca quibus uti ſolebat. Verumenimuero ſi fortunę fuerint fortes in his locis, & infortunia debilia, nõ patietur malum ex re illa, nec curet de ea licet capiat: ſed ſi robuſta fuerint infortunia & fortunæ debiles, ac Luna in termino infortunij applicans infortunijs, ſignificat quòd captus erit nec exibit de carcere, donec moriatur, niſi fortuna fortis fuerit in loco ſuo aſpiciẽdo Lunam: tunc em̃ ſignificat quòd poſt anxietates & moleſtias euadet, & ſi fortunæ aſpexerint aſcendens, uel fuerint in angulis, ſignificat ſalutẽ in fine. His iam dictis omnibus peractis aſpice dñm domus ſignificatoris, ſciens quòd ipſe eſt ſignificator finis, & ſi eum fortunã inueneris uel fortunatũ, iudica bonum finem & ſaluum: ſi in fortunium uel infortunatũ, iudica malum & damnum in fine.

De exulante & expulſo iudicium.

IN cauſa & negocio illius qui eſt expulſus à rege, aſpice ab hora in qua illud negocium accidit ſemper referendo ad Lunam, & ſi eam à fortuna inueneris ſeparatam, & inueneris in aſcendẽte horæ ipſius fortunã aſpicientẽ Lunã, iudica quòd dirigitur cauſa eius & peruenit ad bonum, & quòd reuertet in terram & locum ſuum. At ſi Lunam inueneris ab infortunio ſeparatam, & in aſcendẽte fuerit infortuniũ Lunam aſpiciens, iudica quòd eius cauſa damnat, & tendit ad malum, ſic ut nulla ſit ſpes reuertendi ad terrã uel locum ſuum. De eo præterea qui timet, aſpice dñm aſcendentis, & ſi eum inueneris aſpicientẽ aſcendens et applicantem fortunis, iudica quòd timor ille non habebit ſucceſſum, nec proueniet ei grauamen ex eo, nec anxietas aliqua. At ſi dñs aſcendẽtis fuerit in 12. aut in 6. uel in 8. aut in 12. iudica quòd ex illa cauſa ad eum perueniet timor magnus, qui erit ſecundũ naturã ſigni in quo uerſat dñs aſcendentis. Et ſi ad hoc fuerit applicans infortunijs, accidet ei quod timet. Sed ſi fortunæ applicuerit, euadet ab eo nec diutius perſtringe

tur metu. Etiam si dñs ascendentis fuerit in angulo, & eum aspexerint similiter ab angulo infortunia, erit peius malũ & certius. Etiã omniũ pessimũ infortuniũ in hoc casu est, si fuerit dominãs 8. qa tunc causa rei de qua timet, denotat mortẽ & destructionẽ timentis. Ad hęc de expulso dico, si qñ Luna fuerit applicãs fortunę & propriè Veneri, & Venere existente in domo sua, significat in causa expulsi ꝙ reuertẽ cito. Etiã si Sol aspexerit ibi de ☽. significat ꝙ parcet ei dñs suus uel rex qui eum expulit, & ꝙd redibit in gratiã & eius amorẽ: & si Venus fuerit retrograda, est significatio magis certa, & ꝙ cito reuertẽ. Etiã si Luna fuerit in Mercurio separata, & Mercurius in aliqua domorum Veneris, significat uelocẽ reditum eius, & ꝙ eum iuuabunt mulieres in eo ꝙd uult. Etiam si aspectus ille fuerit ad Iouem, & Iuppiter in domo Mercurij, aut in domo Solis, significat ꝙ cito reuertẽ ad terram et locũ suum: quia domus Mercurij auxiliũ significat à bonis, doctis, & curialibus uiris: & domus Solis significat ꝙ auxiliabit, & ꝙ clari homines loquent pro eo. Etiã si Luna separata fuerit à Sole, & Sol in domo uel termino fortunæ, significat ꝙ ex pluribus bonum habebit: tamẽ si Luna in aliqua cõstellationũ istarũ non fuerit, significat in re diru tarditatẽ. Etiam si hora qua expulsus fuit, Luna fuerit in Ariete, aut Geminis, aut Libra, uel Scorpione, uelocẽ reditum significat. Etiam si Luna fuerit in sextili Solis, & habuerit aspectũ cum Ioue, significat quòd reuertẽ. Etiam si dñs ascendentis fuerit in medio cœli in domo uel exaltatiõe sua, aut in aliqua dignitatũ suarũ, similiter significat quòd reuertet ad locum suum. Si dñs ascendentis fuerit infortuna, & Luna cum eo in uno loco, significat ꝙ reuertẽ: & si fuerit in signo mobili, reuertẽ citius. At si dñs ascendentis fuerit orientalior ☿ esse possit, uel fuerit circa summũ orientis eũdo ad illud, significat destructionẽ expulsi. Si quãdo Luna separans se ab oppositione applicuerit fortunæ, significat ꝙ bonum & augmentum habebit causa illius expulsionis: & si dñs ascendentis fuerit super terrã directus uel in sua statione 2. uolens ingredi domum uel exaltationẽ suam, significat ꝙ reuertitur ad locum suum. Si qñ Luna fuerit septentrionalis, ascendens, & separans se à Capite, significat ꝙ expulsio destruit & reuertẽ in bonũ: at si separata fuerit ab infortunio in ascendente, uel in 7. domo, significat uehemẽtẽ irã in eodẽ expulso, ac laborem & anxietatẽ magnã hac de causa. Etiam si qñ Luna fuerit iuncta cũ infortunio, & ascendẽs signũ fixũ, uel Luna fuerit diminuta & infortunata per Saturnũ, aut fuerit in termino Saturni & ascendẽs signũ fixũ, uel dñs ascendẽtis & Luna in 8. ab ascendẽte, aut in angulo terræ in aspectu Veneris, significat ꝙ longo tẽpore durabit in illa expulsiõe & ira: sed si fuerit in aspectu Iouis, dirigẽt & augmẽtabit eius negociũ. Si qñ fuerit dñs ascendẽtis uel Luna in 7. longũ iter significat & laborẽ in eodẽ expulso. Si qñ Luna applicuerit caudę Draconis, uel Mercurio in 8. ab ascendẽte, significat illud idem. Sed si Sol dãnatus fuerit, & in oppositione ascendẽtis uel Lunę, significat ꝙ dñs expulsi destruet eum. Etiã si qñ Sol & dñs ascendentis, uel alterũ eorũ non aspexerit, significat illud idem. Etiã si Sol per se solũ ascendẽs aspexerit, significat ꝙ suum dñm abhorrebit & odio habebit. At si fuerit expulsus hora Martis, eo existente in coniunctione Solis uel Lunę, significat ingentẽ irã dñi sui sup eum. Etiã si Mars fuerit in ascendente, & Sol aspexerit eũ, significat dãnum & ꝙ dñs malè dicet de eo, & ira sceꝫ contra ipsum, & eius ira semp augebit & crescet. Etiã idem erit si uice Solis aspexerit Luna Martem, aut si Luna fuerit in ascendẽte, & Mars in medio cœli. Etiã idẽ erit si Mercurius fuerit dñs horæ, uel dñs ascendẽtis, & cõiunctus cum Marte in angulo. Si Cauda fuerit in ascendente, significat ꝙ expulsus habebit angustias & anxietates magnas, & ꝙ à uilibus & à seruis recipiet grauitatẽ. His omnib. ut dictũ est, solerter peractis, postmodũ aspice partem fortunæ, qa si fuerit in ascendente, & fortunæ aspexerint eã, uel fuerit aliqua fortuna cum dño domus partis cõiuncta, uel fuerit dñs domus partis in sua eadẽ domo, meliorẽ significationem & omnium certissimã adfert de reditu expulsi ad locum suum. Etiãsi qñ pars fortunæ fuerit in sexta uel tertia aut octaua, & dominus domus illius non aspexerit eam, & aspiciat eam Mars uel Saturnus de oppositione, significat angustiã quæ accidet expulso in suo recessu: maximè si fuerit sub radijs applicans infortunio. In summa melior ac omnium certissima significatio reditus expulsi est, si pars fortunæ in hac ratione sit iuncta cum Luna, & Ioue in ascendente uel decima, in domo Lunæ, aut Iouis uel Veneris.

De

De decima domo & eius quæstionibus. Cap. XIX.

ABsoluta nona domo & cæteris præcedentibus, consequens est ut dicat̃ de decima, quæ qa domus est regis, significat altitudinẽ, regẽ, regnũ, dñm alkaydã. (sic enim Iudicẽ causarũ capitaliũ Veneti) nobilitatẽ, nomen bonũ, famã antiquam: magisteria, opera, seruas, bonã apparentiã & honorem, res apparẽtes, regnationes, bonos intellectus, bonas cõsiderationes, & memoriã bonã. Etiã significat mulieres nobiles, & mulieres regũ, & uxores principũ, & eorum qui mediũ uitæ transierũt. Etiã de rege si dat ius & iustitiã populo suo, uel si est iustus in eo, & complementum quæstionum. Domin⁹ triplicitatis huius domus, primus significat magisteriũ nati, secundus mores & ualitudinẽ eius, tertius qd accidet ei boni uel mali in medio uitę suę: & secundũ potẽtiam & statum ac formã uniuscuiusq; horũ triũ significatorũ, & secundũ dignitatẽ quã habuerint in figura, & testimonia quæ habuerint à planetis, iudicabis de re illa quam significat. Vt si cogitatio quærentis pro aliqua re fuerit in hac domo, & in ea signũ igneũ, iudica q; q̃stio fuerit pro rege, si terreũ pro mercatura hominis ac magisterio ei⁹: si aëreum, pro seruis: si aqueũ, pro inimicis suis. Color huius domus in quocũq; signo fuerit, est rube⁹ mixtus uiriditate & albedi

De consequutione officij à rege. Cap. XX.

(ne.

SI qñ à te quæsierit aliqs sup officio, ꝗd petere uult à rege, si sit consecuturus illud uel non, aspice dñm ascendẽtis & dñm 10. & si inueneris inter eos applicationẽ aliqã de 3. uel sextili, uel ambo fuerint in angulis nõ intercedẽte inter eos aliquo infortunio, iudica q; rem petitã obtinebit. At si dñs ascendentis cadens fuerit à dño 10. nec aspiciat eũ, & similiter dñs 10. fuerit cadens à 10. nec aspiciat eã, nec fortuna potẽs quæ deferat lumen dño ascendẽti, & aspexerit eum, iudica q; rem illam uel officiũ nõ consequet̃. Prętera si dñs ascẽdẽtis fuerit infortuniũ, & dñs medij cœli fortuna, & ambo se aspexerint in locis in quibus habẽt dignitatẽ & potentiã, & utrũq; in loco suo, aspice ꝗd eorũ sit potẽtius, & ꝗd in angulo medij cœli: & si fortè eorũ habens potentiã maiorem in medio cœli fuerit fortuna, & potentior in loco suo, & applicãs infortunio, iudica q; officiũ cito habebit & mittet̃ ad illud. Postmodũ conferat̃ cum eo qui resistet ei, & accidet ei in hoc molestia, & malo ac turpi modo expellet̃ inde: maximè si qñ illud dñiũ & officiũ ad infortuniũ declinet post fortunã: tñ si infortuniũ maius dñiũ habuerit in medio cœli, & fuerit potẽti⁹ in suo loco, significat q; locutũ erit de re illa, & suspicabit̃ fieri, sed non fiet. Si qñ Luna fuerit in 11. fortunata, & ab infortunijs libera, & aspexerit dñs domus suæ, significat q; res illa efficiet̃ bene & ualidè. At si dñs 11. fuerit infortuniũ, & si Luna infortunata ab ea, significat q; res illa cogitata non perficiet̃ sed in nihilũ abibit. Etam si dñs 10. fuerit fortuna, & Luna infortunata cadens ab 11. & à fortunis, significat q; de re petita pars quę dã fiet: quę postmodũ denegabit̃. Sed si diminutio Lunæ fuerit à Marte, & Mars potens in loco suo damnans Lunã, dãnans etiam dñm ascẽdẽtis & dñm domus fiduciæ, uel dñm medij cœli, significat q; in illo officio occidet̃: sed si qua fortuna augmentans ipsum eum aspexerit, nõ occidet̃, sed remouebit̃ inde, ac expellet̃ ex regione uel ciuitate. Etiã si dñs 10. & 11. ambo fuerint fortunæ, & in locis in quibus habeant dignitatẽ, & Luna damnata per Saturnũ, significat q; dignitatẽ ipsam cõsequet̃, & q; erit in ea potens, morum malorũ & fraudulentus, & q; illi quibus habebit præcipere debilitabuntur per eũ et facta eius, & q; cõquærẽt̃ de eo & eum odio habebunt. Si qñ Luna applicuerit dño ascendẽtis, eo existẽte fortuna, nec inter eos iterueneriit aliq̃d infortuniũ, significat q; res illa bonũ finẽ cõsequet̃, & q; dñs quęstionis erit dilectus. Sed si alter eorum nõ applicuerit alteri, uel aliqs interuenerit intereos, aspice tunc dñm domus Lunæ, & si applicuerit dño ascendentis, significat q; res complet̃ & fit. At si Luna fuerit dãnata, & similiter dñs domus suæ, & dñs ascendentis etiã, nec inter eos fuerit applicatio, iudica q; res non perficit̃. Etiã si dñator dñi ascendẽtis & Lunæ fuerit Mars, significat q; rex mutabit uerbũ suum in re illa, & erit mendax. Etiã si dñator ille fuerit Saturnus, significat q; eum expellet, & q; quærens nõ perueniet ad id quod uult nec ꝗd petit. Sed si Iuppiter & Venus aspexerint dñm ascendentis, & Lunam, uel ipsimet fuerint dñi ascendentis & domus Lunæ, significat augmentationẽ in causa eius & effectione rei. Tempus aũt mãsionis in dignitate, erit quãtum sunt gradus qui inueniunt̃ inter fortunam & dñm ascendentis, & inter infortunium quod damnauit ipsum & Lunã, dando cuilibet gradui mensem unũ. Porrò quãtitatem utilitatis perueniẽtis ex officio illo,

scies à parte fortunę & Luna,& à suis fortunis & applicationib. quas habuerit eorum unusquisq; cum socio suo. Etiam si fuerint hoc modo,ut dictū est,& applicuerint domino ascendentis,significāt nobilitatē,precium, & utilitatē secundum uirtutes eorum & bonitates locorū suorum. Etiam si cum dictis fortunis infortunauerit eos Mars, significat quòd qui est in officio,auferet semel & tēpore sibi conuenientē de substantia regis,& fugiet cum ea. Etiā si idem infortunator fuerit Saturnus, significat quòd officialis ipse priuatim furabitur & clàm, & quòd incidet in labores propter hoc, & q; erogabit unā partē eius quod furatus est & euadet. Prętera si uolueris scire statū ipsi⁹ officialis per menses & dies, unū post aliū, aspice in cuius planetæ termino ☉ sit, ★ si eum recipit & illā dignitatē fuit de die:& si eam de nocte recepit aspice Lunam & dominum termini in quo fuerit, iudicans per illum eorum qui fuerit in mutādo se per terminos. Etiam aspice dominos terminorū ipsorum, si quando fuerint fortunæ uel infortunia, in quo loco cœli bono uel malo, & iudica secundū illud bonum uel malum. Aspice similiter dominum gradus medij cœli, quia ille potentior est omnibus alijs planetis in causa regis, & dirige eum per athazir in gradibus ascensionum,dans uni cuiq; gradui diem unū donec circuierit omnia signa cœli. Nota quòd si quando gradus decimæ & eius dñs malefici fuerint, damno afficietur regnum illius regis:& si quando damnatio ipsa in gradu fuerit ascendentis, erit ipsum damnum in corpore & uita eius.

De mora & mansione officialium in officijs suis. Cap. XXI.

OB difficultatem morum & tyrannidem,quia sæpe officiales in dubium uenūt suæ mansionis in officio susceptо,tuiq; uelis id dubiū subleuare, eisq; prædicare certum & definitum tempus,apta ascendens hora qua recepit officium dignitatis, uel hora qua sibi concessit eam rex, & ab ascendente & eius dño scies negociū & eius substantiā in corpore suo,& substantiā eius dignitatis scies à 10.& eius dño, & in ambobus diligenter consule Lunam,& si dñs ascendentis fuerit in domo uel exaltatione sua, nobilitatē & dignitatē eius officij significat,& q; erit honoratus in eo. Etiam si Luminaria applicuerint dño ascendentis, illud idem significāt. Sed si dñs ascendentis fuerit in triplicitate sua, significat q; officiū erit mediocre:& si fuerit peregrinus, significat quòd parū erit & uile:& si fuerit ab ascendēte in domo 2.uel in 2.signo ab alia sua domo,significat quòd officialis sollicitus erit in negocijs officij & procuratione utilitatis eius:& si fuerit in 3.uel 9.significat q; erit mutabilis nō constans in uno loco, & quòd uadit pro officij utilitate:& si fuerit in 4. significat q; substituit alium operi & ipse quiescit:& si in 5.significat q; sollicitabit siccaliosos suos, & ab eis plus q; debeat postulabit,& forsitan habebit filiū:& si in 6.significat q; habebit angustiā & ęgritudinē in corpore suo:& si in 7.significat quòd erit grauis genti,& asterus in suis factis, & auferet ab hominibus plusq; debeat,& erit omnibus odio:& si in 8.erit delectus atq; uilis in factis suis,et à sua gente ac hominibus uilipendet:& si de oppositione applicuerit infortunio,significat q; interficietur occasione hæredis: & si comburetur in loco suo,in eodem officio morietur. At si in 10.est potens in officio:& si eum non aspexerit infortunio, longo tempore morabit in eo,& ditabitur populus tempore suo:& si in 11. laudabitur in factis suis, & diriget facta & officia sua in bonum,& habebit utilitatē & lucrum à suis seruis & amicis:& si fuerit receptus,significat quòd magnum lucrum habebit sine aliqua querela de se,& laudabitur ab officialibus suis & gēte,sed si receptus nō fuerit,dehonestabitur & erit odiosus genti, & eius redditus minuentur. Sed si in undecima,destruetur eius substantia & fisco adscribent eius redditus:& si dñs ascendentis fuerit in casu suo,damno afficiētur eius redditus, & officialis sibi ipsi inferet manus:& si ad hęc fuerit in angulo,non manebit in eodem officio:& si fuerit remotus ab angulo,abibit ab officio ignominia affectus. Prætera si quando dominus duodecimæ applicuerit de quarta,uel oppositione aut coniunctione dño ascendentis, & non receperit eum, significat quòd in carcerem coniicietur, maximè si dñs ascendētis in tali casu fuerit in angulo: et si fuerit in medio cœli, erit p; re nota & manifesta:si in angulo terræ,erit p; re tecta & celata. Quin si in septima,tradet in manibus suorūmet officialium, & ab eis recipiet angustias & grauamen:& si in ascendente, carcer eius erit in bono loco,& fortè in sua propria domo, & bono modo. Etiam si dominus ascendentis,post separationem

tionem ſuam à dño duodecimę, applicuerit domino medij cœli, ſignificat quòd poſtq̃ fuerit à carcere liberatus, honorabit̃ & habebit potentiam. Idem hoc ſignificat Mars de carcere & detentione, quando dominus aſcendentis applicuerit ei, uel ipſe ſibi de quarta uel oppoſitione aut coniunctione, exiſtente Marte in huiuſmodi facto, dño ſecundę uel octauę, aut quartę, uel ſeptimę aut ſextæ uel duodecimę. Tamen ſi quando dominus aſcendentis applicuerit domino ſextæ, exiſtente domino ipſo ſextæ quęſtionis planeta præter Martem, & fuerit receptus, ſignificat ♀ ille officialis laudabit̃ in factis ſuis, & diligetur à plebe & populo, & ægrotabit: & ſi applicatio & receptio ipſa fuerit à domino ſecundæ, redditus eius benignè & bono modo habebunt: at ſi nō fuerit ibi receptio, recipiet eos cum tædio & labore, nec de alia re moleſtabitur, nec eueniet ei aliud. Sed ſi applicatio & receptio ipſa fuerit cum domino tertiæ uel nonæ, publicabit loco officiorum ſuorum, & copioſiores efficiet redditus & publicationes, & diriget omnia iura ſua, ita quòd nihil perdet ex eis: & ſi non fuerit receptus, de redditibus perdet, & de eius bonis furto auferetur. At ſi applicatio fuerit cum domino medij cœli, augebuntur & creſcent redditus eius: & ſi fuerit receptus, erit honoratus & bene nominatus, alioquin dehoneſtatus & infamia notatus. Etiam ſi applicatio fuerit ad dominū undecimę uel quintæ, honorem conſequetur, & perueniet ad quod uoluerit, & multos amicos & auxiliatores habebit. Ad hæc ſi quando dñs aſcendentis applicuerit dño caſus domus uel exaltationis ſuæ, officialis morabitur modico tempore in officio illo, & ipſemet author erit ſui infortunij. Et ſi dominus caſus applicuerit domino aſcendenti, mendacia dicentur de eo, & res imputabuntur ei quas non fecit, & propterea reijcietur ab officio ſuo. Similiter aſpice Lunam & applicationem eius, & ab eis iudicium ſume, ut feciſti in applicationibus domini aſcendētis: quoniam ſi q̃n dñs medij cœli fuerit in caſu ſuo, cito reijciet̃ ab officio ſuo: & ſi dñs ſui caſus applicuerit ei, ſignificat deſtructionē & damnum officij. Etiam ſi quando dñs medij cœli applicuerit domino ſui caſus, ſignificat diminutionem officij, & quòd officialis cito reijcietur de eo, & quod illud conſequetur eius inimicus poſt eum. Præterea ſi hora qua datum fuit officiali officium, uel hora qua intrauit officialis officia, Luna fuerit in ſeptima ab aſcendente, timebit̃ multum à plebe: & ſi his ita habentibus recepta fuerit, ſecura erit tandem de eo, & diliget ipſum, alioquin odio habebunt & dehoneſtabunt eum quandiu fuerit ſecum: & ſi in his infortunata fuerit, peior erit & grauabit malum & faciet malum. At ſi quando dominus domus Lunæ, aut dominus domus domini aſcendentis fuerit retrogradus, gens habebit odio & abhorrebit officialem: & ſi cum hac retrogradatione fuerit cadens ab aſcendente, & non aſpiciens eum nec ſuam domum nec dominum loci ſui, officialis aufugiet à loco ſuo corā gente, quod peius erit quàm ſi fuerit in duodecima. Similiter ſi quando dominus domus domini ſeptimæ retrogradus fuerit hora qua ponūtur iudices, & hora qua reges ponunt aliquos in ciuitatibus rectores & duces militum, ſignificat illud idem quod ſignificauit dominus domus aſcendentis, ut diximus. Alfadal filius Ablezeheldixit: Si quādo gradus medij cœli fuerit ab infortunio liber applicans fortunis, & fortunæ fuerint in angulis habentes aliquam dignitatē in gradu medij cœli, officialis in illo gradu & honore multum durabit, & negocium procedet proſperè, maximè ſi Sol fuerit ſignificator ipſius applicans Ioui, uel ſi Luna ſit ſignificatrix ipſius exiſtens tardi curſus & applicans Saturno de tertio, & poſtmodum Ioui & Veneri de quarta, & ipſa ſit in aliquo angulorum aſcendentis, & habēs aliquam dignitatē in aſcendente & gradu medij cœli, qui eſt melior & potentior in re iſta: q̃n Luna cùm fuerit in eodē gradu medij cœli, melior & firmior erit ſignificatio

De perſeuerantia & durabilitate regum & habentium dominia, & uita eorum, & ad quem gradum fastigij perueniant. Cap. XXII.

CVm aliquis te quærit utrum adipiſcatur regnum uel aliquod dominium, quod alius obtenturum ſe credit ♈: & inueneris Luminaria aliquam dignitatem habentia in aſcendēte aut decima, & applicantia Ioui & Veneri, eis exiſtentibus orientalibus à Sole, & occidentalibus à Luna, iudica quòd obtinebit regnum uel dñiū. Et ſi q̃n gradus decimę ſeparatim fuerint in radijs 4. Martis, ſine ullo aſpectu fortunę, & Mars fuerit altior in gradib. q̃ fortuna, iudica q♂ dignitatē amittet, & accidet in ea ſibi grauamen, & capietur,

& captus detinebit & percutiet: & hæc subito accident ei: quorū tempus cōputabit secundū numerū graduū, qui inueniunt inter gradū 10. & gradū corporis Martis, uel gradū radij sui qui puenit de quarta uel oppositiōe, accipiēdo hos gradus per gradus ascensionū, & dando unicuiq; gradui diem unū uel mensem, secundū potentiā & augmentū significatoris, uel debilitatē & damnum ipsius: quia quādo significator est fortis & potens, differt accidens malū & remouet illud. Similiter si qñ inueneris hora qua finitur illud tempus terminatū, aliquā fortunam aspicientē gradū decimæ, uel locum corporis infortunij uel radiorū suorum, removet infortuniū illud & differt donec præteat tēpus ipsum. At si qñ gradus 10. fuerit cum Saturno, & cum eo in statu dicto de Marte, & habēs in eo dñium, & separatim cum sua diminutione damnificat gradū 10. iudica quòd ipse dñs illā dignitatē amittet, & quo'd erit captus & anxius: cuius accidentis tempus à gradibus qui sunt inter gradum 10. & gradū Saturni cognosces, dando cuilibet gradui unum diem uel mēsem, sicut antè diximus. Etiam si qñ cauda Draconis cœli fuerit in gradibus medij. significat debilitatē dominantis in dignitate, & q̄ gens uilis insurget cōtra ipsum, & se uindicabit de eo: tamen si Caput ibi fuerit infortunatū ab aliq̄ duorū infortuniorū, erūt damna à diuitibus: quia homines potentes insurgent contra ipsum, & mordent eum usq; dum auferant dignitatē. Et si infortunans Caput fuerit Mars, ipsi faciēt illud manifestè: si Saturnus, clam & in secreto: tamē si gradus medij cœli corporaliter iunctus fuerit alicui fortunæ, uel applicuerit radius eius, & dñs medij cœli fuerit in aliquo angulo iunctus similiter alicui fortunæ, & fuerit in aliqua dignitatū suarū, iudica q̄ dominium & dignitas ipsa durabit eidem, quantum est unus motus unius circuli eiusdem fortunæ, uel donec applicet ipsa per gradū ascensionum ad quartā alicuius infortunij, dando cuilibet gradui diem uel mensem unum secundū potentiā uel debilitatē infortunij. Et fortè idem infortuniū significat q̄ non amittet dignitatē illam in uita sua, & si amiserit auferetur pulchro modo & libera eius uoluntate. Etiam si qñ significator fuerit in ascendente aut medio cœli, hora qua accipit & intrat dignitatē, aspice qñ cōbustus fuerit, in angulo ne in quo erat uel in altero, iudicans dignitatis amissionē illo tēpore. Similiter si qñ infortuniū applicuerit ad gradum significatoris, & fuerit in eo retrogradū, & infortunauerit significatorē, erit tempus quo dignitas amittet: uel si intrauerit infortuniū medium cœli aut ascendens, uel applicuerit alterum infortuniū ad eius loca, & fuerit in eis retrogradū, similiter eodem tēpore dignitas amittet. Præterea si qñ aliq̄d duorū Luminariū, uel aliqs alius planeta fuerit in medio cœli, & significator debilis & in malo statu, tunc erit significator Luminare, uel planeta qui fuit in medio cœli dignitatis illius, & durabit illa dignitas secundū numerū annorū maiorū significatoris eiusdē. Etiā si dñs uel quiuis planeta eum aspexerit de tertio uel sextili uel coniunctione, addit secundū numerum annorū suorum minorū dies uel menses, secundū statum radicis. Etiam si planeta qui erat in medio cœli, fuerit fortuna, & habuerit testimonium in loco suo, & significator fuerit diminutæ potentiæ, significat secundum numerū annorū maiorū menses. Anzel qui hoc didicit à sapiētibus antiqs dixit q̄ in sciendo tēpus dñij debes aspicere primò dñm dignitatis Lunę, & dñm hylech in hora qua intrauit & recepit dignitatē, & si eū inueneris illa hora ab infortunijs liberū & in bono loco cœli, significat q̄ dignitas illa durabit uno anno & plus. Sed si qñ ascēdēs fuerit dom⁹ alicuius planetæ inferioris, & ei⁹ dñs liber ab infortunijs, aspice tūc cuiusmodi statū habent ambo Luminaria uersus ascēdens, & quod eorū inueneris melioris status cū ascēdente, et habens maiorē dignitatē in eo, accipe pro significatore, & cōsidera si quādo aliq̄d infortuniū intrauerit illū locū, aut oppositionē uel cōiunctionem corporalē ipsius, iudicans q̄ eodē tempore eadē priuabit dignitate. Etiā si quādo ascendens fuerit domus alicuius planetę superioris, & dominus dignitatis Lunæ significauerit cōplementum anni in dominio, iudica tūc annos. Considera etiā et si quando aliquod infortuniū intrauerit mediū cœli, uel si dominus ascendentis cōbustus fuerit in ipso eodē loco, significat illo tēpore destructionē dignitatē ipsam habētis ex morte. Similiter si Luna applicuerit alicui infortunio, uel alicui planetę cōbustionem intrāti, iudica illo tēpore dignitatis amissionem. Etiā si dñs dignitatis Lunæ fuerit dñs hylech & infortunat⁹, iudica q̄ cōplebit annū unum in dignitate ipsa: quod tempus mansionis in ea, erit secundū numerū graduum

qui

qui sunt inter eum & infortuniũ, dando cui libet gradui unum diem: uel amittet eam quando dñs ascendẽtis uel dominus medij cœli uoluerit ingredi combustionẽ, uel qñ idem infortuniũ applicuerit ad aliquẽ locorum suorum. Ad hæc si dñs dignitatis Lunæ nõ fuerit dñs hylech, aspice tunc planetam cui applicat Luna, & si inueneris eum damnatũ ab aliquo infortunio uel combustum, iudica quòd tempus illius dignitatis, erit secundũ numerũ graduũ qui inueniunt inter eos dies. Vt si planeta cui applicat Luna fuerit salu⁹, & Mercurius fuerit ibi in signo fixo uel cõmuni, iudica q̃ 20. menses dignitas illa durabit. At si fuerit signũ mobile, dicq̃ morabit 10. mẽses in ea. Pręterea si Luna recepta fuerit, & dñs domus suæ potens in suo loco, fac ei reuolutionẽ anni sui, & si inueneris in ascendente uel medio cœli fortunã, iudica q̃ qñ infortuniũ applicuerit ad illum gradũ & locũ, erit tempus quo dignitas amittit. Similiter si qñ dñs ascendentis, uel dñs medij cœli fuerit combustus in ipsismet locis, uel quando aliq̃d infortunium intrauerit illa sua loca, iudica in illo tempore dignitatis amissionẽ. Etiam si qñ Luna applicuerit alicui planetæ in angulo, significat quòd illa dignitas durabit eidem dño, donec planeta ingrediat cõbustionẽ, uel donec aliquod infortuniũ intrauerit illum locum, uel corporaliter iungatur cum eo. Etiam si quando Luna recepta fuerit ab aliquo planeta qui sit in bono loco, tẽpus amissionis dignitatis illius erit quando idẽ planeta fuerit cõbustus, uel durabit quantũ numerus graduũ, qui sunt inter illum planetam & infortuniũ quod dãnificauit eum, dando cuilibet gradui unũ diem: uel durabit quantũ sunt anni minores dñi ascendentis, dando cuilibet anno mensem unum: & iudica per quẽcunq; horũ trium significatorũ inueneris fortiorẽ. Porrò si habueris cõbustionem pro significatore, & uolueris iudicare per eam, & combustio fuerit in ascendente uel in septima, iudica q̃ damnum perueniet ad corpus eius & societati: & si cõbustio fuerit à decima, damnũ erit in suo regno: si in quarta, erit damnum in societate tua. Etiam si comburetur dominus ascendentis, iungendo se cum receptore Lunæ, significat destructionem dominantis illius. Aliqui sapientes dicunt quòd debemus inspicere tempus dominij ab hylech, sicut fit in natiuitatibus: & si fuerit in bono loco, significat annos suos; si in malo, significat secũdum numerũ annorum suorũ menses: aspice ergo tunc tẽpora mala quę hoc modo abscindunt. Quando significator comburet in angulo, uel si aliquod infortuniũ intrauerit locum suum, aut aliquem locum ex locis hylech, aut Sol fuerit hylech & applicuerit Saturno uel Marti, eo existente in aliquo angulorũ ascendentis horę qua intrauit dignitatem, tunc erit tempus amissionis dignitatis. At si quando Iuppiter fuerit in aliquo angulo, & habuerit in eo testimonium & dignitatẽ, significat incrementum eiusdem dominij. Etiam si dñs ascendentis fuerit cadẽs ab angulo, & in angulo aliquo infortunatorũ, non habens in eo testimoniũ nec aliquam dignitatẽ, significat remotionem dignitatis illius. Merphil sapiẽs dixit: Aspice quãdo dñator intrat dignitatẽ inter diu ne uel noctu: & si in die fuerit, aspice Solem & ascendens, quos si fortunę aspiciant existentibus ipsis in ascendente uel decima uel undecima, & dominis terminorũ uel domorum suarum in bonis locis, & dñs ascendentis fuerit talis, & ascendens signum fixum, & Sol in signo fixo, & in medio cœli fortuna, iudica quòd tempus illius dominãtis durabit diu & longo tẽpore in bona salute & pace. Ad hæc si quando fuerit in ascendente, uel in decima aut undecima, uel in septima aut octaua, & dominus sui termini aspexerit eum, erit Sol dominator in illa figura: etiam si dñs termini sui nõ aspexerit eum, & aspexerit eũ dominus domus uel exaltatiõis aut triplicitatis, similiter dominator erit, & ab eo erit alcochoden: & si tunc inueneris alcochoden in angulo, significat annos suos minores: si in undecima uel quinta, similiter annos suos minores significat: si in tertia uel nona, significat secũdum numerũ annorũ suorum minorũ menses: si in sexta uel 11. significat etiam minus illo. Etiã si qñ aliqua fortuna Solem aspexerit de tertio uel sextili, uel iuncta cum eo in bono loco, & terminus quem habuisti fuerit menses, addet fortuna illa secundum numerũ annorũ suorum minorũ menses: tamẽ si aliquod infortuniũ aspexerit Solẽ de quarta uel oppositione, minuit similiter de tempore illo secundum numerum annorum minorum menses. In summa debes operari in hoc capite & iudicio, sicut operaris in hylech & alcochoden, & in suis additionibus & diminutionibus, animaduertens quòd si quando infortuniũ ascendens aspexerit, erit semper ille dominator in me

tu. anxietatibus & angustijs. Vt si quando Mars fuerit in 10. & Sol in ascendẽte, & ascendẽs mobile, significat quòd gens ei sub seruiẽs in illa dignitate, discordabit cũ eo, & ab eo fugiet, tandẽ destruet & malum finem consequet. Etiam si qñ Iuppiter fuerit in medio cœli & in bono loco, significat q̃ habebit celsitudinẽ, augmentationẽ in dignitate sua, famam & bonũ nomen à longinquis terris, & lucrabit multas possessiones uel dominia. Porrò si qñ dignitas in nocte recepta fuerit, aspice ad Lunã, & operare p eam sicut operatus es in opere Solis, habẽs rationẽ æqualitatis, nec plus nec minus addens. Item si qñ Mercurius fuerit in medio cœli cum Ioue, iudica q̃ ille præfectus erit mansuetus, bonorũ morũ, diliget à gente, habebit nomen & famã bonam, augeẽ eius dominiũ & potentia, maximè si Luna ibi aspexerit de quarta sinistra. Etiã si ipse iunctus fuerit cum eis in 10. sine aspectu Martis uel Saturni, habebit nomẽ bonũ à terris lõginquis, & uiuet longã uitam, & pueniet ad id quod desiderat, & eius fiduciæ cõplebuntur. Illud idem significat etiã Iuppiter iunctus cum Luna in domo unius eorũ in medio cœli, & Venus fuerit in bono loco. Etiã si qñ fortunę ambę in decima fuerint, erit morum & factorũ bonorũ in dñio suo, & in bono statu. Etiam si qñ in quarta, salutem eius significat, & q̃ bonum consequet finem. Etiam si qñ Sol fuerit in octaua uel sexta, & fuerit dñs ascendentis fortuna, eo existente in ascendente uel in decima, significat quòd dñator habebit bonũ statum & salutẽ in corpore suo & societate sua: fortè tamẽ destruet ille q̃ ei dedit dñium. At si qñ dñs ascendentis fuerit in sexta uel in 12. & Luna ac dñs domus lucę in malis locis, & Mars in medio cœli uel in ascendente, & Mercurius cũ eo, significat quo'd habebit emulos multos & contrariatores, & quo'd dominiũ illud non compleat, sed uincet eũ inimicus eius. Etiã si Cauda fuerit in ascendente, & dñs ascendentis in malo loco, & Saturnus uel Mars in aliquo angulorũ, & Luna infortunata, significat q̃ dñator loco seruorũ habet homines uiles, qui dehonestant dñium eius, usq; dum perdit illud & expellitur ex eo. Etiam si quando dñs quartę fuerit in ascendente aut in 10. uel in aliq̃ bono loco, & liber ab infortunijs, & dñs domus Lunæ similiter, significat durabilitatem eius in illo dñio longo tempore, & quòd lucrabit, & bonam famam & nomẽ inde cõsequetur. Ptolemęus dicit: Quòd si quãdo Luna fuerit hora principij dominij in gradu medij cœli, in termino fortunæ, & ipsa fortuna uel alia fuerit iuncta cum ea in illo angulo, & Saturnus fuerit cũ eis in illo signo, & hoc in principio mensis, Luna crescente & separante se à Saturno, significat quo'd durabit dominator in dominio quantum sunt anni minores Lunæ, aut secundũ numerũ annorũ minorum Saturni de mensibus aut annis, idq; si Mars non aspexerit gradum medij cœli de quarta nec oppositione: nã si ibi aspexerit & fuerit potens in loco suo, minuit de tẽpore, & abscindit de eo secũdum potentiam suam in loco suo. Sed si Mars uice Saturni fuerit in medio cœli cum Luna, & fortuna quæ fuerit cum ea in statu modò dicto, significat quòd damnum & impedimentũ accidet eidem in dominio in principio, & postmodũ dirigetur & augmentabitur per potentiam fortunæ iunctæ cũ Luna in decima: et si hoc fortè in fine mẽsis accideret, esset pejus. Etiã si quando Saturnus & Mars ambo aspexerint mediũ cœli inimico aspectu, significat q̃ dominator morietur & destruet in illo dominio, & ille qui receperit dominiũ illud interficiet uel capiet, & captus tenebit toto tempore uitæ suæ, ita q̃ inde nunq̃ exibit. Illud etiã manifestum est quod dixit Dorothius ille sapiens, q̃ in cautis principum & dominij primum aspicere debes horam qua recipitur dominiũ ab ascendente signo, & signo decimæ, & suis dominis, & in quibus ciuitatibus habuerit dominium illa significatio: & si alicui eorum inueneris dominij in illa regione & dominio dominatorẽ, iudica q̃ illud augmentabitur & ad suum finem producetur. Aut si hoc non ita inueneris, aspice quod signorum & planetarum habet in illa regione dominium, & considera si illud signum habet conuenientiã et concordiã cum signo ascendentis illius dominij, similiter si planeta ille habeat concordiã & amicitiam cũ planeta q̃ fuit dominus illius dominij, & si conuenientiã & concordiã inueneris, iudica q̃ dominator sit bonus & iustus, & q̃d faciet conuenientia & bona, et q̃ diligetur in illo dominio. Sed si hoc nõ fuerit, & hæc signa & hos planetas discordes et inimicos inueneris, iudica q̃ malus erit in illo suo dominio ac odiosus, & q̃d designabit mala facta. Et si qñ fuerit in medio cœli aliquod infortunium retrogradum, damnatur factũ & dominium illud: & si infortunium fuerit

in

in ſeptima, damnum proueniet à gente ſua & à ſeruis ſuis. Etiam ſi fuerit in eadem domo retrogradū, contrariatores habebit qui procurabunt malum ſuæmet gentis. Etiam ſi fuerit in quarta, erit damnum in fine rei, & dominator ipſe habebit finem malum. In ſumma dico quòd aſtrologi inſpiciūt in cauſa regum dñatorum à ſigno decimæ, & hoc authoritate Ptolemæi dicentis in centiloquio ſuo & in multis locis, quorū unum eſt quod dixit in uerbo 39. Afflictio undecimi loci in creatione regis, detrimentū ſignificat & domeſticorum eius & pecuniarū. Secundi autē loci afflictio, pecuniarū et ouilis eius detrimentum ſignificat. Et ille qui eius dicta ſic intellexit & tranſtulit, malè dixit: quia non ſciuntur ab ii. niſi ſtatus creationis & coronatiōis regis, & damna quæ accident in eo propter rebellionem, diſcordiam & rixas. Significatores autē ſubſtantiarum, regum ac baronum & ſeruientium eorum, non debent accipi niſi à ſecunda domo aſcendentis regis, cuius nota eſt natiuitas uel quæſtio uel principiū dominij & regni, aut aſcendētis ſuæ natiuitatis, aut ſui regni, uel ſuæ quęſtionis. Et quęſtio ſi poteſt fieri aliquis rex uel dominator, habeat aſcendens ſuę natiuitatis uel dominij aut quę ſuonis, ꝙd reſpiciat ad ſubſtantiā, & ſeruientes ipſius ab undecima domo ſua, & dimittat ſecundam. Hoc magnum eſſet inconueniens, quoniā id ꝙd uoluit dicere Ptolemęus cap. citatæ ſententię, non debet intelligi niſi de rege, cuius natiuitas uel hora ſui regni aut q̄ſtionis ignota eſt: & in tali debem⁹ inſpicere ad reuolutionē anni quo regnauit, & dare aſcendēs genti, & ſecundam ab aſcendente ſubſtantię populi, & decimam regi, & ſecundam à decima quę eſt undecima, ſubſtantię regis & eius baronibus. Hoc eſt quod uoluit dicere Ptolemęus, & in hoc iudicio debes aſpicere in omnibus reuolutionibus annorū mundi & inuenire eius ſtatū. Etiā hęc eſt opinio quā teneo, & aſſero in iudicijs oportere ſecundū eā iudicare. Præterea ſcire debes, quòd omniū maxima fortuna in hac re eſt, quando dñi triplicitatū Solis ſunt in ſuo haiz, uolo dicere quando ſunt orientales à Sole, ſi receptio dominij aut natiuitas fuerit in die: & ſi in nocte, ſint domini triplicitatis Lunę occidentales ab ea. Etiam nota quòd numerus temporis deſignati regibus & eorū uitę, ad quem peruenięt cauſę & altitudines ipſorum, poteſt ſciri à planeta qui fuit cum Mercurio in radice dominij. Et ego pluries extraxi tēpus, in quo dominātes dominia ſua perdunt, ab applicatione gradus medij cœli ad radios infortuniorū, aut ab applicatione infortuniorum ad eundem gradum, maximè ſi eidem infortuniū fuerit in eodem loco retrogradum. Et per hunc modū iudicaui in dominio Mahomat filij Haſen, & certitudinem inueni. Similiter debes inſpicere ad ſtatum Lunæ, quia ſi ipſa habuerit aliquā dignitatē uel dominium, aut teſtimoniū in medio cœli, quando aliquod infortuniū applicuerit ad locum ſuū, tunc ſignificat amiſſionem dominij: & ſecundū hoc iudicium iudicaui in dominio Haus filij Haranech, quando ei datum fuit dominiū Affriquiæ, quod terminaliter duraret 79. diebus, quos nec prętertuit. Similiter ſi fuerit infortunium in decima, & Luna ei applicuerit, et dominus decimę fuerit debilis & infortunatus, ſignificat amiſſionem dominij. Etiam præcepit mihi domin⁹ meus Almahaz filius Bediz filij Almanſoris, ut conſiderarē quanto tēpore durare poſſet dominium Hamech filij Abenſuzeith domini Cecilię, & ipſe ſciebat diem quo recepit ipſum dominiū, & horam in qua conſtili fuerant cum dominos cuius horæ aſcendēs fuit Piſcis uiginti gradus & plus, & aſpexi in figura ſecundū iudicia & ſignificationes prædictas, & iudicaui quòd illud eius dominium duraret ſeptemdecim annos ſolares & dimidium, quibus tranſactis non ſuperuixit poſt hos niſi unam hebdomadam, & interfectus fuit ſecundum modum & accidens, quod Saturnus ſignificauit. Similiter quando Abdalla filius Mahomat recepit dominium domus ſubſtantiæ in Almaſora, præcepit mihi dictus dominus meus ut aſpicerem quamdiu duraret in dominio ſuo: aſpiciens autē ego ſignificationes prędictas, iudicaui quòd duraret 55. mēſes, quibus prętertis & nouem adhuc additis, decimo tandem die de dominio illo fuit deiectus. Etiam hęc iudicia expertus ſum in multis qui recipiūt officia & dominia caſtrorū, & qui cuſtodiunt domus ſubſtātiarū, & in alijs multis quos numerare ſuperuacuū eſt, ad hoc ꝙd ſunt innumerabiles. Et ſicut de q̄libet iudicaui, ita omnibus accidit, nec erraui in aliquo operādo ſecundum regulas prædictas. Similiter iudicaui multotiens de itmeribus, ad quod tempus uidelicet reuerteretur uter faciens ad locum unde diſceſſit, nec erraui in aliquo, ſed accidit ſicut iudicaui. Simiiter euenit

mihi

mihi in iudicijs natiuitatum, in terminando tempus uitæ, & iudicãdo: qui transiret tempus nutritionis, & qui nõ transiret, certius prædixi. In summa in quacunq; quæstione regali fortunas inueneris uictrices & fortes in medio cœli, aut in ascendente, uel iunctas cum parte fortunæ in aliquo angulorũ uel cum Luna, iudica quòd causa regis, & illud dominium tendit ad bonum, & augmentatur semper, & prosperitatem habebit, & bonum finem: tamen si fortunæ non habuerint receptionem, & infortunia ualida fuerint, iudica q; feret ibi labores, anxietates, & molestias: & si eadem infortunia recepta fuerint & directa, impedimentũ illud minus erit, nihilominus tamen damnũ inferẽt. Nota etiã quòd regradatio infortuniorũ & eorũ descensiones à cœlis suis, in quæstionibus regum & dominantium & in receptionibus dominiorũ, damnant & impediunt multum, & in quohbet dominãte & habente in principio sui dominij dominum medij cœli applicantem planetæ, qui sit descendens in cœlo suo, aut planetæ peregrino in suo loco, & ipsum nõ recipienti, aut infortunio applicatiõe inimica de quarta uel oppositione, iudica quòd illud dominium & regnum diminuitur, & non durabit nisi modicum temporis. Etiam si quando inueneris aliquem planetã in ascendente, & fortunam recipientem dominũ ascendentis uel dominũ medij cœli, iudica quòd illud regnum & dominium prosperabitur de bono in melius, & quòd ipse dominator erit à gente & seruientibus dilectus, & faciet facta bona & iudicia recta. At si in tali casu uice fortunæ inueneris infortunium, contrarium iudica rectè. Etiam si fortuna ipsa fuerit in medio cœli, durabit longo tẽpore regnum suum, & erit hilaris & gaudens in eo, & faciet bona facta. Similiter si fortuna ipsa fuerit in quarta, bonum finem habebit, & eius causa tendet in bonum & saluus erit. At si uice fortunæ fuerit infortunium, damnatur causa eius, & accidet impedimentum ei, & erit captus & percussus causa illius dominij. Similiter aspice cuiusmodi status est dominus faciei ac dominus exaltationis, quia si dominus faciei diminutus fuerit & malæ habitudinis, iudica quòd dominator gentem & homines malè recipiet, & quòd ipsi non timebunt eum, sed erunt cõtra ipsum audaces. At si fuerit in bono esse, iudica cõtrarium. Etiam si dominũ inueneris exaltationis diminutũ aut malæ potẽtiæ, iudica quòd leuis erit in suis factis & auarus, & facta faciet uilium & malorũ. Etiam aspice in quo loco sit dominus ascẽdentis, & statũ planetæ cui applicat, id est, si est saluus uel diminutus, & si receptus uel non: quia si dominus ascendentis applicuerit domino secundæ, uoluntatẽ habebit & sollicitudinẽ in postulando redditus & eos augendo: & si planeta idem uim suam dederit domino ascendentis, iudica quòd redditus & possessiones ad eum peruenient faciles & sine labore aliquo. At si planeta ipse retrogradus fuerit, officiales eius & tenentes talium redditus mali erunt & faciẽt cõmutationes seu cambiones malas, & redditus ipsos diminuẽt. Et si idem planeta comburetur, demonstrat collectas & pauperta tem populi, amissionẽ facultatũ, & impedimenta magna & fortia. Etiam si applicatio domini ascendentis fuerit ad dominum domus itineris, iudica quòd damnator ibit itinera: & si ad dominum quartæ, captus erit si adfuerit infortunium: si ad sextæ, ægrotabit: si ad octauę, morietur: si ad dominum quintæ, filium habebit in ipso dominio existendo. Semper aspice ad Solis uirtutem in quęstionibus regis, quia significator regni est in radice: & caue ne sit in oppositiõe ascendentis, nec in quarta eius, quia si fuerit in horum duorum aliquo, significat inimicitias & malas uolũtates gentis & populi, ac facta & cõtilia mala quæ fient in regno. Et si dominator fuerit præfectus à rege altiore se, rex ipse odio habebit & capiet ipsum, & faciet ei malum propter mala quæ faciet in illo dominio. Ahyar dixit: Si quando quis recipit aliquod dominium, aspice horam qua ipsum recipit, uel qua sibi conceſſum fuit, & dominum ascendentis horæ illa, & Lunam ac dominum decimę, et Solem, & quis eorũ sit fortior in loco suo, & firmior in aliquo loco angulorum, ita q; non sit cadens, & dirige per athazir gradũ illum usq; ad corpus infortunij, uel radios quartę aut oppositiõis ipsius, & da unicuique gradui diem unum uel mensem, uel da cuilibet signo ex signis quę sunt loco planetę potentis usq; ad locum infortunij unũ annum, uel considera quantũ est inter eum & dominum domus suæ, & si eum potentẽ in loco suo inueneris, statue tempus illius regni quantum sunt anni planetę minores, dando cuilibet anno mensem unum, & discerne secundum intentionem tuam & sensum tuum ex significatoribus prædictis.

Si

Si quando inueneris dominum aſcẽdentis, aut dominum medij cœli, uel dominũ horæ, aut Lunam, uel dominum domus eius, aut fortiores eorum dãtes uirtutes ſuas ſtellis fixis quæ ſunt in aliquo angulorum, iudica quòd dignitas & dominium illud tempore longo durabit ei qui habuerit ipſum: & ſi ſtellæ ipſæ fortunæ fuerint, erit tempus illud in bona ſecuritate ac quiete. At ſi fuerint infortunia, erit laborioſus & gentibus odioſus. Etiam ſi aſpectus ille fuerit ad ſtellas remotas ab angulis, iudica quòd illa dignitas & dominium nõ durabit eidem, ſed cito perdet illud. Tyſil ille ſapiens dixit: Si quando ſcieueris horã qua fuerit aliquis promotus ad aliquod dominium, & à te quæratur pro eo ſi dominiũ illud durabit uel nõ, aſpice aſcendens, & ſi inueneris in eo fortunam & dominum aſcẽdentis, ac dominum medij cœli in bono loco fortem & liberũ ab infortunijs, iudica q̃ dominium illud durabit longo tempore ei, & in bono ſtatu. Similiter ſi dominus aſcendentis & dominus medij cœli fuerint in ſignis fixis in aliquo angulorum, aut in quinta uel in undecima, ab infortunijs & earum aſpectibus liberi, iudica illud idem. At ſi quando infortunia in aſcendente inueneris, et dominum eius cadentem, & dominum medij cœli in malo loco, iudica quòd cito remouebitur illud dominiũ, maximè ſi fuerit in medio cœli Mars in ſigno mobili. Etiam ſi quãdo dominus aſcendentis uel dominus medij cœli fuerit in ſexta uel duodecima, iudica ſimiliter celerem remotionem dominij, niſi Iuppiter fuerit in aſcendente uel medio cœli orientalis: quia tunc tardabitur aliquantulum fortè. Etiam ſi quando dominus aſcendentis fuerit in ſeptima, & dominus medij cœli in nona, & Mars in undecima, iudica q̃ iam peruenit ad tempus quo remouebitur à dominio, & iam adpropinquat malũ & anxietas. Etiam ſi Saturnus ibi fuerit uice Martis in undecima, iudica illud idem, excepto quòd res ipſa magis tardabitur propter Saturnum, qui in omnibus rebus tarditatem ſignificat. Etiam ſi Iuppiter fuerit in medio cœli, & dominus medij cœli in aſcẽdente, & fuerit fortuna ac liber ab infortunijs, & Sol in bono loco & forti, iudica q̃ dominium ipſum erit longo tempore durabile & firmũ ac in bono ſtatu, & q̃ dominator uiuet longam & bonam uitam, maximè ſi aſcendens fuerit ſignum fixũ: quia tunc erit res firmior, ſtabilior, & certior. Etiã ſi quando inueneris dominum medij cœli, & dominũ termini gradus medij cœli, ambos fortunatos, & Lunam cum eis exiſtentem in loco & in ſigno communi, dominator erit potens in dominio, firmus & ſtabilis, & augebitur & creſcet in eo: et ſi auferatur ab eo, reddetur tamen. Item ſi quando aliquis receperit dominium aliquod uel dignitatẽ, cõſidera quis planetarum habeat dominiũ in illa ciuitate, ubi eſt ipſa dignitas, & quòd ſignum, & quis planeta eſt dominus illius regni: quia ſi planeta idẽ fuerit fortuna, & dominus medij cœli hora receptionis dignitatis ſimiliter fuerit fortuna, & ambo ſe aſpexerint, iudica q̃ proſperabitur in dominio ſuo, & quòd eius cauſa procedet ad bonum. Et ſi unus eorum ſignum aſpexerit ciuitatis, gens illius erit obediens ei, diligent eum, nec præteribunt eius mandatum, ſed illud complebit ſine grauamine & labore. Sed ſi ambo planetæ fuerint infortunia, & ſe aſpexerint, & ambo uel alter eorum ſignum aſpexerit ciuitatis ex aliquo angulorum, iudica quòd erunt inobedientes, odio habebunt & uilipendent eum, nec facient mandatum eius, & accident impedimenta ei grauamina & labores. At ſi planeta ciuitatis fuerit infortunium, & dominus medij cœli fortuna, & fuerit inter eos aſpectus, et ambo ſignum aſpexerint ciuitatis, conſidera tunc ſtatum Lunæ, & cui eorũ applicuerit & dat uim ſuam, iudicans ſecundũ quod dat uim ſuam & poteſtatẽ illi planetæ. Præterea ſi quando à te quæritur pro aliquo exiſtente in aliqua dignitate uel regno, ſi ſeparabitur ab illa dignitate uel regno aut non, aſpice dominum aſcendentis, & ſi fuerit receptus, iudica quòd non ſeparabitur ab eo: ſimiliter ſi fuerit in angulo, non ſeparabitur dum in angulo uerſatur ipſe planeta. Poſtmodum aſpice quando ſeparatur ab illo angulo cui applicat, quia ſi applicuerit alteri planetæ in angulo exiſtenti, non remouebitur à dignitate donec ipſe planeta fuerit in angulo. Et ſi planeta cui applicat dominus aſcendentis fuerit in ſuamet domo, uel ille planeta fuerit dominus alicuius angulorũ, non remouebitur illo anno. Fac igitur gradum reuolutionis ſequentis anni, & eam iudica ſicut docuimus. Et ſi dominus aſcendẽtis fuerit ab angulo cadẽs, licet applicet planetæ in angulo exiſtenti, dominus quæſtionis ipſius abhorrebit dignitatem, nec uult ipſam licet in ea remaneat, nec remouebitur ab ea dum ipſe planeta uerſatur in an-

gulo. Similiter iudica si ille planeta cui applicat dominus ascēdentis, fuerit dominus alicuius quatuor angulorum, quia non removebitur ab ea dignitate nisi fuerit dominus anguli terræ: tunc enim malum finē habebit, maximè si fuerit infortunium. Etiam si dominus ascendentis fuerit in angulo, & applicuerit planetæ remoto ab angulo, qui non recipiat eum, & ille planeta fuerit dominus alicuius angulorum ascendentis, ille cuius est quæstio semper erit in illa dignitate timidus & in suspitione amittendi eam, nec unquā erit ordinatus uel securus in ea, donec ipse planeta intrauerit aliquē ex angulis ascendentis, & tunc perdet metum & fiet securus: at si feceris revolutionem prædictam annorum suorum, & inueneris in iudicio revolutionis illius rationem demonstrantem illud, & dominus ascendentis fuerit in angulo applicans domino nonæ uel tertiæ, iudica quòd removebitur à re in qua moratur. Etiam si fuerit receptus in eadem applicatione, reuertetur in eam: sed si nō receptus, & ille planeta cui applicat fuerit infortunium, accident ei in remotione anxietates, grauamina & labores: quoniam certior significatio in remotiōe dignitatis est, quando inuenis dominum ascēdentis in angulo applicantem domino nonæ & domino tertiæ, & ipse cadens. At si dominus ascendentis fuerit unus ex planetis superioribus, aspice statum eius in angulis, sicut diximus, & eodem modo applicationes ipsius, & scies quòd dominus quæstionis erit tunc contentus ualdè de re quam tenet, nec uolet separari ab ea. Porrò si quando inueneris aliquod infortunium in angulo, & dominum ascendentis cadentem, aspice tunc Lunam, & si eam receptam inueneris & applicantem planetæ recepto, similiter eo existente in aliquo angulorū uel in suamet domo, licet non sit dominus alicuius angulorum, permanebit in re illa quandiu ipse planeta in signo illo permāserit: & si Luna applicuerit domino nonæ & domino tertiæ, amittet dignitatem, & removebitur ab ea. De rebus demonstrantibus & significantibus firmitatem & durabilitatem rei, est quādo separatur à Marte & applicat Veneri, aut à Venere separatur & Marti applicat. Similiter iudica de Sole quando separatur à Saturno uel Ioue aut Mercurio, & applicat alteri eorum: nec debes iudicare per has separationes & applicationes Solis & Lunæ, nisi quando alij significatores omnes damnati sunt adeo, ut nō possis per eorum aliquem iudicare, & quòd planeta aliquam applicationem & separationem non habeat: at quando res non sunt isto modo, non iudices per applicationes & separationes huiusmodi. Etiam si quādo significator fuerit uacuus ab omnibus aspectibus, & fuerit in fine signi, non applicans alteri donec fuerit in illo signo & exiuerit ipsum, aspice statum eius quando exit de illo signo, & si applicuerit alicui planetæ sibi conuenienti, dominator permutabitur ad melius & excellentius dominium primò: at si applicuerit infortunio sibi diuerso, contrarium iudica. Etiam si quando à te quęratur pro principe in suo dominio existente quando expellatē ex eo, aspice & si inueneris in figura quæstionis angulos signa mobilia, & Lunam similiter in signo mobili non receptam à dignitate, removebitur cito: & hoc certius erit & citius si dominus decimæ non aspexerit suammet domum, nec applicuerit planetæ in decima uel undecima existenti. At si quā dofortunę fuerint in angulis in signis fixis, dignitas erit dominatori durabilis & certa. Sed si quādo infortunia fuerint in angulis in signis mobilibus, dominator erit à dominio cito remotus. Rursus si quando Luna fuerit in angulo terræ in signo mobili, significat dignitatis abalienationem: quæ eo certior erit et magis rata, si applicuerit planetę cadenti, licet ipsemet sit dominus decimæ. Quando Luna applicat domino quartæ, similiter ablationem significat dignitatis, nisi fuerit ipse dominus domus Lunæ: quia tunc adiutor erit & non impediens. Quando Luna est in suamet domo applicās Martī, uel est in domo Saturni applicās Soli, uel in domo Iouis applicans Mercurio uel Martī, pessimū iudicium adferūt in ratione ista. Quando in principio alicuius dominij, hora qua quis dominiū accipit, est aliquis planeta in ascēdente uel medio cœli, perdet dominium dominator: etiam si quando idem planeta sit combustus in suo loco, quo erat in principio, aut in quarta eiusdem loci, id est, in aliquo angulorum suorum. Etiam si quando aliquod infortunium, uel dominus casus decimæ, applicuerit ad locū illius fortunæ, similiter est significatio ablationis dignitatis illo tempore. Quando Sol fuerit in ascendente uel decima existente re in die, & si in nocte Luna ibidē, & quiuis eorum applicuerit Saturno uel Martī, tempus removionis erit quando Luminare ipsum applicue-

plicuerit eidem gradui infortunij. Quando Sol uel Luna applicuerit Ioui habenti dignitatem aliquam in figura, remotio dominij erit quãdo Saturnus uel Mars applicuerit ipsi loco Solis uel Lunæ, aut oppositioni uel quartæ ipsius. Si hora qua receptum fuit dominium aut hora quæstionis, Luminare temporis dominus cadens fuerit & habuerit testimonium in figura, amittit dominij erit quando Saturnus uel Mars intrauerit locum uel oppositum Luminaris illius. Quando dominus ascendentis combustus fuerit, aut dominus medij cœli in ascendente uel decima, tunc amittet dominium Etiã si quando idem planeta combustus fuerit in aliquo signo, quod sit domus uel exaltationis eius, & Sol non exuerit signum illud, donec fiat orientalis ab illo planeta, accident eidem dominatori angustię et anxietates: non tamen propterea dominium amittet. De horis in quibus dominium perditur, est quando gradus Solis applicuerit ad gradum infortunij, uel gradus infortunij ad gradum Solis, dando cuilibet gradui mensem unum: uel quando applicuerit ad quartas et oppositiones, si aliqua proiectio radiorum fortunæ ibi non fuerit. Similiter aspice ad Lunam in dignitatibus quæ recipiuntur in nocte, uel in quæstionibus quæ in nocte fiunt: quia est domina temporis habens noctis dominium, ut Sol habet in die: & sicut iudicatur per Solem in quæstionibus & factis diurnis, ita in nocturnis iudicatur à Luna. Quando Luminaria infortunijs applicant, diminutionem & ablationẽ significant dignitatis: & si applicatio de quarta fuerit uel oppositione in aliquo angulorum, angustias significant cum diminutione dignitatis: & si aliquod Luminarium habuerit in ascendente aliquam dignitatem, accident ei grauamina, & molestiæ, et in carcere morietur. Aliqui ex antiquis sapientibus dixerunt: Si quando scire uolueris quandiu sit dominaturus princeps in dominio suo, apta horam quæstionis ad ascendens, uel horam receptionis dignitatis, aspiciendo quot gradus ascendũt de signo, & dupla eos, & tot anni tibi prouenient: & si fuerint ibi minutæ, multiplica eas p duodecim, & totam illam summam diuide per sexaginta, & significabunt mẽses: & quod remanserit, multiplica per triginta & illud multiplicatũ per sexaginta diuide, & quot prouenient denotabũt dies: & aggrega totum, & quot fuerint, ostendent tempus durabilitatis dignitatis illius. Alius modus: Aspice horam qua dominator recepit dignitatem, & hæc est hora qua consentitur & conceditur ei, uel hora qua ingreditur dignitatem, uel qua parat se ad sedendum in solio, & aspice planetam fortiorem in figura illius horæ, & si fuerit Iuppiter, & in medio cœli, et in domo uel exaltatiõe sua, durabit duodecim annos: sed si nõ fuerint in domo uel exaltatione sua, durabit duodecim mensis. At si Mars fuerit uice Iouis, significabit quindecim annos, uel quindecim menses. Si autem fuerit Mercurius, inferet uiginti annos, uel uiginti menses. Si Venus, ostendet octo annos, uel octo menses. Similiter si quando receperit dignitatem in die, aspice Solem, & si fuerit in signo masculino, & in loco apto ut possit esse hylech, & quot gradus fuerint inter eum & Martem, secundum illum numerum æstima tempus in diebus uel mensibus distractum. Peior aspectus & in quo festinantius erit damnum, est si fuerint inter ascendens & Martem decem gradus, aut uiginti uel triginta, aut sexaginta uel septuaginta, aut octuaginta uel nonaginta, aut centum uiginti. Similiter quoq; erit si inuentiantur centum ibi cũ quolibet numero ex prædictis, donec applicet ad uiginti gradus à dextro ascendentis, uel ab eius sinistro. Et si fuerit uice Martis Saturnus, & in aliquo horum statuum ab ascẽdente per numerum graduum qui fuerint inter eum & Solem, accidet ei tempore illo infirmitas. Sed si uice horum dictorum planetarum fuerit aliqua fortuna, habebit bonum & gaudium, tot dies uel menses, quot erit numerus graduum qui sunt inter fortunam & Solem. At si receptio dignitatis fuerit de nocte, & Luna in signo fœminino, apta ut possit esse hylech, computa à gradu eius usq; ad gradum Saturni, & secundum illum numerum mensium uel dierum durabit dignitas, & eam tempore ipso perdet: maximè si Saturnus fuerit in aliquo dictorũ statuum cum ascendente. Sed si Sol & Luna non fuerint in locis aptis ut possint esse hylech, computa à gradu ascendentis usq; ad gradum infortunij, & si numerus primo peruenerit ad Saturnum quàm aliud infortunium, erit captus: et si applicuerit ad Martem, accident ei grauamina & percussiones: et si ad Caput, accidet infirmitas. Est etiam in partibus pars una temporis demonstrans, quo, qui dignitatem amiserit, eam recuperare potest, & hæc pars accipitur à So-

le in Iouem,& proijcitur ab aſcẽdente. Vnde ſi quãdo Sol uel Iuppiter applicuerit illius partis loco, tũc recuperabit dignitatem uel dominium. Eſt etiam alia pars demonſtrans ei qui eſt de ſtemmate regum,quãdo regnare poſſit,uel cuilibet quando peruenire poſſit ad dignitatem pertinentem ad ſe: & hæc pars accipitur à parte dignitatis uſque ad gradũ Iouis, uel à gradu Solis ad eũ qui uicinior erit ei, & proijcitur ab aſcendente: ut ſi quando Iuppiter applicuerit ad gradum ipſius partis,uel quando applicuerit ibi Sol per gradum athazir, tunc regnabit ille qui eſt de progenie regali, uel perueniet homo ille ad dignitatem ad quam poteſt. Eſt etiam alia pars tempus demonſtrans,quo princeps dignitatem amittit: & hæc pars accipitur à Sole in Iouem,& proijcitur à gradu Saturni:& ſi quando Mars applicuerit ad locum huius partis,tunc dignitatem amittet. Etiam ſi uolueris ſcire quantum durabit in dignitate uel dominio, aſpice quantum eſt à domino aſcendentis uſq; ad dominum domus partis fortunæ,& quãtus fuerit numerus ipſorum graduum, tantũ in dominio & dignitate durabit:& ſi ſigna in quib fuerint hi duo planetæ,fuerint fixa aut in angulis uel ſuccedentibus,numerus graduum denotabit menſes: & ſi mobilia uel cadentia,dies. Eſt etiam alia pars quę accipitur in die à Marte in Lunam, & in nocte a Luna in Martem, & proijcitur ab aſcẽdente,& aſpicitur in quo loco & ſigno cadat pars ipſa,& ſcietur quæ terra uel ciuitas ſit in dominio ſigni in quo cecidit pars ipſa prædicta,& iudicatur quòd in illa terra & ciuitate dominium & dignitatem habebit.

De tempore durabilitatis in dominio.
Cap. XXIII.

ALhezen filius Sehel, qui hoc expertus eſt & inuenit, ſubmonuit ut aſpicias à gradu medij cœli uſq; ad infortunium uicinius alijs, ſicut demonſtrauit Ptolemæus in ſciendo horas elongationum planetarum à medio cœli, & ut des cuilibet harum horarum annum unum,quod tempus durationis in illo dominio ſignificabit. Alius ſapiens dixit: Aſpice à gradu medij cœli uſq; ad gradum domini medij cœli,& quod inuenies inter eos, erit numerus durabilitatis dierum. Alhezen in hac ratione dixit: Aſpice dominos triplicitatis Solis de die,& Lunæ de nocte,& quẽ horum inueneris potentiorem, & in locõ potentiori conſidera, & compura à gradu aſcendentis uſq; in gradum illius domini, & quantum fuerit inter eos de numero graduum,tantum & tam diu in dignitate durabit. Porrò ſi aliquis dominator remotus fuerit à dignitate uel dominio aliqua ex occaſione,& à te quæratẽ ſi recuperabit illud uel nõ,aſpice ſi dñs aſcẽdentis applicuerit dño medij cœli,& dñs medij cœli aſpexerit ſuũ proprium locum,iudica quòd recuperabit dominium,& quòd reuertetur ad illud. At ſi dominus medij cœli nõ aſpexerit locum ſuum,non reuertetur ad dignitatem illam ſed habebit in altero loco aliam dignitatẽ. Sed ſi dominus aſcendentis fuerit retrogradus,reuertetur ad dignitatẽ ſuam. Et ſi Luna fuerit in ſigno mobili aſpiciens dominũ medij cœli,uel planetam aliquem in medio cœli exiſtentem,& Luna ab eodem planeta recepta, ad ſuum dominium reuertetur. Etiam ſi dominus medij cœli fuerit in ſigno mobili,& applicuerit planetæ in medio cœli exiſtenti,non remotus ab eo qui recipit alium,ad ſuum dominiũ reuertetur. Firmius ac potentius in hoc regno eſt, quando Luna applicat domino medij cœli ab eodem recepta,& ipſe ſimiliter in loco ſuo receptus:nam tunc planeta tribus modis recipietur à Luna,à domino domus ſuæ,& à domino domus domini ſuæ dom?: & ſi ultra hoc aſcẽderit,erit ſtatus regis. Etiam ſi receptiones iſtæ multiplicentur magis, regnum erit magnũ & celebre:& ſi dominus medij cœli ſeparetur à domino quartæ, ad ſuum dominium reuertetur. Etiam ſi dominus quartæ applicuerit domino decimæ, confirmatẽ dominium in eo,& augebitur & creſcet ſine petitione:ſed ſi dominus decimæ applicuerit domino nonæ, dominium & dignitas amittetur. Si dominus decimæ applicuerit domino domus domini quartæ, peruenier ad eum dominium & dignitas quam non cogitabat nec petebat. Nota quòd quãdo dominus quartæ dat uim ſuam domino decimę,melius eſt quàm ſi dominus decimę det uim ſuam domino quartæ: quoniam unus dat & alter aufert. Et ſi dominus decimæ in quæſtione fuerit in angulo uel ſuccẽdenti,non expelletur à dignitate uel dominio. Si quando dominus aſcendentis & Luna applicuerint domino ſextæ aut duodecimæ uel octauę,accident ei in intneribus ſuis anxietates,damna & mala. Et ſi planetæ ipſi fuerint nocentes,pe?us & maius erit malum.

lum. Si dominus aſcendentis fuerit in nona uel tertia, & dominus duodecimæ in aſcendente, capietur & priuabitur dignitate. Si inueneris dominum medij cœli, & dominum termini ſui ambos fortunatos, & Lunam iunctam cum eis, aut quòd habeat dignitatem & poteſtatem in locis ſuis, & ſignum medij cœli fuerit commune, reuertetur ad dignitatem & augmentabitur ei, & uidebit quod uoluerit, et diligetur à ſuo maiori: idq; prouenit ex potentia fortunæ dominatricis termini planetæ, qui erat dominus decimæ domus.

De cognitione principis dominij ex propria eius figura. Cap. XXIIII.

PTolemęus agens de phyſionomia, aſſerit utile eſſe petere in principio cuiuslibet dignitatis à planeta, qui fuit dominus dignitatis, ſic tamen ut idē planeta ſit in bono loco: quia ſi quando inuenitur bonum aſcendens, & Luna aſpiciens fortunas, & dominus dignitatis cadens, aut ſub radijs, uel non aſpiciens aſcēdens, aut in ſecunda uel octaua, iudicare debemus quòd dominator non bene habebit in illa dignitate, ſed ſemper laborioſus erit in ea. Similiter quādo dominus dignitatis, id eſt, planeta qui demonſtrat dignitatem, fuerit in ſuo caſu uel infortunatus, ſignificat illud idem. Exemplū huius eſt Alhazen filius Sehel diſcedens de Araſen, habuit aſcēdens Leonē, & Sol eius dominus erat in Leone, & Luna & Iuppiter in medio cœli, & Venus domina medij cœli in ſecunda, in caſu ſuo, non aſpiciens aſcendens nec eius dominum, & nunquam fuit in illa dignitate ſine anguſtia uel labore, donec remotus fuit ab ea: nec ſibi profuit exiſtentia Iouis & Lunæ in medio cœli in Tauro, nec Solis exiſtentis in aſcendente, nec aſcendens Leo ſignum conueniens dominio, nec Sol dominus eius in eo: unde ſemper aſpice in hac re & capite diligenter, & animaduerte quòd radix & fundamentum eſt electio electi in principijs. Præterea ſi quando ſcire uolueris accidentia dominatoris in dignitate ſua & iudicijs uel paupertate, uel ſi congregabit poſſeſſiones, aut ſi diſſipabit, aſpice ad partem fortunæ & eius dominum, et ad Lunam & ad gradum domus ſubſtantiæ, & ſi Luna applicuerit ad gradum partis fortunæ, & ipſa fortunata, & gradus domus ſubſtantiæ ſimiliter, ſignificat quòd habebit multam ſubſtantiam, & quòd potens erit in eius congregatione. At ſi quando infortunia fuerint cadētia à Luna & domino partis fortunæ, cum eo quod prædiximus, ſignificat ſaluationem & augmentum ſubſtantiæ ſuæ. Etiam ſi quando in ſecunda fuerit infortunium & pars fortunæ infortunata, & Luna infortunio applicans & deferens lumen ab infortunio ad aliud infortunium, ſignificat quòd modicum habebit ſubſtantiæ, & quòd non erit firmus nec ſtabilis in ea, & quòd diſſipabit ipſam in rebus non futuris nec ſibi utilibus ſeu profuturis. Etiam ſi quando Luna & fortunæ fuerint cadentes à parte fortunæ, ſignificat quòd amittet maximam partem ſubſtantiæ ſuæ & diſſipabitur. Quin ſi ad hæc infortunauerit Mars eam, uiolenter auferetur ab eo, & afficietur propterea moleſtijs. Et ſi Saturnus infortunauerit eam, expendet ſua bona in defenſione corporis ſui, & in remotione malorum à ſeipſo, & in ſoluendis collectis, ſicut pro calumnijs & his ſimilibus. Etiam ſi alterutrum iſtorum duorum infortuniorum iunctum fuerit cum parte fortunæ, uel cum domino eius, aut aſpexerit eam de quarta uel oppoſitione: maximè ſi fuerit idem aſpectus ex aliquo angulorum aſcendentis, uel Luna partem fortunæ aſpiciens, ea exiſtente infortunata, contrariatores habebit poſtulantes ſubſtantiam quam aggregauit, & auferent maiorem partem ipſius. Et ſi infortunium fuerit Mars, raptores ipſi erunt inimici eius & latrones ac malefactores. Et ſi pars fortunę applicuerit ad infortunium, & Luna eidem fortunæ, & dominus partis non fuerit infortunatus, ſignificat ſaluationem ſubſtantiæ & honoris ſui, nec ex eo quod congregauit aliquid perdetur, niſi ſi quid ipſe expoſuerit ex arbitrio ac uoluntate pro ſe & rebus ſuis. At ſi infortunia & fortunæ aſpexerint partem fortunæ ac eius dominum æquali aſpectu, ita quòd non habeat augmētum aſpectus alterum ab altero, tunc aſpice ſtatum Lunæ, & cui parti fortunarum uel infortuniorum magis adhæret, & quod eorum aſpiciat, & quomodo potens ſit in loco ſuo, & ſi habet teſtimonium uel potentiam aut dignitatem in parte quam aſpicit, & da iudicium & potentiam illi parti quam aſpicit Luna, & ſecundum eam iudica de infortunio uel fortuna.

De impetratione dignitatis & officij à rege uel domino aliquo. Cap. XXV.

HOminum cupiditas quando uaria est, & ferè nullus sua sorte contentus uiuit, sed prensat quisq; quem sperat suæ cupiditati posse sufficere, & offerre dignitatem aliquam seu munus dominandi, in quo præsidens ipse fulgeat inter cæteros & suũ ius exerceat: non malè consultum uidebitur si sic affectus cõsulas aliquem harum rerum peritum & scientem ex astris colligere, obtinere ne ex fato sit statutũ quod petis, an non: idq; uel eo maximè si id tuum petitum non ex consensu communis populi pendeat, sed à rege aliquo aut ab alia aliqua fulgenti persona. Quo in casu quæsitus tu huius splendidæ scientiæ peritus, aspice & si inueneris inter dominum ascendentis & dominum medij cœli applicationem de tertio uel sextili, aut quòd sint in angulis, nullo infortunio inter eos abscindente, iudica quòd habebit rem quæsitam, & quòd ad illam perueniet. At si dominus ascẽdentis ceciderit à domino decimæ, & nõ aspexerit eum, uel ceciderit dominus decimæ à domino ascendentis, ita q; non aspiciat eum, uel aliqua fortuna potẽs non aspexerit eum reducens lumen suum ad ipsum, res illa non succedet, nec habebit eam nec occupabit. Præterea si dominus ascendentis fuerit infortunium, & dominus medij cœli fortuna, ambo aspicientes se inuicem de locis in quibus potentiam & dignitatem habet uterq; eorum in loco suo, aspice tunc uter eorũ sit fortior, & uter in angulo medij cœli, uel uter eorũ habeat maiorem potentiã aut dignitatẽ in angulo medij cœli, & si fortuna fortior fuerit in loco suo, & applicuerit infortunijs, iudica quòd dignitatem habebit, & cito subibit eam, & exitient inimici aduersus eum, qui molestabunt & instigabunt populum aduersus eum, & turpi modo ac ratione ejicietur ex ea: idq; quando potẽtia reuertitur ab infortunio ad fortunam. Et si infortunium habens potentiam & dignitatem in medio cœli fuerit fortis in loco suo, erit in spe recuperandi eam, sed non consequetur. Et si quando Luna fuerit in decima, & fortuna libera ab infortunijs, & aspexerit eam dominus domus suæ, res complebitur bono modo. Et si dominus undecimæ fuerit infortuniũ, & Luna infortunata ab eo, res non complebitur nec fiet sed damnabitur. Sed si dominus undecimæ fuerit fortuna & in bono ac forti loco, aspiciens suam domum uel dominum medij cœli, et his ita habentibus Luna infortunata fuerit & cadens ab undecima, & similiter à fortunis, pars illa de re quæsita fiet, & postmodum derogabitur & destruetur. Et si damnum illatum Lunæ fuerit à Marte, & ipse potens in loco suo, & diminuendo Lunam damnauerit similiter dominum ascendentis & dominum fiduciæ, ac dominum medij cœli, interficietur in dignitate sua. Sed si his ita habentibus aliqua fortuna dirigens eum ipsum aspexerit, nõ interficietur sed à dignitate remouebitur & expelletur. At si dominus decimæ & dominus undecimæ, ambo fortunæ fuerint, & in bonis & fortibus locis in quibus habeant dignitates, & Luna malè affecta fuerit à Saturno, dignitatem habebit: erit tamen malis moribus imbutus ipse, & committet maleficia & crudelitates in ea, & gens sui dominij abhorrebit eum & fiet ei rebellis. Sed si quando Luna applicuerit domino ascendentis, et ipse fortuna, et inter eos non fuerit infortunium quod abscindat, rei significat euentum & quòd quærens diligetur à domino à quo dignitatem petijt. Porrò si applicatio nulla fuerit inter eos, & aliquis abscisor interuenerit inter ipsos, aspice dominum domus Lunæ, & si eum inueneris applicantem domino ascendentis, cõplebitur res & fiet. Sed si Luna malè affecta fuerit, & dominus domus suæ, & dominus ascendentis, similiter'que nulla fuerit applicatio inter eos, non succedet res illa: & si nocens domini ascendentis & Lunæ fuerit Mars, non succedet propter mẽdacium regis, uel illius qui dominium habet in re illa. Sed si nocens fuerit Saturnus, non eueniet propter labores & duritiam regis, & quærens ad rem nõ perueniet postulatam. At si Iuppiter & Venus aspexerint dominum ascendentis & Lunam, uel fuerint ipsi domini ascendentis & domus Lunæ, aliqualem augmentationem significant in re illa. Porrò quantitatem durabilitatis temporis rei, computa secundum quantitatem graduum qui sunt à fortuna et domino ascendentis ad infortunium, quod damnauit eum et Lunam, dando cuilibet gradui mensem unum. Item quantitas utilitatis habendæ ex hoc, scitur et colligitur à parte fortunæ et à Luna, quia si ambæ fuerint fortunatæ et

tæ & applicuerit altera alteri, & ambæ applicuerint domino aſcendentis, inde magnam beneuolentiam & honorem conſequetur, & hoc ſecundum potentiam horum ſignificatorum in ſuis locis, & ſecundum bonitatem locorum ſuorum. At ſi cum hac fortuna quã habuerint, ſignificatores fuerint infortunati à Marte, dominator accipiet unam partem ſubſtantiæ domini ſui & aufugiet. Et ſi infortunium afferẽs fuerit Saturnus, furabitur domino ſuo clã et occultè, & poſtmodum accident ei anguſtiæ, & occultabit ſe cum una parte eius quod abſtulit, & poſtea euadet. Item ſi uolueris ſcire ſtatum dominatoris in quolibet mẽſe ac die, aſpice ſi receptio aliqua ſit in die ad Solem, & quis ſit dominus termini ſui: & in nocte ad Lunam, & quis dominus termini ſui: & conſidera ſecũdum eos & ſecundum dominos cuiuslibet termini, ad quem Luminaria permittantur: & ſi quando dominus illius termini fuerit fortuna, & in bono loco cœli & fortunatus, iudica bonum & gaudium: ſi infortunium uel infortunatus & in malo loco figuræ, iudica malum & anxietatem. Similiter collige à domino gradus medij cœli, qui eſt planeta potentiſſimus ex omnibus alijs ſeptem in cauſa dominij & regis, & numerum quem in hoc inueneris duc per gradus aſcenſionum, dando cuilibet gradui unum diem, donec compleantur omnes gradus ſignorum. Et nota quòd quando damnatio eſt in gradu decimæ & eius domino, atteritur potentia ac dominium dominatoris. Et quòd quando damnatio eſt in gradu aſcendentis & eius domino, erit damnum in uita & corpore eius.

De magiſterijs. Cap. XXVI.

DIuerſa ingenia diuerſa quoq; magiſteria requirunt: quorũ gratia ſi forte cupidus quis à te quærat, quod magiſterium ſit ſibi melius, aſpice aſcendens & eius dominum, & decimam & eius dominum, ac loca Veneris et Martis, (quia hi ſunt ſignificatores magiſteriorum) & quem eorum inuenis potentiorem accipe, & aſpice in quo ſigno uerſetur, & ſi in Ariete, adde quatuor angulos, & ſi inuenias in quolibet eorum planetam, iudica quod bene ſuccedet ei ſi ſit carnifex ius & paſtor, & alat omne genus animalium, boues & uaccas, equos & aſinos, & quidquid eſt animalium quadrupedum. Sed ſi in omnibus angulis non fuerint planetæ, ſed fuerint in aliquo eorum, erit bonus lanificus. Et ſi Mars in loco ſignificatoris habuerit aliquam dignitatem, uel in medio cœli, aut in loco Solis, bonum erit ei omne magiſterium ignis, & quicquid eſt de ignis natura, uel quod aſſimilatur ei. Sed ſi fuerit ſignificator in exaltatione ſua uel in medio cœli, erit bonus ſeruus regum uel pro nobilitate. In ſumma ſecundum hunc modum aſpice in omnibus ſignis animalium, ſicut diximus, per quatuor angulos, Arietis ſcilicet, Leonis, Tauri, Sagittarij, & Capricorni: quia hæc quinque ſigna ſunt ſignificatores omnium animaliũ et quadrupedum: & Gemini, Libra, & Aquarius ſunt ſignificatores hominũ, niſi quòd Gemini ſpecialiter animalia uolantia ſignificant. Cancer uerò, Scorpio, & Piſces quando ſunt in angulis aſcendentis, ſignificant piſces & aues aquaticas & quod aſſimilatur eis: at ſi planetæ non fuerint in eis, ſignificant omnem rem quæ eſt de natura aquę, ſicut alyofar & chonchas, & quod eis aſſimilatur. Porrò ut exemplum proponamus cuiuslibet ſigni, animaduerte quòd ſi ſignificator fuerit in Tauro, commoda erit ei agricultura, arare, ſeminare, plantare arbores, fructus emere & uendere, & immiſcere ſe rebus pertinentibus ad mulieres, ſicut ſaponaria, fullonia, pannos tingere, & quod aſſimilatur eis. Sed ſi fuerit ſignificator in Geminis, erit bonus ſcriba, arithmeticus, à libris & collectaneis reddituum dominorum, geometra, et rerum aliarum menſor, incantator, aſtronomus, pictor, et ſimile quid. At ſi ſignificator fuerit in Cancro, bona erit ei omnis res quæ uerſatur et inuenitur in lacubus uel mari, ſicut ſunt ambra uel lignum, aut alyofar, uel quod his aſſimilatur. Et ſi ſignificator fuerit in Leone, erit bonus ad inſeruiendum regibus et claris hominibus, et ad dandum eis, & ad faciendum ignis opera quæ fiunt camino: & ſi planetæ fuerint in angulis, ut diximus, bonus erit curator animalium: & ſi ſignum fuerit de animalibus, bonus uenator erit & nutritor canum uenationis, & quod eis aſſimilatur de animalibus quadrupedum uenabilium. Item ſi ſignificator fuerit in Virgine, bonus erit ſcriptor regis, uel librorum uenditorum, & ad deferen-

dum eos de uno loco ad alium, aut diuinator omnis generis diuinationis. Sed si fuerit in Libra, erit bonus dictator chartarum & uersificator, studebit dicere romantios & fabulas ad quas noctu uigilatur, aut immiscere se rebus ad mulieres pertinentibus, uel esse cantor & sonator tubarum uel instrumentorum, aut quod his assimilatur, secundum potentiam aspectus Veneris: & si planetę fuerint in angulis, bonus erit pro emendis captiuis, & discipulis edocendis. Similiter si fuerit in Scorpione, bonus euadet chirurgus & promptus ad aperiendum apostema, & sanandum uulnera, & ad uendendum æs, & quod his assimilatur. Etiam si fuerit in Sagittario, bonus erit pastor animalium & bestiarum, & domitor earūdem, et mercator in omni mercatione bestiarum & quadrupedū: & si sit pistor aut coquus. Etiam si fuerit in Capricorno, erit bonus ad uendendum omne cibarium quo homo utitur, & ad cicurandū omnem bestiam, & ad cognoscendum & tractandum lapides prætiosos. At si in Aquario, erit bonus fabricator nauium, & eius quod ad eas pertinet: & si aliquis planeta aquaticus aspexerit ibi, uel fuerit in ascendente planeta aquaticus, erit nauta, & nauium gubernator: & si in angulis fuerint planetæ sicut diximus, erit utile ei mercari captiuos, mangonicam exercere, & studere ut sit maloserius ad uē ditionem captiuorum & captiuarum, & ad docendum discipulos & seruos. Sed si fuerit significator in Piscibus, erit bonus pro rege, si planeta ipse fuerit in exaltatiōe sua, uel in medio cœli: alioquin bonus erit locator, cantor, lusor, derisor, eutrapelus, & quod his assimilatur: & si significator fuerit retrogradus, bonus erit pilcator, uel q̄d ei assimilatur. Tādem si uolueris scire magisteria separatim, considera quæ dicentur in hoc libro de hac ratione, quando loquemur de natiuitatibus in sexta parte huius libri: quia hoc inuenies ibi expositum & diuisum. Similiter etiā inuenies in libro meo quem feci & uolui nominari Liber signalium. Item si quando scire uolueris ad quid deueniet officialis post hoc negocium tuū, pete ab undecima & eius domino. Similiter si uolueris scire quid actum sit de officiali præcedente hunc, pete à nona & eius domino.

De undecima domo & eius quæstionibus.
Cap. XXVII.

HAec domus est fiduciæ, spei, & fortunæ, & gratiarum actionis: nam significat filios, auxiliatores, præmia, & amicitias clarorum hominum, & rationem habendi secreta cum eis, & quomodo quis sit ab eis, & bene nominatus inter eos: etiam significat mercimonia & dona data occultè & sub pallio, sicut sæpe offerūtur alcaydis & aduocatis ut adiuuent: præterea etiam significat inimicorum quantitatem, & est domus substantiæ regis, absentes significat & rerum profectus, et propagationes hominum, et claras et magnas progenies: et est significatrix finis medietatis uitæ hominis, et quod in eo accidit illo tempore alicui boni uel mali. Dominus triplicitatis suæ primus est significator rerum in quibus habetur fiducia, secundus est significator fortunæ, tertius amicorum & amicitiæ et gratiarum actionum & bonæ famæ. Etiam si quādo inueneris in quæstionibus significatorem cogitationis in hac domo, & fuerit signum igneum, dic quòd quæstio est pro re in qua habet fiduciam, & pro re quam timet se non habere. At si fuerit signum aqueū, dic quòd est quæstio pro fortuna: sicut si aëreū, pro amicis: & si terreum, pro antecessoribus suis. Color huius domus in quocunq; signo fuerit, est croceus tendens aliquantulum ad albedinem.

De re in qua quis habet fiduciam.
Cap. XXVIII.

CVm quis à te quærit pro re in qua fiduciam habet, uel pro aliqua dignitate quam consequuturum se confidit à rege, aspice & si dominus undecimæ applicuerit domino ascendentis, uel dominus ascendentis domino undecimæ, iudica quòd habebit rem in qua fiduciā habet, & quòd perueniet ad eam: & si aspectus fuerit de tertio uel sextili, cito & facilè & bono modo obtinebit illā: sed si de quarta uel oppositione, consequetur eam cum tædio & labore. Præterea si dominum undecimę inueneris in angulo et receptum, iudica quòd res in qua fiduciam habet fiet sicut uoluerit postulator. Et si inueneris receptorē dispositionis Lunæ in signo cōmuni, iudica q̄ quærens de re quā sperat, unā modicā partē habebit. Etiā si idē receptor fuerit in signo mobili, habebit solūmodo

inde

inde nomẽ, aut de ea parum admodum. At si iam dictus receptor fuerit in signo fixo, rem speratam habebit totaliter & completè. Sed si receptorem Lunæ inueneris infortunatum, res illa damnum cõsequetur postquã habuerit eã, et fuerit in possessione ipsius. At si inueneris receptorem Lunæ receptum, similiter consequetur illud, & plus etiam quàm sperabat. Etiam si dominum ascendentis inueneris receptum, impetrabit iuxta uotum suum quodcũq; sperabat. Ad hæc si quis à te quærat si ũgetur & concordabit cum aliquo suo amico uel non, aspice dominum ascendentis & Lunam, & si eos applicantes inueneris domino undecimæ, ambo conuenient & iungẽtur: & si applicatio fuerit de tertio uel sextili, in coniũctione habebunt gaudium, cõuenientiam, & amorem. At si applicatio fuerit de quarta uel oppositione in coniunctione, discordabunt inter se ac rixabuntur, & alterum tę debit alterius. Et nota quòd applicatio de oppositione est peior quàm illa de quarta. Porrò si à te quærat quis pro re occulta, & dicat quærẽs: Aspice mihi pro una re in qua re fiduciam habeo, si eam consequar uel nõ: considera & si inueneris dominum ascendentis & Lunam applicantes fortunis, et in angulis uel succedẽtibus, rem obtinebit, alioquin non: at si quærens exposuerit quæstionem & nominauerit rem quam confidit se exoraturum, aspice eam in loco pertinente ad eam in figura, sicut tibi declarauimus in naturis duodecim domorum & proprietatum suarum.

De amoribus. Cap XXIX.

CVm à te quæsitum fuerit super amore duorum, si diligũt se mutuò uel non, aspice dominum undecimæ, septimæ & tertię, & si dominí harum domorum aspexerint dominum ascendentis de tertio uel sextili, se mutuò diligunt. At si de quarta uel oppositione, se non diligunt: maximè si illorum unus fuerit dominus duodecimæ. Sed si alĳ duo ibi aspexerint, fortior & firmior erit amor. Et si omnes tres ibi aspexerint, amor erit firmior & fortior, maximè si aspectus fuerit à signis fixis.

De amicitijs & inimicitijs & concordijs. Cap. XXX.

IN cœtu hominum ut nihil amenius amore, concordia, & pace; ita nihil uitu perabilius discordia & inimicitijs: quæ sæpe uel non animaduertentibus obueniunt, & præbent quærendi causam. Quod tibi si quando offertur, pete ab ascendente & septima & eorum dominis, et à planetis qui fuerint in his duobus locis, & ab applicationibus & separationibus eorum, & fac Lunã participem in significatione cum eis, si ipsa habuerit separationem uel applicationem: & si non habuerit, relinque eã. Etiam si habuerit separationem uel applicationem, adiunge planetam à quo separatur cum domino ascendentis in significatione cui applicat, cum domino septimæ in significatione. Similiter aspice postmodum quomodo & quibus aspectibus applicet unus alteri scilicet de tertio uel sextili aut coniunctione, & si inter eos est receptio, et has applicationes habuerit bono modo, bona & sana & uera & integra erit dilectio inter eos. At si aspectus fuerit de quarta uel oppositione, nec fuerit inter eos receptio, inter eos amor non est sed discordia, rixæ ac damna. Sed si cum hoc aspectu quarto uel oppositio fuerit receptio, minus & lenius erit hoc malum. Aspice similiter planetam à quo separatur Luna, & cui applicat, & in qua conditione & modo unus applicat alteri, uel separatur unus ab altero, & ab eis sume iudicium sicut ab ascendentis domino accepisti, & de domino septimæ iudicasti. Similiter fac iudicium tibi à planetis quos inuenis in ascendente & in septima, & ab applicationibus & separationibus suis: & si dicti significatores, aut aliquis eorum, non habuerint applicationem uel separationem, nec planeta ullus detulerit lumen unius ad alterum, nec planeta fuerit qui eorum lumina colligat, homines illi se non cognoscũt, nec unus scit quicquam de altero.

De cognitione eucnientis boni uel mali inter duos. Cap. XXXI.

EX beneuolentia & amore homines semper mirantur fortunas suorum, & soliciti quærunt bene ne succedat an malè. Quod tibi cùm offertur, aspice dominum decimæ si ad aliquem applicat, uel si quis applicat ei, & qui planetarum peregrinorum sit in ea, & ad quem idem planeta applicet, uel qui applicat ei: quia si fuerit dominus ascendentis uel decimæ, profectus est illi suo domino: quoniam si aliquis planeta qui fuerit in decima,

appli-

applicuerit domino ascendentis, uel dominus ascendentis illi planetæ, uel ille planeta domino decimæ, uel dominꝰ decimæ domino ascendentis, uel planeta qui fuerit in ascendente, aut planeta qui fuerit in ascendente domino decimæ, & ille aspectus fuerit de tertio uel sextili aut coniunctione, utilitas & bonum erit quærenti. Etiam hoc modo iudica de domino septimæ, si aspectus & applicationes huiusmodi eidem inueneris. At si applicatio fuerit de quarta uel oppositione, damnum, malum, & tristitiã iudica in parte qua fuerint ijdem aspectus.

De cognitione temporis boni & mali.
Cap. XXXII.

ABsoluta cognitione euenientis boni & mali, si fortè desiderium te ceperit cognitionis temporis, & uelis id discere, nota quòd id facilimè fies à coniunctionibus duorum significatorum, quærentis scilicet & illius pro quo quæritur: quia quando coniunguntur in uno signo & in uno gradu, in illa cõiunctione erit illa res. Tamen si quæstio fuerit exposita & distincta, ita quòd quærens dicat quòd quærit pro fratre uel patre suo, aut pro seruo uel uxore sua, tunc aspice ad dominum qui est de ratione illius quæstionis & eius conuenientiæ, & considera dominum illius domus & planetam quem inueneris in ea, & accipe eam uice septimæ & eius domini, & iudica per eam sicut per domum septimam & eius dominum iudicasti.

De duodecima domo & eius quæstionibus.
Cap. XXXIII.

HAec domus est significatrix inimicorum, laborum, dolorum, tristitiarum, carcerum, captiuorum, inuidiarum, murmurationum, deceptionum, malorum morum, angustiarũ, molestiarum & pœnarum. Est etiam significatrix bestiarum, animalium, metuum, impedimentorum, læsionis membrorum, substantiæ, latronum & malefactorum, incantatorum, seruorum ac non obediẽtium dominis suis, expulsorum, peditũ, iusticiariorum. Etiam significat quod perditum est de substantia, & homines qui non sunt in locis suis sed extrà, & uolentes esse officiales aliorum, & utilipensiones, ac longam & exaltatam irã, & homines uiles & nullo in pretio habitos mutantes legem & malefacta, & quòd accidit nato dum est in uentre matris, & facilitatem & difficultatem partus: ut si quando hæc domus fuerit signũ tortuosum, (quę sunt à Capricorno usq; ad Cancrum) & fuerit infortunata, uel eius dominus in signo tortuoso infortunatus, uel Luna in signo tortuoso infortunata, maximè si fuerit in angulo, aut infortunia aspicientia eam in aliquo angulorũ, partus significat difficultatẽ. Est etiam significatrix omnium terrestrium, quadrupedum bestiarũ. Dominus triplicitatis primus est significator laboris, carceris, doloris, et tristitiæ: secundus inimicorum, tertius animaliũ & bestiarũ. Et si quando acciderit in quæstionibus quod significator quæstionis sit in in hac domo, & ipsa signum igneũ, quęstio fuit pro miseria & dolore: & si terreũ, pro carcere uel capto: & si aqueum, pro bestijs: & si aëreũ, pro inimicis. Color huius domus in quocũq; signo fuerit, uiridis est tendens ad albedinem.

De cursu equorum & quis eorum uincet.
Cap. XXXIII.

CVm à te quęritur sup duabus bestijs currẽtib. utra ipsarũ uincet in cursu, & habuerit quærens suã bestiã in cursu, uel aliam pro qua sit sollicitus, aspice dominum illius horæ in qua quæstio facta fuit, & si eum inueneris in signo ascendẽtis, bestia eiꝰ, uel alia de qua sollicitus est, alias uincet. Et si dominus horæ fuerit in medio cœli, dic quòd erit secunda à prima. Etiam idem dicas si fuerit in undecima uel in tertia. At si eum inueneris in septima, erit inter primas & ultimas: & si in quarta, dic quòd erit postrema omniũ. Præterea si fuerit in suo casu, equitator habebit metum currẽdo super bestiam illam, & fortè cadet de ea. Et si his ita habentibus eum aspexerint infortunia, frangetur ei aliquod membrum corporis sui, quod erit de membris pertinentibus ad signum in quo significator fuerit. At si aspectus infortunij fuerit de oppositione, morietur cursor ex illo casu. Peius autem quod esse possit in hoc casu, erit si cum eo quod diximus dominus illius signi infortunatus fuerit, & Luna similiter infortunata. Porrò si quærens non habuerit bestiam in illo cursu, & quæsiuerit quæ bestia uincet in cursu, aspice dominum horæ, & si eum inueneris in ascẽdente uel alium, aut in medio cœli uel undecima, dic quòd bestia quæ uincet in cursu, erit de colore planetæ quem inueniſti in aliquo prædicto-

prædictorum locorũ. Et si significator, qui significauit uictoriam, fuerit in exaltatione sua uel domo, aut triplicitate, aut termino seu facie sua, bestia quę uincet est cognita et nominata. Firmius autẽ & certius quod in hoc euenit, est quando significator inueniꝫ tur in exaltatione sua, & post hoc in eius domo: nam aliæ modicam famam habent. At si significator non fuerit in aliquo prędictorum locorum, animal illud extraneum est & incognitum. Et si ad hoc fuerit in casu suo, est animal malum, turpe, & malorũ morum. Sed si fuerit in exaltatione uel domo sua, erit per se cognitum & famosum. Et si in triplicitate, est nominatum in regione sua, sed non per se. Et si in termino uel facie, est nominatum in uilla unde est, tamen non per se, nec scire de qua regione sit. Porrò si à te quæratur cuius ætatis sit animal, aspice & si fuerit orientalis significator, est duorum dentium: si occidentalis, est antiquum: & si unus fuerit septentrionalis, est quatuor dẽtium. Item si à te quæratur super domino animalis uincentis cuiusmodi homo sit, aspice & si signum ascendentis fuerit domus Solis, est de animalibus regum: & si domus Saturni, est hominis senis uel serui aut uilis, qui nõ est de progenie clara, nisi Saturnus inueniat in angulo et in bono loco. Sed si domus Iouis, est hominis honorati & bonæ prolis & progeniei: ut si domus Martis, est hominis militaris & gaudẽtis armis, militia, & litibus: & si domus Veneris uel Mercurij, est hominis regis, aut domini, uel scribę regis, uel fortè mulieris. At si domus Lunæ, est mercatoris conductum ut uendatur. Item si idem significator uictoriæ fuerit ascẽdens, animal est cognitum & famosum sua ex bonitate: & si descendens, non habet famam nec ullam bonitatem.

De inimicis occultis & non nominatis. Cap. XXXV.

SI tibi fuerit facta quæstio pro inimicis nullo suo proprio nomine nominato, aspice et pete hoc à duodecima & eius domino: sed si tibi aliquis eorum nominetur, à septima & eius domino pete, considerans semper & diligenter applicationes ipsorum, & quod inuenitur inter eos, ut docuimus & distinximus in quæstionibus duodecimæ signorum, & iudica modo dicto, & certificaberis Deo adiuuante.

De uindictis. Cap. XXXVI.

NAtura humana cùm frequentius inclinet ad mala quàm ad bona, & uindictarum ualdè sit cupida, & cogitet & quærat quomodo iniuriam uindicet & referat, & subterfugiat talionem, rogetóꝫ sibi ut prædicas futurum, aspice dominum ascendentis & dominum domus finis, & si ambo fuerint recepti, & Luna in signo mobili, euadere non poterit. Quin peior erit aspectus si dominus domus Lunæ nõ aspexerit Lunam, nec dominus ascendentis ascendens, quia tunc capietur homicida & interficietur, nisi Luna fortunæ applicet: nam si applicuerit fortunæ, euadet redimendo se suis bonis & pretio. Et si post fortunam applicuerit infortunium, se de eo sine redemptione aliqua uẽdicabunt.

De electione duorum mecœnatum, uter eorum sit benignior & melior. Cap. XXXVII.

CVm aliquis à te quæxerit cui duorum nominatorũ sibi dominorũ adhærere melius sit, da primò ascendẽs quærẽti, postmodum aspice cuius conditionis sint illi duo, & si fuerint reges, aspice quis eorum maior, & da ei Solem & alteri Lunam, iudicans uni eorum per Leonem & alteri per Cancrum. Sed si fuerint alcaydi uel iudices aut legistæ, uel quod eis assimilatur, da eorum uni Geminos & alteri Virginem. At si domini militum, uel alcaydi regis aut imperatoris, uel potentes eius, uel præfecti reddituum eius, da uni Arietem & alteri Scorpionẽ. Et si iocatores regis, uel custodes mulierum eius uel puerorum, uel qui curam habeat & solicitus sit de lapidibus præciosis, da uni eorum Librã & alteri Taurum. Sed si homines secretorum antiqui, uel custodes thesaurorum, aut hæreditãtes mortuos, uel occultatores substantiæ, da uni Capricornũ & alteri Aquarium. Et si unus eorum fuerit à parte Saturni & alter à parte Martis, uel unus à parte Iouis et alter à parte Veneris, uel unus à parte Solis & alter à parte Mercurij, uel unus à parte Lunæ & alter à parte Mercurij, diligẽter considerabis secũdum hunc modũ semper eos commiscẽs. Etiam aspice dominos domorum, & eos qui aspiciunt ipsos ex fortunis uel infortunijs, & dñm ascẽdentis, & cuiusmodi participationẽ uel amicitiã aut inimicitiã cũ unoquoꝫ dominorũ domorũ habuerit, & aspectus dominorũ domorum

unius

unius ad alterum, & aspectus eorum ad ascendẽs ex amicitia uel inimicitia. Et ubi perscrutaueris hoc totum adiunge inter eos & ascendens, & aspice quẽ eorũ uiciniorẽ inueneris, & amoris maioris & amicitię ad ascẽdens, & magis fortunatũ in se, & iudica illi augmentum & meliores partes, & alteri similiter secundum uicinitatem et elongationem suam ab ascendente, & secundum amorem & inimicitiam suam cũ eo, & hoc modo da præcipuam partem uni eorum, & certificaberis Deo uolente.

ALBOHAZEN HALY filii Abenragel libri quarta pars com-

plectens natiuitates, quibus conueniunt nutritio, hylech, alcochoden, & iudicia quinq; domorum primarum.

PROOEMIVM.

HALY Abenragel exordiẽs librum hunc de natiuitatibus, dixit: Laudatus sit Deꝰ dominus uirtutis, regni, & luminis, qui quidem apparens & ueridicus, & per manifesta experimenta seipsum exprimere uolens & ostendere suam potentiam creauit terras, montes, maria, & cœlos circundantes omnia: & posuit stellas in eis mouentes se in similitudinem lucentium cãdelarum, & posuit in eis signa diuidentia tempora & res alias; ex quibus in sempiterna secula apparet eius gloria & benedictio, sitq; nobis prouocatio ad dicendum quòd ipse solus sit benedictus. & subiũxit: In hoc libro collegi res extraneas & nobiles, quæ fuerunt per libros antiquorum expansæ & inclusæ dictæ, & per signa seu notas in omnibus conditionibus iudiciorum stellarum: & adiunxi eis quod extraxi consideratione bona etiam res quæ accipiuntur à ueridicis huius scientiæ. Vnde ego altũ supplico & oro omnipotentem, ut ex sua misericordia me iuuet & dirigat in semitam ueritatis.

ALBOHAZEN HALY filii Abenragel libri quarta pars comple-

ctens natiuitates, quibus conueniunt nutritio, hylech, alcochoden, & iudicia quinq; domorum primarum.

De nutritione. Cap. I.

EGO aperio in hoc capite & alijs capitibus huius libri, res non expositas in libris antiquorũ, sed notatas per signa & occultè demõstratas, & inuentiones publicas & apparabiles huius scientiæ. Et dico quando nascuntur duo nati ex uno partu et uno uentre, quorum natiuitatem si scire uelis, pete matri à Luna, & primo nato dũ exit de uentre à planeta ad quem primò uadit Luna, & secundo nato ad quem post illum primum planetam uadit Luna: & si aliquod duorum infortuniorum fuerit in ascẽdente, maximè si habuerit aliquod testimonium in eo, uel fuerit triplicitas eius, id est, dominus triplicitatis in nocte aut in die, uel dominus triplicitatis utriusque secundum tempus diurnum uel nocturnum, significat quòd suam nutritionem complebit. Etiam si quando Luminare temporis, id est, Sol in natiuitate diurna, uel Luna in nocturna, fuerit liberum ab infortunijs & malis accidentibus suis, significat quòd nutritio eius cõplebitur. Rursus si quando in decima domo uel undecima fuerit planeta diurnus in die, uel nocturnus in nocte, significat q nutritio eius cõplebitur. Præterea si quãdo dñi triplicitatis Luminaris temporis fuerint in ascendente, uel in decima domo aut undecima uel quinta, est significatio bonæ ac facilis nutritionis & bonæ conditionis. At si fuerint in septima, significãt malam

malam nutritionem, laboriosam, & anxiã. Etiam si gradus ascẽdentis & Luminare tẽporis male affecti fuerint, significat quòd non nutrietur, nisi domini triplicitatis fuerint salui & in angulis firmi. Porrò si quando natiuitas fuerit diurna, & Sol in ascendente in signo Aquario, uita erit bona & temperata: quia natus ille erit æqualiũ complexionũ ex cõplexionibus louis. Vbi obserua quòd si Sol fuerit in signis igneis, habebit animum ingenuum, corpus complexionis ardentis, macrum & carnis consumptæ, quod procedente tempore temperabitur, fietq; moderatius. At si Sol fuerit in signo aëreo uel terreo, & in gradu ascendentis, uel ante eum uel pòst ad tres gradus, & cum Sole, uel in gradu ascẽdentis aliqua ex quindecim stellis bebenijs, ex his quæ sunt de naturis fortunarum, uel aliqua duarum fortunarũ, aut aspexerit ibi Luna de tertio uel sextili, aut radius alicuius fortunæ, uel pars fortunæ, significat quòd natus ille morietur antequam cibum recipiat: quoniam Sol quando ascendit in signis aëreis, non significat nisi ignem: & si in signis terreis, illud idem significat: quia quando cadit cum aëre corrumpitur aër, & penetrat illa combustio nec tenetur. Similiter quando iungitur ignis cum terra, iunguntur siccitates eorum & debilitatur complexio, nec sustineri potest. Si quando almutez natiuitatis infortunatus fuerit, & cadẽs ab angulis, existentibus inter eum & infortunium aliquibus gradibus, significat quòd nat⁹ durabit secundum quantitatem illorum graduum. At si quãdo Luna fuerit infortunata in ascendente, nutritionem nõ significat. Sed si fuerit infortunata in septima, & sine aspectu fortunæ. significat quòd ille natus non nutrietur. Etiam si quando Luna fuerit in quarta domo iũcta corporaliter cum infortunio, aut de quarta uel oppositione, significat quòd nõ nutrietur, & quòd mater periclitabitur, aut forsitan morietur. Etiam si Sol fuerit in septima domo hoc modo, similiter significat quòd nõ nutriet: at si quando infortunium fuerit in ascendente, & habuerit aliquã dignitatem in eo, et aliqua fortuna ipsum aspexerit, significat quòd nutritio cõplebitur: quoniã infortunia quando sunt in dignitatibus suis minuunt, & malitia Martis: maximè si fuerit de nocte in signis fœmininis, & malitia Saturni, si de die fuerit in signis masculinis. Sed si cõtrarium fuerit, augeẽ & crescit infortunium, malitia & dãnum eorũ, excepta fortuna quæ quando est in dignitate sua augetur in bono & fortuna eius: quando uero non est in dignitate sua, decrescit & minuit eius fortuna & bonum. Quin si quãdo Luna fuerit lumine diminuta & obscura, nec aliquẽ habuerit aspectum fortunæ, morietẽ natus nec pariet: & si forte nascat cœcus erit, & mater erit in periculo & forsitan morietẽ. Ad hæc si quãdo dñi triplicitatũ ſ. hylech fuerint fortes et firmi, & in ascẽdẽte fuerit infortunũ, & dñs secundæ domus fuerit infortunũ, significat quòd natus uiuet & nascẽt, & in malo & anxietate ac infirmitatibus & laboribus uersabitur. Sed si quãdo Venus & Mercurius iũcti fuerint in uno gradu in ascendente, significat quòd natus non uiuet: quia cõtrarij sunt ambo, nec iungi possunt in bono. Cõiunctio planetarum humanitatem non significat, uolo dicere q̃d si quãdo quatuor uel quinq; planetæ in ascendente alicuius nati iuncti fuerint, natus ille nõ uiuet. Expositor dixit: Vocauit me rex ciuitatis nostræ, q̃a una ex mulieribus eius peperat filium, & fuit ascendens Libra 8. gradus terminus Mercurij, & fuerãt in eo Iuppiter & Venus & Mars & Mercurius, & conuenit ibi societas astrologorũ, & quilibet eorum suã opinionem dixit, ego tacui. Rex dixit mihi: Dic q̃d habes quòd non loqueris. cui respõdi: Date mihi spacium trium dierum, quoniã si filius uester trãsierit tertiã diem, uidebitis ex ipso miraculum magnum. Et cùm compleuissem 24. horas, surrexit ad sedẽdum, & locutus est & dedit signa manu: unde rex multum expauit. Et ego dixi populare esse quòd diceret aliq̃ prophetiam uel aliq̃d miraculum. Ibi rex iuit ad natum & nos cum eo ad audiendũ quid diceret, & infans dixit: Ego sum natus infortunatus, & natus sum ad indicandum amissionẽ regni Azdexit, & destructionem gentis Almanaz: & statim cecidit natus, & mortuus est. Sapientes dicunt quòd uita natorum & diuersitas mortis non est nisi per largitionem planetarum, quia quando simul cõiunguntur, & eorum lumina simul sunt iuncta, non uiuunt, nec significant uitam. Item si quãdo ambo Luminaria & ascendens & eius dñs iuncti fuerint corporaliter cum infortunijs, uel de quarta aut oppositione, & sine aspectu fortunę, significat q̃d non creabitur, nisi dñi triplicitatis fuerint fortunati & appodeati ac in angulis bene firmi: tunc eñ nõ uiuere poterit, tamẽ uita mala

& anxia. Etiam si quãdo Luna fuerit in aliquo angulorũ, & infortunia aliqua aspexerint eam, & eo magis si Mars de quarta uel oppositione, & Luna nõ fuerit recepta ab illo infortunio, nec aspexerit eã fortuna, significat ꝗd natꝰ aliqd nõ gustabit, & si gustauerit nõ nutrietꝫ. At si quãdo pars fortunæ & pars Cælati fuerint in termino fortunæ uel in domo fortunæ, aut in bonis locis ab ascendente, & Luna fuerit cum eis, & eã aspexerit aliqd infortuniũ recipiẽs ipsam, significat quòd ille natus nutrietur & habebit longã uitam, et erit fortunatus, ac bonũ & magnũ nomen consequeꝫ. Sed si quãdo dñs ascendentis fuerit cõbustus, non significat nutritionem, & maximè si ascendens fuerit Capricornꝰ, uel si cõbustio illa fuerit in octaua domo. Si quando dñs ascendentis & almutez fuerint in dextro ascẽdentis, & fortunæ aspexerint & receperint eos, & gradus ascendẽtis fuerint cum fortuna testimonium aliqd habente in ascẽdente, significat quòd natus nutrietꝫ & habebit fortunam & ꝓsperitatem in uilla & in loco suo: at si isti duo, id est, almutez & ascendens infortunati fuerint & diminuti, & gradus ascendentis dãnatus uel in radijs infortuniorum, significat quòd natus erit expulsus de regione & loco suo, & semper cum fuerit in regione & loco suo, accident ei anxietates, labores & metus. At si quando Luna lumine crescens iuncta fuerit corporaliter cũ Marte, maximè in Ariete, significat breuẽ uitam. Etiam illud idem significat, si quãdo fuerit cum Saturno in fine mẽsis sui, ambobus existentibus sub radijs Solis. Si quãdo dñi triplicitatis ascẽdentis fuerint in tertia domo infortunati à quouis planeta, significat breuem uitam, nisi dominus triplicitatis fuerit Luna: quoniam Luna fortis est in tertia domo propter gaudium suum. Aspice etiam locum Lunæ hora natiuitatis, & illi gradui in quo ipsa fuerit, adde 26. gradus, & aspice quis aspiciat gradum suum, & in quo termino cadat: quia si fuerit in termino fortunæ & aspexerit ibi fortuna, significat bonam nutritionẽ, & maximè si terminus ille fuerit fortunæ potentis. Etiam dirige almutez per athazir, & da cuilibet signo diẽ unum aut mensem uel annum. Nota quòd infortunia uitam prohibent infortunando ascendens, uel Luminaria aut partem fortunæ: unde similiter aspicere debes quantũ est ab illo infortunato ad fortunã in quolibet tempore, & statue gradus denotare annos uel menses aut dies uel horas. Si quando domini triplicitatum quinq; hylech firmi & fortes fuerint, & in ascẽdente fuerint infortunia, & in secunda domo infortunia, & dominus secundę domus in quarta infortuniorum uel eorum oppositione natus uiuet & nutrietur in infirmitatibus, & erit debilis & macer, & in nutritione sibi accidẽt impedimenta, indigentiæ, fames, & miseria. Maior potentia Martis in abscindendo uitam, est quando fuerit in Ariete in diurnis natiuitatibus super terram: & Saturni, quando fuerit in Capricorno super terram in natiuitatibus nocturnis. Si quãdo Mars aspexerit Luminaria de oppositione aut quarta in die, uel Saturnus in nocte de signo peregrino, & non habent aspectũ alicuius fortunæ, significat quòd parentes natum abhorrebũt, & expellent ipsum de potentia sua. Et si ad hæc magis infortunatus fuerit Sol, erit expulsus ex parte patris. Sed si Luna fuerit magis infortunata, eueniet hoc ex parte matris. Et si infortunati fuerint ambo, erit ex parte amborum.

De nato utrum sit filius huius patris uel non.

Caput 11.

FIdes quoniam rara est, & mulieres ex libidinis cupiditate ut lasciuæ sese prostituunt, concipiunt, & nothos maritis aut alijs imponunt, fit ut sæpe dubitantes quærant de conceptione nati. Colligitur autem huius rei ueritas ex inspectione astrorum, & ex animaduersione, quòd si quando dominus ascendentis uel almutez fuerit in ascendente receptus à domino quartæ, uel Sol receperit Lunam, aut Sol fuerit in tertio ascendẽtis, uel dominus ascendentis in tertia Solis, aut fuerit translatio luminis aut collectio inter eos, significat quòd est filius eius. At si fuerit huius contrariũ, significat quòd nõ est filius eius. Etiã si pars patrũ aspexerit partẽ natiuitatis de quouis aspectu, aut receperit eam de termino aut exaltatione uel triplicitate, significat ꝗd natus est uerè filius dicti patris. At si fuerit contrarium, non est eiusdem patris filius, nec natus est pro suo commodo. Sed si quando natiuitas nocturna fuerit, & dominus ascendentis & Luna non aspexerint Saturnũ, nec partem patrum aliquo aspectu, significat quòd pater deceptus est in illo nato: quia non est filius eius. In quacunque natiuitate diurna inueneris Capricornum ascendentem, et Solem in casu suo de domo uel exaltatione, aut Lunam de nocte in

ćte in ſuo caſu,& Saturnũ in domo Martis, ſignificat quòd natus ille non eſt filius illius patris,& quòd erit malus homo: eius pater fuit ſeruus, uel captiuus, aut uilis homo, aut quòd eis aſſimilatur.

De hylech datore uitæ. Cap. III.

IN hoc capite ualdè diſſenſerũt inter ſe ſapientes antiqui,& crebris digladiationibus tumultuarunt in hac re ualdè ſubtili,& profundæ ſpeculatiõis, cuius nos hîc dicemus rationes,& afferemus opinionem cùm Græcorum, tum Maurorum, & eorum qui ſunt de Layrachi: quarũ quãlibet in ſuo loco ſubijciemus, ubi & modum procedendi & opinionem Ptolemæi retulerimus. Nam Ptolemæus primùm aptabat gradum aſcendẽtis, poſtmodum minuebat de eo quinq; gradus, poſtea formabat domos ſuper illud. His ita formatis aſpiciebat quinq; hylech, (qui ſunt Sol, Luna, gradus aſcendentis, pars fortunæ,& locus coniunctionis uel oppoſitionis præcedentis natiuitatem,& planetæ uirtutẽ habentes in ſuis locis)& quẽ eorum inueniebat in aſcendente uel medio cœli, aut in undecima uel ſeptima aut nona domo, illum accipiebat pro hylech, nec admittebat pro hoc aliquẽ aliorum locorũ, nec ullo modo accipiebat pro hylech planetam exiſtentem ſub terra, niſi fuiſſet in illis 25. gradibus qui gradum aſcendentis ſequuntur, licet ſub terra ſint. Etiam accipiebat de die primũ Solem, & ſi eum non inueniebat aptum ad hoc accipiebat Lunam, & ſi Luna non erat apta accipiebat planetam potentiam habẽtem in loco Solis, uel in loco coniunctionis aut oppoſitionis præcedentis natiuitatem, aut in aſcendẽte. (Volo autem dicere quòd habeat ibi tres dignitates quicunq; uocatus fuerit dominus & potens illius loci, uel plures tribus dignitatibus in prædictis locis.) Et ſi nullum horum inueniebat, accipiebat gradum aſcendentis. Sed ſi natiuitas nocturna erat, accipiebat primũ Lunam ſi erat apta, alioquin Solem ſi erat aptus, alioquin planetam dignitatem habẽtem in loco Lunæ, uel in loco oppoſitionis præcedentis natiuitatem, uel in loco partis fortunę. Et ſi nullum horum aptum inueniebat, accipiebat ad ultimum, ſi natiuitas erat coniunctionalis, gradum aſcendentis, & ſi oppoſitionalis partem fortunæ. Et ſi ambo Luminaria & dominus cõiunctionis, (ſi erat in die) uel oppoſitionis (ſi erat in nocte) in locis aptis inueniebantur, & commodis ad conficiendum hylech, primùm accipiebat ex Luminaribus fortius & magis firmum. Eſt autem illud maioris dominij quod primum eſt in medio cœli, poſt illud quod inuenitur in aſcendente, deinde illud undecimæ domus, poſt illud ſeptimæ, & tãdem illud ꝙd uerſatur in octaua domo. Hæc eſt de hylech opinio Ptolemæi, à qua alij ſapientes plurimum diſſentiunt proprias quaſdã ſuas inuentiones ſequentes. Quorum omnium maior pars concordat & incipit in natiuitatib⁹ diurnis à Sole, & aſpiciũt & ſi ſit in aliquo angulorum aut in ſuccedenti, & in ſigno maſculino, & in quarta maſculina, & aſpiciat aliquam dignitatum ſuarum, faciunt ipſum hylech. At ſi ita nõ fuerint, nec aſpexerint aliquam dignitatũ ſuarum, non erit aptus pro hylech. Progrediens ergo tu & perquirens hylech, aſpice Lunam, & ſi eam inueneris in angulo uel ſuccedenti, & in ſigno fœminino, & in quarta fœmina, & aſpexerit aliquam dignitatum ſuarũ, accipe eam pro hylech, alioquin non erit apta pro hylech. Et tũc aſpice natiuitatem, & ſi fuerit coniunctionalis, accipe hylech à gradu aſcendentis. Et ſi dominus aliquis habens ibi aliquam dignitatem aſpexerit gradum illum, accipe eum pro hylech. Sed ſi aſcendens non fuerit aptum, perquire hylech à parte fortunæ: quæ pars fortunę ſi nõ fuerit apta, perquire hylech à loco coniunctionis uel oppoſitionis præcedentis natiuitatem. Et ſi nec hi fuerint apti, natiuitas non habebit hylech, ſed oportebit te neceſſitate impulſum redire ad digerendum per athazir loca hylech ad loca infortuniorum, & ad radios eorum, & ibi inuenire locum finis. Sed ſi natiuitas fuerit nocturna, perquire ordine hylech à Luna, ſicut incepiſti perquirere in diurna natiuitate à Sole, & ſi eã inueneris in angulo uel in ſuccedenti in ſigno fœmínino, & in quarta fœmina, & aſpexerit eam aliqua dignitatum ſuarum, ipſa erit hylech: alioquin perquire hylech à Sole, & ſi inueneris eum in angulo uel ſuccedenti & in ſigno maſculino, & in quarta maſculina, & aſpexerit eum aliquis habens dignitates ibidem, accipe eum pro hylech: alioquin non erit aptus pro hylech. Et tunc ſi natiuitas fuerit præuentionalis, perquire hylech à parte fortunę, ſicut perquiſiuiſti à Luna & Sole: & ſi pars fortunæ non fuerit apta pro hylech, perquire hylech à gradu aſcendentis: & ſi nullus eorum fuerit aptus pro hylech, perquire hy-

lech à gradu coniunctionis uel oppositionis præcedentis natiuitatem: & si fuerit in angulo uel in succedenti, & fuerit aspectus ab aliquo habente ibi aliquam dignitatem ex quinq; dignitatibus, accipe eum pro hylech. Porrò si quando Sol fuerit hylech & non habuerit alcochoden, perquire hylech à gradu Lunæ: & si fuerit ille hylech & non habuerit alcochoden, perquire hylech à gradu ascendentis, si natiuitas fuerit coniunctionalis: & si gradus ille fuerit hylech & non habuerit alcochoden, perquire hylech à parte fortunæ. At si natiuitas fuerit præuentionalis, incipe à parte fortunæ, & si fuerit hylech & non habuerit alcochoden, perquire hylech à gradu ascendentis: & si ipse fuerit hylech & non habuerit alcochoden aliquis horum, perquire hylech à gradu coniunctionis uel oppositionis antecedentis natiuitatem; & si nullus eorũ habuerit alcochoden * quoniam natus nõ habet hylech nec alcochoden, est significatio uitæ ac durabilitatis paruæ. Nota quòd in hylech qui perquiritur ab ascendente, & à parte fortunæ, & coniunctione & oppositione, non aspicitur masculinitas signorum nec fœmininitas, similiter nec quartarum. Etiam dicunt quòd in parte fortunæ nõ ponunt almutez, nisi de domo & exaltatione & termino. Etiam maior pars sapientum asserit, quòd Luna in tertia domo apta est ut sit hylech, quoniam gaudet in ea. Similiter etiam dicunt quòd Soli in nona conuenit esse hylech, quia gaudet ibidem: & in hoc concordant cum opinione Ptolemæi. Zaradest uult quòd si quando Sol fuerit in duodecima domo, in domo sua uel exaltatione, aut in triplicitate sua in signo masculino, & applicuerit alicui habenti in loco illo dignitatem, & ille cui applicuerit non sit cadens ab ascendente, quòd ille tunc trahit uirtutem Solis & eius naturam ad suum locũ, & quòd tunc Sol sit aptus ad conficiendum hylech: & ille cui applicat habens dignitatẽ in loco in quo est Sol, aptus sit ad exhibendum alcochoden: quia quãdo Sol est in duodecima domo, coniungit se in rebus quæ sunt masculinitas loci & fortuna ascensionis. Et si fuerit ille de dignitate Solis in angulo aut in succedenti, & fuerit ex planetis applicantibus ad Solem & Sol nõ ad eos, & fuerit ille dominator applicans Soli, tunc Sol trahit uirtutem & potentiam illius planetæ, & extrahit ipsum de illo suo bono loco, & ponit eum in illo suo loco cadenti, quæ est domus duodecima, & tunc non conuenit eidem dominatori ut sit alcochoden, nec aliquid ualet ei applicatio eius ad Solem. In summa maior pars sapientum secundum Ptolemæum & Dorothium & Haomar filium de Alserchan, ponunt in dominatore & in hylech de quatuor conditionibus dominum domus, & exaltationis & termini & triplicitatis. Dorothius tamen solus separatim anteponit dominum triplicitatis domino termini. Ego autem præfero ordinem iam dictum. Dorothius asserit quòd si quando Sol fuerit in signo fœminino, & in quarta fœminina, q̃d non est aptus ut sit hylech, quia effœminatus duobus modis debilitatur. Similiter etiam dicit de Luna si quando fuerit in signo masculino, & in quarta masculina, quòd non est apta ut sit hylech, quia masculata duplici ex ratione debilitatur: tamen si (ut meam mentem addam) quando Sol fuerit in signo fœminino, & in quarta fœminina, aptus est ut sit hylech: & Luna similiter & hoc modo. Filij cuiusdam gentis dicunt quòd nona domus non est apta pro hylech, & ponunt domum octauam aptam pro hylech. Ego in meo libro quem nominaui Librum signalium seu notarũ, quia loquitur per signa & notulas, habet quinque capita de hylech & alcochoden: & ibi adduxi ex illis quos nominauit Zaradest & alij, quos extraxi ex suis hylech pro uirili cogitatione, & consideratione mea.

De alcochoden. Caput IIII.

QVemadmodum circa hylec hactercati sunt sapientes antiqui, ita non minori tumultu & negocio se mutuo exagitarunt in declaratione Alcochoden, dũ unus hanc opinionem ratam uoluit, alius aliam. Ptolemæus dicit quòd alcochoden est planeta habens maius dominium in hylech, & quòd ille planeta qui habet plures dignitates in hylech est alcochoden siue aspiciat siue nõ aspiciat ibi. Dorothius tamen non ponit alcochoden præter illum qui habet dominium in hylech, & qui eum aspicit, etiam ponit dominum termini antequam dominum domus, & quàm dominum triplicitatis. Et si fuerint duo, tres, uel quatuor qui ibi aspiciant, aptior eorum est habẽs ibi plures dignitates. exemplum huius: Ponamus quod ibi sit planeta qui est dominus domus,

domus, & alius exaltationis & termini, & alius termini & triplicitatis & faciei. Ibi facile intelligere est, quod ille qui habet tres dignitates, est aptior eo qui solas duas habet: ut & ille q habet quatuor aptior eo est qui habet tres. Ad hæc si æquales fuerint in numero dignitatum, aptior eorum est qui habuerit dignitates in duobus hylech, aut in pluribus duobus: maximè si dignitates de die fuerint in Sole, & in gradu ascendentis, & in gradu coniunctionis: & de nocte in Luna, & in parte fortunæ, & in gradu præuentionis: etiam erit ille aptus pro alcochoden si aspexerit uel quasi. Sed Ptolemæus solus seperatim ponit illum, qui habet maius dominium & maiorem dignitatem in hylech pro alcochoden, licet non aspiciat. Et si æquales fuerint in toto eo quod diximus, accipit illum qui fuerit magis prope angulum & rectum, aut illum qui fuerit in suo haiz, uel in sua dignitate: quoniam illum accipit potius quàm extraneum. Et si fuerit de die, orientalem accipit potius quàm occidentalem: & de nocte econtra, illumuidelicet qui fuerit magis prope occidentem quàm orientem, & accipit inde sicut prædiximus. Etiam si quando aliquod Luminarium fuerit aptum ut sit hylech, & fuerit in domo aut exaltatione sua, illud habebit dominium hylech & alcochoden. Nota quod datum completum nõ dat alcochoden, nisi quando coniunguntur in eo quinque dignitates: & si aliqua earum defecerit, minuetur de suo dato completo una quinta. Etiam ex hac ratione prima harum dignitatum est anguli & succedentis, & ex angulis nobilior est ascendens, postmodum medium cœli. Secunda dignitas quòd sit in dignitate sua, & ex dignitatibus nobilior est domus, postmodum exaltatio: quoniam hæ saluæ & limpidæ sunt, sed triplicitas & terminus possunt accidere cum casu & de casu. Tertia dignitas est haiz, quarum melior est quæ super terram. Quarta dignitas est directio. Quinta est orientalitas, & harum quælibet habet contrarium suum, in quibus si quando alcochoden fuerit, minuetur quintum dati sui. Contraria sunt hæc, casus ab angulo, oppositio anguli, peregrinatio, oppositio dignitatis, non esse in suo haiz est contrarium haiz, retrogradatio est contraria directioni, occidentalitas est contraria orientalitati. Magna pars sapientum dicit, quòd si quando alcochoden fuerit in angulo, dat annos suos maiores: & quando in succedenti, dat annos suos medios: & quando in cadenti ab angulo, dat annos suos minores. Alia pars sapientum, quorum unus est Albatæ genus, (cum quo ego concordo, & eo modo ut ipse operor & doceo in hoc capite alcochoden) dicit quòd si quando alcochoden fuerit in ascendente, uel in medio cœli, & fuerit in dignitatibus suis, & in eo quod conuenit ei de masculinitate uel fœmininitate, & de diurnitate uel nocturnitate, & fuerit liber à retrogradatione uel combustione: uel si quando fuerit in undecima domo aut quinta, & habuerit has bonitates modò dictas, & unam aliam ultra, tunc dat annos suos maiores. Sed si alcochoden fuerit in septima domo uel in quarta, & habuerit bonitates modò dictas in ascendente & medio cœli: uel si fuerit in nona domo aut in tertia, & habuerit bonitates iam dictas in undecima & quinta, dat annos suos medios. At si alcochoden fuerit in secunda domo uel octaua, & habuerit dignitates modò relatas in ascẽdente & medio cœli: uel si fuerit in sexta aut in duodecima, & habuerit bonitates modò dictas in undecima & quinta domo, tunc dat annos suos minores. Alij dicunt similiter circa ueritatem uersantes, quòd si quando alcochoden fuerit in ascendente uel in medio cœli, aut in undecima domo uel quinta, & habuerit omnes dignitates quinque suprà dictas, tunc dat annos suos maiores. Sed si fuerit in septima domo uel quarta, aut nona uel tertia, & complementum habuerit bonitatum, tunc dat annos suos medios. At si fuerit in secunda domo uel octaua, aut in sexta uel duodecima, & habuerit bonitates prædictas, dat annos suos minores. Et perfectio eius est quando completur ei datio quatuor bonitatum, ut si sit directus & in dignitate sua & in suo haiz & orientalis: & si una istarum minuetur, quartum minuetur sui doni. Sic & in cæteris additur minuiturque ut dictum est. Ille qui fecit Yndidech & quique fuit ex potentioribus dicit: Si quando ambo Luminaria fuerint in termino unius planetæ, & ille planeta fuerit in gradibus ascendentis, ita quòd inter eum & gradum ascendentis sit minus quindecim gradibus, & sit orietalis à Sole, uel occidẽtalis à Luna, & in tertio aspectu eius, tunc ille planeta erit aptus pro alcochoden.

choden. At ego dico quòd planeta qui habuerit unam dignitatẽ et fuerit orientalis, est aptior eo qui habuerit duas dignitates et fuerit occidentalis: tamen ille qui tres dignitates habet, aptior est orientali habente dignitatem unam, nisi fuerit cadens ab angulo, uel ingrediens sub radijs Solis antequam prætereant septem dies. Non utile est accipere Lunam pro hylech neq; pro alcochoden, ea ingrediẽte combustionem: idemq; de alijs planetis sentio. Nec etiam consulo aspicienti in hac scientia, ut iudicet festinãter de uita, donec sciat ueridicè si natus possit complere nutritionẽ, et si possit uiuere uitam uel non: quoniam recti sensus et bonæ considerationis est aspicere et iudicare in capite Nutritionis, priusquam perquiratur et aspiciatur hylech et alcochodẽ. similiter etiam boni sensus et rectę optionis est aspicere primùm in natis natiuitates parentum, cuius fuerũt filij et cuiusmodi generatio eorum: quia multos uidi habentes domum filiorum damnatã. et quotquot nascebantur ex eis moriebantur, licet natus nõ haberet significationẽ moriẽdi. Quare nõ obliuiscaris hoc, sed considera in huiusmodi casu ante nutritionẽ & antequam inipias uitam uel hylech. Scito etiã quòd iudiciũ Astronomiæ est in duobus modis, quorum alter profundus et subtilis, ad cuius finem quis facilè peruenire non potest. Alter est manifestus et magnus, in quo nõ potest esse securus bonꝰ, quin erret. Sapiẽtes quoq; duarum cõditionum sunt, quoniam alij percipiunt, patiuntur & acuti sunt, nec obliuiscuntur alicuius rei, & cauent sibi in dictis & iudicijs suis, & propterea insignes euadunt, & à rebus publicis aluntur. Alia conditio hominum est pigrorũ, debilium, intelligentiũ res grossomodo, & nõ considerantiũ omnes rerũ causas, ꝓpter ꝗd cespitãt & errant. Præterea scientia Astronomiæ habet amicum & inimicum. Amicus est qui credit quòd sit ueridica, licet perducatur ab ea ad res magnas & quas pati uel complere non potest: inimicus est qui uituperat eã nec credit eam tantum posse sed damnans ipsam rider, licet in multis rebus certificetur de ea. Etiam si quando unus habẽtium dignitates in hylech, aspexerit hylech ex uno duorum graduum facientiũ dies æquales, uel graduum habẽtium ascensiones æquales, aptus erit ut sit alcochoden. Atque hanc opinionem sequebatur magna pars sapientum antiquorum, quam ego experitus sum, & hoc modo iudicaui in quadam natiuitate diurna, cuius Sol erat in uicesimo primo gradu Arietis, & omnes domini dignitatum Arietis erant ab eius aspectu remoti, & inueni dominum Arietis in nono gradu Arietis, & accepi eum pro alcochoden, & sic iudicaui per eum, quod postea ad experientiã ueritatis progressum est. Etiã attulerunt mihi quandam natiuitatem de Zezilla, & qui eam attulerunt, dixerunt ꝙ Astrologi ciuitatis illius non poterant eis inuenire alcochoden, & quod natiuitas diurna erat, & Sol in Geminis & ascendens Gemini, & omnes planetæ remoti ab aspectu signi Gemini, nec alios hylech aspiciebant aliqui dominorum suorum. Quibus omnibus auditis aspexi, & inueni Mercuriũ, qui est dominus domus Solis in Cãcro, in gradu faciẽte diem æqualem cum gradu in quo fuit Sol, & iudicaui quòd Mercurius esset alcochoden, & daret de uita uiginti annos, qui sunt anni sui minores: & ꝙ Venus ei adderet octo annos, quia erat prope eum ad paucos gradus. Nec negligas neq; obliuiscaris hanc rationem, quia per naturam cœli & eius formã uerificatur & certificatur. Etiã maior pars sapientũ huius scientiæ dicit, ꝙ quando alcochoden est in angulis, dat annos suos medios: ut quum in cadentibus, dat annos suos minores: nec dat augmentum alicui angulorũ super alium, nec alicui succedentiũ super aliud: quod error est, ꝗa modò dicta ratio est ueridica, & ea operor & procedo. Zaradesit dixit: Quãdo dominorum dignitatũ hylech nullus aptus fuerit pro alcochoden, & natiuitas fuerit diurna, & hylech fuerit gradus ascendens uel pars fortunæ, aspice si planetã aliquẽ inueneris orientalem in suæ orientalitatis principio, ita quòd nõ sit alius planeta uicinior eo in oriẽtalitate, nec qui sit eo minor tempore separatus à Sole: & si planeta ille fuerit in angulo uel in succedenti, aut aspexerit hylech uel ascendens, ualet tantũ quantum alcochodẽ: quod unum est ex secretis profundis huius scientiæ: quoniã cõuenientia huius planetæ non est, nisi quia natura eius concordat cum natura ascendentis, & cum natura Solis in oriẽtalitate præcipuè, & nõ in alio. Ptolemæus, sicut diximus, nõ accepit hylech alio modo quàm super terram, & in 5. locis prædictis, & rejcit ex illis super terram duodecimã & octaua, dicens

quòd

q̃uòd non conueniant cum aſcendẽte: uult dicere quòd id quod eſt inter duodecimam domum & aſcendẽs, ſunt triginta gradus, & triginta non habent partem proportionalem ad trecentos ſexaginta gradus cœli. Similiter ab octaua domo uſque ad aſcendens ſunt centum uiginti gradus, & hi centum uiginti gradus ſimiliter proportionem non habent ad trecẽtos ſexaginta gradus cœli, ut uidere licet & manifeſtum eſt. Similiter reijcit quod eſt ſub terra, cùm non admittat ibi hylech, quia locus eſt tenebrarũ, & uita non eſt niſi per lucem & uiſionem aëris. Tamen ego miratus ſum de eo quod non accipit hylech in octaua domo, licet non aſpiciat, quum ipſe accipiat dominos hylech non aſpicientes pro alcochoden, ſimiliter eos qui addunt in uita ſine aſpectu. Hæc uidetur diuerſitas ſuijpſius, de quo miratus ſum, nec aliquem uidi nec audiui qui cõtradicat mihi in hoc quod dico de Ptolemęo. Benedictus tamen & laudatus ſit ille qui eſt cognitor ſecretorum. Similiter diſcordat ſuper hac ratione in alia re, quum dicit uidelicet quòd ambæ fortunæ quando aſpiciunt alcochoden, qui eſt dator uitæ, addunt ei annos ſuos minores ſecundum elongationem ſuam ab aſcendente. Exemplum huius ſit fortuna aſpiciens alcochoden. quę ſi fuerit in aſcendente, addit ei annos ſuos minores completos: & ſi fuerit in duodecima domo, addit ei quinque ſextas annorum ſuorum minorum: & ſi fuerit in undecima, addit quatuor ſextas annorum ſuorum minorum: & ſi fuerit in decima, addit medietatẽ annorum ſuorum minorum: & ſi fuerit in nona, addit ei tertium: & ſi fuerit in octaua, addit ei ſextum: at ſi in ſeptima, non addit ei aliquid. Et quum accipiat à duodecima & octaua domo illos qui addunt, & non inde hylech, diſcordat in radicibus ſuis.

De ſignificatione alcochoden quando non habet bonitates completas.
Caput V.

IN præcedenti capite huius partis quarto, multa et uaria ex bonis authoribus ſuper alcochoden adduximus ratiões, eorundemq; cauſas recitauimus, ut cuilibet legenti pateat modò dicemus de alcochoden ſpecificato et ſingulari. Variè accipit alcochodẽ, et ex uaria cauſa, et ſecundũ ſuas poſitiones uarias res denotat. Quorũ cognitionẽ nullus niſi huius artis et diſciplinæ feliciſſimus rationẽ inuenire poteſt. Multi multa de alcochoden ſomniãt: hicq̃ue extrahit ex hac parte, et alius ex prępoſiti ſigni ratione, alius ex alia ratione ſignificatiões colligit: quarũ omniũ rationẽ reddere, uel cõſcribere ſi ſit neceſſe, nõ modò laborioſum, ſed producẽt hoc noſtrũ opus in infinitũ. Adduximus in præcedenti capite rationes Ptolemæi, quæ ſi fortè non omnibus ſuffecerint, inuenimus nobis alias rationes, eaſdemq; ibi ſubſcriptas dabimus, expectantes ſi quis fortè uelit huiuſmodi noſtris præſcriptionibus occurrere, et dicere nos non bene hanc noſtram conſcriptionem ſtellarum compoſuiſſe. Verſamur, ut dictum eſt, in deſcriptione et definitione alcochoden, cuius ueras cognitiones tradere in præcedenti capite cùm ſtuduerimus, idem conabor in hoc capite agente de bonitate completa, et ſuis rationibus abſoluta. Si quando ergo alcochoden fuerit combuſtus, & ipſe tens ad Solem, ita quòd non appareat, totam perdit ſuam ſignificationẽ & uim, quia quum eſt in hoc ſtatu, non denotat niſi dies uel horas, aut res quæ nomẽ non habent. Et terminus combuſtionis in planetis eſt iſte, ut ſi Saturnus fuerit occidẽtalis à Sole, & Sol fuerit ad eum, & fuerint inter eos quindecim gradus dum fiat orientalis à Sole, & fuerint inter eos decem gradus cõpleti. Etiã Iuppiter illud idem patiẽ & eodẽ modo ſuas ſignificationes firmat: Mars tamen ſi inter eum & Solẽ in occidente fuerint 15. gradus quouſq; fiat orientalis, inter eos ſint mouẽ gradus. Mercurius uerò facit ſua facta, & dat ſua dona completa quamdiu eſt directus, dũmodo non ſit appropinquans Soli minus ſeptem gradibus: nam à quinque gradibus uſque ad ſeptem & ſi quid det, non tamen dat completè, propter uires nondum reparatas ex perditiõe quã paſſus eſt in permeatione Solis uerſantis ibi quinq; gradus, comburentis & impediendis omnẽ uim & datum eius illorũ quinq; graduũ: quibus finitis dat aliqd ſed parum, at ubi tranſierit ſeptimum gradum, dat ſuum donum copioſum, amplum, & completũ. Idem facit Venus, excepto quòd quando apparet uiſibiliter ad quinque gradus tunc dat donum ſuum completum. Etiam Luna quando applicat Soli eundo ad eum, ſi fuerint inter eos quindecim gradus

debilitatur, & eius factum diminuitur, & dat modicam rem scilicet dies, & quod huic assimilatur: quoniã in applicatione ad Solem decem graduum, perdit suam uim & datum omnino, & à decimo usque ad duodecimum dat modicũ quoddam & debile propter passam in illis decem gradibus combustionem: ubi præteriuerit 12. gradum, dat suum munus & dies complete & perfecte. Casus qui est contrarius exaltationi aufert medium dati, & terminus huius casus est, ut si Sol uersetur in quinq; gradibus Libræ, quousq; transeat uicesimũ quintum gradũ ipsius in suo casu: & residuũ signi iudicabitur secũdum detrimentũ quod patitur dum est in opposito domus suæ. Et casus Lunæ est si fuerit in principio uigintiduorum graduum Libræ, usque dum transeat ad finem termini Martis in Scorpione: & quod remanet de signo Scorpionis iudicabitur iuxta detrimentum passum. Saturnus quoq; est in suo casu à principio duodecim graduum Arietis, donec trãseat uicesimum sextũ gradum ipsius Arietis: & residuum signi secundum detrimentum passum iudicatur. Iuppiter est in suo casu à primo gradu Capricorni usque ad complementum uiginti graduum ipsius, & residuum signi iudicatur secundum magnitudinem detrimenti. Venus est in suo casu postquam transiuit terminum Iouis, qui est usque ad uicesimum primum gradum Virginis. Mars est in suo casu à nouemdecim gradibus Cancri usque ad finẽ eiusdem, & in principio signi iudicat secundum detrimentum. Mercurius est in suo casu, à principio octo graduum Piscis usque ad complementum nouemdecim graduum ipsius: & in residuo eiusdẽ signi iudicat tanquã si esset in detrimento suo. Retrogradatio trium superiorum planetarum, à principio suæ retrogradationis quousque sunt in opposito Solis, aufert medietatem dati, & alia medietas remanet: & postquam transiuerit oppositionem Solis, aspice quot gradus & minuta eat regradando quousq; dirigatur, & quod fuerit aspice & iudica quã habeat partem proportionalem ad omnes gradus, quos debet regradari ab oppositione usque ad directionem, & tantum addas medietati dati: nam si dixeris gradus illos recte in suis minutis. & tali modo ut si quando planeta fuerit in principio suæ directionis, dabit rectè suum datum & completũ. At Venus & Mercurius quum incipiunt regradari, perdunt medietatem eius quod dant, quando sunt directi. Postmodum aspice quot gradus & minuta sint residui ad occultationem, & computa occultationem eorum rectè & quammaximè potes, quia Venus fortè uidebit habere inter se & Solem minus quinq; gradibus, & quando est apparens dat medium datum, nisi uideatur esse inter se & Solem minus quinque gradibus, tunc enim non prodest ei apparitio illa in hoc statu. Postmodum dirige illos gradus & minuta, postquam regradari cepit quousque occultauerit se, subtiliter & rectè, & diuide per medium dati quod remansit in modo prædicto: quia quando occultatur totum perditur eius datum, sicut diximus, quia nihil remanet ei. Et si quando Venus transierit Solem regradando ad oriens quinque gradibus, & apparuerit, da ei medium datum, & si non apparuerit nedes hoc ei donec transeat septimum gradũ & dimidium: quos ubi transiuerit da medium datum sibi nihil curãs utrum appareat nec ne. Postea diuide illud medium datum super gradus & minuta quæ remanserunt ab illo loco quousque dirigatur, ita ut si quando directa fuerit, dabis suum datum completum. De Mercurij uisione bene certificare nemo potest, propterea proceditur hoc modo: Si quando Mercurius discesserit à Sole septem gradus & dimidium, quod est diameter Solis, regradando tendens ad Solem, delet & obfuscat totum eius datum, nec aliquid dat ei quousque trãseat Solem ad oriens septem gradus, & tunc dat mediũ datum ei. Etiam fac proportionem in eo sicut fecisti in Venere, ita ut si quando fuerit in principio suæ directionis, dat suum datum completum. Scito quòd detrimentum quod est oppositionũ domus suę, nihil minuit ei, dat tamen debilitatem, lassitudinẽ, & infirmitates. Nota etiam pessimam omnium regradationem esse in Venere. Etiam q; regradatio refert similitudinẽ inobedientis, & cadens ab exaltatione repręsentat captum uel eum qui cecidit & remotus est à dignitate sua, & orientalis sicut ille cui datum est dñium, & iens ad applicationem est sicut ille qui attingit aliquam rem, & qui separatus est ab applicatione, est sicut ille qui perdidit aliquid, & stationarius in prima statiõe est sicut ille qui moratur in magno cogitatu nesciẽs qd faciat, & combustus non certificat aliquã ueritatem

nec

nec ſignificat rem ueridicam. Inſuper nota ꝙ de ſecretis occultis & ſignis abſconſis huius ſcientię eſt, quòd ſi quãdo alcochodẽ fuerit in gradu decimæ domus, dat annos ſuos maiores: & quando fuerit in gradu undecimæ domus, dat annos ſuos medios. Etiam ſi quando remoueatur ab uno iſtorum duorum locorum, & uadat ad alium, aſpice quot gradus ſint ab uno ad alium, & diuide ſuper eos annos qui ſunt inter eos annos maiores & annos medios. Exemplũ huius, ſtatuatur ꝙ gradus punctus decimę domus eſt tertius gradus Sagittarij, & Venus in alcochoden in decimotertio gradu Sagittarij: unde ſi ipſa eſſet in tertio gradu Sagittarij, qui eſt punctus decimæ domus, ſignificaret annos ſuos maiores: & ſi quando declinat ab illo puncto decem gradibus, minuemus annos eius medios qui ſunt quadragintaquínque ab annis eius maioribus qui ſunt octogintaduo, & remanebũt triginta ſeptem anni. Etiam ſi uolueris aſpice cuiuſmodi proportionem habeant illi gradus, quibus declinata eſt Venus à puncto decimæ, ad omnes gradus qui ſunt à puncto decimæ ad punctum undecimæ de gradibus æqualibus, qui ſunt triginta, & accipe talem partem de differentia annorum, & eam minue ab annis maioribus Veneris, & quod remanet erit datum. Etiam ſi alio modo facere uolueris, reduc differẽtiam totam ad menſes, & erunt quadringenti triginta duo menſes, eos diuide per triginta, & exibũt tibi quatuordecim menſes & duę quintæ unius menſis, & hoc eſt quod pertinet ad unum gradum: multiplica eos in gradus declinationis qui ſunt decem, & erunt centum quadragintaquatuor menſes, qui faciunt duodecim annos, atque hoc tale eſt quale illud quod exiuit de alia proportione: minue eos de octogintaduobus annis, qui ſunt ſignificationes Veneris ſi eſſet in puncto decimæ domus, & remanebunt tibi ſeptuaginta anni, quæ eſt ſignificatio Veneris quando eſt in iſto modo. Similiter facito ſi quando magis applicuerit ad punctum undecimæ domus, ita ut ſi quando fuerit in puncto undecimæ domus, ſignificat annos ſuos medios. Similiter etiã ſi ipſa declinet à puncto undecimæ domus uerſus duodecimam domum, minues annos ſuos minores ab annis ſuis medijs, & ſcies differentiam inter eos, & accipies ſimiliter proportionem ab ea ſecundum gradus declinationis, & eos minues ab annis medijs eiuſdem planetæ, & quod remanet erit ſignificatio ueridica, ita ut ſi quando fuerit in puncto duodecimæ domus, erit ſignificatio eius de minoribus annis ſuis. Nota etiam quòd de ſecretis in hac re neceſſariũ eſt, ſcire uidelicet materiam naturæ natí: quia ſine hoc iudicium complere non poteris. Exemplum: Si natum habueris cuius alcochoden ſignificet ei medios annos alicuius planetæ, & ille natus fuerit in uilla quæ in radice habuerit partitionem cœli ſuper longas uitas, ita quòd admodũ pauci uitæ breuis inueniuntur ibidem, iudica illi nato annos ſuos maiores, licet alcochoden det ei medios. Similiter ſi natus fuerit de progenie quæ habuerit partitionem cœli & planetarum ſuper longam uitam, iudica etiam maiores annos, licet alcochoden det annos medios: quía radices ſignificationum ſunt fortiores quàm rami. At ſi natus fuerit de ciuitate aut progenie, quæ habuerit partitionem cœli & planetarũ ſuper breues uitas, contrarium iudica. Zehel Alfadal filius dixit: Si quando aliquis planetarum ſuperiorum fuerit alcochoden & orientalis, cuſtodit annos ſuos maiores. Et Sol & Saturnus in die ſimiliter cuſtodiunt annos ſuos ſecundum naturas ſuas, & in nocte ſignificant tres quintas annorum ſuorum. Mars quoque in die ſignificat tres quintas annorum ſuorum, & in nocte annos ſuos cuſtodit: maximè ſi qnando fuerit in aſcendente uel in medio cœli aut in domo fortunæ uel in angulo occidentis, tunc enim ſignificat annos ſuos completos. Etiam ſi qñ fuerint occidentales uel retrogradi, aut in diuerſitate naturarum ſuarum ex diurnitate uel nocturnitate, ſignificãt annos ſuos minores. Si qñ Venus fuerit oriẽtalis & apparens, ſignificat diminutionẽ annorũ ſuorum minorum, & minuit ex eis qualibet die qua minuit de ſua retrogradatiõe quatuor annos & decem mẽſes: & ſi ſit in ſuo curſu aſcendẽs, tunc aſcendet in ſuis annis minoribus. Similiter Mercurius ſignificat annos ſuos minores, ſi quando inueniatur in eiuſmodi ſtatu, cuiuſmodi de Venere modò diximus: & ſi quando fuerit occidentalis cuſtodit annos ſuos qui ſunt 76. etiam ſi quãdo fuerit ſtationarius uel diminutus, aufert de ſuis annis maioribus qualibet die ſuę ſtationis uel ſuæ diminutionis, duos annos & nouem menſes: & hoc facies poſtquã ſubtraxeris

traxeris numerum annorum suorum minorum de annis suis maioribus. Etiam aspice significatorem à sua occultatione usq; ad suam apparitionem, & cõsidera si uadit uelociter aut tardè: quia si uideatur apparere ad septem dies, & Mercurius fuerit significator, custodit annos suos minores: & si septem dies uideatur ingredi sub radijs, denotat de numero id quod significauit significator quãdo est occidentalis: quod euenit quando dominium est Solis & Lunę, & sunt in angulis, & sui domini similiter. Tamẽ si significator fuerit in quinta domo uel quarta, & ille significator fuerit planeta noctturnus, & fuerit in sua dignitate, significat seruationem & custodiam annorum suorum. Sed si fuerit extra dignitatem suam, erit significatio sicut de diminutione diximus. At si fuerit ille significator planeta diurnus, & in p̃dictis locis, significat annos medios: & si his ita habentibus aliquo damno fuerit affectus per casum exaltationis, uel quod ei assimilatur, significat annos minores. Etiam si significator planeta diurnus fuerit & in octaua domo uel nona, & in exaltatione uel domo sua oriẽtalis à Sole, maximè si ascendit ad angulum decimæ, quod credimus esse melius quàm ad angulum septimę, licet fuerit in alio signo: etiam si quando fuerit in gradibus octauæ & in triplicitate sua, significat annos suos medios, uel fortè significabit annos suos maiores, si fuerit in domo uel exaltatione sua. Veruntamen quod nos uidimus eum significare in hoc statu, sunt anni medij. Et si in his locis diuersus fuerit à suis naturis, aut in signo fœminino, uel in locis in quib. debilitatur, tunc significat annos suos minores. Similiter si quando nocturni occidentales fuerint à Luna, & in secũda domo existentes iam super gradum secundę domus, significant annos suos maiores. Etiam si quando fuerint super gradum secundæ domus, & in dignitatib. suis occidẽtales à Luna fortunæ, maximè significãt annos suos medios. Etiam si quando fuerint in signis masculinis nec habentes ibi dignitatem, significant annos suos minores: & si ad hoc damnati fuerint ex casu exaltationis, aut ꝙ sint sub radijs Solis, horas tunc significãt. Etiam si quando fuerint in tertia domo in dignitatibus suis occidentales à Luna, maximè in exaltatione uel domo, significant tunc annos suos medios, quos augebis uel minues hoc modo, uel secundũ quod minuunt hę terminationes. Sed si adfuerit Luna, & separauerint se à cõiunctione, significat annos suos maiores. Et si fuerint in aliqua ex duabus quadraturis cõiunctionis, significat medium annorum suorum maiorum. Etiam si fuerit in oppositione, significat annos suos maiores. Sed si quando fuerit diminuta, significat annos suos minores. Ego dico quòd si quando alcochoden uim suam dederit alicui planetæ forti, & ille planeta receperit lumen eius non reddens illud, ibi relinque illud alcochoden, & accipe pro significatore ac datore uitæ illum receptorem, maximè si fuerit in bono loco. Etiam dicit una pars sapientum: Accipe ascendens uice alcochoden in omnibus factis, cui addes, & eum minues secundũ planetas aspicientes ipsum, & applicantes ad eum.

De additione Alcochoden & eius diminutione. Cap. VI.

AMbæ fortunæ Iuppiter & Venus, si quãdo aspexerint alcochodẽ de tertio uel sextili, uel corporaliter iungantur cum eo, addunt ei secundum numerum annorũ suorum minorum annos, uel menses, uel dies, uel horas, secundum uirtutes uel debilitates eorum. At ambo infortunia Saturnus & Mars, si quando iungantur corporaliter cum alcochoden, uel ipsum aspiciant de oppositio aut quarta, minuunt ei numerum annorum suorum minorum. Sed si quando Mercurius fuerit cum fortunis addentibus alcochoden, addit ipse similiter numerum annorum suorum minorum: & si quando fuerit cum infortunijs minuentibus alcochoden, minuit etiam partem suam. Etiam Mars & Saturnus, si quando aspexerint de tertio à signis breuium ascensionum, aut de sextili à signis longarum ascensionum, minuũt. In summa dico quòd infortunium non poterit ostendere opus suum, quando ambo Luminaria superne & infernè id cogunt: & maximè Saturnus separatim & solus, qui est planeta tenebrositatis & nigredinis. Etiam dicitur quòd fortunę addunt de oppositione & quarta: tamen maior pars sapientum perfectorum non concordauit in istis duobus aphorismis: quoniam ego dico quòd Sol minuit in quarta & oppositione numerum annorũ suorum minorũ, et addit in 3. uel sextili. Similiter summũ ꝙ minuit

nuit Sol alcochodē & abſcindit, eſt quādo iūctus eſt cum Marte: & hoc facit propter cōiunctionem calliditatū ſuarum. Multi etiam ex aſtrologis cùm antiquis tū modernis inter ſe conferentes dicunt, quòd Luna fortunata addit de tertio uel ſextili annos ſuos minores. In Capite tamen & Cauda diſſentiunt inter ſe diſcordia magna, quia unus eorum dicit quòd ſi quādo Caput fuerit cum alcochoden, & fuerint inter ipſum & alcochodē uſq; ad duodecim gradus, addit ei quātum eſt quarta pars annorū quos ſignificat alcochoden, & quòd Cauda tantum minuit iſto modo. Albumaſar diſputans ſuper hoc negocio aduerſatur ſibimet ipſi in libro ſuo de hylech & alcochoden, ubi dicit quòd Caput & Cauda addunt & minuunt: cùm in libro minori natiuitatū nō loquatur de eis, nec ipſis attribuat nec additionem nec minutionē. Rurſus in libro ſuo de Aphoriſmis, dicit quòd nullo modo addunt nec minuunt. Similiter dicit in libro illo q̄ infortunia quando recipiunt ſignificatorem, non minuunt eum ſed ei addunt. Et q̄ ſi qñ aſpexerint ſignificatorē ab angulis non applicando ei, non minuunt: ipſa tamē eum ſubire faciūt pericula & labores. Etiā quòd ſi quando fortunæ aſpexerint ab angulis, non addunt niſi receperint ſignificatorem uel ſignificator eas, & quòd additio uel minutio non fiat, niſi per applicationē. Etiam dicit quòd ſi quādo ſignificator fuerit in angulo fortis, & infortunia applicuerint ad eum, & infortuniū ei applicans fuerit cadens ab angulo, nō habebit potentiā rem aliquam minuendi. Etiam dicit quòd ſi quādo ſignificator fuerit corporaliter iunctus cū Sole, addit ei annos ſuos minores, idq; ſi fuerit in bono loco: ſed ſi non fuerit in bono loco adimet ei tertium annorum, quod ſignificabat ſignificator. Arabari dicit, q̄ ſi ſignificator fuerit in combuſtione, deprimitur ab annis maioribus ad medios: & ſi cum eadem combuſtione fuerit in caſu exaltationis, deſcendet ab annis mediis ad minores: & ſi iungatur ei cōbuſtioni caſus & retrogradatio, natus ille non guſtabit cibū nec uiuet. In ſumma omnes ſapientes huius ſcientiæ fatentur quòd ſi natus nō habuerit hylech, & habuerit aliquam duarum fortunarū in aſcendente uel medio cœli, poſſibile eſt quòd uiuat ſecundū quantitatem annorū minorū illius fortunæ quæ uitam ſignificauit, niſi gradus aſcendentis et Luna fuerint infortunati, uel fuerit eadem fortuna dña domus mortis: quoniā tunc ſignificat modicā durabilitatē & uitam breuem. Filius Arfaſan iubet nos in malè affecto hylech & diminuto p ecclipſim & per infortunia, aſpicere grad⁹ qui ſunt inter hylech & eū qui ei ecclipſim attulit, uel inter hylech & infortuniū q̄d ipſum infortunauit, uel infortuniū quod cōiunxit ſe corporaliter cū eo: & ſi uiderimus q̄ natus ſit nutriendus, multiplicabimus illos gradus in 12. & q̄d exierit erit numer⁹ annorū illius nati. Hoc idē accidit in natiuitate Iafar filij Ieſſię, quoniā Luna hylech erat & ecclipſim paſſa in Cauda, & erant inter eos, id eſt, inter infortunantē & Lunam 3. gradus, quos multiplicauit tertio in 12. & fecerunt 36. unde uita eius fuit 36. annorū. Ioſtię filius Abennanzor, per Aozaſan, & per Aztaratum, & per eos qui fecerunt librum experimentorū, dicit q̄ quādo inueniebāt planetā in ſuo termino ſigni domus ſuę, & q̄ eſſet à gradu medij cœli uſq; ad cōplementū 5. graduum domus fiducię, aut ſuper gradum aſcendentis per duos gradus & medium uſq; ad 9. gradus, ab eo aſpiciebant quod ſupererat ei de gradibus ſui termini, & addebant dato eius quod dabat de quolibet gradu annum unum: & ſi fuiſſet in quarta uel quinta dabant cuilibet gradui menſem unum: & in nona & tertia dies, & in ſecunda & octaua horas. Sapientes de Feriz dicunt quòd additiones erunt per aſpectus & non per applicationes Solis, & ſecundum quantitatē graduū longitudinis qua applicatus eſt alcochoden uel remotus ab eo addet: uult dicere quòd ſi quando fuerit in ſuo tertio uel ſextili gradu, quod per gradum addit ſuos annos minores & completos: & ſi fuerit remotus ab eo decem gradus, minuet ab illis annis minoribus ſecundum proportionē 10. & 30. quod eſt tertium. Similiter & hoc modo ſi gradus fuerint plures uel pauciores, erit diminutio annorum ſuorum ſecundum proportionē graduum illorū ad tricesimum. Opinio uerò Ptolemæi eſt quòd additio fiat ſecundum quantitatē luminis planetæ ab aſcendente: uult dicere quòd ſi planeta fuerit in gradibus aſcendentis, addit annos ſuos minores completos, & uadit diminuendo quouſq; ueniat ad gradus decimæ domus, & tunc addit in illis gradibus decimæ domus medium annorum ſuorum minorum. Et ſic minuens iſto modo progreditur quouſq; perueniat in gradibus ſeptimæ domus ubi perficitur additio: quia 7.

domus

domus nihil addit. Rursum addidit quòd si alcochodē fuerit in domo alicuius planetæ, & infortunium fuerit in quarta alcochodē de altera domo ipsi⁹ planetę, (sicut sunt Gemini uel Virgo uel Pisces & Sagittarius) tunc infortuniū nihil minuit. Etiam si quando alcochodē fuerit sub radijs Solis, non poterit additionem recipere fortunarum, nisi fuerit in taziuū, tunc em̄ est fortunatissim⁹: si fortuna fuerit fortuna. & infortunium infortunium: quod ego nō probo, sed dico quòd taziuum est infortunatissimum supra modum. Filij Mitregitū dicunt quòd oppositio aufert medietatem dati addentis infortunijs: uult dicere, (ut ostendā per exemplum): si ascendens fuerit Libra, & pars fortunæ hylech, & ipsa in Leone, & Iuppiter acolchoden in Sagittario, & Venus in septima domo ab ascendente: unde quando Venus est in opposito ascendentis perdit medietatē eius quod addit, & addit solummodo quatuor annos: quam opinionem nemo aliarum sectarum sequitur. Ego uerò dico quòd Caput & Cauda non addunt nec minuunt, sed fortificant & debilitant nec aliud faciunt, idque exemplo intelligibilium sapiētum de Nayraz in Astronomia, ex quorum numero Iahie filius Abenmasor, & Mahomath filius Algeh, & Azarony, & alij qui concordāt cum eis, ponunt ambo luminaria in tertia & nona Hylech, & dicunt de Alcochodenq; quando est in septima nō dat nisi annos medios. Azaroen in quadam natiuitate cuius ascendens erat Libra quindecim graduum, & Luna quindecim graduum Capricorni, & Venus & Saturnus ambo in decimoquarto gradu Piscium dicit quòd Luna erat eius hylech, & Saturnus alcochoden, quia erat dns termini & domus: ita posuit Lunam hylech, licet esset in quarta domo. Rursum in alia natiuitate cuius ascendens fuerunt Gemini & pars fortunæ in quarta domo Virginis, & Mercurius dominus eius aspiciebat eam de Sagittario, posuit ipsam partem hylech, & eius dominum alcochoden: quoniam Sol erat effœminatus à Capricorno, & Luna masculinata in Ariete: & accepit partē fortunæ pro hylech potius quàm Luminaria, licet esset in quarta domo, & Mercurijū haberet ei⁹ dñm pro alcochodē, & dedit ei annos suos maiores, cuius hæc sunt uerba: Ego expertus sum, & alq; dixerunt mihi quòd experti essent datorem annorum, qui est alcochoden in septima domo, non dare plus annis suis medijs quàm quod ei addiderint fortunæ uel minuerint infortunia: nec ipse accipiebat Lunā pro hylech in nona domo existentem in signo masculino. Rursum in alia natiuitate cuius ascendens erat Aquarius in tertio Veneris dixit: Et nō erat apta Luna ut esset hylech, & Sol in Ariete in exaltatione in tertia domo, quòd Sol fortificabatur per exaltationem & triplicitatem, & erat pro hylech aptus. Fecit ergo, ut audis, ipsum Solem alcochoden, & datum eius, ut ex his uerbis colligere licet, sunt anni sui medij: & Venus propter aspectum quem habebat inter eos, addebat ei secundum numerum annorum minorum octo menses, quia non erat receptio inter eos. Etiam in alia natiuitate cuius ascendēs erat Cancer & Sol in Geminis cadens, & Luna in exaltatiōe sua in Tauro, dixit quòd Luna fuisset hylech, & ipsamet alcochoden: quia erat cum ea Venus & Cauda, & dabat Luna suos annos minores: & quoniam Luna ibat ad finem Tauri ad coniunctionem corporalē Iouis, addebat Iuppiter secundum numerum annorū suorum minorum menses, nec poterat ultra menses quicquam petere Iuppiter, propterea q; erat peregrinus in fine signi quod erat terminus infortunij: & Saturnus existēs in octaua domo & aspiciens Lunam, minuebat secundum numerū annorum minorū menses, nec poterat ultra menses minuere quicquam, propterea quòd cadens erat in octaua domo & in Aquario. Et in alia natiuitate cuius ascendēs erat Scorpio, uigintiquinque gradus, dixit quòd perquisiuit in hac natiuitate hylech, & inuenit Solem in uicesimo tertio gradu Cancri effœminatū duabus uicibus, & quòd inuenit Lunam cadentem, & gradum ascendētis similiter cadentem & affectum ut Solem: unde respexit ad partem fortunæ, & inuenit eam in decimoquarto gradu Sagittarij: ex quo intelligit esse in ascendente, quia omnis planeta habens inter se & gradum ascendentis minus uigintiquinque gradibus, est nominatus in ascendente: & si plus uigintiquinq; gradibus fuerit inter planetam & gradum ascendentis, non erit nominatus in ascendente. Etiam licet fuerit in signo ascendentis, sed remotus à gradu plus uigintiquinq; gradibus, non erit nominatus in ascendente. uerbi gratia: Si ascendens fuerit gradus secundus alicuius signi, & aliquis planeta fuerit in uicesimooctauo gradu illius signi, ille

planeta

planeta erit nominatus in secunda domo & non in ascēdente. Accepit ergo partem fortunæ hylech, & non inuenit aliquem ex dominatoribus suis aspicientem eam præter Saturnum, qui erat in Libra in exaltatione sua cadens & in gaudio suo, & iudicauit quòd daret annos suos minores qui sunt triginta. Azarony dixit: Pars quædam sapientum dicit quòd Sol est uita animalis, unde si quando in natiuitatibus diurnis aspexerit ascendens alicuius nati, ille natus uiuere debet. Et isti nō perquirebāt aliud alcochoden præter Solem, & dirigebāt eum per athazir ad abscissores, & iudicabant per illum. Azaraffat dixit: Vita oīs rei natæ est ex gubernatione, & domus gubernationis est secunda domus: unde si quando ipsa fuerit ab infortunijs populata, nō uiuet ille natus, quia uita sine gubernatiōe esse nequit. Sed si secunda domus fuerit propagata à fortunis, natus ille gubernaculum & uitā habebit secundum tempus & potentiā fortunæ, nec et deesse poterit, licet significationes alię sint malè affectæ. Filius Iahin dixit: Si quando infortunium fuerit Incœlatum, nato illi non continget ullum bonum: etiā si quādo fortuna fuerit Incœlata, non poterunt et inferre damnum magnum infortunia. Lichach filius Cozalharany, qui docuit Memonem astronomiā dixit: Caput nō offendit Solem propter conuenientiam coloris eorum: & quādo Caput iungitur cum Saturno, idem prorendit quod Iuppiter: & si fuerit in secunda domo ab ascendente alicuius nati, erit maior domus regis uel officialis potentis & magni: & quando iungitur cum Marte, significat significationem Veneris & ipsius negocia operatur. Cauda præterea minuit fortunam à fortuna, & addit infortunium infortunio: & Caput addit fortunæ fortunā, ut ambo duo Nodi dānant & infortunant Lunam.

De athazir. Cap. VII.

FInitis & absolutis rationibus hylech & alcochoden, et quod de eis necessarium erat dicere, cōsequens est ut dicamus nōnihil de athazir, quod est finis & complementum huius rei, & petitur ab eo iudicium & operatio in uita, secūdum opinionem Ptolemæi & adhærentiū ei. Res per quas unanimiter sapientes uolūt fieri athazir, sunt quinq; hylech: & incipere primò debemus ab eo qui est electus pro hylech: ut si quando Sol fuerit hylech, scietur ab eius athazir uita & impedimenta atque status & dignitas nati in dominio & prosperitate sua, si quando applicuerit fortunæ, & malum & infelicitas si quando infortunio applicuerit, aut radijs eius prouenientibus de signo fixo uel mobili: & ex hoc scietur status nati. Etiam si quando Luna fuerit hylech, per suum athazir scietur uita, fortitudo, debilitas, & status matrum. Gradui uero ascēdentis debet fieri athazir siue ipse sit hylech siue non, quoniam ab eo scietur status nati in corpore suo, & in salute aut infirmitate ipsius: quia ipse est significator uitæ & animæ. Et dominus termini gradus est diuisor, & est nominatus Alcriustar. Etiā fit athazir parti fortunæ si quādo fuerit hylech, & scieē ex ea, ut diximus de Luna, saluatio, impedimenta & lucra in substantijs, & impedimēta in eis. Similiter fit athazir gradui coniunctionis uel oppositionis, ad sciendum impedimenta & fortunas. Ego etiam addo quòd similiter fieri debet athazir significatori substantiæ, & significatori fratrum, & significatori parentum, & significatori filiorum, sicut ascendēti & duobus Luminaribus: & si quando qs eorum applicuerit fortunæ uel radijs eius, iudica bonum & fortunam in re quam significat: & si infortunio uel radijs eius, iudica in re illa cōtrarium. Similiter fit athazir gradui decimæ domus, ad sciendum negocium & opus nati ac eius statū in dominio. Et illis horum qui fuerint in ascendente uel septima domo, fieri debet athazir per ascēsiones illę uel regionis uel ciuitatis, in qua extitit natiuitas illa: & illis qui fuerint in decima domo uel quarta, fieri debet athazir per ascēsiones circuli directi: & illis qui fuerint inter hęc duo loca, fieri debet athazir p ascēsiones acceptas inter ipsa duo loca, sicut distinximus & diuisimus in tabulis nostris, quas ex tenui ingenio nostro fecimus & nominare uoluimus Tabulæ soluēdi nodos & exponēdi aspectus: quoniam ibi ascensiones huiusmodi sunt distinctæ. Et hîc dicere uolumus de his pauca quædā & succincte, ut quæ in hac ratione tantum ualent ut tabulæ. Si quando uolueris scire ascēsiones cuiuslibet signi in qualibet domo ex domibus cœli, scias quòd quodlibet signum, quod ascēdit in terra alicuius latitudinis cū ascēsionibus aliquorum graduum, signum illud occidit in illa latitudine cum gradibus oppositi sui. Vnde si quando scire uolueris ascēsiones signi Arietis per omnes domos, accipe differentiam quæ est inter ascensio-

nes eius in oriente, & eius descensiones in occidente, & fac de illa differentia sex partes, & iunge unam partium ipsarum quę est sexta ascensioni Arietis in oriente, & erunt ascensiones eius in duodecima domo: & si adiungas aliam sextam ascensioni duodecimæ domus, erunt ascensiones undecimæ domus: & si adiungas aliam sextam ascensioni undecimæ, habebis ascensiones decimæ, quæ sunt circuli directi. Postmodū adiunge aliam sextā ascensionibus decimę, et habebis ascensiones nonę: & si adiungas etiam aliam sextam ascensionibus nonæ, habebis ascensiones octauæ. Postmodum adiunge eis aliam sextam, & habebis ascensiones septimæ domus. Postmodum minue ab ascensionibus illis unam sextam, & remanebunt tibi ascensiones sextæ domus: & si ab illis minuas aliam sextam, habebis ascēsiones quintæ: rursum ab illis aliam sextā minue, & habebis ascēsiones quartæ: & ab illis minue aliam sextam, & habebis ascensiones eius in tertia domo: & ab illis minue aliam sextam, & habebis ascensiones eius in secūda domo: & ab illis minue aliam sextam, & habebis eius ascēsiones in ascēdente eius, sicut prius habuisti illas easdem. Etiam hoc modo facito de Tauro et Geminis, quia eorum ascensiones in oriente minores sunt quàm eorum descensiones in occidente. Quoniam uero Cancri ascensiones sunt maiores in oriente & eius descensiones in occidente, minues minorem de maiori, & scies differentiam diuidendo eam in sex partes, & si minues unam sextam de ascensionibus Cancri in ascendente, quod remanserit erunt ascensiones eius in duodecima domo: & si minues ab illis aliam sextam, habebis ascensiones eius in undecima domo: & sic perge faciendo & minuēdo quousq; peruenias ad septimam domū. Postmodum adiunge ascēsionibus septimæ domus unam sextam, & eius ascensiones habebis in sexta domo: rursum aliam sextā adiunge illis, & habebis ascēsiones eius in quinta domo: & sic consequenter perge in cæteris addendo quousq; peruenias ad ascendens. Etiam ita facito de Leone, Virgine, Libra, Scorpione, & Sagittario, minuēdo sextas ab ascensionibus ascendentis usq; ad septimam, transeundo per medium cœli: & addendo illas à septima usq; ad ascensiones, transeūdo per quartam domum. Etiā facito de Capricorno, Aquario, & Piscibus, sicut fecisti de Ariete, Tauro, & Geminis æqualiter.

Postmodum si operatio tua fuerit inter ascendens & medium cœli, accipe ascensiones signi quod inquiris in illa regione, & ascensiones eius in circulo directo, & sciens differentiā quæ est inter eos & eam ad tertiā reducendo, minue illa tertia ab ascensionibus signi ascendentis, uel adde illis sicut conuenit longitudinibus ascensionū & earum breuitatibus, & exibunt tibi ascensiones illius signi in duodecima & undecima domo. Similiter facies de decima domo usque ad septimam, & à septima usq; ad quartam, & à quarta usq; ad ascendens. Nota q; athazir hylech & planetarum, est secundū ordinem signorum à principio signi incipiens & procedens usq; ad eius finem, præter in partibus & planetis retrogradis, quorū athazir est contra ordinem signorum: incipit enim à fine signorum & it uersus eorum principium. Opinio Ptolemæi & ei adhærētium, est quòd si quando fuerit hylech in octaua domo uel nona, athazir eius est similiter contra ordinem signorum: quod alij sapientes non concedunt, sed dirigunt illud directo modo. Etiam semper cū applicuerit ad corpus infortunij uel oppositionem aut quartam ipsius, iudica impedimentum & abscisionē, nisi aspexerit ibi fortuna corpore uel radio, idq; quammaximè si ille de quo sit athazir fuerit in termino infortuniorum in finibus signorum. Etiam chorda & radij stellarum fixarum, & alia quæ assimilantur eis, quæq; sunt de natura infortuniorum, interficiunt & impedimenta fortia & magna demonstrant, si non aspiciat ibi fortuna. Quarta Solis & eius oppositio facit illud idē. Similiter corpus Solis est abscisor & dator infortunij magni. Et Luna cum infortunata est abscindit ascendens, & ascendens abscindit Lunam propter differētiam et differentionem naturarum suarum, quę cōmutant ordinem Athazir diuersimode, uariē, & hoc modo: Athazir ascendentis, si scire uelis uitam alicuius, dabis unicuiq; gradui annum unum. Illud idem quoq; facies in alijs hylech & partibus, sed athazir reuolutionum dabis ad quoslibet triginta gradus annum unum. uerbi gratia: Ascendens cuiusdam nati fuit primus gradus Arietis, qui ad sextum annum applicuit ad primum gradum Virginis: unde totum signum Virginis erit gubernator totius anni illius, à principio usque ad eius finem. Sed si quando in illo signo ceciderint radij multorum planetarum, procedemus sic: Ponamus quòd

radij

radij Veneris uerberent in principio Virginis de oppositione: Venus ergo gubernabit in principio illius anni donec gradus applicationis applicet ad radium alterius. Etiam dicamus quòd radij quartæ Martis cadant in quinque gradibus Virginis: multiplicabis ergo quatuor gradus præteritos radiorum Veneris in duodecim & unam sextam,& exibunt tibi quadraginta octo dies & duæ tertiæ dierum: & tantum gubernabit Venus illo anno,& postmodum gubernabit eum Mars per radios suos qui cadebant in quinto gradu,donec applicet ad radios aliorum. Similiter dicamus quòd radij sextiles Iouis cadant in undecimo gradu Virginis: aspice ergo gradus quibus gubernauit quarta Martis,& inuenies eos sextã, multiplica in duodecim & sextam, & exibunt tibi octuaginta tres dies: & sic consequenter procede operando donec annus compleatur per radios cadentes in illo signo. Nota q̃ inter applicationem gradus cuius feceris athazir ad corpus infortunij uel radios eius,& inter applicationem infortunij cuius ex seipso feceris athazir ad gradũ uel ad partem,est in damno magna differentia: quoniam accessus gradus ad infortunium peior & potentior est,et plus damni affert quàm accessus infortunij ad gradum, qui sanè damnum infert sed nõ tantum nec æquale. Maior pars sapientum dicit quòd infortunij cui fit athazir,non apparet opus suum, & communiter planetæ cui fit athazir non apparet significatio boni uel mali, nisi gradus cui fit athazir,& gradus ad quẽ fit athazir,fuerint in una linea: tamen si diuersificabuntur debilitatur significatio eorum, & forte nõ apparebit de illa quicquã. Nec hoc necesse est nisi in athazir Lunæ & quinque planetarum, si quando habuerint latitudines extra circulum signorum. Verumtamen gradui Solis, & gradui ascendentis,& partibus, non est necesse aliquid huius, quoniam athazir eius fit per longitudines & per gradus ascensionum, sicut diximus: quia hi semper aspiciunt lineam zodiaci & nunquam separantur ab ea. Si quando tamen scire uolueris si gradus, de quo quæris facere athazir, est in una uia cum altero gradu ad quẽ dirigere uis athazir, quære gradum planetæ ad quem uis dirigere, an sit Luna uel alius planeta in longitudine, et in signo in quo est in natiuitate, uel in alia quacunque figura: quoniam hic est aptus eius locus & rectus. Postea quære declinationem illius gradus, etiam latitudinem illius planetę,& si ambo fuerint in una parte in septẽtrione uel in meridie, adiunge eos: sed si discordauerint, unusq; sit in septẽtrione & alter in meridie, subtrahe minorem à maiori,& quod remanserit uel quod de additione adiunctum inuenitur, est elongatio à circulo æquinoctiali ad partem maioris, si fuerint discordes. His ita peractis accipe quod exiuit,& intra tabulam declinationis,& si alicubi simile illius inueneris, accipe, quod fuerit in directo lineæ numeri,& in illo gradu suam circumferẽtiam faciet ille planeta. uerbi gratia: Luna sit in decem gradibus Tauri,& declinatio ipsius sint quindecim gradus & duodecim minuta,& latitudo Lunæ sit quatuor gradus in septentrione: adiunximus eos ambos, quia sunt ambo septentrionales: sed si alter eorum fuisset meridionalis, minuissemus unũ ab altero,& per adiũctionem facti fuissent nouemdecim gradus et duodecim minutæ unde hæc est elongatio Lunæ à linea æquinoctiali, si quando fuerit isto modo. Etiam perquisiuimus simile eius in tabula declinationis,& inuenimus in directo lineæ numeri finem uigintiquatuor graduum Tauri, propter quod factus est gradus circumferẽtiæ Lunæ, qui erat in longitudine in decem gradibus Tauri, in decimo quarto gradu ipsius. Vnde si quando dirigimus gradum ascendentis, uel gradũ alicuius partis, uel gradum Solis ad Lunam, nobis dirigere uolentibus ad corpus suum quod est in decimo gradu Tauri, nõ certificabimur isto modo ad corpus Lunæ: quia ipsa remota est circũferentia sua à uia athazir cum arcu circuli signorum, qui habet in longitudine quatuor decim gradus: nec significabit tũc id quod significaret corpus Lunæ, quando athazir cadit in eo. Sed si Luna fuisset in hoc loco sine latitudine, esset circumferentia eius in ipso eodem gradu, in quo ipsa fuit de circulo signorum in longitudine,& athazir eius caderet in circumferentia sua rectè,& quantum minueretur latitudo, tanto minor esset arcus ipsius. At si latitudo eius fuisset in meridie, minuissemus gradus latitudinis à declinatione,& quòd remansissent undecim gradus & duodecim minuta. Etiam si quando poneremus illud in tabula declinationis, exiret circũferentia eius ad uigintiocto gradus Arietis. Ex hac ergo computatione si Luna fuerit hylech, & uolueris facere athazir ad corpus fortunæ & infortunij, ex

trahe circumferẽtiam Lunę ſicut diximus, ſimiliter circumferentiam illius planetæ ad quem dirigimus Lunam per athazir: & ſi fuerint diſcordes in circumferentia, damnum non facient infortunium, nec fortuna profectum. Sed ſi cõcordauerint in una circumferentia, uerificabitur ſignificatio eorum ad damnũ, et certificabitur profectus. uerbi gratia, in circumferentijs eorum ponamus quòd Luna ſit hylech & in duodecimo gradu Arietis, & latitudo eius in ſeptentrione tres gradus & quadraginta quinq; minuta, & declinatio illius gradus quatuor gradus & quadraginta octo minuta in ſeptentrione: ſimiliter adiunximus hoc cum latitudine, et ſit totũ octo gradus & triginta tria minuta. Etiam ponamus q̃ Mars, qui eſt planeta ad quẽ dirigere uolum⁹, ſit in uigeſimo ſecũdo gradu Arietis nullam habẽs latitudinem, & inuenimus declinationem ipſius gradus octo gradus & triginta tria minuta: unde hic planeta erit in una linea cum Luna, quoniam ſi ponimus illos gradus quos adiunximus de Luna in tabula declinationis, exibit nobis indirectè uiginti duorũ graduũ Arietis: et ſic erit circulus Lunæ æqualiter in gradu Martis. Etiam ſi quãdo athazir applicuerit ad eum, applicabit ad gradum Lunæ directè, & ordinatur ex eo & uerificatur ſignificatio: & hæc eſt cõueniẽtia. Iſto modo operare in omnibus planetis & radijs. Etiã proiectiones radiorum cuiuslibet planetæ in qualibet parte, cadent in gradu ſimili graduí circumferentiæ radicis loci ſui, ſicut in exemplo dicto modò uidiſti, in quo Luna fuit in duodecimo gradu Arietis, & eius radij ceciderunt in uiginti duobus gradibus eiuſdem Arietis, & quarta eius erat in Cancro, & eius terminus in Leõe, & ſextilis eius ſimiliter iſto modo erat à loco ſuo. Etiam ſecundum operationem huius conſiderationis facies in coniunctione planetarum, ſi quando corporaliter coniungentur: eſt enim neceſſe ut ſcias diſconuenientias & diſcordantias eorum in circumferentijs & latitudinibus. Et ſcias quòd gradui circumferentiæ non applicat athazir nec proiectio radiorum, quoniam opus et radix non eſt niſi in eodem minuto gradus ſigni, in quo reſidet planeta: unde ſi cum illo gradu conuenerit gradus athazir, qui uadit ad eum in circumferẽtia, uel ſi ſit declinatio amborũ graduum in ſeptentrione, & ſecundum longitudinem aut breuitatem arcus qui eſt inter eos, erit eorũ potentia et debilitas in opere ſuo. Præterea ſi quando inueneris aliquem planetarum remotum à circulo declinationis in ſeptentrione & meridie, ſicut Mars ſi ſit in uiceſimoquinto gradu & quadraginta tribus minutis Capricorni, & latitudo eius in meridie ſeptem gradibus, & declinatio ſui gradus ſimiliter in meridie uiginti unis gradibus & uiginti unis minutis, quos ſi quando coniungimus fient uigintiocto gradus & uiginti unum minuta: tantum erit remotus à circulo declinationis. Et uia quam in hoc ſequi debes, eſt ut aptes ſimiliter elongationem hylech, ſicut acceꝑiſti illam Martis linea æquinoctiali, & ſi remotiones eorum fuerint æquales, ſcies q̃ ambo currunt in uno circulo: ſed ſi diſcordauerint, remotio quę fuit inter circulos eorum erit tanta quãta remotio inuenta in numero. Haly filius Abenragel dixit: Ego dico quòd Dorotheus & Albumaſar & Elhemedeni, & omnes alij qui eorum opiniones ſecuti ſunt, dicunt quòd remotio oppoſitionis inter duos planetas, quando latitudo unius eorum eſt ſeptentrionalis, & latitudo alterius meridionalis, non eſt applicatio propter diuerſitatem partium latitudinum. Quod ego reprobo & dico eos erraſſe iſto argumento uſus: Si quando aliquis planeta fuerit in ſecundo gradu Arietis, & latitudo eius ſeptentrionalis, & alius planeta fuerit in ſecundo gradu Libræ, & latitudo eius meridionalis, erit ueridica applicatio de oppoſitione: quemadmodum probauim⁹ in tabulis noſtris, quas iſto modo direximus & fecimus ſecundum conſiderationes noſtras. Exemplũ cuiuſdã nati uitatis, cuius aſcendens fuit Leo, & Luna fuit cum ſtella cardina, id eſt, nebuloſa, quę eſt in Cancro, & quando athazir Lunæ peruenit ad gradum aſcendẽtis, cęcauit natum in capite quadraginta annorum. Natiuitas alterius nati qui habuit partem azemena in tertia domo, & ſuum hylech fuit Luna in quarta domo: & quum pars azemena applicuit per athazir ad Lunam, cæcauit natum. Alia natiuitas cuius ſexta domus fuit uiginti duorũ graduũ Arietis, & eius hylech primus gradus Piſcium, & Mars in oppoſito hylech, & Venus ſimiliter aſpiciebat hylech: & quum athazir hylech applicuit ad gradum ſextæ domus, interfecerunt natum ſerui ſui, quia ſibi adhuc remanſerat de dato hylech & alcochodẽ, quantum anni minores alcochoden. Alia natiuitas cuius ſe-

xta

xta domus fuit uigintiocto graduum Libræ,& eius hylech in uicesimo gradu Virginis, & pars seruorum in opposito domini ascendentis,& dominus partis in opposito ascendentis: & quum athazir hylech applicuit ad gradum sextæ domus, suffocarunt natum serui sui & mortuus est. Alia natiuitas cuius hylech fuit Sol in nona domo, & quũ athazir medij cœli applicuit ad oppositionem Martis, suspensus fuit & mortuus est. Alia natiuitas cuius medium cœli fuit principium Piscis, & fortuna fuit in fine Piscium: quum ergo athazir medij cœli ad illam fortunam applicuit, acquisiuit regnum,& malè affectus fuit in eo per unum annum,& ubi reuolutio athazir permutauit se de uno signo in aliud, perdidit illud dominium in capite sequentis anni. In summa semper cum reuolutio athazir de uno signo adaliud permutatur, habet timorẽ natus in illa reuolutione: sed quandiu manserit in uno signo, non timebit. Hylech cuiusdam nati applicuit ad quartam Iouis,& ad quartam Martis in undecima domo, & natus ille combustus fuit in igne antequã perueniret ad terminum uitæ, quem ei dederat suum hylech: quoniam infortunium appodeauit se in eum. Alterius hylech fuit in termino Iouis in Sagittario, et Mars in quarta Iouis,& quum applicuit athazir ad gradum octauæ domus, interfectus fuit natus in bello, quia Sagittarius est significator militum & armorum. Alterius cuiusdam hylech fuit in tertia domo, & quarta domus fuit septimus gradus Piscis, & postquam athazir hylech applicuerat ad gradum quartæ domus, natus in aqua submersus est & mortuus, quia locus ille tenebrosus est & signum aqueum. Alia natiuitas cuius angulus terræ fuit Aries, & hylech in tertia domo,& ubi hylech applicuit ad gradum anguli terræ, captus fuit natus à censore capitali regis, & detentus in carcere: & quum athazir hylech applicuit ad principium termini Martis in uigesimo gradu signi, accidit ei quædam infirmitas quæ dicitur ignis gregheitus,& decessit in carcere. Natiuitas alia cuius decima domus fuit Cancer, & Luna in Sagittario in tertia domo, & postquam athazir applicuit ad Capricornum, in medietate uitæ quam hylech ei dederat, accidit infirmitas in pulmone, & angustia in oesophago,& mortuus est. Etiam si quãdo Cauda uel Saturnꝰ fuerint in Tauro,& aliquod ex hylech laudatis applicuerit ei, accident nato squinantiæ in gutture & suffocatio. Etiam si Cauda uel Saturnus fuerit in Scorpione, & hylech applicuerit ei, accident nato urinæ retentio,& in membris uulnera ac uehementes dolores. Scito quòd in natiuitate cuius hylech fuerit gradus coniunctionis uel gradus ascendentis, athazir ascendentis erit appodeatum, et habebit significationes ueridicas in natiuitatibus, uidelicet in quib. fuerit hylech aliquis prædictorum locorum. Nota etiam quòd potentissima applicatio & magis ueridica in hoc capite athazir, est applicatio corporalis, hanc sequitur præuentionalis, & postea quarta, & tandem trina. Sextilitas tamen est debilis multum & significationis debilis. Etiam affero quòd quartæ quę sunt ab ascendente ad decimam, & ab ascendente ad quartam, sunt ascendentia, & alia duo sunt descendentia, cuius cõtrarium quidam in suis libris asseruerũt. Etiam conuenit ut fiat athazir gradus Saturni, quoniam significator est senij, progeniei, patris & fratrũ maiorum, rerum occultarum, infirmitatum & azemena, ac utilitatis & damni quod habebit à mortuis & ex locis humidis. Fiat etiam athazir gradus Iouis ad sciẽdum fortunam, amores & amicitias eius,& laudem ipsius apud sapientes, & bonas eius diuitias, & auxilium suum à nobilibus hominibus. Detur etiam athazir gradui Martis, ad sciendum militiam eius, & ualitudinem & constantiam erga milites, & ad ratiocinandum causas promptitudo, & quod accidet in hac conditione boni uel mali. Quin fiat athazir, & detur gradui Veneris, ad sciendum coniugia et amores nati, & profectus quos habebit à mulieribus, à cantationibus & lætitijs, ac statum matris & sororum minorum. Etiam fiat athazir gradui Mercurij, ad sciendum statum fratrum minorum, loquelæ, magisteriorum, amicitiarum, seruorum & eorum qui præficiũtur negocio mercimoniorum, & eorũ dare ac accipere. Iam absoluimus quinq; hylech & gradum decimæ domus, & locuti sumus de ipsis & eorũ athazir sufficiẽter, uidelicet quòd si quãdo athazir applicuerit ad terminum seu radios uel corpus fortunæ, significat bonum secundum naturam & rationem loci, in quo dominium habet illa fortuna, & domus sue ex domibus cœli, & secundum potentiam ac firmitatem eius in sua natura. At si applicueris

cuerit ad terminum infortunij, uel ad corpus seu radios eius, malum portendit secundum rationem & locum in quo dominium habet ex domibus cœli, & secundum naturam & potentiã suam. Similiter oportet diuidere gradus cuiuslibet termini per quinque planetas, sicut fecimus in fridarijs, & dare primam partem domino termini, & secundam planetæ qui sequitur eum in cœlis, & sic operando percurrere per omnes planetas, & dicere quòd eum gubernabit quilibet planeta in sua parte uitæ, & quòd dominus termini societatem habebit cũ quolibet eorum: & prædicemus ei bonum uel malum secundum significationem præsentis planetæ, & secundum potentiam eius in radice, & secũdum aspectus quos habet ab alijs planetis. Ecclipsis hylech si quando fuerit gradus ascendens, & per athazir peruenerit ad gradum ecclipsis, morietur ille natus. Sed si pars fortunæ fuerit hylech, & applicuerit ad gradum ecclipsis, excæcabitur natus: quoniam pars fortunæ propriè significationem habet in oculis. Etiam si Sol & Luna fuerint hylech, & direxerit athazir ad ascendens ecclipsis, uel ad medium cœli, nati uisum similiter obfuscat. Sed si applicuerit ibi & non fuerit hylech, damnum denotat in honore ac substantia nati. Nota quòd gradus ecclipsis Solis si patiẽ in Cauda, est potentior & peior quàm si patiatur in omnibus alijs locis: quia si hylech proprie diurnum applicuerit ad illum gradum per athazir, non poterit euadere natus ille in quocunque tempore fuerit applicatio: quòd ibi coniunguntur infortunia tria, corpus Solis, Lunæ, & Caudæ: nec euitari potest hoc malum nisi tres fortunæ irradiant ibi radios suos, quod uix accidere potest in cœlo. Nota etiam quòd gradus ecclipsis & anguli eius omnes abscindũt: nec omnem ecclipsim inter quam & natum diuidit alia cõiunctio uel oppositio existens in medio timeas, quia non est in ea significatio nec aliqua uirtus. Si aliquis angulus ex angulis ecclipsis, hora ecclipsis cecidit in ascendente alicuius nati uiui, interficiet eum.

De aphorismis qui non possunt excusari. Cap. VIII.

HVmanum est & utile in omni doctrina & re suscepta, dare regulas aliquas generales, & aphorismos irreprehensibiles & certos, ex quibus progrediens quis certam sui conatus metam consequatur. Primum ergo tu qui huius nostrum laborem edisce cupis, aspice (nam methodum & aphorismos aliquot præscribimus) unamquamq; domum cœli, & quod in eis est ex fortunis uel infortunijs, & in oppositis ac quartis earum, & statum domini domus, & in quo loco cœli sit, & cuiusmodi commixtionem habeat cum alijs planetis, & cum quibus eorum uersetur, & statum illius partis præcipuè ab illa domo, & in quo loco cœli sit: & iudica secundũ quod inueneris in significationibus, & secũdum loca cœli & signorum orientalitatis & occidentalitatis, directionis ac retrogradationis, & commixtionum cum fortunis uel infortunijs. Postmodum si inueneris significatores per aliquem modum iudicij liberos ab infortunijs & accidentibus malis, & fortunatos, significant bonum statum, & lucrum magnum in illo iudicio, maximè si fuerint in bonis locis cœli, & habuerint cõmixtiones cum fortunis. Sed si significatores inueneris per aliquem modum iudicij, cum infortunijs commixtos uel retrogrados, aut combustos siue cadentes à domo uel exaltatione sua, significat obtrectationes & impedimenta in re illa, maximè si his ita habentibus fuerint in locis malis cadentibus, & iuncti cum infortunijs, uel in quartis aut oppositis suis. Etiam si uolueris iudicare per aliquem modum iudiciorum, cuius scire necesse habeas augmenta uel diminutiones substantiarum, iudica secundum quod inueneris significatores cœli, & signorum significantiũ diminutionẽ & augmentum. Aphorismus bonus. Si quando pars cœli & locus coniunctionis ambo fuerint fortunati in radice natiuitatis, fortunabuntur in aliquo tempore uitæ suæ, athazir uidelicet applicante ad aspectum fortunæ: & si planeta qui fortunauit eos fuerit Iuppiter, habebunt substantiam ad dignitatem iudicandi. Et si fortunans eos fuerit Mercurius, fortunatus erit in seruiendo regibus, & eorum consiliarius fiet. Si fuerit Sol, fortunatus erit in sapientia ac simplicitate & religione: & si ad hoc Sol fuerit in medio cœli, aut in undecima uel in ascendente, aut in nona, fortunatus erit propter legem & rectitudinem seruandam, & quia prosequitur uias & mandata propheterarum. Sed si fuerit Saturnus, fortunatus erit in ædificando &

do & laboribus aquarum & cultu terrarū. Etiam si fuerit Mars, fortunatus erit in audacia, ualitudine, armis, & seruis. Et si fuerit Venus, fortunatus erit propter mulieres, lætitias, & iocationes. Mars maiori damno afficit planetas existentes super se quàm qui sunt sub se: Saturnus planetas existentes sub se. Si quando Mercurius fuerit in similitudine & natura Saturni, maiori damno afficit Lunam quàm planetas existentes super se. Modica receptio Saturni est magnum quid. Si locus in quo simul iunguntur Saturnus & Mars, fuerit inter coniunctionem uel oppositionem antecedentem natiuitatem alicuius nati, & inter natiuitatem, abscindit hylech ipsius nati: illud idem faciunt loca oppositorum suorum. Similiter facit locꝰ, in quo fit quarta alicuius duorum infortuniorum ad Solem uel ad Lunam. Similiter si aliquod duorum infortuniorum iungetur cum Sole uel Luna ante natiuitatem, uel post cõiunctionem uel oppositionem in qua fuerit natiuitas, abscindit. Si quando aspectus Saturni & aspectus Solis ac aspectus Lunæ coniunxerint se de quarta uel oppositione, ita quòd omnes aspiciant unum locum, non abscindãt, quia calor Solis & humiditas Lunæ temperant frigiditatem & siccitatem Saturni, maximè si fuerit in signo aqueo. Planeta occidentalis intelligitur, ut si quando fuerit Saturnus cum Sole in uno signo, non tamen ingrediens sub radijs, (est enim hæc maior eius occidentalitas quàm habere potest. & minor occidentalitas hac est, si sit in gradu Solis, & hac minor si Sol separauerit se à sextilitate ipsius) & signo masculino & peregrinus, & signum fuerit aqueum uel terreum, & proiecerit radios suos in signo aqueo uel terreo, mors superueniet quando hylech nati peruenerit ad proiectionem radiorum ipsorum. Nam etsi Saturnus fuerit orietalis in signo aqueo, & fuerit in principio orietalitatis, & proiecerit radios suos in signo aqueo uel igneo, non offendunt illi radij, nec ex eis nato damnũ aliquod prouenit donec sunt inter eum & Solem triginta gradus: tunc enim exibit de natura orientalitatis, & ad suam naturam propriam reuertetur. Si quando inter Solem & Iouem in occidente fuerint triginta gradus, & fuerit in signo conuenienti eidem, debilitatur nec recte defert significationem suam. Si quando Mars fuerit orientalis in Scorpione uel Piscibus, & in principio suæ orientalitatis, iecerit radios suos in signo aqueo, non offendit nec aliquod damnum infert. Si quando cometæ apparentes in aëre acciderint in ascendente alicuius nati, uel cum Luna de nocte in natiuitate in qua Luna dominium habeat & uirtutem, abscindit uitam illius nati nec uiuet: tamẽ si acciderint in medio cœli in natiuitate, & aspexerit ibi Sol uel Mars, perueniet ad regnum si uixerit. Ascendens est significator uitæ, corporis, spiritus, motuum, durabilitatis, & bonæ famæ: & dominus ascendentis, ille uidelicet qui potentior est super eum cum testimonio Mercurij & Lunæ, est significator animæ, id est, si erit iracũdus uel placabilis, ac gestorum nati. Absolutis regulis generalibus & aphorismis, utile uisum est præscribere ordinem quem sequimur, & filum nostrum in descriptionibus natiuitatum, & dicere nos non exordiri à parentibus, ut naturalis ordo postulat, & fratribus subsequentibus, sed eo relicto ob faciliorem cùm docendi tum discendi methodum, incipere ab ascendente, & suo ordine subiungere reliqua signa & domos, idq; prosequi usque ad duodecimam domum, ac de ijs omnibus conuenienter & ut decet differere.

De formis & moribus nati, & formis planetarum & signorum. Cap. IX.

ABsoluto Athazir & eius Aphorismis necessarijs, & maximè ad hanc insignem scientiam faciẽtibus, pro uiribus et quantum necesse usum est: restant nobis dicendæ formæ nati & eius mores, ne quid huic nostro de iudicijs astrorum operi desit. Non enim casu gignuntur formæ, neq; etiam sine planetarum & aliarum stellarũ irradiatione parant̃ mores, de quibus modo nobis est sermo in hoc capite unà cũ forma: q; si fortè cupidus scire uelis, & inuenire similiter nati mores & gesta ipsius, ac statum & accidentia spiritus, primùm considerare debemus formam corporis nati, & statum eius: quia res & iudicium illud præcipuum est, & certos habet ingressus, sine quibus difficile est ad ipsum peruenire, quosque maior pars sapientum præteriit, nec ausa fuit quicquam de eis loqui. Vnde nobis non exiguus labor relictus est, & disputatio non spernenda, si uelimus rem adeo abstrusam, subtilem, &

difficilem sufficienter explicare & tradere. Nec enim simpliciter ut cætera tractãda est hæc materia, sed multis & uarijs modis, & à multis partibus petenda sunt testimonia, et formæ parentum ac ipsorum colores & uillæ sunt inuenientæ, & excutiendæ regiones, priusquam quid de nati forma, statu, & moribus proferamus. Nam si nobis (ut exemplo sumemus quod dicimus) ostenderetur figura alicuius qui natus sit in Aethiopia, & parentes naturales fuerint illius regionis, & inuenerimus in ascẽdente suo planetam malum minantem in eius forma, & ille planeta significauerit flauedinem & albedinem, & sic protulerimus de forma nati quod hic planeta significat, priusquam iudicium fecerimus de parentibus, aut de regione quid sit inquisitum, in errorem & ignorantiam incidemus. At ubi nouerimus radicem eius, & terram in qua natus est, & colorem & formam parentum, iudicare poterimus de talibus significationibus, et pronunciare quòd natus sit clarior futurus patre, & minoris nigredinis. His ergo ita præmissis & excussis ut decet, si quando scire uoluerimus formam nati, respiciamus ad ascẽdens, & si in eo inuenerimus dominum eius, uel dominum exaltationis suæ, aut dominum termini, uel dominum triplicitatis suæ, iudica natum illum secundum formam & naturam illius planetæ. Et si multos planetas inueneris in ascendente, considera quis eorum sit uicinior gradui ascendentis, uel quis habeat maius posse in ascendente, & iudica nato secundum illum, & misce cũ eo dominum faciei, et planetam cui data uim suam dominus faciei. Sed si dominos dignitatum ascendentis inueneris ab ascendente remotos, nec ullus eorum fuerit in ascendente, sed inueneris in ascẽdente planetam peregrinũ, iudica natũ secundũ formã & naturã planetæ qui inuenitur in ascẽdente. At si in ascendente nullus fuerit planeta, iudica natum secundum naturam & formã domini faciei, maximè si aspexerit ascendens. Sed si dominus faciei fuerit cadens ab aspectu ascendentis, ita quòd ibi non aspiciat, aspice quis planeta sit uicinior ascendenti, et quis aspiciat ipsum meliori aspectu ex habentibus dignitatem in eo, & iudica natum ex natura & forma illius planetæ, & misce cum colore ac forma illius colorem & formam signi in quo est, & domini eius, & domini termini eius, & sic iudica. Pete etiam uim iudicandi formam & faciem ingenij nati à planeta, & formam corporis à signo in quo est planeta. Nota insuper quòd formositas & compositio membrorum omnium est à Ioue, & formositas pulchræ uenustatis est à Venere, & claritas & lux coloris est à Sole & Luna, ut turpitudo à Marte & Saturno. Mercurius uero commiscet significantibus formositatem, bonam suam apparentiam & formositatem: & planetis significantibus turpitudinem, suam turpitudinẽ. Etiam domus fortunarum significant pulchritudinem, & domus infortuniorum fœditatem. Dies adiuuat planetas significantes claritatem & lucem, nox uerò adiuuat planetas significantes nigredinem & obscuritatem.

Formæ planetarum sunt hæ.

Diximus in frontispicio huius capitis, nos ad prædicta uelle differere de formis planetarum: hoc est, de staturis & formationibus cũ animi tum corporis prouenientibus ex influxione & irradiatione planetarum: quarũ exempla prosequemur, & ostendemus influxionẽ cuiuslibet planetæ, incipiemusq; à supremo, dicentes: Qui patitur Saturni influxionem est incuruus, magnorum oculorum, & habet in altero maculam, quorum etiam alter altero minor manifestè uidebitur: crispus, magnæ faciei, fœdi aspectus, dẽtium diuersorum, & pedum crepaturis & fissuris obnoxiorum. Vincit in eius complexione frigiditas & humiditas, si fuerit orientalis: & si occidentalis, frigiditas & siccitas. Iuppiter, hoc est, qui patitur influxionem Iouis, est albus ad flauiciem tendens, magnorum oculorum, paruæ pupillæ, capillorum mediocrium nec crisporum nec extensorum, barbæ crispæ & magnæ authoritatis, pomorum faciei eminentium, uicinarium grossi, boni status, carne nec crassus nec macer, & longitudinis similiter cõuenientis. Nam si fuerit orientalis, in eius complexione uincet humiditas: si occidentalis, formosior gignetur natus, quia eius oculi mediocres & corpus paruũ: & quod magis apparet in complexione est humiditas. Mars si fuerit orientalis est inter album & rubrum, mediocris corporis, pulchri status, oculorum zarchorum, capillos habet spissos inter crispos & extensos

los, uincit in eius complexione caliditas et siccitas: sed si fuerit occidētalis est rubei coloris rubedinis simplicis, paruorum oculorum, mediocris corporis, capillorum tendentium ad albedinem, & quod magis uincit in eius complexione est siccitas: faciem habet totam rotundam, & forte in ea maculas: magnū caput et anterius prominens, & in frōte percussionem aut signum, magnas nares, aspectum acutum, iracundus, praue conceptionis, dentes longos, carnem modicam, in suo incessu magnos facit passus, nec delectantur homines eius societate. Sol crocei coloris est, crassus et albus, ab oculis aliquantulum prominēs, faciei rotundæ ac lucentis, capitis magni, capillorum extensorū, oculorum burlatorum, prj aspectus, raucæ uocis, mediocris longitudinis, incedit compositè, & in ratione sua nemini cedit nihil dubitās de ea. Venus similis est Ioui, nisi quod ex peculiari quodā beneficio ei contingit esse formosiorem ac maioris uenustatis, melioris conceptionis, & pulchrioris formæ: quoniam formositatem significat conuenientem formositati mulierū, & est magis mansuetus, & corporis blandioris, & propriè oculi eius sunt inter zarchum & nigrum & pulchri, (aliqui dicunt quòd iam aliquantulum bazus cum rubedine mixtus) debilis, pulchri aspectus, nigredo oculorum suorum maior albedine, supercilium superciliorum & iunctorum, & subtilium labiorū, multæ carnis in facie, angusti pectoris, breuium costarum, crassorum crurium, blandi aspectus et saporosi, & pulchræ faciei: ludit oculis suis & credit id pulchrum esse, capillos habet aliquantulū crispos. Mercurius si quādo fuerit orientalis, facit colorem nati sicut mellis recētis, & est mediocris corporis, paruorum oculorum, mediocrium capillorum, compositor rationum & librorum, & quod in eius cōplexione magis apparet est calliditas. Sed si fuerit occidentalis, erit eius color inter bazum & croceū, macer, subtilis uocis, oculorū profundorum, & eorum pupillæ assimilantur pupillis caprarum tendentium aliquantulum ad rubedinem: & in eius complexione uincit siccitas. Dicitur etiam de Mercurio quòd est coloris uiridis mixti cum bazitate, capillorum mediocrium, ullosus, angustæ frontis, crassarum aurium, pulchræ faciei, naris compositæ, superciliorum coniunctorum, ampliorum membrorum et blandorum, minutorum dentium, raræ barbæ, macer, boni status in corpore: in incessu suo est passuum minutorum ac minutorum membrorum, patiens, multi sensus et intellectus ac doctrinæ. Et si quando fortunatus fuerit & fortunæ firmentur in eo, splendidus & liber est: et si infortunatus, & infortunia firmentur in eo, est turpis & auarus. Luna alba pulchræ faciei, & pulchri aspectus, amatrix quietis, pulchræ barbæ, clari coloris, sani corporis, bonorum morum, longa, & complexionis humidæ. Cōsidera & uersare in his formis prædictis, & eas misce cū statibus planetarum: quia si quando planetæ apparent in matutinis, faciunt corpora magna: & si sunt in statione prima, corpora fortia & patientia gignunt: & si retrogradi, faciunt corpora inæqualia, ita quòd membra corpori non respondeant: & si sunt in statione secunda, debiliora faciunt corpora: & si occultantur, faciunt ea utilia & apta ad recipiendum occasiones & anxietates. Etiam si quando natiuitas fuerit in quarta anni, quæ est ab æquinoctio uernali usq; ad solstitium æstiuale, facit natum boni status in corpore & in longitudine & grossitudine, quia magis tendit ad grossitudinem: boni coloris, & pulchritudinis mediocris, pulchrorum capillorum: uincit in eius complexione calliditas & humiditas. Sed si natiuitas fuerit in quarta, quæ est à solstitio æstiuali usq; ad æquinoctium autumnale, facit natum mediocrem in longitudine & magnitudine corporis, & tēdit ad grossitudinem, magnorum oculorum, capillorum multorum, ullosum, & uincet in eius complexione calliditas & siccitas. Præterea si natiuitas fuerit in quarta, quæ est ab æquinoctio autūnali usq; ad solstitium hyemale, facit natum coloris mellis, subtilis uocis, humerorū amplorum, macrum, capillorum extensorum, pulchrorum oculorum: & uincet in eius cōplexione frigiditas. At si natiuitas fuerit in quarta, quæ est à solstitio hyemali usque ad æquinoctium uernale, fit coloris nigri, æqualis in magnitudine corporis, capillorum extensorum & rarorum, membrorum bene proportionatorum: uincet in eius complexione frigiditas & humiditas. Similiter loca cœli, in quibus sunt formæ similes formis hominum, ex formis quæ sunt in signis uel extra signa, faciunt corpora composita & bene proportionata: sed aliæ formæ quæ sunt aliarum conditionum, diuersificant corpora & inæqualia faciunt ea, ac faciunt assimilari membra membris

sua

ſuæ formæ,& fortè aliquantulũ conuertunt ea ad ſuam magnitudinem uel fortitudinẽ uel debilitatem, uel ad pulchram proportionem uel turpẽ,uel ſenſum aliquẽ inferũt uel ſtultitiam. Et formæ quæ adferunt magnitudinem ſunt Leo, Virgo,Sagittarius: & quæ tendunt ad diminutionem ſunt Piſces,Cancer,& Capricornus.Similiter principium ſignorũ Arietis, Leonis,et Tauri, facit corpora tendere ad groſſitudinem: et fines horũ ſignorum faciunt corpora declinare ad macredinem et debilitatem.Principia Sagittarij, Geminorõ,et Scorpionis,faciunt corpora uergere ad macredinem et debilitatem:et fines eorum faciunt procedere ad groſſitudinem et fortitudinem.Similiter Virgo,Libra,et Sagittarius,trahunt corpora ad æqualitatem & bonam proportionẽ: Taurus,Scorpio,et Piſces faciunt corpora declinare ad diuerſitatem & proportionem diuerſam.Quãdo aliquis planeta eſt ſuper gradum aſcendentis,(dummodo intelligatur in aſcendente,licet nõ ſit eius dominus, nec habeat dignitatem in eo)demonſtrat factum ſuum & operatur in nato ſecundum naturam ſuam,& trahit eum ad formã, mores,ac naturam ſibi propriam.

Formæ proprie ſignorum ſequuntur.

ABſolutis ſufficienter & quãtum neceſſe fuit ad hoc noſtrum inſtitutũ formis planetarum, non malè ſubiungentur formæ cuiuslibet ſigni, & quomodo ſe ſubſequuntur dicere, ut in Planetis fecimus. Inſtitutum ergo proſequens animaduerte quòd Aries eſt multorum capillorum & criſporum tendentium ad albedinem, incurui aſpectus, paruarum aurium, & longi colli. Taurus eſt amplæ frontis & altæ,longæ naris cum amplis foraminibus,magnorum oculorum, capillorum erectorum & nigrorum, conuertibilis in ſuis factis,groſſi colli,ſuperciliorum nigrorum,ac debilis corporis. Gemini ſunt æqualis corporis, ampli pectoris, pulchræ formæ,fidem habent & ſunt fideles,& fortè producunt ſcribam aut qui delectatur numero uel arithmetrica. Cãcer eſt demiſſus & humilis,groſſorum membrorum, membra ſuperiora habet groſſiora inferioribus, magni corporis, dentaturæ obliquæ & diuerſæ,capillorum criſporum, tendit ad gnanum,paruorum oculorum, & humerorum amplorum.Leo eſt flauus zarcus,bonæ formæ,boni & clari nominis, membra ſuperiora habet groſſiora inferioribus, ampli pectoris,curſor,magnæ & acerbæ iræ,acuti aſpectus, cruriũ ſubtilium, maligni uultus,& malæ conceptionis. Virgo,ut honeſtas decet uirgines,eſt pulchri corporis,bonorum morum,longa aliquantulum, bene inſtituta,non eſt craſſa,fidelis eſt & ueridica:eſſe poteſt doctrix ſcribendi & bonæ inſtitutionis,& quod his aſſimilatur. Libra diſſentionum mediatrix,eſt bonæ ac pulchræ formæ,mediocris in carne & corpore ac forma,alba in facie & nigra in corpore: & eſt eorum qui uolunt eſſe uerificatores, cantatores,& bene loquentes:dicta ſua bene componit,& eſt amatrix mulierum et delectationum.Scorpio eſt zarcus,depreſſus & humilis,multorum capillorum, paruorum oculorum,paruæ faciei,longorum crurium,magnorum pedum, curſor & agilis, deceptor,artherius,non contentus de re aliqua.Sagittarius eſt flaui coloris,longorum crurium & groſſorum,faciei ac barbæ longæ,acuti menti,ſubtilium capillorum, magni uentris, apparet à tergo pulchrior quã anterius. Capricornus dicitur crurium ſubtilium,ſicci corporis,& quòd apparet in eius facie aliquantulum in ſimilitudinem capræ,pars uultus,& facies eius eſt ſubtilis & acuta, & locus barbæ eſt ualde acutus,ac capillorum multorum. Aquarius eſt portarius, magni ſe æſtimat, bonæ famæ, liber, magni diſpẽdij,uaſtator ſui patrimonij,alterũ crus habet maius altero,apparẽtis ſanguinis in corpore & colore. Piſcis eſt ampli pectoris, parui capitis, pulchræ barbæ, magnæ faciei,delectus,dormitor, albi coloris,oculorum rotundorum, & in forma ſua habet maculam.Enumeratis ſuo ordine ſignis,utilis uidetur excuſſio ingenij nati, & demonſtratio influẽtiæ cuiuslibet planetæ, & quomodo quid à quolibet aſtro uel ſigno uel planeta petatur.Nam ut ſenſus & ratio nati cognoſcitur ſemper ex ſtatu Mercurij,ſic mores eius ſemper petuntur & iudicantur ex ſtatu Lunæ,& planetarum cum ea ſe commiſcentium,& fortunæ uel infortunij applicantis ad eam, uel ſeparantis ab ea.Et quoniam hæc pars motuum ſpiritus, & ſtatus & qualitates eius ſunt in multas partes diuiſæ, & diuerſæ conditionis, conuenit ut ſermo huius conſiderationis non ſit ſimplex nec modicæ ſpeculationis, ſed ſit ſubtilium & conſiderationum & diſtinctorum & acutorum dictorum,

pro

pro ſignorum diuerſitate, in quibus Mercurius & Luna & planetæ dominiũ habẽt, & adiuuant in eſſe ac proprietatibus ſpiritus auxilio magno. Similiter commixtiones formarum planetarum habentium magnam potentiam in hac re, ut dictum eſt, & faciendæ & conferendæ ſunt ad ſtatum quẽ habent cum Sole & in angulis: ſimiliter etiam ad ſtatum & proprietatem naturalem cuiuslibet eorum, & ad proprietates & naturas ſignorum: quia generaliter ſigna mobilia gignunt ſpiritus amantes res ad commune populi bonum pertinentes, & nitentes loqui & agere de rebus communitatis & ciuitatum: diligunt etiam famam bonam & quòd bonum dicatur de ſe, amant etiam res diuinas & eas tuentẽ: ſunt temperati nec facilè mouẽtur, prĩ ſunt et bonorũ operum, & ſequuntur & concupiſcunt ſtellarum iudicia & aliorum fortium. Signa uero communia pariunt conuertibiles ſpiritus & permutantes ſe ex re qualibet, non firmantur in re aliqua diuerſarum conſiderationum, nec poteſt quis ſcire modum morum eorũ, conuertibiles ſunt et amatores, muſicam diligunt & ſunt uagabundi, intelligibiles, cupidi eius quod faciunt. Signa fixa producunt ſpiritum nati rectum, amatorem, ueracem, non defraudantem, firmum in ſuis rebus, iuſtum, contentum eius quod habet, intelligentem, patientem, diligentem laborare, fortem, ſuæ uoluntatis refrenatorem nec parentem cupiditati, & ſupreſſorem inimicitiarum, quia eam non oſtẽdit: & eſt nobilitatis amator, in rebus ſuis conſtans, nec permutat̃. In eſſe præterea planetarũ & fortunarum ſuarum, qui fuerint orientales & aſcendentes faciunt ſpiritũ acutum, ſimplicem, ſeparatum, habentem à ſe conſiliũ, nec accipientem illud ab alio. Dicitur etiã quòd ſit inuerecundus & acutus, nihil dubitãs de re ulla, nec ab ea poſſe auelli. Statio planetarum, quę nominata eſt matutinalis, quum aſcendit ad medium cœli, facit ſpiritum cogitabundum in rebus firmum & intelligibilem, non permutabilem, magnæ oſtentationis eius quod habet, (quia nõ oſtẽdit illud) contentus & ſibi ſatis factum credet de eo quod præſcripſit cognitor rerum, non defraudatur. ſenſatus perquirit & cupit res ſcire, intellectus puri & ſani, & ex excertitio ſemper creſcit intellectus eius & purificant̃ ſenſus. Sed ſi quando planetæ aſcendunt in principio diei uel occidunt, faciunt ſpiritũ facilem & agilem ac debilis ſenſus, non patientẽ laboris nec rerũ ullarum quæ permutantur, quicquid ei dicitur credit, timidus, cito fit feſſus, audaciam oſtendit non tamẽ habet eam, mobilis in omnibus ſuis rebus & factis. Etiam ſtatio planetarum (quæ dicitur ueſpertina) exiſtentium in angulo terræ & in occaſu Veneris & Mercurij, (qui dicitur ueſpertinus occaſus) ſi natiuitas fuerit diurna, facit ſpiritum intelligibilem & ſenſatum, ſic tamen ut nihil reticeat nec cupiat ſcientias nec uelit in aliquo fatigari: nihilominus tamen res celatas & abſconditas perquirit & cupit, nigromantiam uidelicet, ſecreta rerum abſconditarum & mirabilium, ſcientias quæ ex malis moribus proueniũt, philoſophiam, ſtellarum iudicia, auium auguria, exponere ſomnia, & his ſimilia. In ſumma dico, quòd planetę qui habent dominium gubernandi res ſpiritus, ſi quando fuerint in locis ſuis & in ſuis proprijs haiz, & in locis ſibi conuenientibus, quòd tunc habent proprietates & facta ſua in ſpiritu, ut ſupra diximus & diſtinximus eorũ proprietates, nec res ulla diſturbet quin appareant & compleantur. Quin quilibet eorum ſeparatim facit & oſtendit proprietatem ſuam, idq; uel maximè quum iam dicti planetæ ſunt dominatores ad iam dicta in prædictis duobus locis: uolo dicere ſi habeant commixtionem in forma cũ loco Mercurij omnis generis commixtionis, et quòd ſeparentur à Luna uel applicent ei. Conuenientia planetarum eſt ſi habeant duo planetæ dominium in loco uno, uel ſi aliquis planeta ſignificator ſit alicuius rei & alter planeta eum aſpexerit bono aſpectu, aut ſi aliquis planeta ſit dominabilis in aliqua ſignificatione & alter planeta habeat dominium ſuper ipſum: ut ſi eſſet dominus domus uel exaltationis ſuæ aut eius triplicitatis, uel quod ei aſſimilatur. Hoc eſt quod uult dicere de cõuenientia planetarũ, quod tu quoque hoc modo intelliges. Quod autem dixit: Si ſtatus eius ſit in bono ſtatu. uult dicere ſi ſit inter eos conuenientia bona, uel ſi ambo habeant dominium in uno loco, uel ſi aliquis eorum det ium ſuam alteri datione naturali, uel ſi ſe aſpiciant de trino uel ſextili, & ſi uterque eorum ſit in bono loco ex locis cœli. Nam ſi quando non fuerint hoc modo, ut diximus & iã ſæpe monuimus, uel ſi non fuerint in locis ſuis, propria facta & naturæ ſpiritus erunt abſconditæ nec manifeſtæ nec completæ. Quoniam naturæ planetarum qui ſunt dominatores

ſuper

super illos, & qui significant naturas spiritus & exaltantur super eos, facit̃ naturas spiritus robustas & potentes: quando planetæ dominatores cõuenientiã habuerint cum planetis infortunatis, tunc excitãt motus & uirtutes eorum ad faciendũ alijs malum, & ad hoc facilè mouebuntur nulla habita ratione prohibitionis uel impedimenti uel alicuius laboris. Sed si fortunæ fuerint, irradiãt eis bonũ uoluntq; eos bonos fieri similiter. Etiã si quãdo alij planetę fortificent sup̃ hos prędictos planetas, q̃ sint alterius haiz & diuersi ab haiz horum dictorum planetarũ, faciunt natum parui nominis & inemendabilis, & accident ei molestiæ à iudicibus. At si quando planetę fortunati habuerint conuenientiã cum eis, & exaltati fuerint super ipsos, faciunt ipsum natum iustum & gaudentem in benefaciendo alijs, & qui diligit benefacientes, & qui nec appetit nec postulat habere præmium nec rẽ aliq̃ ex beneficio quod contulit. Sed si planetæ isti fortunati conuenientiam habẽtes non fuerint exaltati super eos, bonũ illud q̃d facit nat⁹, nõ facit nisi ut habeat remunerationẽ ex eo, uel ut amoueat malũ aliquod à seipso: cum hoc non faciat uoluntate faciendi bonum. At si quando planetæ super hos dominium habentes fuerint illis contrarij, erit res diuersa ab eo quod diximus, quia producent natos mãsuetos, quietos, amãtes boni & pios: erunt etiam adeo mansueti quòd homines uilipendent eos, & incurrent in ipsos ut auferãt ab eis quod habent, & facient quicquid uolunt ex eis. Hæc est uia & modus generalis perquirendi hanc partem spirituum humanorũ, quorũ proprietates ac status particulares, proprios, & contingentes per naturas planetarum, & secundum eorum dominium, hîc dicere uolumus, primumq; singulatim & distinctè de eis loqui, pòst coniungere eos & commixtiones eorum declarare.

De Saturno.

SI quando Saturnus fuerit dominus significationis rerum spiritus per se et seperatim, & fuerit ipse dominus domus Mercurij & Lunæ, & fuerint in bono statu cœli, sicut in angulis, producit natum morigeratum ac boni consilij & intellectus profundi, ut qui à seipso habebit cõsilium in rebus suis, & erit diues, charus regibus & claris hominibus, dominus thesaurorum, compositus, non risor, nec tristis nec inuidus. At si Saturnus alio modo fuerit affectus, facit natum turpem, infirmum, paruæ æstimationis, ut qui nec ipse sese æstimat nec cognitus est: consulit sibi per seipsum, & est inuidus, timidus, solitarius, deceptor, ire diligit ad loca tristia & laboriosa, sine uerecundia, semper diligit miserias, parat proditionem & fraudem socijs suis, lætitia & hilaritas nũquam inuenitur in eo, abhorret amicos & æquales & socios. Sed si fuerit in conuenientia cum Ioue, & in bono statu, ut diximus, & similiter Iuppiter in bono statu, natum gignit religiosum, et qui ornat & amat senes, & est mãsuetus & quietus, boni consilij ac bonæ opinionis, auxiliator, à regibus & nobilib. cognitus & honestus, quod in animo habet hoc uult ostẽdere, dator, bonus elector, amator aliquorum, intelligẽs, patiens, & philosophus. At si hi planetæ scilicet Saturnus & Iuppiter, fuerint in diuerso statu à iam dicto, producunt natum nescientem uti bono, ut qui careret perfectione sensus, et delectat̃ phantasmatibus, & diligit in ecclesijs commorari, futura prædicit, abhorret filios, amicum habere non potest, nõ associatur hominibus, nullus confidit in eo, nescius, perfidus in rationibus, gloriatur sine ratione, honorem non diligit, amat plorare, malæ conceptionis & electionis, solitarius, patiens, laboriosus, & tædiosus. Præterea si Saturn⁹ habuerit conuenientiam cum Marte, & ambo fuerint in bono statu, sicut diximus, procreant natum audacem, prauæ conceptionis, impium, grossum in rebus & factis suis, litigatorem, & qui se exponit magnis periculis & infortunijs, non considerat causam aut uerba quæ dicit, seruat iram ac inimicitias, non excusat se de re quę accidit ei, facit homines laborare, uincere diligit, inobediẽs, exaltat se super reges & principes, amat litigare & uincere, cogitat uum profundorum, tenax in faciendo gratiam & seruitium & in associando, insultor & deceptor, ponderosus, factor mali, hominibus malefaciens, debilitatus, firmus, non permutabilis, ponit se ad uersus magna & fortia pericula, & ab illis cito reuertit̃, festinus in rebus & factis suis, & generaliter prosper. Sed si ibi planetæ fuerint in diuerso statu à iã enumerato, educunt natum deprędatorem itinerum, malũ, abiectum, mali status, sequẽtem malum lucrum et turpe, deum non timet, nec amicitiam habet cum aliquo, deceptorem amicorum, infidelem, homicidam, rixosum, turpium fornicationum, nigromanticum, ecclesiarum

cleſiarum ueſtimentorũ furem & bonorũ mortuorũ: in ſumma generaliter malus eſt & mali ſtatus. Porrò ſi Saturnus habuerit cõuenientiã cum Venere, & ambo fuerint, ut diximus, in bono ſtatu, producit natũ amatorem ſecretorũ legis, & rerum occultarum cupidum, diuinatorẽ, & qui diligit uenerari res deorum, dies eſt qui ſic naſcitur, uerecundus, multũ manſuetus, amator ornamenti, fidelis, rationis expoſitor, ſuæ uoluntatis ſuppreſſor, bonarũ cogitationum, magnus zelotypus mulierum. At ſi hi planetæ fuerint in diuerſo ſtatu à iã dicto, gignunt natum pertinacẽ uoluntatis ſuæ, fornicatorem turpium & fœdarum fornicationum: cognitus non erit, deriſor, fornicationes cõmittit cum cõſanguineis ſuis per deceptionem, abhorret res & facta bona, ſolitarius ac malæ loquelę & ratiocinationis, & immiſcet ſe rebus eçlatis & abſconditis, fornicationes cõmittit turpes & pręter naturã, & eas magis in ſenibus quàm cum pueris, & in uilibus rebus contra legem & modo beſtiali: deum non timet, legem uilipendit & eccleſias, & eã illudit & deridet, & ſubſannat prophetarum dicta & facta, immiſcet ſe omnibus rebus. Tandem ſi Saturnus habuerit conuenientiã cum Mercurio, & ambo fuerint in bono ſtatu iam ſæpe dicto, facit natum rerum inquiſitorẽ, ac quæſitorẽ legum & chronicorũ, amatorẽ phyſicæ, cuſtodem ſecretorũ, cogitat emm de rebus abſconditis & occultis: cupidũ faciendi mirabilia, facit enim credere homines incredibilia & hoc ſolo die credita: hilarẽ, boni cogitatus, ſubtilem in diuidendo ſuo intellectu unã rem ab alia, ac ſi rem unam per aliã diducat: acuti ſpiritus, expertus, inquiſitor in ſuis petitionib. amator intellectus & ſenſus, & generaliter felix in omnibus factis ſuis. At ſi hi planetæ fuerint in diuerſo ſtatu à iam dicto, faciũt natum iracundũ, tenacem irę, turbidi ſpiritus, oppreſſum, abhorribilem conſanguineis ſuis, labores diligentem, dolos cogitantem de nocte, deceptorem in factis & dictis, non gaudentem ſocietati hominum, latronẽ, nigromanticũ, immiſcet ſe fraudibus, factorem chartarũ per incãtationes, infidelem, & generaliter infelicem.

De Ioue.

SI quando Iuppiter fuerit dominus ſignificatiõis ſpiritus ſeparatim & per ſe, & fuerit in bono ſtatu, facit natum hominẽ magnæ nobilitatis, laudis & magnæ famæ: integrum, liberum, manſuetum, tacitum & quietum: abdicantẽ ſe à uanis rebus, amatorem & amatũ ab hominib. artificioſis pulchrorum & honeſtorũ factorum, iuſtum et boni meditatorem, magnæ oſtentationis et honeſtæ, caſtum: uult eſſe ſolus in bonis factis, & pius facit ſe diligi: ſcit cuſtodire, ſeruare, & retinere amicos. Tamẽ ſi ſtatus huius planetæ diuerſus fuerit à præſcripto ſtatu, facit mores ſpiritus nati ſimiles his prædictis, niſi quòd erunt debiliores, & gignẽtur ex hoc diuerſi ingenij, eritq; uice liberi deſtructor, & loco caſti & religioſi credẽs in aliqua mala credulitate, & loco manſueti timidus, & loco nobilitatis uilipendet homines, & loco faciendi bonum collocabit illud in malis locis, & his ſimilia. Sed ſi Iuppiter habuerit cõuenientiã cũ Marte, & ambo fuerint in bono ſtatu, ſicut diximus, generat natum audacem & exponentẽ ſe periculis, ſapientem in litibus, bonarum cogitationum & motuum in litibus & præliis, nulli humiliantẽ nec habentẽ dominũ militiarum nec dominij: facit ſub hoc planeta natus magna facta ac nominata, uincere diligit, dominatorem ſe conſtituit, certificat ſe in rebus & factis ſecurè: quia non timet deſtructorem & uictorẽ magnæ ſuperbiæ, amatorem honoris, cognitorẽ irarum præcipitat & prohibet. Tamẽ ſi hi planetę fuerint in ſtatu diuerſo & nõ in iã dicto, faciũt natum dehoneſtatorẽ & inſolentẽ, & non parcentẽ, ſine uerecũdia, manifeſtatorẽ ſecretorũ, defendẽtẽ ſe & inobediẽtẽ, magni facientẽ ſe iniuſtè, latronẽ, cito cõuertentẽ, leuem in rebus & factis ſuis, pœnitentẽ, inſtabilem in omni re, loquacem multum, in uanitatibus multis uerſantem, non cognitorem, nec aliquid gratum habentem, pauci ſenſus, in factis faſtuoſum, accuſatorem, diſſipatorem, & generaliter permutabilem in omnibus rebus & factis ſuis. Prętereà ſi Iuppiter habuerit conuenientiã cum Venere, et fuerit in bono ſtatu ſicut prædiximus, generat natum ſplendidum & uitioſum, & qui amat limpiditatẽ & pulchritudinem ac magiſteria, & conſiderat res ex cupiditate addiſcendi, amat ludos & iocos, contentus eſt rebus benefactis & bonis moribus, factorem boni & puri, bonę uoluntatis & integræ, amat deum, bonæ legis et bonæ fidei, amat defendere legem et ſenſatum, diligit homines manſuetos, et gratum habet quod fit ei, amat inſpicere libros et uerſari in eis, et rem habet cũ mulieribus ſecundũ honeſtatem et cõmunem uſum et bono mo

do,diligit consanguineos,& amat ius & iustitiam,ornamentū & intellectum,& generaliter bonus erit & iustus.Sed si hi planetę fuerint in diuerso statu ab eo modo dicto, facit natum diligere quietes & honorē,uitā uitiosam,effœminati spiritus, subitò pertitū,& ira eius sicut ira mulieris:expē satorē multū captū amore mulierū,& multū solitū iacere cum eis absq; coniugio, amatorē meretricū, dolētē & cōquerentē de paruo malo,& cito sensus eius mouet sicut sensus mulieris: immiscet se rebus ecclesiarū, uult se præponi in rebus & factis, in quibus tractā dis erit fidelis,non erit in eo ulla mala uolūtas, cupiditatem habet associandi se, & adiungit se hominibus bonorū morum, iudicare uult in rebus debentibus fieri ab homine secreto & non detectore. Porrò si quando Iuppiter habuerit conuenientiam cum Mercurio,& fuerit in bono statu sicut prędiximus, faciunt natum multū in libris uersantem, quia amat dialecticā, geometriam & totum quadruuiū: est etiā uerificator & legis prædicator & scientiarum intelligibilis,manſuetus,boni consilij pro se & pro aliįs bonorum morum,bona sequitur itinera,benefactor est, per sensum dirigit se & per bonam cogitationem præsentium,amator est gentis & ab ea diligitur,subtilis intellectus,fortunatus in factis suis, morigeratus,bonæ legis,physicus regis erit uel nuncius,consanguineos amat, & bonorum est exemplorum,amat omnem sciētiam & philosophiam,intelligibilis est & laudatus. At si hi planetæ fuerint in statu à iam dicto diuerso,faciunt natum acutum ex ignorātia multorum errorum,abiectum, & accidit ei sensus amissio,quia adhærere uult rebus diuinis et se seruare cum illis, loquax multū, prædicator fabularum & uanitatum,credit se esse sapientem cùm sit pauci sensus,exaltat se iniustè,scit malos mores, rumorem facit,permutabilis in motibus & factis suis,sectator nouorum,& forsitan doctor puerorum erit,nescit suam uoluntatem celare.

De Marte.

POrrò si Mars fuerit dominus significationis spiritus, & in bono statu sicut diximus, gignit natum fortē, amabilem,iratum,amatorem armorum & rerum armis conuenientium, audacem:quoniam amat litigare & agitare prælia,exponit se periculis, nulli obedit nec se submittit,renouator rixarū, locutor factorum & audacium facinorum,& iactat se dehis,& acutus præponit se rebus & factis,ut ui lipensor rerum omnium,amat uincere auarum,semper iratus & nihilominus prudentium morum in suis rebus. At si planeta ipse fuerit in statu diuerso à iam dicto,facit natum esse sine uerecundia, dehonestatorē & amatorem interfectionum, & suppressorē clamorum,quoniam alta uoce loquitur:innouatorē rixarum, leuem & pauci sensus, depredatorem uiarum,quia in eo nō est pietas,sed est malefactor,permutabilis in rebus suis, abhorret consanguineos & ipsi eum, nō cognoscit Deū,nec scit quid ipse sit, diabolicus est.Sed si planeta ipse habuerit conuenientiam cum Venere, & fuerit in bono statu sicut prædiximus,procreant natū conueniētem cum hominibus, mobilem,bonæ credulitatis,deceptorem amicorum suorū: hic enim uitam diligit uitiosam,quietem amat simplicem,pulchræ formæ, amat psallere & saltare, amore corripitur, conuiuator est,iacet cum mulieribus contra legem & in quo est peccatum, nihilominus felix est, & sibi cauet in suis negocijs, sensatus illusor & deceptor,magnæ cogitationis, abstinet se à pueris & puellis, expensator, cito iracitur,& magnus est zelotypus. At si qñ hi planetæ fuerint in statu diuerso à modo dicto, faciunt natum appetere multum, iacere cum mulieribus sine aliquo respectu & uerecundia : quoniam permutabilis in suis factis uilipendit omnes homines, meretricator est, dehonestator,mendax,deceptor amicorū sicut aliorum,facilis ad complendū uoluntates suas, dehonestat & corrumpit mulieres bonas & uirgines, sapiēs in fraudib⁹ et proditiōibus,periurus in suis sacramentis,insultor & deceptor, damnati sensus,forsitan diligit puritates,mobilis in suis factis,& fornicationes turpes exercet. Rursum si quando Mars habuerit conuenientiam cum Mercurio,& fuerit in bono statu,ut prædiximus, proferunt natum dominum militum, intelligibilem, boni sensus, custodem eius quod habet, leuis sensus & motus in suis factis, sollicitum, bene institutum,cito loquentem, sapientem in malis moribus, deceptorem facilem,non firmat se ad intelligendū,malæ credulitatis & malorum factorum, rixarum amatorem, magni se æstimat,& nihilominus felix est & boni amoris ac conceptionis uersus amicos suos,& communiter malefactor erit inimicis suis & benefactor amicis. At si planetæ fuerint in diuerso statu à iam dicto, progig

nunt

nunt natum dissipatorem & deceptorem in dando & accipiendo, & pœnitentem eius quod facit; mobilẽ in omnibus suis rebus, mendacem, furem, Deum non cognoscentem, periurum in iureiurando, rixas diligentem & clamores, notum improbũ, dehonestatorem, itinerum depræ datorem, & clàm cõmittit homicidia, & maximè proditorie.

De Venere.

ETiam si quando Venus fuerit significatrix spiritus nati separatim & per se, & fuerit in bono statu, sicut diximus, procreat natum quietum, mansuetum, bonum, minimè uitiosum, limpidum, bonarum cogitationum: is etiam amat saltare, & est magnus zelotypus, rixas abhorret, amator magisteriorũ & operum subtilũ, amat Deum, bonæ formæ, bonorũ signorũ ueridicorũ & bonorũ somniorũ, facit se diligi ab hominibus, factor boni, pius bene dat et bene accipit, felix. & cõmuniter maior pars suæ uoluntatis erit in causis mulierũ. At si qñ hic planeta fuerit in statu diuerso à modò dicto, producit natũ uagabũdum in rebus suis, amatorẽ, effœminatum, facta & res eius similes sunt factis & rebus mulierum, non est in eo bonum uel cognitio aliqua, uilis & abiectus, malæ famæ, mali nominis erit & zelotypus magnus. Sed si quando hic planeta conuenientiã habuerit cum Mercurio, & fuerit in bono statu, gignit natum amatorem magisteriorum subtilium factorum & scientiarũ, sapientem, intelligibilem & uerificatorem, amatorẽ musicæ, & omnis pulchræ rei & cõpositæ, bonorum morum, non uitiosum, hilarem, amatorẽ amicorũ suorum & bonæ legis, subtilis intellectus: hic enim bona sequit itinera & bonos mores, amat addiscere & ostendere subtilitatem, habet etiam intellectum addiscendi, prosequitur bonorum itinera & iustorum et assimilari uult illis, est loquelę ac ratiocinationis bonæ, expeditè loquitur, amatus & in suis factis iustus, amat addiscere legem suam & sectam, notus, magnæ laudis, abstinet se à coitu mulierum & utitur cum pueris, inde gaudet, & est eorũ zelotypus. Sed si quãdo hi planetæ fuerint in diuerso statu & præter quod diximus, gignunt natum fraudulentum, sapientem in malis moribus, incõstantis sermõis, quia hîc unam rem dicit aliam alibi: malorũ consiliorum & cogitationum, mendacem, nemini fidentem, periurum, cogitatuum profundorum, nulli constantiam seruat etiam nec amico, mulieres decipientem, sodomitam puerorum, quoniam ex eis splendidos amat: locutorem mali & inuentorem, magni clamoris, omnib. rebus se immiscet, nec fortè poterit ea perficere, & faciet facta diuersa.

De Mercurio.

SI quando Mercurius fuerit significator spiritus separatim & per se, & fuerit in bono statu sicut diximus, fouet natum subtilis intellectus & cogitationis, ac bene figurandi & retinendi omnes rationes, sicut gesta & relationes gestorum: hic etiàm lucra diligit mercimoniorum, bene ratiocinatur & loquitẽ, in naturalibus rebus uersatur & perquirit res, bene intelligibilis & acutus & dominabilis, de se uenditat quod non est, amat scientias, maximè quadruuium, seruator secretorum, factor boni, & felix. Sed si hic planeta fuerit in diuerso statu, producit natum fraudulentum, loquacem & uanum: hic etiam nititur alijs persuadere quod ipse non credit, uoluntatem & consilium suum sequitur, facilè permutatur, leuis in sensu, cito diuertitur à proposito, stultus, multi erroris & manifesti, conuertibilis in factis suis. Nota insuper quòd si quãdo Mercurius fuerit in domo infirmitatis, & habuerit aliquam participationem in ascendente, & aspexerit eum Mars aspectu infortunato, & Mercurius fuerit directus, significat quòd habebit gesta meretricatoris licet nõ sit: tamen si Mercurius sic se habẽs fuerit retrogradus, erit meretricator manifestè tam opere quàm aspectu. Etiam quando hæc ita habent ut diximus, ostendit nos scire quòd substantia Lunæ adiuuat aliquantulum in significationibus prædictis: nam si quando Luna fuerit in finibus suę latitudinis ad septentrionem uel meridiem, tunc est auxiliatrix in faciendo spiritus permutabiles, ac multarũ artium, et inconstantẽ in omnibus rebus. Sed si quando Luna fuerit in aliquo duorum nodorum, tunc erit auxiliatrix in faciendo spiritus subtiles & acutos, leuium motuum & bonorum intellectuũ in rebus. Similiter si quando Luna fuerit ascendẽs, id est, quòd sit exiens sub radijs & acuta lumine, tunc erit auxiliatrix in faciendo ut natus sit magis notus ac nominatus, ac in negocijs suis sollicitus. At si quando fuerit lumine diminuta, tunc erit auxiliatrix in faciẽdo natum uilem ac parui nominis, tar-

dum & pigrum in suis negocijs. Sol similiter adiuuat aliquantulum in his rebus, quoniam si quando cōuenientiā habuerit cum planeta significatore status spiritus, & idē planeta fuerit in bono statu, facit statū spiritus iustiorem, rectiorē, liberaliorem à malis, firmiorem & melioris legis. Sed si quando significator fuerit in diuerso statu, & nō habuerit aliquam conuenientiā cum Sole, tunc erit firmior in illa significatiōe, & erit peioris credulitatis, & magis cupiet suam uoluntatem complere, & cōmuniter durus erit & fortis ad dirigendum & melius efficiendum. Nota enim quòd almutez ascendētis, qui multas habet dignitates ibidem, & dominus ascendētis, participant & commiscent in significationibus totius eius q̄d diximus de statu spiritꝰ, in significationib. Mercurij & Lunæ. Qui habuerit in radice suæ natiuitatis Lunam habentē conuenientiam cum Mercurio, nunquā sensum amitteret. Qui habuerit Mercuriū in una domorū Saturni, erit intelligibilis & sapiens ac profundarum cogitationū & subtilium. Etiam si Mercurius fuerit in aliqua domorū Martis, erit in factis suis suspectus, superstitiosus, & leuis. Et si fuerit in eius quarta, erit incredulus Dei, proditor hominum, homicida, & abhorrebit omnem gentem. Similiter etiam iudica statum nati à significationibus dominorū triplicitatū cuiuscunq; domus, & planetarū existentiū in ascendente, & aliorum applicantiū ad dīm ascendētis.

De significationibus triplicitatis ascendentis.

ABsoluta planetarū examinatione, consequens est ut dicatur de triplicitate ascendentis & eius significatione, sic: Respice ad dominos triplicitatis ascendētis, & animaduerte quòd primus eorum est significator cùm præsentis tum futuræ totius uitæ: secundus est significator status fortunæ ac miseriæ eius: tertius est habitationū & uictus sui. Si primus eorum fuerit fortuna in ascendente, aut in decima domo, in domo uel exaltatiōe sua, aut in aliqua dignitatū suarū, fortunis aspicientibus & recipientibus eum, significat bonam nutritionē, longam uitam, corporis sanitatem, & quòd ad senectutē perueniet: si uerò fuerit peregrinus infortunatus & cadens, malam nutritionē & modicam uitam significat, & quòd in hoc mundo nisi modicum durabit. Si secundus triplicitatis ascendentis fuerit in bono statu & fortuna, & existentiā & potentiā habuerit ut diximus, significat q̄ natus erit in bono successu, status boni et fortunæ, eminētior omnibus suæ progeniei, nominatus erit de bono nomine et claro, seruientes et sequentes habebit: sed si ab hoc fuerit in statu diuerso, erit uilis et abiectus, miser, in malo statu, piger, infelix, expulsꝰ, et abhorribilis. Si dns triplicitatis fuerit in bono statu fortunatus et potens, significat q̄ ille natus erit quietus, paucorū itinerū, modicum quid recedet de loco et regione sua, quiescet tamē: uitiosus in gente et loco suo, quiete ac sine labore sibi adinueniet uictum suū: sed si fuerit in statu diuerso ab hoc, recedet à loco suo, ibit itinera, nō morabitur in loco à quo nominatꝰ est, nec in regiōe in qua natꝰ est. Rursum aspice ad ascendēs, et si inueneris ibi aliquam fortunarū, nec infortunia aspexerint ibi, significat modicam infirmitatē nato, sanitatē corporis ac cautionē ab infirmitatibus et impedimentis, et habebit bonum et fortunam ex natura illius fortunæ, id est, si fortuna fuerit in ascēdēte, et si eius medium cœli fuerit sua domus, habebit bonum ex parte fortunæ ac significatione suę domus, secundū partitionē ascendētis. Nota q̄ si q̄n fortuna fuerit in ascendente, uel ambæ, aut in aliquo angulorū, significat nato fortunā. et q̄ habebit bonū et famā, et q̄ homines dicent bonū de eo, licet ipse non faciat illud. At si infortunia uel eorū aliq̄d fuerit in aliquo horū locorū, significat contrariū eius q̄d diximus de fortunis, scilicet malignitatē nutritiōis, malā famā et nomē, & licet bonū faciat omnibus, nō tamē gratificabitur ei, erit odiosus illis quibus non faciet malum, et ab hominibus malè recipietur. Et si infortuniū existēs in aliquo dictorum locorū fuerit Saturnus, natus erit multarū anxietatū et cogitationū, turpis, fraudulentus, tristis, malè fortunatus et sibi ipsi et omnibus qui cōmerciū habuerint cū eo. At si fuerit Mars, erit magni caloris, cogitationum leuium, et dissipator. Sed si fortunę aspexerint infortunia uel aliqua earum, minuunt illud malum in his significationibus maximè si adfuerit cū receptione aspectus. Etiā si quando dominus ascendentis fuerit in exaltatione sua fortunatus et fortis, obedietur nato, et complebuntur eius mandata, maximè si fuerit ex planetis eminentioribus: et si cum hoc fuerit dominus domus regis, obedientia illa erit ex parte regis: et si fuerit dominus quartæ domus, erit ratione parentum: et si dominus quintæ domus,

erit

erit causa filiorũ: & sic deinceps in omnib⁹ alijs cœli domibus. In summa qñ natus nascitur, aspice quis planetarum uadat ad gradum ascendentis post natiuitatem, & quis similiter ad locum Lunę: quoniã ab illo planeta colliges fortunam nati, diuitias, altitudinem, & dominiũ eius. Si quãdo dominus ascendentis fuerit in ascendente, natus erit honoratus inter gentem & progeniẽ suam. Si quando almutez ascendẽtis fuerit in dextro ascendentis, fortunis aspicientibus & recipiẽtibus ipsum, & gradus ascendentis cũ fortuna, uel in radijs fortunæ habẽtis in ascendente aliquã dignitatẽ, significat quòd ille natus habebit bonam fortunã, sanitatẽ corporis & spiritus integritatẽ, & illud bonum cõsequetur in terra qua natus est. Sed si fuerit in sinistro ascendentis, infortunijs aspicientibus & damnantibus ipsum, & ascendens fuerit malè affectũ & indutũ infortunijs & radijs eorũ, significat q̃ natus ille remouebitur à loco & regione sua, & semper cõmorabitur ibi, & occurrẽt ei occasiones, metus, impedimenta & labores. Dominus ascendentis in ascendente, significat q̃ natus erit residens in regione & domo sua quietus, maximè si uim suam dederit alteri planetæ, & non receperit uim alterius planetæ. Si quando Sol fuerit in gradu ascendentis, uel ante eum quantum est terminus planetæ, & fuerit in loco sibi conuenienti, significat quòd natus erit dominator, qui si fuerit de progenie regum, erit rex, uel sicut rex: sed si in ascendẽte abfuerit à gradu quãtum est medium cœli sub terra, accident ei tristitię ex parte parentũ uel pro eis. Etiã si Luna fuerit in ascẽdẽte fortunata in domo uel exaltatione sua, est bona significatio, quia dat fortunã & sanitatem corporis: tamen si fuerit ibi in diuerso statu à iam dicto, est mala significatio. Si Saturnus fuerit in ascendente, significat damnum in corpore & spiritu, & quòd accident ei impedimenta & molestiæ secundum conditionem domus suæ in partitione cœli. Si Venus fuerit in ascendente salua & pura, facit natum esse dilectum à gente, ac bonæ cõuersationis: mansuetus erit & bonus, & habebit uitiosam uitam & bonam famam. Si Mercurius fuerit in ascendente, natus erit iustus, multorum gaudiorum, à se expellet omnem tristitiam & anxietatem, maximè si fuerit fortunatus & purus ab infortuniorũ aspectu, fidelis erit, credent se ei homines. & suum in eius custodiam deponent: sed si Mercurius fuerit apparẽs cum Luminaribus in signo fœminino, & gradib⁹ fœmininis, significat quòd natus erit in bono statu. Si quãdo dominus sextę domus & dominus partis azemena fuerint in ascendente, significat quòd natus & eius parentes ad paupertatem deuenient, & ad mendicationẽ, maximè si fuerint in signo mobili. Si quãdo Iuppiter fuerit in ascendente, significat nato laudem, et quòd nititur efferre sese & bonam famam sectari pro bonis & iustis factis, & quòd erit oportunus & amabilis hominibus, idq; si natiuitas fuerit diurna: sed si nocturna fuerit, nec habuerit in ascendente aliquam dignitatem, dissipabit patrimoniũ, & erit bonus helluo. Quando Iuppiter est in ascendente cum Luminaribus et Venere, natum producit nobilem, maximè si ab eis remota fuerint infortunia: etiam si Luminaria ibi aspexerint, et non fuerint ibi, nobiliorem et eminentiorẽ proferet. Quando Mercurius et Sol infortunati sunt in ascendente, significãt quòd natus erit aduocatus, et quòd accident parentibus eius mala et molestię ob eundem filium. Quãdo fortunæ inuenuntur in ascendente cum Cauda, significãt destructionem. Quãdo Saturnus est in ascendente in natiuitatibus diurnis, debilitat natiuitatẽ et nomen: sed si natiuitas nocturna fuerit, multos inimicos habebit puer, in malis habitationibus morabitur, et faciet mala et turpia facta: tamen si ascendens fuerit signũ Saturni, erit magni nominis, & honoratus: quod etiam subsequetur in alijs angulis. Si quando Mars fuerit in ascendente et in domo gaudij sui, erit dux militiarum et felix in hoc opere, et in capiẽdo uillas, et sequentur ex eo interfectiones magnæ: sed si ascendens non fuerit eius gaudium, sed eius triplicitas uel aliqua dignitatũ suarũ, associabitur regibus et alcaydis, et habebit ab eis officia et dominiũ: ueruntamen si fuerit in loco peregrino, erit ualẽs et audax et antefertarius, sed eius facta nõ complebuntur, tædulus, exponet se periculis, et in locis periculosis uersabitur, et erit sollicitus in factis suis. Si quando Venus fuerit in ascendente et in domo sui gaudij, habebit amicitiã cum nobilibus: et si ascendens fuerit signum formę humanæ, erit religiosus aut eremitanus, et ex hoc beneuolentiã regum cõsequetur, uel ex causa mercimoniorum lucrabitur aliquid. Si Sol fuerit in ascẽdente hora qua ipse ascendit et apparet, natus erit pulchrior patre suo et pauciorís car

nis. Si Luna fuerit in ascendente uel in gradu octauę domus, natus lucrabit aliqd in locis timēdis. Ad iam dicta etiā aspice in quo loco signorū sit dominus ascendentis, quia si quando ipse fuerit circa gradum ascendē tis, significat q natus erit honoratus propter gentem & consanguineos suos: & si fuerit in secunda domo malè afflatus, erit dissipator substātię: sed si receptus fuerit ibi, lucrabitur diuitias & possessiones: & si fuerit in tertia, fratres habebit iustos & bonos, et ibit itinera multa: & si fuerit in quarta, erit bonæ uoluntatis & suspitionis, & à parentibus habebit utilitatem & bonum: & si in quinta, habebit filios ex quibus gaudebit, & amicos multos habebit: & si in ☌. multarum infirmitatū & laborum erit: & si in septima, multas causas habebit, & facilè irascetur, sequetur mulieres in causis & rebus earum: & si in octaua, deceptor erit, tristitiarum multarum, & timidus: & si in nona, multa ibit itinera, & uersabitur in locis alienis extra suam regionē, & studebit scientias: & si fuerit in decima, cum rege uitam aget & habitabit cum eo: & si in undecima, erit bonorum morum, multos amicos habebit, & cum eis consentiet, & habebit filios paucos: & si fuerit in duodecima, erit malę uitę, ac multos habebit inimicos. Etiam si dominus ascendentis fuerit in sexta domo, & Luna malè afflata applicans planetę qui sit in loco malè affecto, natus ille seruus erit, uel faciet facta seruorū. Etiam si dominus ascendētis domino sextę domus applicuerit, erit magnus helluo, & causa multę comestionis ac multorum ciborū, multas infirmitates patietur. Hoc idem accidet si dominus harum duarum domorum fuerit unus planeta. Etiam si quando dominus ascendentis applicuerit planetæ existenti in exaltatione sua, amicitiam habebit cum nobilibus uiris, & cum eis uitam deget: & si sic habēs fuerit in angulo, ipse per se ad nobilitatem perueniet: & si fuerit in succedenti ab angulo & aspexerit ascendens, erit status eius minus iam dicto: & si fuerit in cadenti, perueniet ad dignitatem, sed perdet illam cito: & si fuerit in signo fixo, firmatur in sua dignitate: & si fuerit in communi, perueniet ad dignitatem, & perdet eam, & rursum recuperabit: & si fuerit in mobili, nullum statū firmū habebit. Præterea si diuersificent loca, fortior eorū erit ille qui fuerit in tertia. Significator nati est dominus ascendentis, & significator altitudinis eius, est ille qui applicat ad dominum ascendentis, & ille cui applicat dominus ascendētis. Si ergo dominus ascendentis applicuerit alicui planetæ existenti in exaltatione sua, nato indigebunt homines regis ac nobiles, ac petent eum secundum res pertinētes ad domum in qua fuerit planeta, ad quem applicat dominus ascendentis, uel qui applicat ei: quia si fuerit in decima domo, petet à rege: & si in undecima, per amicos: et consequenter per alias domos secundū qd quę libet earum significat. Et si dominus ascendentis fuerit in exaltatione sua aut in angulo, natus ille bonæ stirpis erit, & perueniet ad nobilitatem & eximium gradum: si tamen non fuerit in angulo, perueniet ad gradum & nobilitatem, sed bonæ stirpis nō erit: & si planetæ applicuerint ei, alij societatem eius appetent: & si ipse planetis applicuerit, associabit se alijs: & si fuerit receptus, gratificabitur ei & bonum dicetur de eo: & si non fuerit receptus, dehonestatus & maleuolus erit. Etiam si dominus ascendentis, uel planeta cui applicat significator nobilitatis fuerit in domo sua, erit minus statu dicto, quia exaltatio est eminentior gradus & maior. Sed si non fuerit in aliquo eorum, & fuerit in triplicitate, erit minus ambabus. Quare aspice hanc ordinationem solerter, & secundum eam iudica, nec obliuiscaris commiscere planetas, & frequenter aspice ad status illorum. Nam si quando dominus ascendentis planetę applicuerit existenti in casu exaltationis suæ, uel ille planeta applicuerit ei, significat q natus ille damna sibi conciliat & trahit ad seipsum. Et si aliquis planeta applicuerit domino ascendentis, & dominus ascendentis fuerit in casu exaltationis illius planetę, significat quòd illi nato anxietates accidēt & labores: & si ambo uel unus eorum fuerit in angulo, peius & præsentius erit illud. Etiam si angulus ille fuerit medium cœli, malum illud erit ex parte regis: & si fuerit in ascendente, erit infirmitas uel alia affectio in eius corpore accessura: & si fuerit septimum, erit ex parte mulierū & aduersariorum suorum, & illorum qui ratiocinantur cum eo: & si fuerit quartum, erit à consanguineis & parentibus & hereditatibus. Porrò si planeta applicans de suo casu ad dominum ascendentis fuerit infortunium, significat quòd ruent parietes super eum, uel corruet ex loco alto. Quin si fuerint in ascendente Aries & Mars in exaltatione

sua,

sua, natus erit anxietatum plenus, & cogitationum multarum, nec contentus erit de eo quod habet, neq; de statu suo. Sed si ascẽdentes fuerint Aries & Luna & Gemini, significat quòd natus longam uitam habebit in anxietate & miseria: & si fuerit in Scorpione, erit iugulator & effusor mali sanguinis. Porrò ego hoc obscurè dictum iudiciũ à sapiẽtibus antiquis in Aphorismis expono, & dico quòd illud de Marte in exaltatione sua & ascendente Ariete, debet intelligi de nocte, si ipse fuerit sub terra & extra suum haiz & infortunatus. Etiam illud quod dicit de Luna in Geminis, similiter debet intelligi si ibi fuerit infortunata, quia tunc anxietates & miserias significat. Quod de Luna dicitur: Si quãdo fuerit in Scorpione. de iugulatione & sanguine effuso dictum est: quia Scorpio est octaua domus ab Ariete & casus Lunæ, & significat effusionem sanguinis bestiarum, ac si esset carnifex bestiarum, & effutor sanguinis: quoniã casus nõ significat nobile magisterũ in hac ratione.

De partibus ascendentis & iudicijs eius. Cap. X.

SAepe iam dictũ est omnia bono ordine tradi debere, & doceri nõ ad intelligentiũ captum solùm, sed & ad eorum qui tametsi non omnino finẽ huius celebris scientiæ sint consequuti, aliquatenus tamen progressi nitũtur hanc insignem & semper celebrandam disciplinã prouehere, ea uti, & ex eius eruditiõe quę futura sunt prædicere, & præsentia demonstrare, nec præterita negligere. Fit aũt hoc (ad oĩm captũ dico rem ꝓponere) cõmodè, si ordo omnibus disciplinis accõmodus seruet, isq; cũ suis adiunctis sic doceat, ut neq; in hanc neq; in illã partẽ declinasse quid deprehendatur, sed omnia bene disposita, cõpleta, & sua conuenienti methodo tradita. Si qñ ergo pars fortunæ fuerit salua, & extra radios Solis, & dñs eius similiter, significat ꝙ natus erit sanus & bonam nutritionẽ habebit. At si fuerit infortunata sub radijs, significat ꝙ miser erit & in mala nutritione. Sed si dñs partis fuerit hoc modo de diuersis partibus, multas anxietates habebit. Et si his ita habentibus fuerit in ascendente, fortis & peioris status hoc erit. At si fuerit ab infortunijs libera & extra radios, erit sani corporis, bonæ formæ, uirtuosus, bonorũ morũ, cõpositæ uitæ in uictu suo. Quando pars legis est in Capricorno, significat ꝙ natus erit bonorũ morũ, nec erit in eo aliqua malitia, Etiã si fuerit in Ariete aut Leone uèl Scorp. significat ꝙ natus erit uelocis ac uehementis iracundię, nec facilè conueniet cum hominibus. Qñ Luna non applicuerit in aliquo aspectu, significat ꝙ natus erit uilis, pauper, & uilis uitę. Et si nõ applicuerit Veneri aliquo aspectu, significat ꝙ gaudiũ non habebit, maximè in cõtubernio & causa mulierum. Si non applicuerit Mercurio aliquo aspectu, significat ꝙ natus non erit factor boni, nec intelligibilis: maximè autem erunt hęc iudicia ualida, si ambo fuerint in signis non æqualiũ ascensionum. Qñ almutez ascendentis est sub radijs, significat ꝙ natus erit fraudulentus & coopertus in rebus & factis suis: qui si fuerit retrogradus, significat quòd dilapidator erit & magnæ acceptionis hominibus, maximè si Mercurius fuerit significator status & factorũ spiritus. Qñ dñs domus Solis, & dñs domus Lunę, & dñs ascendentis, sunt in opposito suarũ domorũ, significat ꝙ natus deget in extraneis locis extra regionẽ suam, & ꝙ feret labores in itineribus, maximè si planeta ille nocens fuerit uel infortunatus. Qñ almutez ascendẽtis est auctus motu, & direct⁹ in aliqua dignitatũ suarum, bonã & longã uitã significat & quietem. Si quãdo in aliqua natiuitate inuenerit multos planetas in exaltationibus suis, iudica natum illum longæ & amplæ uitæ, diuitem, abundantem, & quòd ex liberis gaudium & bonum habebit: idq; totum secundum proprietates planetarũ illorum & locorum in quibus uersantur, maximè si fuerint in angulis. Omnis planeta inuẽtus sub terra, profert suam significationem in principio uitæ, & ille qui super terram producit suã significationẽ in fine uitæ: idq; certius & efficacius eueniet, si planeta qui est super terrã orientalis fuerit, & qui sub terra occidentalis. Etiam nota loca diligenter, qm̃ ascendẽs & decima dom⁹ sunt significatores principij uitæ ac pueritiæ, & septima domus iuuentutis, & 4. domus senectutis & finis uitæ. Pars fortunæ secundũ opinionem Ptolemæi accipit̃ de nocte ac de die à Sole in Lunam, & proijcitur à gradu ascendentis: secundum alios antiquos accipit̃ de die à Sole in Lunam, & de nocte è contrario, & proijcit̃ ab ascendente. Pars uitæ accipitur de die à Ioue in Saturnum, & de nocte è contrario, & proijcitur ab ascendẽte: hæc pars est significatrix status corporis: unde si fuerit in bono statu ac loco & fortunata, significat longam uitam, salutem corporis, &

hilaritatē spiritus: sed si fuerit in diuerso sta tu à iam dicto, contrariū significat. Pars hy lech, si natiuitas fuerit coniunctionalis, ac cipitur à gradu cōiunctionis præcedētis na tiuitatem in gradum Lunæ de die ac nocte, & proijcitur ab ascendente: & dominus ter mini in quo peruenerit illa pars, erit signifi cator in natiuitatibus non habentibus hy lech. Sed si natiuitas fuerit prœuentionalis, accipiē hæc pars à gradu in quo fuit oppo sitio antecedens natiuitatē in gradū Lunę, & proijcitur ab ascendente. Sapiens qui fe cit librum nominatum Enzirech, dixit q̄ signa Solis sunt masculina, & signa Lunæ fœminina: unde si quādo aptaueris locum eius, aspice si cadat in signo Solis, (sunt au tem Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagitta rius, & Capricornꝰ.) Nam si fuerit in aliquo eorum, Sol erit significator, & habebit do minium. At si fuerit in aliquo signorum Lu nę (quę sunt reliqua signa) significatrix erit Luna, & habebit ipsa dominiū. Etiam si do minus termini in quo cecidit pars fuerit cū eo, uel aspexerit eum, erit alcochodē. Etiā si signum in quo cecidit hæc pars fuerit de signis Solis, & sub radijs, significat q̄ natus breuem habebit uitam: quam si scire uoles aspice dīnum termini in quo cecidit hęc pars, & dīnum signi in quo pars existit, & qualem aspectū habeāt cum Sole & Luna, & qualē habuerint in natiuitate diurna, & quale testi moniū cum dīnis suis, & ab illo & isto colli ge significationes annorū. Præterea si dīns illius signi fuerit cadens, & dīns termini se parauerit se ab aspectibus in 12. domo, na tus erit sine significatore & sine alcochodē, & erit breuis uitæ. Vnde fac athazir ipsum gradum, & dirige eum ad gradum fortuna rum & infortuniorū, & ad radios eorum, si cut fecisti athazir gradus hylech, cuilibet gradui annum unum attribuens, sicut ostē di in capite athazir, & sicut dictum est in ta bulis nostris, quæ nominatæ sunt Tabulæ dissoluēdi nodos & diuidendi aspectus, in quibus distinxímus quomodo athazir sit in quolibet gradu, si qn̄ fuerit in quartis cœ li: & percurrēs p̄ signa similiter da cuilibet signo annum unum. Nam si qn̄ applicuerit infortunijs, significat damnū secundū po tentiam planetæ cui applicat, & secundū si gnificationē signi in quo uersat idē plane ta: & si qn̄ applicat ad abscisionem, abscin dit. Pars Cælati accipiē de die à Luna in So lem, & in nocte è contrario, & proijciē ab abscendente, & significat rectitudinem, le gem, spiritum corporis, religionē, secreta, res occultas & absconditas cogitationes, bonam famam, perfectionē & synceritatē. Etiam hęc pars est de nocte loco partis for tunæ. Si qn̄ Sol hanc partem aspexerit, pau cos filios significat, uel quòd filij discedent à patre. Et si aspexerit eam Iuppiter, signifi cat quòd natus ille erit prædicator legis di uinę, iustꝰ ac bonus: et si aspectus ille fuerit de quarta, nō erit credibile quod prædicat: & si fuerit in angulis, natus erit firmus & constans in lege quam tenet, nec dubitabit de ea: & si dīns partis fuerit receptus aspici ens eam, procedet rectis tramitibus, perfe ctus erit, bonitatē amabit & legē ueridicā: sed si non fuerit in loco suo receptus, sed a spexerint eum fortunæ infortunijs cadenti bus ab eodem, ostendet natus bona & pul chra facta, & ob ea cupiet efferri, non tamē faciet opera consona ueritati & bono. Etiā si dominus partis retrogradus & infortu natus fuerit, significat quòd natus ille suā legem mutabit & dubitabit de ea, idq̄ secū dum planetam aspicientē, & infortunantē eum. Etiam scies causam permutatiōis suæ legis ex hoc modo infortunantibus. Si fue rit Mars infortunator, erit propter interfe ctiones, rixas, & uerba quę fuerunt inter ip sum & alterum existentē potētioris legis: si fuerit infortunator Saturnus, erit prop ter perfidiam quæ in lege accidet ex ipso: si fuerit Venus, erit ratione fornicationis uel mulierum: si Mercurius, erit ex scientia seu studio librorum & scientiarum. Præterea semper cùm Cauda cadit cum parte legis, uel ipsa Cauda separatim per se in nona do mo, & pars infortunata fuerit, diminutio nem & abrogationē legis significat, & mul tas dubitatiōes in ea. Et si pars fuerit in no na salua & pura, significat quòd natus erit iustus & religiosus, & quòd relinquet mun dum: & si fuerit cum hoc recepta, procedet bono & recto tramite. Si quando dominus huius partis fuerit sub radijs, non impedit eum: & si fuerit in angulo, erit ei melius. Et iam si quando hæc pars fuerit in Capricor no, natus erit grauis, ordinatus, sapiens, & robustorum membrorum. Et si ceciderit in Leone, uel Ariete, aut Tauro, uel Scorpi one, significat quòd natus erit perfidus.

Pars stabilitatis & augmentationis atque munditiæ, est radix ascendentis. Hæc pars accipitur de die à parte fortunæ in partem Cælati, & de nocte è contrario, & proij citur ab ascendente: hæcq̄ pars ostendit

formam

formã nati & ſaluationẽ corporis eius. Si qñ hæc pars fuerit ab infortunijs libera & in bono loco, ſignificat q̃ natus erit cõpoſitę formę, & corpus eius ſine maculis & ſanũ, & utilitatẽ habebit in itinerib. & ſi pars adhęſerit ſignificatori patris, natus aſſimilat̃ patri: ut ſi adhęſerit ſignificatori matris aſſimilat̃ matri. Itẽ ſi qñ ſcire uolueris de re aliqua ſi firma ſit futura & durabilis, reſpice ad hãc partẽ in natiuitate cuiuſuis, aut in reuolutione, uel quã receperis per rectũ aſcẽdens, & ſi eam inueneris aſpicientẽ dñm domus ſuę, uel dñm ſui termini, aut ſi ſit cũ dominis angulorũ, ſiue in angulis, uel cũ dño aſcendentis, aut aſpiciat eũ, tunc ſignificat firmitatẽ & durabilitatẽ illius rei: ſed ſi remota fuerit ab eſſe dicto, ſignificat remotionem illius rei. Etiã quũ ſignificat firmitatẽ & durabilitatẽ ſi fuerit fortunata, ſignificat q̃ res illa firma & durabilis erit cũ lætitia, fortuna, & bono. Sed ſi ibi fuerit infortunata, ſignificat q̃ erit in eodẽ loco durabilis cum anxietatibus, doloribus, & dubitationibus. Similiter ſi qñ remotionẽ ſignificauerit, iudica eã ex fortuna & infortunio hoc modo. Pars amoris & amicitię accipit̃ à gradu Veneris in gradũ partis fortunę de die ac nocte, & proijcit̃ ab aſcendente. Pars delitiarũ & ſaporis accipit̃ de die à gradu partis fortunæ in gradũ partis cęlati, & de nocte è contrario, & proijcit̃ ab aſcendente: et hę duæ partes ſunt Veneris, et ſunt ſignificatrices amoris, amicitiæ, ſaporis, uitij ex cauſa mulieris, hilaritatũ & gaudiorũ. Si ergo aliqñ ſcire & prudenter uelis iudicare p eas, aſpice cuiuſmodi cõuenientiã & applicationẽ, uel diſcõuenientiã & ſeparationẽ habeant cum almutez aſcendentis, & iudica ſecũdum illud. Pars fortitudinis et audacię accipit̃ in die à gradu Martis in gradum partis fortunę, & in nocte è cõtrario, & proijcitur ab aſcendente: hęc pars eſt Martis et ſignificatrix potẽtiæ, ualetudinis, deceptionum, proditionũ, audaciæ, impetuoſitatis, latrocinij, interfectionũ, militiæ, ac iudiciorum. Si ergo per eam iudicare uelis, aſpice in quo loco natiuitatis cadat, & cuiuſmodi aſpectũ habeat cum almutez aſcendentis, uel cuiuſmodi remotionẽ ab eo, & iudica ſicut in aliis partib. diximus. Pars ſenſus profundi, cogitatus & rationis, accipit̃ de die à gradu Mercurij in gradũ Martis, & de nocte è contrario, & proijcitur ab aſcendente, idq; ſecundũ opinionẽ Albumaſaris. Hermes dicit quòd accipitur de die à Saturno in Martem, & de nocte è contrario, & proijcitur ab aſcendẽte. Ego dico q̃ dictum Hermetis in hoc melius uidet̃ & cõuenientius. Si quãdo ergo hæc pars & eius dñs fuerint cum domino aſcẽdẽtis, uel dominus partis habuerit aliquam dignitatem cum domino aſcendẽtis, & aſpexerit eos Mercurius forti aſpectu, ſignificat quòd natus erit bonæ rationis ac bonæ cogitationis, & bonæ elocutionis ad docendũ quod dicere uult, & erit boni ſenſus. Etiam ſi Mars aſpexerit dominum aſcendentis & partẽ nati, erit intelligẽs, acutus, & feruẽs in corde ſuo. Aphorismi: Conſidera planetã qui aſcendit poſt aſcendens quis ſit, & quem ſtatum habet, quia hic planeta uirtutẽ habet & potentiã in moribus nati: & ſi fuerit infortuniũ, ſignificat turpes mores: & ſi fortuna, ſignificat pulchros mores. Inſpice poſt diem qua Luna intrat gradum aſcendentis, à quo ſeparatur & cui applicat, uel ſi eſt uacua, quia ipſa ſimiliter habet potentiam in moribus nati. & iudica ſecundum naturam planetæ à quo ſeparatur illa die & cui applicat: & ſi die illa fuerit curſu uacua, nullam habet ſignificationem. Aſpice ſimiliter primum planetam qui intrat gradum aſcendentis, excepta Luna, q̃a planeta ille ſimiliter habet dominiũ & potentiã in natura & moribus nati, & iudica per ipſum. Quando ſcire uis utrum caſtus ſit uel fornicator natus, aſpice quot gradus ſint inter Martem & Venerẽ, & quod exierit proijce ab aſcendente. Etiã aſpice & ſi Iuppiter aſpexerit locum ubi finit numerus, ille caſtus erit & purus: ſi aſpexerit ibi Mars, aut fuerint primi radij Martis quos habuerit p̃ athazir, erit turpis fornicator. Sed ſi dominus aſcendentis fuerit Mercurius, & fuerit in Scorpione, ſignificat fraudes, fornicationes, proditiones. Etiam ſi quando Mars habuerit in aſcendente dignitatem & fuerit in Libra, ſignificat q̃ fornicator erit. Si quãdo Sol fuerit cum Saturno, diminutionẽ & damnum maſculinitatis ſignificat, quia ambo ſunt maſculini, & alter malè afflat alterum in cõiunctione, & læditur maſculinitas. Sed ſi fuerit in domo in qua habeat aliquam dignitatem, erit hoc minus & aliquam reparationem habebit: tamẽ ſi fuerit in locis peregrinis, aſcendit & creſcit malum & damnũ, idq; totum euenit ſi aliquis eorum habuerit in aſcendẽte aliquam dignitatem. Si Luna fuerit in ſigno aqueo & in gradu occidẽtis, & Venus aſpexerit eam, natus erit mollitũ oſſium & membrorum,

membrorum, ita quòd se suo corpore non poterit iuuare. In summa ut breues aliquas regulas demus inspectiõis natiuitatũ, aspice in natiuitatibus diurnis ad secundam domum à Sole, & ad ipsius tertiã & quartam, & ad omnes alias 12. domos: & in natiuitatibus nocturnis ad secundam domum à Luna, & ad eius tertiam & quartam, & ad omnes alias duodecim domos, & iudica in natiuitatibus per has domos Solis & Lunæ, sicut iudicas ab ascendẽte suisq; domibus. In nocturnis autẽ natiuitatibus respice ad Lunam, ut ad Solem in diurnis, & considera quis eorũ applicet uni planetæ, uel duobus aut tribus anteq; exeat de signo in quo est, & permutetur ad aliud: & si applicuerit uni planetæ & non pluribus, uita illius nati & res quibus studet, erunt secundum naturam illius planetæ omnibus diebus suis: & si applicuerit duobus, uita eius erit de natura ipsorum: sed si applicuerit tribus, ex illorum natura iudica similiter. Rursum respice ad Lunã tertia die à natiuitate in eademmet hora qua fuit natiuitas, & si eam inueneris in termino fortunæ, & illa fortuna fuerit debilis, mediocris erit in sua fortuna: sed si eam inueneris in termino infortunij, & infortuniũ debile fuerit, erit similiter mediocris: at si eam inueneris in termino infortunij, & infortuniũ potens fuerit, malè fortunatus erit. Sed si eam inueneris in termino fortunæ, & ipsa fortis, bene fortunatus erit. Trayaman dixit: Aspice locũ Lunæ septima die à natiuitate, & ab eo iudica mediũ uitæ: etiam aspice locum in quarta die à natiuitate, & ab eo iudica finem uitæ.

De secunda domo & eius significationibus.
Cap. XI.

SEquitur nunc bona methodo secunda domus quæ est significatrix dignitatis ac dominij nati, & fortunæ in substantia, & temporis in quo habebit fortunam, & eorum qui à miseria subleuantur, & qui per miseriam deprimuntur. Dico in Dei nomine, qui nos in bonam semitam dirigit, quòd si quando uis respicere ad dignitatem & ad dominũ nati, debes primùm incipere à stellis bebenijs, quę sunt primæ magnitudinis & secundæ: postmodum si aliquam earum inueneris in gradu ascendentis, uel in gradu decimæ domus, aut in gradu septimæ, uel in gradu quartæ, aut cum gradu Solis, si natiuitas fuerit diurna: uel cum gradu Lunæ, si fuerit nocturna: quorum omniũ locorum melior est gradus ascendentis, deinde decimæ, deinde septimę, tandem quartę. Et si de prædictis stellis fuerint in duobus locis uel tribus aut pluribus, & natus ad hoc fuerit de progenie regis, erit rex clarus & magnꝰ: si uerò de progenie regali non fuerit, habebit potentiam & imperium simile potẽtię ac regno regis, & perueniet ad insignem nobilitatẽ & magnum dominium, & imperabit ciuitatibus, uillis, & genti, & seruabitur mandatũ eius inter eos in bono & malo, maximè si fuerit de natura hominũ clarorũ, uel de progenie hominũ qui similis status sunt. Nota ibi obtentꝰ stellæ bebenæ exaltant hominem ad sublimem gradum & magnam dignitatẽ, et euehunt de infimo ad supremum. Etiam si quando Luminare temporis fuerit in exaltatione sua & in medio cœli, & ascendens fuerit signum ex signis regalibus, & dominus signi Luminaris, uel dominus ascendẽtis fuerit in ascendente, uel in undecima domo, significat quòd perueniet ad magnum & excelsum gradum, uel erit regis consiliarius in alto gradu: & si fuerit de stirpe regali, erit rex. Etiam aspice ad ductoriam planetarum diurnam à Sole, & nocturnã à Luna (ductoria aũt est si planetæ sint orientales à Sole, & occidentales à Luna.) Postmodum si hos planetas inueneris in domibus uel exaltationibus suis tam diurnos quàm nocturnos, & in angulis suis uno alterum aspicięte, significat quòd natus erit rex uel ad similitudinem regis: & si fuerint in prędictis dignitatibus & non in angulis, erit alchaydus, uel habebit dominiũ magnum. Sed si ambo Luminaria nullam ductoriam habuerint plenetarũ qui sint de suo haiz, natus erit infirmi nominis. Quando dominus ascendẽtis est in exaltatione sua in gradu medij cœli, significat ꝙ natus erit rex. Quando Luna post separationem à sua coniunctione alicui planetæ in exaltatione sua uel medio cœli existenti applicat, est significatio regni. Quãdo planetæ ascendũt de die ante Solẽ, uel occidũt de nocte post Lunam, uel ascendunt post eam & sunt fortunati, similiter regnum significãt. Quando gradus coniunctionis magnæ perueniunt in anno, in quo est illa coniunctio, in medio cœli alicuius nati. & aspicit ibi aliqs dominorũ suorum, uel dñs ascendentis, natus perueniet ad regnum magnũ & manifestum, si uitam habuerit. Quando Venus & Iuppiter sunt in exaltatiõibus suis, & in re-

domo à parte fortunæ, uel ipſa pars eſt in medio cœli ab aſcendente, & dominus domus partis eſt Iuppiter uel Venus, & ipſi in aliqua dignitatum ſuarum in aſcendente, ſignificant regnum. Quando dominus medij cœli applicat domino aſcendẽtis, & ambo ſunt in exaltationibus ſuis orientales, ſimiliter regnum ſignificãt. Si quando quatuor fortunę fuerint in angulis, regnũ ſignificant. Quando Sol eſt in ſigno regali & in medio cœli, ac receptus à Luna in tertio eius, ſimiliter regnum ſignificat. Si quãdo planetę omnes applicuerint Ioui, & Iuppiter per cõuenientiã dederit uim ſuam Saturno, & Saturnus fuerit orientalis fortunatus & receptus, ſignificat regnum magnum. Inueni ſcriptum ab uno ex ſapientibus, quòd rex Alfadal filius Zahel habuerit in natiuitate ſua in gradu aſcendẽtis ſtellam hebeniam, illam uidelicet quæ dicitur duorum radiorum & zoheyl, & habuerit amplum & manifeſtũ regnum & nominis magni. Item ſi quãdo ſcire uolueris ſtatum nati & totam eius uitam in qualibet die, una ſcilicet poſt aliam, reſpice ad dños triplicitatis Luminaris temporis natiuitatis, & nota quòd primus eorũ eſt ſignificator primę medietatis, ſecundus tertiæ partis uitæ ſequentis hanc medietatẽ, tertius eſt ſignificator ſextæ partis poſterioris quæ remanet. Poſtmodũ aſpice in quo loco ſit quilibet horum planetarũ, & dños triplicitatis illius loci, & diuide illud tempus eius ſuper hos dominos, ſicut diuiſiſti antea ſæpe, & perge hoc modo diuidendo donec peruenias ad dies & horas, & ſi placet iudica ſecundum quod inueneris ſignificatores illos ac ſtatum & uirtutes eorum. Zeradeſt dicit: Ille qui habuerit in ſua natiuitate gradum cum quo Luna aſcendit fortunatum, habebit fortunã durabilem ſecum, quia honorem habebit per eam quoad uixerit.

De ſubſtantia fortunæ. Cap. XII.

COgnitionis ſuarũ fortunarũ quilibet homo eſt cupidus, & aſpicit primum dominum triplicitatis domus ſubſtantiæ, & ſi eum inuenerit in ſuo curſu, & in bono ſtatu, firmũ in angulis, aſcendentẽ in circulo ſuæ augis, auctum lumine ac numero, & rectum à domino domus ſuæ, uel in domo ſui termini, planetis ei dantibus lumen ac potentiã, ſignificat quòd natus ille diues erit ac abundans ſubſtantia, & quanto magis procedit in ſua uita tanto creſcit ei ſubſtantia eius, et melior fit ſtatus eius, et augent ei diuitiæ, honor, & bonũ. Sed ſi fuerit in ſtatu diuerſo à iam dicto, ita q̃ ſit remotus, cadens, & infortunatus, erit paup & miſer, mendicus & manifeſtę paupertatis & uilis. Etiã ſi ſecundus dñs triplicitatis domus ſubſtantiæ fuerit infortunatus & fortis, & in loco dignitatis ſuæ receptus à planetis aſpiciẽtibus eum, & conuenientibus cum eo, ſignificat q̃ natus erit bonę & abundantis uitæ, & dabit ei bonum de ſubſtantia ſua, & bonum faciet de illa omnibus adhærentibus ei. Ac ſi fuerit ſignificator in ſtatu diuerſo, erit natus anguſtæ uitę, paup & uilis ualdè, & habebit uictũ ſuũ ab hominibus petendo, & erit magis famelicus q̃ ſatur. Si uerò tertius dñs triplicitatis domus ſubſtantiæ fuerit in bono ſtatu, fortis & fortunatus, natus erit fidelis, diceẽ bonum de eo & confidẽt in ipſo, notus & nomẽ obtinebit boni ueridici, & legalis in dictis ſuis, & in emendo, uendendo, dando & accipiẽdo. Sed ſi fuerit hic ſignificator in diuerſo ſtatu, erit dehoneſtatus, abhorribilis, odioſus, cognit⁹ pro proditore ac deceptore, & pro malè dando & accipiendo, & pro non legali & mendace. Quando pars fortunæ eſt in domo fortunę & in forti loco ab aſcendẽte, & aſpicit eam dñs ſuus à loco bene aſpecto ab aſcendẽte, & eſt in domo uel exaltatiõe ſua, uel termino aut triplicitate, uel in ſuo haiz, & Luna recepta eſt à dño ſecundæ domus, ſignificat q̃ natus erit diues ac abundans ſubſtantia in claro gradu, uita bona uiuet & uiuent alij cum eo, & aſſociabunt eum ſibi, & alij diuites fient per eum. Etiam ſi quando pars fortunæ fuerit cadens & in malo loco, uel fuerit in radijs Solis aut in radijs infortunij, & dominus eius in loco peregrino, & dñs 2. domus nõ aſpexerit aſcendẽs, natus erit laborioſus & pauper, anguſtã & miſerã uitam uiuet, & ex petẽdo ab hominibus. Nõ eſt bonus Sol neq̃ Mars neq̃ Saturnus in ſecunda domo in aliqua natiuitate, nec inde natus bonum habebit: quia Sol deſtruit planetas & auſert eis lumen, & Mars eſt ſignificator impedimentorũ & laborũ & defectus ſubſtantiæ, & Saturnus ſignificat uacuitatem & paupertatem & indigentiã. Etiam peius hoc toto eſt ſi dominus domus ſubſtantiæ fuerit combuſtus cum magna læſione partis fortunæ, quia ille natus qui fuerit in tali conſtellatione & ſtatu, non habebit quo ſibi ſubueniat, laborioſus erit & uitam uiuet uilem & miſeram & anguſtam.

Si

Si quando dominus substantiæ fuerit fortunatus & fortis & ascendens in circulo augis, & auctus lumine ac numero multis planetis applicantibus ei, & dantibus uim & lumen suum ei, & fuerit receptus ab eis, significat quòd natus lucrabitur multam substantiam multis modis, & à multis partibus secundum fortunas planetarum ei dãtium lumen suum & fortunas domorũ suarum, accipiendo eas ab ascendente: & secundum fortunas locorum in quibus fuerint, & de quibus dant uim & lumen suum. His ergo ita prępositis & animaduersis aspice ad primum planetã, qui si intrauerit ad locum Lunæ in natiuitatibus nocturnis, uel locũ Solis in natiuitatibus diurnis, erit planeta ille significator finis status nati in diuitijs & paupertate. Si quando dñs domus substantiæ fuerit ad applicationem domini domus ascendentis, significat quòd natus lucrabitur substantiam à parte quam non suspicabatur nec credebat, & habebit lucra in bona quiete & honore, bona ratiõe, & de bonis rebus: maximè si qñ dñs domus substantię fuerit fortuna. Quãdo infortunia dant, significant lucra, modica tamen, quia substantia quam lucrabitur natus, erit à locis timidis & expauescẽdis, sicut per furta uel denegationes rerum, aut interfectionem siue percussionem, uel quod his assimilatur. Si quando dominus ascendentis applicuerit domino secundæ domus recipiendo eũ, significat quòd natus lucrabitur substantiã cum labore, & semper erit laboriosus in perquirendo eam, nec dabit requiem in hoc sibi. Et si dominus domus substatię ad hoc fuerit fortuna, profectum habebit à seipso, & congregabit multam substantiam lucro & acuitate sua. Sed si fuerit infortuniũ, quod proueniet in substantia modicũ erit, & habebit illud cum labore & magna sollertia, & accident ei dum quęrit illud anxietates, labores & metus. Si quando dominus ascendentis separatus fuerit à domino secundæ domus, significat quòd natus modicum perquiret substantię, & erit contentus in eo quod habet, & expectabit benignè quod ad se perueniet & quietè. Si quando dominus secundæ domus fuerit separatus à domino ascendentis, significat quòd habebit magnã uoluntatem perquirendi substantiam, & erit multum sollicitus in hoc, & propter illud se plurimum fatigabit, tamen non erit fortunatus in eo, & uix applicabit ad id quod petit, nec habebit ꝙd sperat. Etiam quando dominus ascendẽtis applicuerit domino domus substantię, & dominus domus substãtiæ retrogradus fuerit reddendo ei lumen & uirtutẽ suam, natus erit sollicitus in perquirendo substantiam, & defatigabit se in hoc, erit tamẽ infortunatus, & semper cum offertur ei uia lucrandi reuoluit & damnũ accipit pro lucro, & accidunt ei in hoc molestiæ & labores. Et si dominus ascendentis retrogradus fuerit, reddens lumen suum domino secundę domus, & dominus secundę domus applicuerit ei, accident nato lucra, & patebũt uiæ ei ad lucrandum multum substãtiæ, sed ipse per se piger erit ad lucrandum illa & ad complendum hęc, quia retrahit ad se nec perficit. Si quando dominus ascendentis fuerit in oppositio domini domus substãtiæ, & in quarta eius sine receptione, uel quòd natura cuiuslibet eorum sit alteri cõtraria, & eorum formæ similiter contrariæ, natus erit dilapidator & deuorator substantię, & exponet ultra quàm conueniat, nec custodiet quod habet: tamen si fuerint in tertio uel sextili eius siue receperint se siue nõ, aut formę ipsorum cõuenientes fuerint inuicem, natus erit auarus, amabit substantiam, custodiet eam, & uiuet auarã uitam, nec habebit profectum de substantia sua, nec alij pro eo. Si quando dominus secundæ domus fuerit in aliquo angulorum per signum, & sit cadẽs ab angulo per gradus, significat quòd habebit nomen & famam diuitis, ipse quoq; ostentabit diuitias quasdam, indigus tamẽ occultè, & faciet maiores expensas ꝙ̃ eius ferat substantia, sed si fuerit in aliquo angulorum per gradus, & remotus fuerit ab angulo per signa, natus erit sine pompa, ordinem habens in suis factis, non erit nominatus nec ostendet suas diuitias, & maiores diuitias habebit quàm præ se ferat, immò maximè erunt diuitiæ eius si planeta ille fuerit occidentalis, uel in angulo terrę: tunc enim habebit maiores diuitias, & se magis continebit, ac quod habet abscondet. Etiã si quã do significator substantię fuerit in loco occulto & abscondito, substãtiam & diuitias magnas significat, maximè si dominus secũdæ domus planeta fuerit conueniens, sicut Iuppiter qui est de natura & forma substantiæ: sed si significator substantiæ fuerit Saturnus uel Mars, & fuerint similiter abscondíti, significant magnam substantiam, sed cum laboribus, molestijs & grauamine acquisitam & partam: & accident ei impedi-

menta

menta, quia infortunia impedimenta & anxietates significāt & labores, & omnem rem quæ perdit & grauiter habet & perquiritur. & omnē rem desperationis. Si qñ dñi triplicitatis Solis, in natiuitatibus diurnis fuerint fortunati omnes, fortes & recepti in locis & dignitatib⁹ suis, natus erit diues & abundans toto tempore uitæ suę. Sed si unus eorū fuerit fortunatus et bonus & fortis, & alij fuerint infortunati & mali, habebit substantiā & diuitias in partitione uitæ quę est illius planetæ fortunati, & feret paupertatē & indigentiā in partitione illius planetę qui inuenit infortunatus: quoniam primus horū significatorū significat uitæ principium, quod est prima tertia: & secundus tertiam secundam, & tertius significat tertiam reliquā. Etiam hoc modo iudica de dominis triplicitatis Lunæ, in natiuitatib⁹ nocturnis. Dñs Zaradest diuidit uitā p dños triplicitatis aliter, & primo dat dño triplicitatis signi medietatē primam totius uitę, & secūdo dat tertiū totius uitę, & tertio dat sextum remanēs totius uitæ. In summa nota q qñ dñs domus substantiæ est in ascendente, & in illa natiuitate est significatio q natus sit habiturus diuitias, q habebit eas in infantia sua, & in principio uitæ suæ. Sed si fuerit inter ascendens & mediū cœli, consequetur eas in pueritia sua: si in angulo medij cœli, habebit eas ab adolescentia sua: si inter medium cœli & septimam domum, habebit eas in iuuentute: si in angulo occidentis, habebit eas in senectute, & in tēpore quo separat uitæ suæ finem. Non proderit nato substantia sua denotata ex existentia domini domus substantiæ fortis, quia licet ipse sit ascendēs ac fortunatus, & in bono loco, ac planetæ dent ei uires suas & recipiant eum, tamen nihil perficiet, nisi à Ioue uel Venere habuerit testimoniū uel aspectum aliquē: nam Iuppiter quocunq; aspectu ibi aspiciat, expendet substantiā suam, & faciet ei bonum de ea, & extrahet & expendet illā in bonis & liberis rebus ac elemosynis, & bonis factis, ex quibus prouenient præmiū in hoc seculo & futuro. Etiā si aspectus fuerit Veneris, expendet eā comedēdo, bibēdo, uestiendo, & parabit sibi ex ipsa cōmodum in quiete huius seculi, uitijs & mulieribus, & his quæ assimilantur. Verumenimuero si ibi non aspexerit neq; Iuppiter neq; Venus, natus ille substantiā congregabit, custodiet & augebit eam, nec de ea accipiet ullum cōmodum, sed erit parcus in tota uita sua, nec de ea rē faciet propter quam capiat aliquā utilitatē in hoc seculo uel in futuro. Si qñ dñs ascendētis fortis ac fortunatus & in bono statu fuerit, & firm⁹ in angulis, & receptus à dño domus substantiæ, & ille dominus domus substantiæ fuerit cadens, infortunatus, & in malo statu ac malè affectus, significat quòd natus erit fortis & sollicitus in acquirendo substā tiam, & acquiret eam multis modis & uijs & bona ratione, nec erit in hoc piger uel debilis, sed ex hoc toto modicum erit q̄d inde metet: quia qñ planeta cadens est, uirtutem nō habet, nec potest proficere neq; dare nisi modicam rem. Sed si dñs domus substantiæ fuerit fortunat⁹ et fortis, ac receperit dominū domus ascendentis, et ipse dominus ascendentis fuerit debilis et cadens, natus erit debilis et piger, tamē diues et abūdans et superueniēt ei lucra licet nō laboret proeis: quoniam quādo planeta recipiens fortis et fortunatus est, fortificabit eum Dominus, et dabit ei Deus bonū statum, diuitias atque bonum. Quādo caput Draconis est in domo substantię iens ad ascēdentem ad gradū ascendentis, significat nato diuitias, bonum, abundantiam, et profectum: et hoc habebit à regibus et nobilibus, et ab hominibus potentiam habentibus & dominiū: sed si Cauda ibi fuerit et in hoc statu, diminutionem significat, paupertatem ac miseriam manifestam, et dissipabitur, ac malè proijciet quod habet. In cuiuscunque radice natiuitatis Iuppiter habuerit aliquā dignitatē aut potentiā uel testimoniū, esse nō poterit multum pauper. Si qñ pars fortunę fuerit cadens ab ascendēte, & non aspiciat ibi Luminare tēporis, & eius dñs fuerit debilis & infortunatus, ac remotus ab angulis & non aspiciens partem, & dñs domus substantiæ fuerit ab infortunijs malè affectus, uel à radijs Solis, quæ destruūt & spargunt, significat quòd natus erit pauper, miser, nec lucrari poterit uictum suū completum, & fortè uiuet ex eleemosynis. Etiam si dñs ascendentis fortis & fortunatus fuerit, sit tamen inimicus dñi domus substantiæ, non impedit eum, licet dñs domus substantiæ sit cadens: quoniā substantiā aliquā natus habebit, mediocres diuitias, & mediocria lucra. Si qñ pars fortunæ fuerit potens & fortunata & in bono loco, & aspexerint eam domini triplicitatū suarū de bonis & fortibus locis, significat quòd natus erit ac quisitor substātiæ, diues, potens, abundās,

felix, uitiosus, uirtuosus, & fortunatus: sed si aliqd infortunioꝝ dãnantiũ de opposito uel 4. eam ita aspexerit, permutatur & diuersificat eius statꝰ, & feret modò indigentiã, modò abundantiã & diuitias, & accidẽt ei labores & anxietates in lucrãdo & perquirendo substantiã. Si qñ pars fortunę fuerit in termino infortunij, & aspexerit eã dñs eiꝰ de bono & forti & fortunato loco, & infortunia nõ aspexerint eã nec dñm eius, significat qꝺ natus immiscet se uilib. rebus pro lucrãdo, uilipẽdẽs sese, lucrabit̃ tñ & erit eius qd lucrabit̃ custos. Si qñ Sol in natiuitatib. diurnis, uel Luna in nocturnis, fuerit in domibus fortunarũ, & maximè in domo Iouis, & Iup. fuerit in bono loco & in bono statu ab ascẽdẽte, & dñs domꝰ substantię liber ab aspectu, cõbustiõe, & regradatione, ac cõiunctiõe infortuniorũ, habebit diuitias magnas, multã substantiã, abũdantiã, & sublimẽ gradũ. Idẽ eueniet quoꝺ si planeta recipiẽs & cõiungens testimonia substantię applicuerit ad dñm ascẽdẽtis, & fuerit ascẽdẽs auctus lumine & numero: at si applicuerit & fuerit descendẽs & diminutus lumine ac numero, significat in substantia mediocres diuitias: & si multũ infortunatus & ualdè malè affectus fuerit, significat diminutionẽ & pauptatẽ, & qꝺ habebit modicã substantiã. Si qñ pars fortunę fuerit in domo substantię, infortunijs nõ aspiciẽtibus eã, nec prõcientib. suos radios super ipsam, & dñs domus eius aspexerit eã de bono & fortunato loco, & in bono statu, forti, claro, & libero ab infortunijs malè afficientib & destruentibus, significat qꝺ natus erit diues & abundans, & qd perueniet ad eũ substãtia, diuitiæ, ac lucra sine aliqua molestia aut labore. Sed si dñs domus eius non aspexerint eã, & Luminaria eam & dominum eius aspexerint sine aspectu uel testimonio infortuniorũ, erit fortunatus & bonę uitæ, substantiã & diuitias à rege congregabit, ac ab altis & nobilibus habentibus dñium. At si neqꝺ dñs domus eius neqꝺ aliqd Luminariũ aspexerint eã, erit modicę substantię, debilis uitæ, ex labore corporis sui parabit uictũ sibi, nec amplius lucrabit̃ quaqꝺ die: & si ibi fuerit infortunata & debilis, ac sub radijs Solis uel in radijs infortuniorũ, erit pauꝑ multũ, indigentis uitæ, nec habebit unde uiuat nisi ex eleemosynarum petitione, & in hoc malè fortunatus erit: gaquẽcunqꝺ petet ille nõ solũ nihil dabit, sed insuꝑ suis uerbis dehonestabit, & incesset in eũ, nec eius ulla ex parte miserebit̃. Si qñ dñs domus substantiæ fuerit fortis, saluus, & fortunatus, & in angulo, ac ascẽdẽs nõ prõcient̃ super eũ omnes hę uirtutes, nec erit nati fortuna in substãtia cõpleta nec pfecta, lucrabit̃ tñ substantiã, & in lucrãdo & habendo eã fortunatus erit, sed diminuet et disperget eã, nec remanebit apud eum, quia nescit custodire eam uel seruare. Si qñ pars substantię ceciderit in domo substantiæ, natus erit potẽs in lucrãdo substantiã, & sciendo mores & modos lucrandi eam, maximè si fuerit in termino Iouis, qui est maior significator substantię: & si fuerit in illo loco salua & fortis, & dñs domus substantię infortunatus, infortuniũ dñi domus substantię nõ impediet eum: nam si qñ pars fuerit fortunata & fortis in illo loco, natꝰ erit diues & lucrabit̃ ac cõgregabit substantiã, et erit acutus & sapiens in acquirẽdo & lucrãdo eam, & fortunatus in laborãdo in hoc, & lucrabit̃ eã multis uijs & modis. Si qñ eueniat ut Mars sit dñs ascẽdentis, & ipse sit dñs partis fortunę, & cadat in domo substãtię, nec eum aspexerit aliqua fortuna, significat qꝺ natꝰ dilapidabit & diminuet substãtiã suam, et hęreditatẽ parentũ, et deducet seipsum ad paupertatẽ & indigentiã: & causa propter quã dilapidabit & perdet illã, erit ex natura dñi signi: qm̃ si fuerit Venus, expẽdet eam in cantibus, ludis, mulierib. & lęticijs: & si fuerit Mars, perdet illã in rixis, inimicitijs, & causis. Qñ Mars damnat domũ substantię, significat anxietatẽ, pauptates, labores, & impedimenta. Sed si Merc. damnauerit eã, expendet suã substãtiã in ediscẽdo scientiã & scripturã: si Iup. in bonis factis libertatis ac eleemosynis expendet eã si Satur. in ędificando et producendo, laborando terras. Qñ Merc. est in ascendẽte, & in signo fœminino, natus habebit bonũ & lucra. In libris suis reliquerũt alij sapiẽtes, & multi eorũ cõcordant in hoc, qꝺ si qñ ambo infortunia & Cauda fuerint in ascendẽte, uel alterũ eorũ cum Cauda, qꝺ natus erit diues & in eminente gradu: hoc qꝺ fiet si fortunę non aspexerint ibi, & fuerint ab eodẽ loco remotæ: quod ego nõ cõcedo, nec ulla in parte probo. Dicunt similiter, qꝺ si qñ fortunæ ceciderint in ascẽdẽte cum Cauda, qꝺ natus erit pauper, uilis & abiectus: qd ut prius incesso, & dico nullo modo hoc uerũ esse. Si qñ Saturn. fuerit in ascendẽte, in natiuitatibus nocturnis, & in gaudio suo, natus in utilitate lucrabit̃ substãtiã, & utilipen-

detur

detur propter eam. Si quando dñs aſcendētis fuerit in 12. domo, ſignificat ꝙ erit malæ ac laborioſæ uitæ: & ſi ibi applicuerit alicui fortunæ, aut alicui bono & fortiplanetæ, minuitur de malo & labore ipſius: ſed ſi non applicuerit fortunæ, ſed infortunio, laborioſus erit quàmplurimū donec moriatur. Si qñ pars fortunæ & almutez aſcendentis fuerit in quarta, ſignificat durabilē & affluxam fortunā: & ſi fuerit cum dño itineris, erit fortuna eius in itineribus: & ſi hęc pars & pars regni ac pars Cęlati fuerint fortunatæ, ſignificant ꝙ fortuna illius nati manifeſta & apparens erit. Qñ pars fortunę eſt in una quarta, & dñs eius in altera, ſignificat ꝙ nati fortuna affluet à multis partib. Qñ pars fortunę & eius dñs ſunt in 4. domo, uel alter eorum eſt in 4. domo, ſignificat ꝙ nati fortuna proueniet à theſauris uel cuſtodiendo theſauros. Sed ſi qñ fuerint in 10. domo uel 12. ſignificat ꝙ habebit dñium & poteſtatem ſuper captiuos & in carceribus cōiectos. In quacunq; domo ceciderint pars fortunæ ac eiꝰ dñs, & fuerint infortunati ac liberi ab infortuniorū aſpectibus, ſignificāt meliorē euentū & aptationē rerum, quas ſignificat illa domus. Sed ſi fuerint ibidē infortunati uel cadentes aut malè affecti, ſignificāt diminutionē rerum ſignificatarū ab illa domo. In ſumma, ut tandem finiā, dicit quòd aſpici debet ad ſubſtantiā & ſignificationē eius, & à fortiori trium dominorū triplicitatis domus ſubſtantiæ peti, (quoniā eorum qui fortior fuerit & in meliori loco, iure debet eſſe ſignificator ſubſtantiæ potius quàm alij) & de natura & de rebus domus in qua fuerit, erunt lucra ipſius & eius prouentus: ut ſi fuerit in medio cœli, erunt eius lucra à regibus: ſi in nona, erunt ex itineribus & uiatoribus, & ex hominibus regis: & ſic de alijs domibus. Nam ſi locus ille fuerit domus Saturni, habebit ſubſtantiā ex hæreditatibus & prædijs, & pro laborādo & ſeminādo terras: ſi fuerit domꝰ Iouis, habebit eam à nobilibus & bonis hominibus & religioſis, & hominibus legis, & cauſa legis & religionis: ſi domus Martis, habebit eam ab alchaydis & militibus, ac pro litigando cum eis, & pro opibus regis: ſed ſi Mars ibi malè affectus fuerit & nocens, & in malo loco, habebit eam ex prædatione & furto. At ſi domus Solis fuerit, habebit eam à parentibus & auis & rege: ſi domus Veneris, à mulierib. iocatorib. ſpeciebus, ponderibus, ac mēſuris: ſi domus Mercurij, ex ſcripturis ac mercimōnijs: ſi domus Lunæ & fuerit curſu uacua, erit tabellio uel curſor deferens per ciuitates chartas & mādata, & inde parabit uictum ſibi. Iuppiter in duodecima domo, ſignificat ꝙ erit conductor terrarū laboris. Sed ſi Mars fuerit ibi de die, ſignificat quod lucrabit̄ à conſanguineis & progenie ſua, ac ex itineribus, & habebit inciſionē ferri in manibus ſuis. Si uerò Venꝰ ibi fuerit de die, ſignificat quòd poſtquam fuerit multorū dierum coniugiū celebrauit cum muliere corrupta, & habebit cauſas ratione mulierum, & fortè ducet uxorem ſuam corā iudicibus, cauſamq; habebit cum ea. At ſi fuerit ibi Mercurius de nocte occidētalis, natus erit deceptor, Deo incredulus, remotus ab omni ſcięntia & doctrina: ſed ſi fuerit ibi oriētalis de nocte, ſignificat diuitias, mercimonia, & ꝙ erit bonę rationis, plurimarū philoſophiarū, doctus in cōſilijs dandis, & quòd diuitias propter hoc habebit, nihilominus tamen accident ei impedimenta & moleſtię. Etiam ſi dominus ſigni coniunctionis uel oppoſitionis præcedentis natiuitatem, fuerit in ſecunda domo, ſignificat quòd natus erit infortunatus in lucrando ſubſtantiā, & modici boni ac ſubſtantię.

Dominus ſecundæ per domos reliquas diducitur.

SI dominus domus ſuſtantiæ fuerit in aſcendente, natus erit fortunatus in lucrando ſiue petendo & laborādo pro hoc: & ſi fuerit receptus ibidem, melior & fortunatior erit: & ſi receptor fuerit in angulo, ſubſtantiam & lucrum habebit à partibus nobilibus & claris. Etiam ſi dominus domus ſecundæ fuerit in ſecunda domo, erunt ei lucra & uictus à partibus manifeſtis & notis: & ſi aſpexerit eum dñs aſcendentis, lucrabitur ſubſtantiā & congregabit eam. Præterea ſi dñs tertiæ domus aſpexerit eum, habebit fratres laborioſos, quibus accident anxietates: & ſi dñs ſecundæ fuerit in tertia domo, ſtatus fratrum diminutionem & læſionem ſignificat. Sed ſi dominus ſecūdæ domus fuerit in quarta domo, nato & eius parentibus ſignificat bonum ſtatum, & multiplicabit̄ domus in qua natus eſt, & procedet in bonū. Etiam ſi fuerit in quinta domo, habebit filios bonos & habituros acceſſum ad domum regis, & habebunt bonum & lucra. At ſi fuerit in ſexta domo, aufugient eius captiui & ſerui, ac animalia moriētur, & accident ei damna in ſubſtātia ſua. Sed ſi fuerit in ſeptima, lucra-

bitur substantiam à malis functionibus, & consumet eam in mulieribus & causis. Etiam si in octaua, faciet turpes sumptus, & non considerabit in quo: & si dominus secundæ domus dederit uim suam dño octauæ domus, eodē dño secundæ existente in octaua, auferetur ei sua substantia: at si dñs octauę dederit uim suam domino secundę domus, dño octauę existente in secūda, inueniet substantiā. Ad hæc si dñs 2. fuerit in nona, habebit mercimonia extra locū suū in itineribus, & substantiā ac lucra feret ex locis quæ abscondita erant sibi nec nota. Etiā si fuerit in 10. uiuet ex mercede regis et lucrabit̄ ea ex parte. Etiam si dñs secundæ fuerit in 11. erit substantia eius ex mercimoniis, pānis, & rebus q̄ seminant̄, ac ex manu leuationibus & debitis. At si dominus secūdæ domus fuerit in duodecima, erit ex malefactis, denegabit̄ ei substantia sua, uel deprædabitur, aut erit ei furata. In summa hæ significationes prędictæ domorum habent firma & ueridica iudicia, si quando dominus ascendentis & dominus secūdę fuerint puri, & non aspecti à fortunis uel infortunijs: sed si habuerint testimonium fortunarum uel infortuniorum, necesse erit tibi cōmiscere significationes eorum, & iudicare secundum commixtionem nunquam recedendo ab hac regula nec radicibus istis. Vt si dominus undecimæ domus dederit uim suam domino secundę, eodem domino undecimæ existente in bono loco, significat quòd natus lucrabitur substantiam ex parte regis: & si Iuppiter aspexerit secundam uel eius dominum, iuuabunt eum homines à quibus auxilium non sperabat. Pars substantię ac lucri accipitur de die ac nocte, à gradu domini domus substātiæ in gradum domus substantiæ, & proijcitur ab ascendente, & est significatrix lucrorū ac uictus nati: cuius iudicia modo diximus in hoc capite. Etiam si quando hęc pars fuerit in angulis & fortunata, & ipsa uel eius dominus habuerit commixtionem cum domino ascendentis, significat fortunam & prosperitatem in uictu: sed si fuerit in diuerso statuā iam dicto, defectum uictus & modicam substantiam significat. Pars mercaturæ accipitur de nocte & die à Saturno in Mercurium, & proncitur ab ascendente: unde si fortunata fuerit, & ipsa uel eius dominꝰ habuerit significationem in substantia, uel domo substantiæ, prouenient ad natum profectus & lucra occasione mercandi, uel exdantibus capitale, uel exponendo suum ad lucrum, & quod huic assimilatur: at si pars illa fuerit infortunata, significat quòd perdet substantiam suam, uel magnam partem ipsius, in his rebus & per uias prædictas. In libro exemplorum in quo concordant sapiētes de Feriz, & Indi ac Romani, dicitur q̄ aspicias ad natiuitatem & angulos & Luminaria, et si Luminaria inueneris in angulis applicātia planetis in angulis, significat natū illum esse ortū in diuinis & dño, quod erit semper firmum & durabile, ac morabitur in eo: sed si fuerint in angulis & applicuerint planetis cadentibus, significat quòd natus est ortus in diuitijs & perdet eas. Etiam si Luminaria fuerint in cadentibus & applicuerint planetis in angulis, significat quòd natus ortus est in utilitate, & quòd postmodum subleuabitur. Etiam si fuerint in cadentibus & applicuerint planetis, significat quòd ortus est in utilitate & manebit in ea. Vna pars sapientum dicit: Quòd si scire uolueris nati fortunam, aspice gradum coniunctionis uel oppositionis præcedentis natiuitatem, & si gradum hunc inueneris applicantem fortunis, & dominos eius aspicientes ipsum gradum, iudica dominium, regnum, & diuitias illi nato: sed si fuerit contrarium eius quod diximus, contrarium iudica.

De tertia domo & eius significationibus.
Cap. XIII.

ABsoluta secunda domo per omnes suas partes & modos, dicum⁹ quòd hæc tertia domus, de qua modò loquimur, complectitur significationes fratrum & sororum simul: & Sol ac Saturnus cum primo domino triplicitatis huius domus, significant fratres maiores: & Iuppiter & Mars cum domino triplicitatis secundo huius domus, significāt fratres mediocres: & Mercurius & Venus cum dño triplicitatis 3. huius domus, significant fratres minores. Pars fratrū & sororū. significat fratres & sorores omnes tam magnos quàm paruos. Si quando Sol fuerit dñs tertiæ domus ab ascendēte & cōbussterit dñm secūdę domus aut partē substantiæ, significat q̄ natus perdet substantiā suā, ex occasione fratrū suorū, qa soluet pro eis impositiones, amissiones, damna multa. Si q̄n dñs domus fratrum & pars fratrū fuerint in angulis & bonis locis & fortibus, & fuerint fortunati & fortes & liberi à cōbustione, & ab alijs dānis, maximè si dñs domus fratrū

fuerit

fuerit auctus lumine, & aſcendens in circulo ſuo, ſignificat q̃ natus multos fratres habebit: ſed ſi fuerit in diuerſo ſtatu à iam dicto, ſignificat quòd paucos fratres habebit uel nullum. Cuiuſcunq; ſignificator ex ſignificatoribus fratrum, fuerit fortunatus & potens & in bono loco, aſcẽdet et durabit & procedet in bonũ, & erit bonitas in parte ea fratrum, cuius eſt idem ſignificator: et eorum cuius fuerit debilis & combuſtus et infortunatus, deſtructionem ſignificat & ſubuerſionem illius partis cuius eſt ſignificator. Si q̃n dñs tertię domus & pars fratrum uel Iuppiter fuerit in ſignis cõmunibus, uel in ſignis multorum tiliorũ, & fortunæ aſpexerint eos aſpectu amico & forti & cum receptione, ſignificat quòd natus ille primogenitus eſt ex fratribus ſuis, & quòd habebit fratres potentes ſimul & bonos: at ſi aſpexerint eos infortunia aſpectu contrario & inimico & ſine receptiõe, ſignificat quòd erunt deſtructi, & quòd unus alterum ſubuertet, & idem natus hoc uidebit: ſed ſi dominus aſcendentis non aſpexerit dominum domus fratrum eorum, qui remanſerint erunt mali & inobedientes, & recedent fugiendo de uilla in qua nati ſunt ad alium locum. Significatiões paucorum fratrum ſunt, ſi dominus domus fratrũ fuerit combuſtus, aut pars fratrum fuerit combuſta, uel ſi Sol fuerit in domo fratrum, aut in oppoſito Iouis, & ſignificant quòd ſubuertentur, deſtruentur, & diſpargentur.

Quando dominus domus fratrum infortunatus eſt ſuper terrã, ſignificat quòd damnũ & infelicitas proueniet in fratribus qui fuerunt ante eum: ſed ſi habuerit illud infortuniũ ſe exiſtente ſub terra, malum & damnum illud proueniet ad fratres qui ſequuti ſunt poſt eum. Hoc modo dic & iudica de bono & fortuna, quando fortunatus eſt in locis bonis & fortibus. Quando dominus triplicitatis aſcendentis primus iungitur cum tertio in tertia domo, aut in ſexta uel nona aut duodecima, ſiue aſpiciat eos aliquod infortunium ſiue nõ, ſignificat quòd natus ille fratres non habebit, uel quòd morientur fratres eius, uel recedent de terra in qua nati ſunt, & ipſe remanebit ſolus. Natus ſpernetur & uituperabitur à fratribus, & ipſi ab eo, quando dominus domus fratrum corporaliter iunctus eſt cũ parte fortunæ, uel eius domino in bonis & fortibus locis. Natus laborabit pro fratribus & ipſi pro eo, quãdo dominus domus fratrum & Luna iuncti ſunt cum Marte, & Mercurius iungitur cum eis, uel aſpicit eos de quarta uel oppoſitione. Si quãdo pars fortunę fuerit in tertia domo ab aſcendẽte, & eam aſpexerit dominꝰ eius de bono loco & aſpectu beneuolo, ſignificat q̃ habebit natus bonos fratres, & diliget eos & diliget ab eis, etiam utilitatem habebit ab ipſis & ipſi ab eo, maximè ſi dominus aſcendentis aſpexerit locũ illum: quia tunc erit ſignificatio maximę utilitatis & firmitatis amoris, & conuenientiæ completę ac perfectę cum Deo. Si q̃n pars fratrũ fuerit in decima domo, & dñs 10. iungat cũ ea ſeparatim & per ſe, et fortunæ aſpexerint eos de locis beneuolis, ſignificat quòd fratres nati habebũt dñim & fortunã magnam ac ſtatum clarũ & nobilem, & quòd erunt celebres: ſed ſi pars ipſa fuerit in angulo terrę, & infortunia aſpexerint ibi, nec habuerit auxiliũ aliq̃d à fortunis, ſignificat depreſſionẽ, uilitatẽ, paupertatẽ, malum ſtatũ, & infortuniũ q̃d patientur fratres ipſius nati. Si quando Iuppiter fuerit iunctus cum Saturno in domo fratrum, & ibi fuerit Cauda & Venus, aut aſpexerit ibi de 4. uel oppoſitione, ſignificat q̃ natus cadet pro fratribꝰ ſuis in anxietatem & damnũ, nec unq̃ gaudebit de eis imò accident ei pro ipſis triſtitiæ & grauamina multa. Si q̃n Saturnus fuerit in oppoſito partis fratrũ, uel in oppoſito dñi domꝰ fratrum amborũ, uel fuerit iunctus cum amboꝫ aut cũ uno eorũ, uel ambo aut unus eorum fuerit in 3. domo ab aſcendente, maximè ſi Mars ibi aſpexerit & fuerit ponderoſus & tardi curſus, ſignificat q̃ fratres interficient natum illum, & deſtruent & diſſipabuntur, & accident eis grauamina & dãna multa. Numerꝰ fratrũ colligit̃ ex planetis aſpicientib. domũ fratrũ, et ex motu dñi domus fratrũ minorũ, & ex aſpectu quẽ habet dñs triplicitatis domus tertiæ ad aſcendens, ſi fuerit ſuper terrã, uel ab aſcendente ad eum ſi fuerit ſub terra, dando cuilibet ſigno unum: & ſi aliquod ipſorũ ſignorũ fuerit cõmune, numerũ duplicabis. Si q̃n dñs triplicitatis tertię domus fuerit in aſcendente, ſignificat q̃ natus eſt primogenitus patris & matris: uel q̃ ortus eſt de diuerſis gẽtibus, ut ex Mauro & Chriſtiano, uel ẽconuerſo. Et ſi fuerit in 10. domo, ſignificat q̃ eſt primogenitꝰ, uel quartus: ſi uerò fuerit in ſeptima, ſignificat q̃ primogenitus uel ſeptimus. Similiter ſi dñs domus fratrũ fuerit in aſcendẽte, ſignificat natum primoge-

nitū,uel q̄ sit solus,siue q̄ nunq̄ fratres habebit uel sorores. Etiā si qñ inter ascendēs & mediū cœli nō fuerit aliq̄s planeta, significat similiter q̄ natus est primogenitus: & si aliq̄ fratres nascent post eū,perdent: & si casu aliq̄s ex eis remānerit,semp tñ erit maior & melior. Qñ domus fratrū est signum cōmune, & pars fratrū in signo cōmuni, significat q̄ natus fratres habebit ex patre et matre sua,& habebit alios fratres ex altera matre. Qñ primꝰ dñs triplicitatis ȝ. domus est fortunatus,potens & firmus,ascēdēs & receptus, significat q̄ fratres erunt potētes in bono statu, & multi ei crescēt,& augebitur honor eorū, & diligēt ac iuuabūt se mutuò: sed si hic fuerit in diuerso statu à iam dicto,erūt pauci,discordes,separabiles,odio se mutuò,p̄sequent,& erūt in uili & infimo statu,ac fortunę modicę,& factorū debilū Pręterea si ♃. dñs huius triplicitatis fuerit Iup.uel Merc.fortunatus & fortis, uel si alius planeta fuerit aspectus & receptus à p̄dictis uel altero eorū, significat q̄ natꝰ erit bonæ legis,castus,custos legis,sapiēs,philosophus, amator scientiarū & sapiētię,bonorū exemplorū extraneorū,& q̄d cōsiderat & cogitat de rebus profundis,ex quib. extrahit documenta & regulas scientiarū, quę nunq̄ audiuit nec uidit: sed si fuerit in diuerso statu à iam dicto, malè custodiet legē.et fornicator erit & hypocrita,ignarus, & ferè sicut bestia,quæ nō nouit nec intelligit nisi q̄ comedendū & bibendū. Ad hæc si qñ tertius dñs triplicitatis fuerit fortis,& in bono statu fortunatus & in angulo, significat q̄ natus habebit utilitatē per itinera. eo residente in domo & loco suo: sed si fuerit remotus ab angulis, & in bono statu ac fortis & fortunatus,natus ibit itinera extra locum suū, & habebit utilitatē & lucra de ipsis & ex labore suo in eis: at si fuerit in malo statu et in angulo,erit piger,uagabūdus in omnib. nec curabit de futuris, nec laborabit ut cōsequat aliq̄d: & si fuerit in malo statu & remotus ab angulo, significat q̄ ibit itinera extra locū suū, & exponet se periculis, nec recipiet aliquā utilitatē uel bonum ex itineribus ipsis,& abibūt itinera eius in laboribus & anxietatibus,ac morietē & consumetur extra patriam suam. In summa respice ad partē fratrū & eius dñm,sicut aspexisti ad signum tertiū & eius dñm,& si concordant in significatione, iudica id q̄d significant: sed si discordāt in significatiōe, mulce significationes eorū, & iudica secundum cōmixtionē. Nota etiam q̄ signū domus fratrū,& eius dominus, fortiores sunt in significatione q̄ pars & eius dominus.

De cognitione amoris & ody fratrum.

QVandoquidē duo contraria simul in eodem subiecto consistere nequeūt, neq̄ uerus amicus idē eundē odisse potest, sed aut hunc diligit & illum odio prosequitur, aut in illū insurgit & hūc amicabilè placat,et prębet de se quęrendi occasionē, quā dirimere si uelis, et scire quomodo quilibet in alterū sit affectus,aspice & si qñ inter dominū ȝ.domus et dñm ascendētis fuerit applicatio de ȝ.uel sextili, significat amorē et cōuenientiā purā:sed si de ♄. aspexerint,erūt mediocres in amore et amicitia, ac alter de altero dubitabit: et si de opposito se aspexerint, significat completā inimicitiā et uehementē dissentionē et malā uoluntatē: at si fuerint corporaliter iuncti, significant amorē firmū et durabilem. Similiter aspice ad partē fratrū, et in quo loco figurę sit, et qualiter aspiciat eam dñs suus: nam si de ȝ. uel sextili aspexerit eam, significat bonam amicitiā et concordiā ueram et purā uoluntatem:sed si aspexerit eam de quarta, significat amorē mediocrē,et q̄ unus uult se ab altero remouere. Etiā si de opposito aspexerint eam,inimicitiā cōpletā,odiū magnū,et discordiā significat. Sed si applicatio fuerit de facietibus nō plus tamē q̄ de gradibus remotis, significat q̄ amor et cōuenientia erit quidē apparēs,tñ non habebūt inter se puras uoluntates. Nota q̄ si qñ pars fratrum fuerit cum dño partis fortunæ, inuicē se amabunt, et consequentē lucra simul et diuitias. Qñ Mercurius est cū Marte,uel aspicit eū aspectu inimico, significat fortē inimicitiā et discordiā inter fratres,et q̄ alter alteri malū,procurabit. Merc.et Mars sunt significatores fratrū,unde si quādo fuerint in bono statu,significāt bonū statū fratrū,et etiā meliorē sororū:sed si fuerint nocētes malū statū fratrū significant, et maximè sororū.

De cognitione nobilitatis & ualoris fratrum.

ALium alio clariorē ex eodem utero et ex ĥsdem parētibus gigni in cōtextu cium sit,tuq̄ hanc fratrū differentiā in dignitatibus scire uelis, respice ad dños triplicitatis domus fratrū,ad primū,secundū,& tertium:& ad loca eorū in cœlo,uel si sint directi uel retrogradi cōsidera, & si sunt fortes uel debiles: quoniam primus dñs triplicitatis est significator fratrū maiorū, & secundus mediocrū,& tertius minorū. Vnde si quorum fue-

rum fuerit in domo uel exaltatiõe ſua liber ab infortunijs, & in ſtatu bono, ac in loco bono cœli, & in bono ſtatu à Sole, ſignificat nobilitatẽ & ualorẽ illius cuius ſignificator eſt. Si dñs dom⁹ tertiæ applicuerit alicui planetæ in exaltatione uel domo ſua exiſtẽti, ſignificat nobilitatẽ & ualorẽ fratrũ, & ꝙd ibunt & adhærebũt nobilibus & potentibus: ſed ſi applicuerit planetæ exiſtẽti in ſuo caſu, ſignificat uilitatẽ fratrũ, & ꝙ uilibus hoibus & ualoris modici adhærebũt. Si Luna fuerit ſeparata à planeta exiſtente in exaltatione uel domo ſua, nobilitatẽ fratrũ maiorum, & eorũ magnã laudẽ ſignificat. Etiã ſi quãdo applicuerit alicui planetę q ſit in domo uel exaltatione ſua, ſignificat nati magnũ ualorẽ ac nobilitatẽ, & ualorẽ fratrũ q poſt eũ naſcentũ. Quãdo Caput eſt in domo fratrũ, ſignificat ꝙ natus erit in peiori ſtatu & uiliori ꝯ fratres eius: & ſi Cauda fuerit ibi, ſignificat ꝙ natus erit in meliori ſtatu ac nobiliori fratribus ſuis. Si quãdo dñs tertię domus fortuna fuerit, & liber ab infortunijs applicãs fortunæ liberę ſimiliter ab infortunijs, ſignificat bonũ ſtatũ fratrum. & ꝙd natus erit bonæ legis & cuſtos legis ſuæ: ſed ſi quãdo infortuniũ fuerit applicãs infortunio, diminutionem læſi ſtatus fratrum ac legis nati ſignificat. Similiter ſi quãdo in domo fratrũ fuerit fortuna, uel in quarta aut oppoſito eius, ſignificat bonum ſtatũ & ꝓſperitatẽ fratrũ, ac bonã legem nato: ſed ſi quando ibi fuerit infortuniũ, uel in 4. aut oppoſito eius, læſionẽ & diminutionẽ fratrũ & infortuniũ legis nati ſignificat. Si quãdo ſcire uolueris ſi natus eſt maioris ualoris quã ſui fratres, uel ecõuerſo, aſpice ad dños triplicitatis aſcẽdentis, & ad dños triplicitatis tertiæ domus, & cuius eorũ inueneris in meliori ſtatu ac loco, ille erit ualoris & nobilitatis maioris. Nota ꝙ dñs triplicitatis domus fratrũ primus ſignificat maiores fratres, ſed's mediocres, & tertius minores. Similiter Sol & Saturnus ſignificãt maiores, Iuppiter & Mars mediocres, & Venus & Mercurius minores. Etiã Luna ſignificat maiores, maximè ſorores. Poſtmodũ etiã ille quẽ eorũ inueneris in meliori ſtatu, indicat nobilitatẽ & ualorẽ eius, cuius ſignificator eſt. Mars eſt quoq; ſignificator fratrum: unde ſi quãdo fuerit fortis & in dignitatibus ſuis, ꝓſperitatẽ, potentiã, ac fortunã fratribus indicat: & ſi fuerit cadens à domo uel exaltatione, cõtrarium portẽdit. Etiã ſi fuerit inter aſcẽdẽs & decimã domũ, indicat fortunã & infortuniũ fratrũ ſecundũ potentiã ꝯ habet in illo loco. Præterea ſi fuerit Mars inter aſcendens & quartã domũ, indicat fortunã & infortuniũ fratrũ minorũ q naſcentũ poſt natũ, ſecundũ ſtatum eius in illo loco. Ad hæc ſi quãdo acciderit ꝙ ſignũ 3. domus & 8. ambo fuerint untus planetæ, ſignificat ꝙ natus uidebit mortem fratrũ ſuorũ. Et ſi Luna fuerit in 3. domo & ipſa dña aſcẽdentis, uel dña partis fortunæ & aucta lumine, ſignificat ꝙ natus erit religioſus, caſtus, obſeruator legis, & fortè ꝓphetizabit, et lucrabit ſubſtantiã multã ex hoibus legis, & domibus orationis: fidelis erit theſaurarius ſubſtitutæ domorũ orationis. Etiã ſi Sol fuerit in eodẽ loco cũ Luna, & ipſa euaſerit à cõiunctione, ſignificat ꝙd adorabit idola, & faciet ea. Quin ſi Saturnus fuerit ibi uice Solis cũ Luna, ſignificat ꝙ natus erit magni ſenſus, amator cauſarũ, in qbus accidẽt ei grauamina: incredulus erit Dei & mandatorũ ſuorũ, & inobediens ſuæ legis. Sed ſi Iuppiter ibi cũ Luna fuerit, ſignificat ꝙ erit ſapiẽs in aſtronomia & aſtrologia, & totius ſeruitij ꝙd ſibi fiet, erit optimꝰ retributor. Etiã ſi Luna ibi cũ Marte fuerit, ſignificat ꝙ erit cupidus in auferendo res alienas, ſubſtantiã lucrabit ab hominibus extraneis, & iniuſtitiã faciendo. At ſi Mars fuerit ibi fortis in domo uel exaltatione ſua, uel in fortuna eius in natiuitate nocturna, erit alcaydus, dux militũ, facilè iurabit & mẽdax erit, ex delictis & depdationibus ſubſtantiã cõgregabit, & fortè morietur in ira regis. Rurſum ſi pars fortunæ fuerit ibi cũ Venere in aliqua dignitatũ ſuarũ, maximè in natiuitate nocturna, Luna exiſtẽte dña partis fortunæ, & ipſa iuncta cũ eis uel eas aſpiciẽdo, ſignificat ꝙ natus erit largæ ac qetæ uitæ in expẽdẽdo, & habebit à mulieribꝰ auxiliũ: & fortè erit anteſignatus ſapientũ aut uenatorũ. At ſi Mercurius fuerit ibi cum Luna in aliqua dignitatũ ſuarũ, habens in aſcẽdente uel in parte fortunę aliq̃ dignitatẽ, & aſpiciens eos, ſignificat ꝙd natus erit ſapiens in aſtronomia, & prædicet futura, et deteget magna ſecreta ex his cœli, factor miraculorum et magiſteriorũ multorũ manibus ſuis. Sed ſi ibi fuerit Sol cum Luna, ſignificat quòd ibit itinera multa in locis extraneis. Etiam ſi dominus huius domus fuerit in bono loco, et in domo uel exaltatione ſua fortunis aſpicientibus eum, ſignificat ꝙd habebit fortunã in itineribus ſuis, et cũ nobilibus, et habebit bonũ et lu-

crum ab amicis. Preterea si fuerit ibi Saturnus cum Mercurio, significat quòd natus erit uerorum somniorū, & ueridicus in iudicando ea, & secreta aperiet sicut diuinationes. Etiam si fuerit ibi pars fortunæ, significat quòd natus, siue sit masculus siue fœmina, copulabit cū extraneo uel extranea, & si ibi fuerit Venus, habebit à mulieribus bonum & lucrum. Etiam si fuerit domus tertia Cācer uel Leo, & ibi fuerit Iuppiter uel Venus, aut aspexerit ibi, significat quòd erit fortunatus cum regibus & nobilibus: at si ibi aspexerint infortunia, minuūt de hoc, & accident damna & labores ex parte amicorum. Sed si domus tertia fuerit Sagittarius uel Pisces, & ibi aspexerit Iuppiter de die, uel Venus de nocte, fortunam completam significat, & quòd cōmiscebitur nobilibus: & si Mars aspexerit ibi, natus erit ex armis nominatus. Sed si aspexerit eam Saturnus, & ipse fortis & in bono loco, habebit in sua potestate res nobiles, uel computationes regis. Item si Saturnus fuerit cum Ioue in tertia domo sine aspectu Martis, significat quòd erit exaltatus in alto gradu, & magni nominis. Sed si in tertia domo fuerit Aries uel Scorpio, & Mars & Venus aspexerint ibi, significat quòd natus iacebit cum uxoribus amicorum suorum, maximè si unus eorū fuerit in termino alterius. Etiā si fuerit in tertia domo Taurus uel Libra, et Mars aspexerit ibi, significat quòd magnus fornicator erit, maximè si Mars fuerit in aliqua dignitatum Veneris. At si fuerint in tertia domo Gemini uel Virgo, accident ei labores pro fratribus suis, & diligēs erit custos legis. Ad hæc si dominus huius domus fuerit in aliquo ex signis multorum filiorum, fortunis aspicientibus eum, significat quòd habebit multos fratres et sorores. Etiā si Caput fuerit ibi cum Ioue & Venere, & Sole & Luna, uel si aliqui eorum ibi fuerint & alij aspexerint, significat quòd habebit multos fratres gauisurus de eis & amicis suis. At si Saturnus uel Mars ibi fuerit uel aspexerit, habebit grauamina & tristitias pro suis fratribus & amicis. Similiter erit si fuerit ibi Cauda cum Ioue ac Venere: etiam si Luminaria separatim & per se fuerint ibi, significabūt impedimēta & grauamina parentibus euentura. Sed si Saturnus ibi fuerit separatim in signo masculino, significat q̄d natus erit philosophus, cognitor secretorum, & fortè prophetizabit: aut erit in dominio domorum orationū, & gubernabit se secundū usam religionis, & bonum habebit à regibus: & si Iuppiter fuerit ibi de die, natus erit obseruator legis, bonorum itinerum, amabit scientias legis, & secūdum eas & ex eis uiuet, & forte similiter prophetizabit: tamē si fuerint ibi de nocte, natus mendax erit & hypocrita, uera somnia non habebit. Hoc idem erit si Mars fuerit ibi siue de die siue in nocte. Etiam si Mercurius fuerit ibi orientalis, significat quòd natus erit diuinus, uel prædicator, & bonæ uitæ: & si Mars aspexerit eum, erit miser & destruet substantiam suam. Ad hæc si Mercurius fuerit ibi occidētalis, natus erit physicus & bonorum magisterioru, morabitur cum religiosis, & in domibus oratiōis, factor subtilitatum & miraculorum in magisterijs suis, & ex hoc lucrabitur. Rursum si dominus tertiæ domus fuerit in ascēdente, natus erit melior fratribus suis, & erunt fratres eius sibi legales, & habebūt bonum ab eo. Si fuerit in secunda domo, rixabūtur cum eo propter eius substantiam, & hac de causa sibi & ei erunt molesti. Sed si tertia, iuuabunt & defendēt eum fratres eius, & eorum plures erunt mali: si in quarta, auferēt substantiā patris, & separabunt se cum ea, & consanguinei eius erunt necessarij fratribus suis: si in quinta, habebunt fratres itinera multa, & suismet filijs congaudebunt, & fortè nat⁹ fratres habebit in loco extraneo: si in sexta, fratres odio habebūt eum, & inimicabūtur ei, & quærent malum & damnū ipsius: si in septima, aliquis fratrum nati copulabit mulieri cum qua iacuit ille natus, & ex ea filium habebit: si in octaua, significat malū statum fratrū, & modicam uitam, & quòd ille natus mulieres suas supuiuet: si in nona, significat quòd fratres copulabūtur cum extraneis mulieribus, & in locis extraneis, et quòd ibunt illic habitatum cum mulieribus suis: si in decima, significat q̄d morientur fratres nec durabunt, et q̄d habebūt inter se inuidiam et maleuolentiam: si in undecima, fratres amici erunt nato: si in duodecima, erunt fratres inimici nato, et peruenient ad gradum ualdè superātem super eum. Quādo in aliqua reuolutione annorum nati est dominus tertiæ domus in decima domo ab ascendente natiuitatis, aliqs fratrum eius ex reuolutione illa morietur illo anno. Similiter si dominus tertiæ domus radicis natiuitatis fuerit in decima reuolutionis anni, iudica illud idem: et si adfuerit infortunium et aspexerit Solē, perdet fratrē

propter

ppter ab ortū: et ſi Luna applicuerit ei, cauſa erit ex fratribus qui naſcentur poſt eum. Si quādo pars fratrum fuerit in angulis, natus habebit fratres nominatos et habituros meliorē prouētum ſuper progeniem ſuam. Miſce etiam iudicium huius partis cum iudicio domini tertiæ domus, et ſi habuerit maiorem ſignificationē et maius teſtimonium quā dominus tertiæ, et fuerit in aſcēdente, natus erit melior fratribus ſuis. Similiter etiam iudica de parte domus per domos, ſicut iudicaſti de domino tertiæ domus. Etiā dñs ſeptimæ domus addit & minuit, qui ſi quando aſpexerit ibi, ſecundum potētiam ac locum ſuum, et ſecūdum fortunarum ac infortuniorum aſpectum. Item ſi hæc pars fuerit in medio cœli, et dñs eius ſimiliter, ſignificat ꝙ fratres erunt nominati, tamē longam uitā nō habebunt: et abbreuiatio uitæ eorū erit certior, ſi dñs tertiæ domus fuerit in medio cœli. Si quādo pars fratrū fuerit in 7. domo, ſignificat ꝗd natus habebit odio fratres ſuos: ſimiliter ſi pars, uel eius dñs fuerit in 4. domo. Si pars uel eius dñs fuerit in 11. domo, uel 5. aut 9. aut 3. ſignificat amorē & cōuenientiam inter fratres, & quòd ſe iuuabūt. Etiā ſi fuerit in 11. ibūt itinera & ſpoliabunt in eis: ſi fuerit in 3. erunt diuites & abundātes: ſi in 9. erunt iuſti & boni, & copulabunt extraneis. Itē ſi fuerit in 9. infortuniū, uel ſi fuerit eius dñs infortunatus, ſignificat læſionē legis, et cauſas ꝓ mulieribus: ſi fuerit in 5. ſignificat ꝙ natus habebit fratres minores qui ſeruiēt ei, ſicut ſeruiūt filij patri. Etiam ſi hæc pars uel eius dominus, aut dñs 3. domus fuerit in 3. uel 8. aut 6. uel 12. ſignificat malū ſtatum fratrū: & ſi ad hoc infortunata fuerit, erit peius: ꝗniam eorum aliq capti erunt, & aliq ſerui eorum qui habebunt azemena, & eorum qui uiuent cum nato, ſecundum ꝙ fuerit locus eius per 12. domos. Si quādo Saturnus fuerit in aſcēdente alicuius natiuitatis diurnæ, ſignificat ꝙ accident fratribus maioribus propter natū occaſiones & grauamina. Si quādo Saturnus fuerit in aſcendente natiuitatis nocturnæ, & non fuerit in ſigno in quo gaudeat, ſignificat ꝙ natus habebit fratres in periculo ac ſorores. Quādo Sol eſt in aſcendente, & infortunia in 4. uel oppoſito eius, ſignificat ꝙ natus erit occaſio fratrū ſuorū, & erit eis author malę uitæ: & ſignificat in aliis angulis, ſicut ꝓdiximus. Si quādo fortunę fuerint in 3. domo, diuitias fratrū & proſperitatē ſignificat, maximè ſi ab infortuniis libera fuerit, & à fortunis aſpecta. Pars fratrū accipiē de die ac nocte à Saturno in Iouē, & projcit ab aſcendente. Pars per quā colligitur numer⁹ fratrū, accipiē à parte fratrum uſq; ad dñm domus ſuæ, uel à dño domus ei⁹ in partē fratrum, & datē cuilibet ſigno ꝗd inuenitur inter eos, unus frater: & ſi ſignum in quo eſt pars fratrum fuerit commune, duplicabis numerū, dando cuilibet ſigno duos. Etiam ſi inter partem & dñm domus ſuę fuerint aliqui planetæ, da cuilibet planetæ fratrem unum. Pars numeri fratrum accipitur de die ac nocte à Mercurio in Saturnū, & projcit ab aſcendente: & hæc pars teſtificatur parti prædictæ, & ſignificat paucos fratres uel multos.

De quarta domo & eius ſignificationibus.
Caput XIIII.

IN præcedentibus abſoluimus tres domos, nunc de quarta dicemus, cuius maxima & ſumma eſt ſignificatio ſtatus patrum in eorum fortunis, ſanitatibus, laboribus, infirmitatibus, & in temporibus uitæ ſuæ. Sapientes antiqui in huius domus ſignificatione diſcordant, ex quibus Ptolemæus dicit: Si quando uolueris aſpicere in eſſe patris, pete hoc à Sole in die, & ſi non fuerit aptus accipe loco eius Saturnum: & in nocte à Saturno, & ſi non fuerit aptus accipe Solem loco eius. Significator præterea matris eſt Luna de nocte, quæ ſi non fuerit apta accipe Venerem loco eius: & de die Venus, quę ſi non fuerit apta accipe Lunam. Vnde ſi fortunæ iunctæ fuerint cum his ſignificatoribus, & conuenientes fuerint ipſis, fortunam patris ſignificat, ac proſperitatem & longam uitam: & ſi ſignificator cuiuſque iſtorum fuerit in angulo uel ſuccedenti, certior & firmior fortuna erit, & longior uita: ſed ſi hos ſignificatores infortunia aſpexerint, & conuenientes fuerint eis, & ſignificatores cadentes ab angulis fuerint & ſuccedentibus, iudica parentibus malum ſtatum, infortunium, uilitatem, & modicam uitam. Maior radix quam in hoc ſeruat Ptolemæus, eſt ut fiat athazir ad ſignificatores per aſcenſiones, dando cuilibet gradui unum annum, deinde iudicentur tempora fortunarum & impedimētorum parentum: nec ſit eis alcochoden, ſicut facit Dorothius & alij cum eo. Verba autem Dorothij ſunt hæc: Aſpice Solem in natiuitatibus diurnis, & ſi eum inueneris in angulo uel ſuccedenti, aut aſpexerit aliquem

quem dominorū suorum, ipse erit hylech, & facies ei athazir ad sciendū statum parētum, & ille qui aspicit eum, erit alcochoden & tēporis dator. Sed si Solē cadentē inueneris uel non aspectum, aspice ad Saturnū, & si eum inueneris in angulo succedenti, et aspexerit eum aliqs dominorū suorū, erit hylech, & fiet ei athazir, & ille qui aspicit eum, erit alcochoden & dator uitæ Deo uolente. At si Sol & Satur. ambo cadētes fuerint & non apti, aspice partem patris, & si eam inueneris in angulo uel succedenti, & aspexerit eam aliquis dominorū suorum, ipsa erit hylech, & eam aspiciēs alcochodē. Sed si pars cadens fuerit & non apta, accipe gradū quartę domus pro hylech, & aspicies eum pro alcochoden, & fit ei athazir, & iudicat secūdum illud. Matri autem aspicias secundū hanc uiam, incipiendo de nocte à Luna, & postmodū à Venere, deinde à parte matris, & postmodum à gradu decimę domus: sed incipies patri in natiuitatib⁹ nocturnis à Saturno, postmodū à Sole, deinde à parte patris, deinde à gradu quartæ domus. Rursum incipies matri in natiuitatibus diurnis à Venere, deinde à Luna, & postmodū à parte Matris, deinde à gradu decimæ domus. Quando per hanc uiam scieris hylech & alcochodē, aspice alcochoden, & si eum inueneris in angulo directū in suo cursu, ac liberum à cōbustione & casu, ac infortuniorū aspectibus, dabit annos suos mediocres, uel fortè mediocratē annorum suorum maiorū: iunge etiam ei quod addunt fortunæ, quādo ibi aspiciunt de bonis locis, & quando recipiunt. Nam planetæ non habent potentiam dandi patribus, postq̄ nati fuerit filij, annos suos maiores: & si aliquod infortunitū aspexerit alcochoden, minuit quantū sunt tres quintæ annorum suorum minorū: & si fuerit cōbustus, minuit menses secundū numerum annorū suorum minorum: etiam si fuerit cum cōbustione retrogradus, erit diminutio dierū: & si cum hoc fuerit in suo casu, diminutio erit horæ. Sunt aliqui sapientes qui non aspiciunt ad dños hylech, sed accipiūt hylech patris & matris, & faciunt ei athazir, & iudicant per eum Rursum aliqui sunt qui accipiunt almutez patris, qui est Sol uel Saturnus, pro alcochoden, & p̄ significatore & pro datore uitæ ac annorū, & factū ei athazir Similiter etiā aspiciunt matri à Luna & Venere, et quē eorum inuenerint almutez, accipiunt p̄ alcochoden & p̄ significatore ac datore uitæ & annorū, & ei faciunt athazir ad sciendū esse matris. Ego uerò dico q̄ si quādo almutez fuerit fortis et fortunatus ac orientalis, & in domo uel exaltatiōe sua & in angulo, potest dare annos suos maiores, maximè si fuerit pater adolescens & circa ætatē 10. annorum: qa hoc iudiciū potest euenire isto modo. Alij antiquorum sapientes, sicut Zima, & Belba, & Accitō, & Antiochus, & qui cōcordāt cum eis, qui extrahebant uitam patris ab ascensionibus remanentibus dominis dignitatum significatoris patris, secundum tempus in suis signis. uerbi gratia: Significator patris secūm tempus fuit Saturnus, & quē aspiciētes inuenimus in 15. gradu & 16. min. Pisces, q est domus Iouis et terminus ac forma eius, id est, facies, & exaltatio Veneris ac triplicitas Martis: unde de ascensiōibus quæ remanēt his tribus planetis in signis suis (q sunt Iupiter, Venus, & Mars) extrahentes uitā patris, inuenimus remansisse Iouis in signo suo de ascensiōibus 16. gradus & quòd remānsit Veneri in signo suo de ascensiōibus, fuerunt 19. gradus & 3. minuta, & q̄d remansit Marti in signo suo per ascensiones fuerunt 4. gradus & 35. minuta, q̄d totum simul aggregatum facit 39. gradus & 38. minuta, & dādo cuilibet gradui annū unum, prouenient 39. anni & septem menses & duodecim dies: & hæc est uita patris secundum opinionem dictorum sapientum. Alij sapiētes dicunt, quòd uita patris colligitur à numero annorum planetæ qui fuerit uicinior, per gradus gradui quartæ domus, eo aspiciente quartam domum. Hermes & Albatiz dicunt quòd uita patris cognoscitur ab ascensionibus signi Solis in natiuitatibus diurnis, & signis Saturni in nocturnis: & uita matris ab ascensionibus signi Lunæ in natiuitatibus nocturnis, et ab ascensionibus signi Veneris in diurnis. Abenragel dicit: Exemplo expertus sum hoc in multis natiuitatibus, et inueni hoc iudiciū uerum, et expertus sum hoc in natiuitate mea, in qua fuit uita patris mei secundum ascensiones signi Saturni, nec plus nec minus uno puncto.

De cognitione status patris. Cap. XV.

EX quadam innata ui omnibus prouenit cupiditas sciendi status suorum maiorum: cuius cupiditatis onus diminuere si uelis, pete statum patris à domino triplicitatis signi quartæ domus, & hoc modo cōsidera: Si dominus triplicitatis quartæ domus pri-

nus primus fuerit in domo uel exaltatione ſua, aut in ſuo haiz receptus à Sole uel Ioue, & fuerit in alto loco, in medio cœli ſcilicet uel in quinta domo, ſignificat bonum ſtatum patri, nobilitatem, altitudinem, diuitias, potentiam, lõgam uitam, & bonam fortunam: idq; ſi ſignũ in quo uerſatur hic planeta fuerit maſculinum: ſed ſi ſignum ipſum fuerit fœmininum, ſignificat matri hanc fortunam & nobilitatem, & maximè ſi ipſe planeta fuerit fœminínus. At ſi hic triplicitatis dominus fuerit in loco peregrino, cadẽs et in malo ſtatu ac infortunatus, patris depreſſionem ſignificat, & quòd erit nullius æſtimationis, dejectus, uilis, laboriosus, in malo ſtatu, in mala fortuna & uita: quia accident ei impedimenta, labores & grauamina illo anno, quo ille natus ortus eſt. Ad hæc ſi dominus triplicitatis quartæ domus ſecũdus fuerit fortis, fortunatus, et in bono ſtatu et loco, pater habebit terras, ꝓpagabit, plantabit, & laborabit in eis, & habebit ex hac parte bonã utilitatem & lucrũ: ſed ſi hic fuerit in diuerſo à ſtatu iam dicto, erit conductor terrarum, ac quintarius uel plantator terrarum, & ex hoc habebit labores et moleſtias multas. Prẽterea ſi dñs triplicitatis quartæ domus tertius fuerit in bono ſtatu, fortis & fortunat⁹ ut diximus, pater erit ex illorum numero qui effodiunt theſauros & mineras, quæret & exornabit lapides præcioſos: ſed ſi fuerit in diuerſo ſtatu à iã dicto, erit foſſor aut lapicida, aut laborabit in mineris malis & fœtentibus.

Porrò ſi Sol in natiuitatibus diurnis, uel Saturnus in nocturnis, & pars patris ſimiliter aſpexerit aſcendens, uel eius dominum de quarta uel oppoſitione, & dominus quartę domus in diurnis & nocturnis, ſignificat quòd pater nati filium abhorrebit, & odio proſequetur eum, & diliget ac procurabit ut interficiatur. Etiam ſi Luna & pars matris aſpexerit aſcendens & eius dominum eodem aſpectu, horribilitas illa & maleuolentia erit à matre in filium. Etiam ſi Saturnus aſpexerit Solem in aſcẽdente, & Luna aſcendẽs inimico aſpectu, nec aſpexerit ibi aliqua fortunarum de bono & forti loco, ſignificat quòd natus proijcietur in uia, & extrahetur de domo patris & matris ſuę. Si quando Sol & dominus domus patrũ, & pars patris fuerit in angulis, & in bonis ac fortibus locis, maximè in medio cœli, & fuerit in domibus uel exaltationibus aut terminis uel triplicitatibus ſuis, aut aliqua dignitatum ſuarũ, ſignificat ꝙ pater illius nati erit nobilis, clarus, honoratus, uenerabilis, nominatus, dñabilis, & laudatus in modo & ꝓgenie de qua nat⁹ eſt. Similiter ſi Saturnus fuerit in natiuitatibus nocturnis in medio cœli, & ibi dignitatẽ habuerit, & aſpexerint eum fortunæ, & pars patris uel eius dominus fuerit fortunatus, fortis, firmus & in bono loco: ſignificat quòd pater habebit altitudinem, nobilitatem, & bonum ſtatum, potentiam, & altum gradum ſecundũ progeniem & gentem de qua oriundus eſt. Quando Sol in natiuitate diurna, uel Saturnus in nocturna, aut dominus quartæ in diurna & nocturna, uel aliquis eorũ in aliquo angulorũ eſt, & in bono loco, & in loco nobilitatis, altitudinis, & uirtutis, ac fortunatus, & domini triplicitatis eius ſunt cadentes, & infortunati ac nocentes, ſignificat ꝙ pater illius nati per ſe eſt nobilis in ſeipſo, & quòd eſt de uili ac paupere progenie: ſed ſi inueneris potentẽ fortunam & bonũ ſtatum dominorum triplicitatis, & planeta fuerit infortunatus, cadens, & maleficus, ſignificat quòd pater nati per ſe humilis eſt, de nobili progenie quæ habuit famam, dominium, atq; potentiam. Si quando dominus domus patrum fuerit in domo uel exaltatione aut aliqua dignitatum ſuarum, remotus ab angulis, nec aſpexerit eum aliqua fortunarum, ſignificat quòd pater nati potentiã & nobilitatẽ habuit, ſed perdidit eam: ſed ſi fuerit in ſigno peregrino in quo nullam habet dignitatẽ, fortis & firmus in medio cœli & in aſpectu fortunarum, ſignificat ꝙ pater nati uilis et nullius æſtimationis fuit, ſed ipſe ſe exaltauit et lucratus eſt nobilitatem, et altum gradum, ac potentiã. Si quando Sol et domini triplicitatis eius omnes cadẽtes fuerint et in malo ſtatu, et pars patris in ſexta domo ab aſcendente, nec aſpexerit eam dominus domus ſuæ, ſignificat quòd pater nati eſt uel breui erit ſeruus: et ſi Luna iũcta fuerit cum domino duodecimæ domus, uel cũ dño tertiæ, uel cum dño ſextæ, ſignificat quòd mater nati eſt ſerua: etiam ſi ad hoc Lunam Mars aſpexerit, ſignificat ad iam dicta quòd erit meretrix et fornicatrix. Si quando Sol fuerit in meliori ſtatu & loco quàm Luna, ſignificat quòd pater nati eſt nobilior et melioris ꝓgeniei quã mater: et ſi Luna fuerit in meliori ſtatu et loco quàm Sol, mater eſt nobilior patre nati: at ſi Sol et Luna fuerit in uno ſigno, ſignificat quòd pater et mater ſunt unius

progeniei.

progeniei. Sed si ad hoc diuersi fuerint, uel ascendens signum mobile, & ipsum aspexerint infortunia, uel Sol nō aspexerit Lunā, & ambo in signis mobilibus, significat ꝺd pater & mater sunt diuersæ progeniei, uel non sunt de una uilla. Si quando dominus ascendētis applicuerit domino secundæ domus à quarta, uel dominus quartæ domus dederit uirtutem & uim suam domino secundæ domus, aut fuerit Sol de die, & Saturnus de nocte in amicitia & bono statu cum fortunis, & Mars fuerit cadēs & remotus ab eis, significat quòd natus hereditabit substantiam patris sui: sed si ibi uice Solis & Saturni fuerint Luna & Venus, hæreditabit substantiam matris suæ, & habebit diuitias, fortunam & bonum statum hæreditatum ratione. Præterea aspice partē patris & partem matris, & quam earum inueneris infortunatam aut combustam uel malè affectam uel cadentē, siue in domo Martis, aut altera earum habuerit aliquam eminentiam super alterā in firmitate ac potentia, significat ꝺd ille natus cuius fuerit pars infortunata & malè affecta, prius altero morietur: (Etiā hoc modo de Sole & Saturno, & de Luna ac Venere iudica) sed si omnes significatores infortunati fuerint, significat quòd ambo scilicet pater et mater morientur una hora ex ruina domus, aut ex igne siue aqua, aut ex re quæ his assimilatur. Etiā si quando fuerit infortunata Luna per corporalem coniunctionē Saturni, & aspexerit eos Mars de loco à quo Lunam nō recipiat, mater nati morietur hora natiuitatis morte mala & turpi.

De temporibus impedimentorum parentum nati. Cap. XVI.

A Natura datū est subterfugere mala et bona prosequi, quę occulta et incognita si scire uelis, fac athazir partis patris & partis matris, & athazir Soli de die & Saturno de nocte, p patre, & Lunæ ac Veneri pro matre, & hos athazir dirige per gradus ascensionum ad quartas & oppositiones, dando cuilibet gradui annum unum: & qui eorum applicuerit ad gradum infortunij interficientis, accident ei impedimentum & destructio illo anno. Si quando Iuppiter fuerit in quarta domo, significat ex sua proprietate bonum abscōditum, & quòd natus habeat prosperitatē occultam: etiam significat quòd habebit amissionem & sui depressionē in medio uitæ suæ, & postea uersus finem habebit bonum & fortunam, & morietur bona morte: sed si quarta domꝰ fuerit Scorpio, & Luna ibi fuerit, significat quòd mater eius est serua, & quòd sine aliquo dubio mala morte morietur: at si Sol ibi fuerit uice Lunæ, significat quòd pater eius est seruus. Etiam si Saturnus ibi fuerit iunctus cum aliquo eorum, significat quòd natus nunquam habebit filios, & domus eius destruetur, & nullum habebit bonum. Porrò si Saturnus, Mars, & Venus ibi iūcti fuerint, significat quòd mulieres eius morientur ex partu, uel dæmoniacè, aut ex dolore. Sed si Venus ibi sola fuerit, significat quòd malè copulabit, & quòd uersus finem uitæ suæ habebit quietem & bonam fortunam & altitudinem, & commiscebitur nobilibus & claris, & habebit multas diuitias, lætitias, & gaudia: tamen accidēt ei infirmitates. Etiam si fuerit signū fixum eius fortuna, ex parte mulierū erit ei melior. Sed si fuerit signū mobile uel cōmune, erit bonæ rationis, sapiens in deceptionibus, & ex parte mulierum accidēt ei dāna. At si fuerit ex signis sterilibus, & Luna in eius oppositō, significat quòd natus erit sterilis, & ager cū masculis: & si Mars fuerit ibi, significat infirmitatem & azemena ac debilitatem, & habebit apostemata quæ dicuntur scrofulæ, & incidentur ferro: & semp cum fecerit bonum non gratificetur ei, idcp si fuerit de die: si uerò de nocte, significat quòd erit eremita, uel morabitur in locis separatis & periculosis, uel erit homo qui utatur armis coram rege, sicut ludere ensibus & cutellis. Etiam si Luna ibi fuerit & infortunia aspexerint, significat quòd accident nato infirmitates, uel capietur propter factum abscōditum quòd commisit, & ꝙ ad seruitutē reducetur, & morientur mulieres & filij ac sepeliet eos: sed si fortunæ ibi aspexerint, ex rebus abscōditis bonū habebit: at si signum fuerit Aries uel Scorpio, et infortunia Lunā aspexerint, maximè si Mars, morietur mala morte. Item si fuerit in hac domo Saturnus, in domo uel exaltatione Iouis, significat quòd natus inueniet res infossas cōditionis thesaurorū, uel ꝺd his assimilatē: et ꝺd separabit se à parentibus suis: accident ei azemena, et mortē filiorū suorū uidebit. Et si Mercurius et Venus aspexerint ibidem, eidem genitalia incidentē. Etiā si in hac domo fuerit Sol, iam dictis semp permanentibus in eodē loco, spoliabit & priuabit suis bonis. Sed si Saturnus ibi fuerit solꝰ de die, significat ꝙ natus

habebit

habebit potentiã, & dominium de manu regis, & erit thesaurorum custos, et confidẽt homines in eo deponentes apud eum sua: sed si fuerit ibi de nocte, significat quòd patrum perdet substantiam, & erit natus laborioſus in pueritia sua, & accidet ei paralytica infirmitas, uel quod ei assimilatur. Etiam si aspexerit eum Luna de oppositu uel quarta, significat quòd habebit filium, uel erit pædagogus, & ei accident infirmitates in membris spiritualibus, et dolor in stomacho, & infirmitates longæ, & copulabitur seruæ. Præterea si Luna fuerit in quarta domo, non in domo nec exaltatione Iouis, & ibi aspexerint infortunia, significat q̃ natus non habebit potentiam nec fortunam, & quòd substantia parentum perdetur. Ad hæc si Venus fuerit in quarta domo, & aliquod infortuniorum aspexerit eam, significat quòd uxor patris morietur ante patrẽ: & si signum fuerit mobile, significat quod pater habebit alias uxores et lepeliet eas: et si ibi se coniunxerint Venus & Mercurius, significat bonum & securitatem pro nato, & malum ac damnum pro statu parentũ & fratrum suorũ. Etiam si ad hoc fuerit Mercurius peregrinus & in aspectu Martis, cõtrahet coniugiũ cum nigromãtica muliere. Rursus si his ita habentibus fuerit domus uel exaltatio Iouis, maritus habitabit cum muliere corrupta, & habebit filios, & nutriet filios alienos azemenatos. Etiam si Saturnus & Mars ibi fuerint sine aspectu Iouis & Veneris, significat quòd nõ adimplebitur eius petitio ulla: etiam significat anxietates, labores, infirmitates, azemena, incisionem ferri, mortem malam, & depopulationem domus suæ: & si Sol fuerit ibi cum eis, significat quòd pater morietur statim. Etiam si Luna uice Solis ibi fuerit cum eisdem, nato & eius parentibus paupertatem significat, & quòd parentes eius statim morientur. Item si quarta domus fuerit Cãcer uel Capricornus, & Venus ibi fuerit, significat quòd uxorabitur cum meretrice, & debitum faciet occasione ipsius. Ad hęc si Caput fuerit in quarta domo cum Ioue & Venere, & Sol & Luna ibi aspexerint, nato significat proprietatem, benedictionem & fortunam: significat etiam propagationem & benedictionem domui in qua natus est. Et si Sol fuerit ibi cum Capite, nobilitatem patris significat, & modicam uitã nato. Etiam si fuerit ibi Venus, Luna, & Caput, significat q̃ natus erit astrologus, & ex hoc lucrabitur substantiam multam. Etiam si ibi fuerit Iuppiter in suo haiz, natus erit nobilis uel alcaydus, aut mercator bestiarũ uel animalium, siue pastor uel custos animalũ nobilium hominum, & erit iustus, & exaudietur oratio eius, & fortè prædicet futura, aut forsitã dominium habebit de domibus orationis, et finis uitę eius melior erit quàm principium. Etiam si ibi fuerit in suo haiz, significat depressionem nati in pueritia sua, & quanto magis in diebus procedet, tanto magis exaltabitur, & augebitur bonum & fortuna ipsius. Etiam si Mercurius ibi fuerit peregrinus, significat quòd habebit multã substãtiam ex thesauro quem inueniet, uel ex opere absconditõ quod faciet, aut habebit super campsores dominium. Et si Saturnus & Mars aspexerint eum, habebit sociũ contradicentem sibi, & causam habentem secum, & incutiet ei timorem. Et si Mercurius fuerit ibi orientalis, significat quòd erit homo cui narrẽtur magna secreta & occulta. Sed si fuerit ibi Cauda, Iuppiter & Venus, significat q̃ euadet natus ab omni malo. Et si fuerint ibi Sol & Luna coniuncti, significat q̃ parentes morientur mala morte, uel cęcabuntur, aut cadent ab alto. Etiam si fuerit in ascẽdente & Luna à quarta domo, significat nato magnum dominium, multã substantiam & fortunam, & fortè rex erit. Si quando Saturnus fuerit significator patris, & fuerit in domo Solis & in bono statu, & natiuitas fuerit nocturna, non infert damnum patri, imò significat eius feliciorẽ succeſſum status & suæ fortunæ. Si quando Luna in natiuitate fuerit ad oppositionẽ & fuerit in angulis, significat quod pater habebit rixas & causas, quibus oporter se sistere coram rege: et si his ita habentibus fuerit in ascendente uel decima domo, ipse uictor erit: sed si ita non fuerit, erit uictus & maius damnum accipiet: quia secreta eius detegentur, & omnia quæ habuit occulta, & quæ fecit uel faciet semper sic habebunt in oppoſito Solis & Lunæ, aut in coniunctione in angulis. Etiam si quando Luna & Sol fuerint in aliqua reuolutione hoc modo, eueniet hoc idem iudiciũ reuolutionis in illo anno eidẽ nato, uel patri aut ambobus. Si quãdo dominus quartæ domus fuerit in ascendente, significat quòd natus erit melior omnibus suæ prolis, & erit parentum suorũ ornator, & benefactor eorum & consanguineorum suorum, & habebit dominium super progeniem suam. Et si dominus quartæ

domus fuerit in secunda domo, parẽtes habebunt diuitias & bonum statum, & natus erit magis honoratus fratribus suis à patre & matre. Sed si fuerit in tertia domo, habebit fratres ex quibus pater impedimentum habebit: si in quarta, erit homo cognitus habiturus nomen inter homines: si in quinta, pater erit diues & abundans substantia, & natus habebit filiũ hæreditaturũ: si in sexta, pater nati erit paruæ æstimationis & abiectus, & non nominatus nec cognitus: si in septima, pater nati erit ex malis hominibus & malo nomine, & natus habebit odio patrem, & fiet eidem inimicus: si in octaua, pater modicam uitam habebit, & mater ex partu forsitan morietur, & natus morietur extra locum suum: si in nona, pater erit homo incognitus, extraneus, excabitur, & mala morte morietur: si in decima domo, pater erit notus regi, & augebitur eius honor ac bonum: si in undecima domo, pater modicam uitam habebit & malum statum in uita quam uiuet statim cum natus filius fuerit, & postmodum exaltabit̃. Etiã si dominus quartę domus fuerit in duodecima domo, erunt parentes eius extranei & remoti à locis suis, à quibus propter malum statum & indigentiam recesserunt, & fortè ingredientur ordinem, & natus forsitan in loco extraneo morietur. Si quando Sol & Luna & pars patrum fuerint cum Marte, uel aspexerint eũ de quarta uel oppositione, & domini locorũ suorum infortunati, iudica quòd pater morietur illo anno. Etiam si huiusmodi constellationem inueneris in reuolutione alicuius anni, iudica similiter quòd parẽtes nati morientur illo anno, maximè si aliquod Luminarium fuerit in domo parentum. Item si Luminaria fuerint infortunata & iũcta cũ Marte, & pars patrum & eius dominus fuerint in bonis locis, & in aspectu fortunarum de bonis locis, iudica per infortunium Solis quòd pater habebit malum & damnum ex parte regis: & per infortunium Lunæ, iudica ei malum & damnum propter infirmitates sui corporis aduenturum, maximè si reuolutio diurna fuerit, & Mars aspexerit Solem: uel si fuerit nocturna, & Saturnus aspexerit Lunam, aut si sit cum ea in radice natiuitatis. Etiam si Sol & Luna infortunati fuerint in domo septima uel quarta, per cõiunctionem infortuniorum, uel per quartam aut oppositionem earum, iudica parentes illo anno morituros, maximè si Luminaria fuerint in radice natiuitatis infortunata, & pars patris similiter in reuolutione infortunata: tunc enim erit iudicium efficacius & firmius. Et si hoc infortunium fuerit in Sole, da iudicium patri: & si in Luna, da iudicium matri. Hermes dixit: Quarta domus est fouea planetarum, quoniã est in fundo circuli cœli & in infirmitate, & est in tertio duodecimæ domus, quæ est domus tenebrarum, laboris, anxietatis, et carcerũ: & est gaudiũ infortunij maioris. Etiã est in sextili sextæ domus, quæ est domus tenebrosa & infirmitatis & damni, & gaudiũ infortunij minoris. Si quando aliqua planeta fuerit in quarta domo in suo casu, est sicut homo nimia solicitudine oppressus & solicitus, donec exeat inde, & p motũ maiorẽ uadat ad tertiã domũ, q̃ est gaudiũ Lunæ, & per motũ eius uadat ad quintã domũ quæ est gaudium Veneris: & q̃n exit inde ad quamuis partẽ, est sicut homo mortuus qui de fouea resurrexit. Si quãdo duo denaria Iouis fuerit in ascendente alicuius nati, significat nobilitatem parentũ eius & ipsorũ potentiã. Illud idem significat̃, quando pars parentum est in hoc loco, & si signum in hoc fuerit fœmininũ, da iudiciũ matri. Si quãdo pars fortunæ fuerit infortunata, uel in signo masculino cõbusta, iudica q̃ pater prius morie t̃ q̃ mater: & si hæc cõstellatio fuerit in signo fœminino, mater morietur ante q̃ pater. Si quando radij Saturni, de quocũq; aspectu uel cõiunctione, applicuerint ad partẽ patris priusquã deueniant ad partem matris, iudica q̃ pater morietur ante matrẽ: & si dicti radij applicuerint ad partem matris ante q̃ ad partem patris deueniant, mater morietur ante patrẽ. Pars patris accipitur de die à Sole in Saturnũ, & de nocte ecõtrario, & p̃icitur ab ascendẽte: & si Saturnus fuerit sub radijs, accipitur in die à Sole in Iouem, & de nocte econtrario, & proiicit̃ ab ascendente. Pars matris accipit̃ de die à Venere in Lunã, & de nocte econtrario, & proiicitur ab ascendente. Ad hæc si quando pars patris fuerit ab infortunijs aspecta, significat mortem patris: et si pars patris et pars matris fuerint in angulo occidentis, significant paupertatem & seruitutẽ illius cuius pars fuerit ibi: (Hoc idem significat̃ in octaua domo, nisi Sol aspexerit eã) & in toto significat paruã durabilitatem parentum, & q̃ cito morientur. Similiter si pars patris fuerit in secũda uel in sexta, aut in octaua siue duodecima, indigen-

indigentiam & paupertatem patris significat. Et ut tandem finiã, aspice ad septimam domum à parte patris, & si dñm eius iunctum inueneris cum dño partis patris, iudica q̃ pater diligit uxorẽ & cognatos eius: & si dominus partis patris fuerit super terrã, & dominus partis matris sub terra, iudica q̃ mater prius morietur q̃ pater: & si cõtrarium fuerit, cõtrarium iudica. Et si dñi ipsarum duarum partium ambo super terrã fuerint, uel sub terra, aspice cui eorum egrediatur è sua decima, et de eo iudica q̃ prius morietur altero. Sed si ambo in uno signo & gradu fuerint, aspice dñm termini sui, et si inueneris eum infortunatum in signo masculino, iudica q̃ pater citius morietur, ut si in fœmineno mater. Si quando pars patris fuerit in termino Martis de die, uel termino Saturni de nocte, et Saturnus uel Mars ille cuius terminus est, aspexerit eã de quarta uel oppositione sine aspectu aliquo Iouis uel Veneris, accident patri pro filio dãnum & labor, & fortè propter eundem natũ destruetur uilla, uel terminus totius eiusdem uillæ: & si Sol fuerit uice partis in cõstellatione prædicta, natus ipse interficiet patrem suũ. Sed si pars matris fuerit in constellatione prædicta, dãnum & malũ propter filium accidet matri: & si Luna fuerit uice partis, filius idem interficiet matrem. Etiã si aliquis dominorum istarum partium fuerit in undecima domo ab ascẽdente nati, significat q̃ erit inimicus sui patris & suæ matris, maximè si dominus ascẽdentis fuerit in opposito domini domus partis, uel in duodecima eius. Etiã si quãdo hæc pars uel eius dominus fuerit in angulis, significat nomẽ, altitudinẽ, & magnum gradum: & si dñs domus Solis fuerit in angulo, maximè in ascẽdente uel decima domo, habebit dominiũ & altitudinem pater: & si pars & eius dñs fuerint fortunati, significãt bonum statum patris in uita & uictu suo: sed si fuerint cum domino quartę domus infortunati, malum statum & infirmitatem patri significant & laborẽ. Nota q̃ decima domus ab ascendẽte nati, est significatrix essentiæ matris nati, & quarta domus essentiæ patris. Similiter ergo aspice in essentia matris, sicut aspexisti à parte patris & æqualiter: & si quãdo dñs termini Solis uel dñs termini Lunę fuerint sub radijs, uel in aliquo malorum locorum, significat paupertatem & malum statum parentum: quia Sol ibi est significator patris, & Luna matris. Alhesen filius Alheszieb dicit: Quadã die cùm iuissẽ ab Abolabez, & cum eo esset Meraeso, uenit ad me quidã senex, et dedit mihi chartã, in qua scripta erat figura cuiusdã natiuitatis, & rogauit ut aspicerẽ eãdem figurã. Ibi ego quę iui eum, cuius esset figura seu natiuitas: & ille respõdit q̃ esset filij sui. Quã dum aspiciebãet contemplabar de manu mea rapuit Abolahez, & aliquantulum ea inspecta dixit: Primum quod in hac natiuitate iudicare debemus, est q̃ natus istẽ ortꝰ est de adulterio, nec est filius illius q̃ dicit q̃ filius suus sit. et ego dixi: Vnde habes hoc? & ipse respondit: Senex iste dicit q̃ hic natiuitas sit filij sui, cùm pater nati cuius hæc est natiuitas ante 4. annos decesserit, et obierit eodẽ anno quo natus hic ortus est. Et ego quæsiui unde haberet hoc? et ipse dixit: Ego aspexi ad gradũ partis patris, & inueni eum in opposito Martis, & nõ erat iter eos plus uno gradu, & iueni partẽ in undecima domo ab ascendente, quæ est octaua à quarta & domus mortis patris, & erat inter partẽ et Saturnum gradus unus: propter quod iudicaui q̃ pater huius nati anno quo fuit ortus natus decesserit, & hic senex dicit q̃ est filius suus: unde natus adulterinus est. Tunc dixit senex: Ego nõ sum pater huius nati, sed est nepos meus filius filij mei, & filius meus pater eius decessit eodẽ anno natiuitatis istius, sicut hic homo bonꝰ nũc dixit.

De quinta domo & eius significationibus & statibus filiorum. Cap. XVII.

ET in hoc capite ut in alijs sæpe & multũ altercati sunt ueteres, diuersasq̃ protulerunt sententias. Nam Ptolemæus dicit oportere in essentia filiorum exordiri à planetis existentib. in decima & undecima domo, & à planetis existẽtibus in oppositio horum locorum q̃ aspectum, & accipere significationes à Luna ac Venere, si cupias scire si habebunt filios, & si multi sint futuri: & si à Sole, Marte, & Saturno, significationes accipe sterilitatis uel paucitatis liberorum: et pone Mercurium participem cum illis, cum quib. cõuenientiam habet in figura ex his duabus partibus. Nã si quando fuerit orientalis, dabit filios: & quum occidẽtalis, filios prohibet & sterilitatẽ inducit. Præterea si quãdo hoc modo planetæ fuerint et separatim, significat q̃ ipse solus erit & unicus. Etiã si qñ fuerint in signis cõmunibus fœmininis, nati erũt duo. Similiter si fuerint in signis multorum filiorũ, (sicut Pisces, Cancer, & Scorpio)

pio)nati erũt duo uel plures. Ad hæc si planetæ fuerint masculini,& in signis masculinis,& in statu cõueniente masculinitati erga Solem,nati erunt masculi: sed si planetę fuerint fœminini,& in signis fœmininis, & in statu conueniente fœmininitati erga Solem,nati erunt fœminæ. At si infortunia fortia fuerint super eos,& in signis sterilibus,(sicut Leo & Virgo)nascentur ei filij, at imperfecti, minimè uitales, nec durabiles. Alij sapientes(Ptolemæo excepto)dicunt: Aspice in tali negocio signum quintæ domus & eius dominũ,Venerem & Iouem,ac partem filiorum & eius dominum, ac dominos triplicitatis Iouis,et considera quis eorum habeat maiorem potentiam et dominium in hac significatione:& si illum inueneris in signo multorum filiorum,& liberum ab infortunijs & aspicientem ascendens,maximè si dominus eius fuerit in aliquo angulorum,uel in succedenti,erit multorum significatio filiorum: sed si fuerit in signo sterili & infortunatus,et Iuppiter cõbustus fuerit,et Venus damnata,significat quòd natus erit sterilis, nec habebit filium aliquem:at si dominus ascẽdentis applicuerit domino septimæ domus,significat ꝙ habebit multos filios legitimos. Hoc idem erit,si dominus septimę applicuerit domino ascendentis. Etiam si hæc applicatio fuerit inter dominum ascendentis & dominũ sextæ domus,maior pars filiorum erit ex cõcubinis. Iudica præterea multitudinem filiorum à Ioue & Venere, & paucitatem à Saturno & Marte,& mediocritatem à Sole,Luna,& Mercurio. Nam si quando Sol testificatus fuerit significatori filiorum,& domini triplicitatis Iouis fuerint in bonis locis figuræ, significat multos filios & ꝙ gaudebit de ipsis. Etiam si quãdo unus dominorum triplicitatis Iouis fuerit in bono loco,& alij in malis locis, significat ꝙ natus habebit filios,& quòd accident ei grauamina propter eos. Quando domini triplicitatis Iouis sunt cadẽtes ab angulis,uel sub radijs Solis, significant paucos filios, maximè si Iuppiter isto modo habens fuerit sub radijs. Quãdo Iuppiter uel Mercu. est in domo uel exaltatiõe sua in aliquo angulorum uel succedentibus,& domini triplicitatis eorũ in bonis locis ab infortunijs liberi,& nocumentorũ innocui, significat ꝙ natus habebit multos filios, & ꝙ gaudebit de eis. In summa respice ad partẽ filiorũ & eius dominum,et qs planetarum iungat̃ aut cõmiscatur cum eo quacunq; cõmixtione,& considera potentiã locorũ eorũ, & statum eorũ in potentia & debilitate ac fortuna & infortunio,& iudica secundum illud. Quando pars filiorum est in angulis uel succedentibus,significat multos & bonos filios,q uiuent & attenti erunt ad bonũ:sed si quãdo fuerit in locis cadentibus, maximè in his quæ nõ aspiciunt ascendẽs, significat paucos filios,& ꝙ citò moriẽtur. At si quando pars non aspexerit aliquẽ planetarum,significat ꝙ natus erit doloribus plenus ac tristis propter filios,& ꝙ primogenitus moriet̃ aut nascet̃ mortuus ex uentre matris, &,ppterea pater patietur grauamen. Quando in opposito partis filiorum uel eius quarta est aliqua fortuna,significat ꝙ natus habebit filios: sed si in opposito partis aut quarto,uel in eius coniunctione corporali fuerit aliquod infortunium,significat ꝙ natus habebit paucos filios, & si quos habuerit morient̃. Si quãdo Venus à Satur. infortunata fuerit,& aspexerit partem filiorum ab aliquo angulorũ,& non aspexerit eã Iuppi. natus habebit paucos filios,uel erit sterilis,maximè si ad hæc Luna fuerit infortunata. Quando Iup. Venus,& Merc. ab infortunijs & retrogradationib⁹ liberi sunt,natus habebit multos filios: sed si infortunati fuerint,uel in casib.suis à domo uel exaltatione,aut sub radijs,natus filios nõ habebit,et si habuerit morient̃. Quãdo in quinta domo est aliqua fortuna, et dominus quintæ domus liber ab infortunijs & damnis,& aspicit mediũ cœli,natus habebit multos filios,& uiuẽt ac intenti erũt ad bonum:sed si quando in quinta domo fuerint infortunia,& dñs ipsius domus cadens ab angulis & ab infortunijs dãnatus, paucos habebit filios, & si quos habuerit morient̃ cito. Quando Iuppiter est infortunatus in aliquo angulorum, natus habebit paucos filios, & si quos habuerit breuiter moriẽtur. Deterior ex omnibus angulis in hoc negotio est septimus, & hoc peior est quartus. Aspice in omnibus natiuitatibus, & si inueneris Luminaria infortunata nullum habentia aspectum fortunæ,natus habebit paucos filios.

De cognitione temporum quibus filij excipiuntur.

SVscipiẽdorum liberorum causa homines cùm coniungantur,eorumq; procreationis & natiuitatis tempus solicitè quærant, respice ad planetã habentem natus dominium, & plures dignitates

nitates in significatione filiorum, & si eum inueneris in parte orientali, iudica quòd habebit filios in pueritia sua: sed si eum inueneris in medio cœli, habebit eos in medio ætatis suæ: at si eum inueneris in quarta uel septima, filios habebit in fine uitæ suæ. Si quando Iuppiter in aliqua reuolutione annorum applicuerit ad locum partis filiorū in radice, uel aspexerit eum de quarta siue oppositione, habebit filium illo tempore. Etiam si quando in reuolutione annorum applicuerit Venus ad locum partis filiorum in radice, uel aspexerit eam de quarta uel oppositione, similiter filiū habebit illo tempore: significatio tamē Iouis ibi est potentior & firmior illa Veneris. Similiter si quando annus peruenerit ad signū in quo fuit Iuppiter ad Venus in radice, filium significat illo anno. In summa si scire uelis causam filiorum, respice planetam habentem dominium in significatiõe filiorū, (siue sit unus siue duo) & considera cuiusmodi status & cõmixtionem habeat cum domino ascendentis, & si unus eorum fortunet alterum, uel si se inuicem infortunẽt, & iudica secundum conuenientiam uel dissonantiã quam inueneris inter eos, aut secundum utilitatem & damnum quod fuerit inter eos. Nam quum Saturnus iũgitur cum parte filiorū in uno signo, si non aspexerit eos Iuppiter neq; Venus, paucos habebit filios uel sterilis erit. Etiam si pars filiorum uel Iuppiter fuerint in signis sterilib. similiter sterilis erit natus. Nihil te moueat in hoc casu aspectus fortunarum nec coniunctio earū, quoniam planeta secũdum sui naturã operatur in loco suo magis q̃ infortunia remouere possint, uel fortunæ dirigere, licet recipiat planetam aspicientem eum uel iunctũ cum eo. Quãdo pars filiorum, & dominus domus filiorum, & Iuppiter sunt in angulis & in locis fortibus, & in signis aqueis, uel multorum filiorū, iudica multos filios illi nato: & maior significatio in habendo multos filios, est si quando dominus ascendentis applicuerit domino domus filiorum de locis bonis & fortibus. Similiter euenit si fortuna fuerit in domo filiorum, & Luna Iouí applicuerit ab aliquo angulorum, uel fuerint dñi triplicitatis domus filiorum in signis cõmunibus, aut multorũ filiorũ: nã omnes hæ sunt significationes habẽdi multos filios. At si in domo filiorũ fuerint infortunia, & dñs domus filiorum cõbustus, uel Sol in domo filiorũ, nato accident occasiones in filijs, ita q̃ sine filio morietur, & abscindet generationẽ & progeniẽ suam. Si quando pars filiorum fuerit in ascendente uel iuncta cũ domino ascendentis, & dominus partis aspexerit eam, natus habebit filios q̃ amabunt & obedient ei, & erunt sibi boni. Idem hoc iudicium erit si dominus quintæ domus aspexerit dñm ascendentis, uel ascendentem de bono loco uel cõuenienti aspectu: aspectus tamen quartus significat q̃ habebit filios peruersos, q̃ odio habebunt eum, & ipse eos. Etiã si dñs quintæ domus fuerit in opposito ascendentis, aut in opposito domini sui, significat q̃ natus habebit cũ filijs rixas, causas, & maleuolentiã. Si quando tres significatores filiorũ aspexerint se inuicẽ de sextili uel tertio, aut omnes iuncti fuerint in uno signo, & aspexerit eos dominus partis filiorũ natus, habebit filios quorũ unus conueniet cum altero & se diligent: sed si hi tres significatores aspexerint se de quarta uel oppositione, filij nati erunt discordes, & se odio prosequẽtur, & dehonestabunt se, ac sibi inuidebũt, & fortè interficient se. Si pars filiorũ remota fuerit ab aspectu fortunarum, & aspexerit eã de quarta Saturnus, licet eã non recipiat: uel si fit pars prædicta in secunda ab ascendente, aut fuerint Venus & Iuppiter & Mercurius in oppositione suarum met domorum, uel fuerint Sol & Saturnus in opposito ascendentis, nato accident occasiones in filijs, & accident ei grauamina & tristitiæ causa filiorum, & filij qui nascẽtur ei eo citius morientur. Si quando pars filiorũ fuerit in medio cœli, & eius dominus fuerit in bono loco, & aspexerint eã Iuppiter & Venus de signis conuenientibus signo in quo ipsa fuerit, uel si sit pars in domo fiducię, & Iuppi. in quinta domo ab ascendẽte, natus filios habebit fortunatos, nominatos, & in eximio gradu habituros bonũ & honorẽ à rege ac ab amicis, & ipse gaudebit illis, & ex ipsis cõmodum & honorẽ habebit. Si dñs domus filiorũ fuerit subleuatus sup dñm ascendentis, aut sup ascendẽs, & aspexerint eũ fortunæ ac partẽ filiorum, similiter natus habebit filios q̃ prælebunt ei: sed si dñs ascendentis fuerit subleuatus super dñm domus filiorũ, natus erit clarior filijs suis. Denicq; hoc modo iudica inter filios & filias, aspiciendo partes earũ, & quæ earum super alteram tollitur, & illi quæ magis eminet iudica potentiam, nobilitatem, diuitias, & fortunam.

De tempore quo natus habebit filios.

EX communi omnium more et cupiditate cùm coniunctorum tum eorum familiariũ est, uelle uidere uagientes infantes in cunabulis, & quærere quando tales sint expectãdi. Quibus commodè respondebis quòd tum gignent, qñ Iuppiter applicuerit ad ascẽdens, uel ad dominum domus filiorum, dicetur̃q; tempus habẽdi filios: uel aspice numerum graduum qui sunt inter Iouẽ & dominum ascendentis, uel quando Sol intrauerit aliquem angulorum, uel quando applicuerit ad partem filiorum: quoniam hæc sunt tempora habendi filios. Nam si dñs domus filiorum fuerit in ascendente, habebit filium in pueritia sua: sed si fuerit in decima, habebit eum in medio uitę: at si in quarta uel septima, habebit eum in senectute sua, uel circa finem suum.

De cognitione numeri filiorum.

NVmerus filiorũ inuenit̃ hoc modo: Aspice duos dominos triplicitatis Iouis, primum scilicet & secundum, & quẽ eorum fortiorem inueneris & magis fortunatum ac in meliori loco cõsidera, & aspice quot signa sint inter eum & ascendens, & iudica q; tot filios habebit quot signa fuerint. Et si fuerit inter eos signum commune, da duos, & secundum q; inueneris numerum iudica.

De aphorismis collectis ex multis libris ad hoc necessarijs. Cap. XVIII.

IN omni doctrina et scientia nõ malum est cõscribere aphorismos breuiter cõplectentes totius rei summam, sicut in præcedentibus fecimus, & modò dicimus quòd quando dominus ascẽdentis est in quinta domo, natus gaudebit filijs suis: sed si aspexerit eum aliquod infortunium, damnat eum. Si dominus ascẽdentis applicuerit domino quintę domus, natus diliget & procurabit ut habeat filios habituros huius rei maximã uoluntatem. Si dominus quintę domus applicuerit domino ascẽdentis, multos filios habebit. Si dominus quintæ domus separatus fuerit à domino ascendentis, morientur eius filij & nascent̃ mortui. Si dominus ascendentis separatus fuerit à domino quintę, suos filios abhorrebit, eijciet eos, nec faciet eis bonum, neq; ex ipso bonum consequent̃. Quando dominus ascendentis est in undecima domo, paucos habebit filios, & malus erit eis. Qñ Sol aspicit partem legis, natus filios non habebit, & separabit parentes ab alijs filijs. Qñ Sol aspicit partẽ fortunæ, multos habebit filios. Quando pars filiorum est in domo Saturni, & eam aspiciunt infortunia, morient̃ur maiores filij eius. Etiam si quando fuerit in domo Martis, & eã aspexerint infortunia, morientur filij eius minores. Quãdo pars usus uiri cũ muliere est in uno signo cum Mercurio, & in signo masculino, filiũ habebit q; suas uoluntates sequetur. Etiam si Mercurius hanc partem aspexerit, significat illud idem. Quin si Mercurius aspexerit hanc partem, & fuerit in signo masculino, filius erit sodomita: & si in signo fœminino, & aspexerit partem prædictam, fornicabitur cum mulieribus. Quãdo pars filiorum est in octaua domo, natus filios nõ habebit, & si quos habuerit morientur. Et si Saturn⁹ & Mars ibi fuerint uel aspexerint, filij moriẽtur postquam magni fuerint, aut ipsi uel maior pars eorum interficietur: sed si fuerit ibi Sol cum eis, uel si eos aspexerit, euadent ab interfectione, accident tamẽ eis occasiones in corpore. Si Cauda & Saturnus & Mars & Mercurius ibi fuerint cum eisdem, morientur magni filij postquã fuerint in ætate, & natus lucrabitur substantiam multam ex parte mulierum. Etiam si Iupp. & Venus ibi fuerint uel aspexerint in hac domo, natus habebit filium facturũ iter & nullo tempore rediturum. Etiam ab hac domo & undecima ueniũt occasiones & mali aspectus quintæ domui, unde in hoc considera. Quãdo pars filiorum est in una quarta & eius dñs in alia, natus habebit filios in extraneo loco, & separabunt se unus ab alio. Si pars filiorum fuerit in ascendente, natus amabit filios suos ualdè. Sed si in secunda & ibi fortunata, filij nati habebunt diuitias & magnã substantiã. Etiam si in tertia, habebunt bonum & utilitatem à patruis suis. Rursum si in quarta, filij multi erunt & habebunt nomina auorũ & auunculorum suorum: et si cum ea fortuna fuerit, & ipsa ibi fortunata, hæreditabunt bona auorum & auunculorum: sed si cum infortunio fuerit, et ipsa infortunata ibidẽ, capientur & in carceribus conijcientur, & eis anxietates accident & labores. Etiam si pars fuerit in quinta, filij prosperitatem habebunt & erunt uiriles. Et si in sexta, uiuẽt & habebunt suum uictum ex alitione animalium, seruorum, & ancillarum. Sed si in septima, filij patrem odio prosequentur, & habebunt causas & rixas cum eo. Etiam si

in

in octaua & ibi fuerit fortunata, natus relinquet filijs suis substãtiam suam, & ipsi suis filijs. At si fuerit infortunata ibidẽ, paucos significat filios. Item si in nona & ibi ab infortunijs libera, natus habebit filios iustos & religiosos, & qui bene custodiẽt legem. At si in decima, filij læsi erũt in corporibus suis, & facient mala facta. Etiam si in undecima, filij erunt malorum morum, sicut iratí, rixosi, & cõtentiosi. Et si in duodecima, natus habebit paucos filios, et quos habuerit erunt ei inimici, & eum genuino dente mordent & prosequentur.

Significationes dominorum triplicitatis quintæ domus.

PRæpositis huius quintæ domus aphorismis, non malè subiũguntur significationes dominorum triplicitatis breues & succinctæ, tãquam clausulæ huius operis quartæ partis. Eę autem sic habent: Si quando dominus triplicitatis quintæ domus primus fuerit fortunatus, fortis, receptus, in bono loco ac signo multorum filiorum, in aspectu Iouis & Veneris, natus multos habebit filios, bonos & fortunatos, qui habebunt dominiũ & nomẽ & altitudinem, & ipse diliget eos & recipiet utilitatẽ ab eis: sed si fuerit in diuerso statu à iam dicto, nato filij morietur, & semper erit doloribus plenus & anxius & tristis super filios suos, uel fortè sterilis ita quòd filium non consequatur. Etiam si secũdus dominus triplicitatis fuerit in prædicto bono statu fortis & fortunatus, maximè si fuerit Mercurius, natus erit fortunatus & lucrator ac felix in mercimonijs, & in dando & accipiendo, emendo & uẽdendo, & in hoc magnam potentiam habebit, & ex hoc perueniet ad dominiũ & nomen: sed si fuerit in diuerso statu à iam dicto, erit laboriosus propter mercimonia, exponet se periculis, laborabit, nec accipiet utilitatẽ ex labore suo nec aliquod lucrum: etiã accidẽt ei damna et amissiones in mercimonijs & factis suis, & erit in itineribus à latronibus spoliatus. Etiam si tertius dominus triplicitatis fuerit fortis & fortunatus, & in bono statu antè dicto, erit mulierum amator, uitiosus cum eis, & fortunatus in causis earum: sed si fuerit in diuerso statu, fortè erit sodomita, fornicator malus, malo modo facturus fornicationes malas & turpes. Pars filiorum accipitur de die à Ioue in Saturnum, & de nocte econtrario, & proijcitur ab ascendente. Ista pars significat filios, & si erunt masculi uel fœminæ, & si plures erunt masculi quàm fœminæ, uel fœminę plures masculis. Etiam numerus filiorũ, & tempus in quo erũt filij, accipitur de die ac nocte à Marte in Iouem, et proijcitur ab ascendente.

ALBOHAZEN HALY filii Abenragel libri quinta pars diuisa in quindecim capita, quæ complectuntur accidentia cùm interna tum externa, & significationes reliquarum domorum.

De sexta domo & eius significationib. Cap. 1.



VM omnis res, quę docẽda suscipit, rectè in principio diuidat in suas partes, ideo dixit Haly filius Abenragel: Primũ dicere uolumus in hoc capite de impedimẽtis & accidentib. superuenientibus animæ & eius infirmitatibus, pòst de his quæ accidunt corpori & ęgritudinibus corporis, tãdem de alijs huius domus significationib. Et quoniã horum unumquodq; à suo astro petit, dico quòd impedimenta & accidentia animi cognoscunt à Mercurio, & ab eius statu cũ Luna, & à statu Lunæ cũ eo, & à statu eorũ amborũ cũ angulis, & à planetis infortunandi proprietatẽ habẽtibus & naturã. Nã si quãdo Mercurius & Luna nõ habuerint ullum aspectũ inter se nec alter cũ altero, & aliquis planetarũ habentiũ naturã damnum interendi & infortunãdi fuerit exaltatus super eos ambos in horizonte oriẽtali, uel fuerit in oppositò suo, significat q; in meditationibus spiritus accidentæ ægrotationes multæ & uariarũ cõditionũ, quas cognosces & diuides pro statu, ppio planetarũ, & p conuenientijs locorũ suorũ sicut diximus, & pro operibus, pprijs cuilibet infortunantiũ planetarũ. Nec malè uocauimus modò impedimẽta spũs, quæ non

habent rectã ordinationem nec sexum: & illa quæ multum discedũt à recta regula, infirmitates poterimus nominare, si receſſerint ab omni ordinatione naturæ; & hæc infirmitas est in sensu, quæ est una pars spiritus, hæcq; pars potest recipere dãnũ & impedimẽta, quę oĩa cũ animi tũ corporis modò prosequor. Dico ergo q̃ dæmoniaci sunt illi, q̃ nõ habẽt in natiuitatib. suis Mercuriũ cum Luna in aliquo aspectu, nullo eorum aspiciente ascẽdens: quod eo ualidius & certius erit si in natiuitate eorũ, si diurna fuerit adsit Saturn⁹, et in nocturna si Mars, & si quis eorum fuerit in angulis. Talis est natiuitas dæmonum. Sed si hæc constellatio fuerit hoc modo, et fortior in natiuitate nocturna fuerit Saturn⁹, et in diurna Mars: hi tales sunt diabolici, maximè si significatores isti fortes fuerint in Cancro aut Virgine aut Piscibus. Qui uerò dicunt habere dãnum à diabolis, hi habent multã humiditatem in cerebris apparentẽ: quod accidit si prædicta cõstellatio fuerit, & infortunia potentiã habuerint super Lunã, ipsa uidelicet existente sub radijs Solis: & si fuerit cõiunctionalis adsit Saturnus, & si præuẽtionalis Mars, & propriè in Sagittario uel Piscibus. Præterea si quando infortunia fortia & separatim in ascendente fuerint, & constellationes prædictę sic steterint, impedimentũ & accidẽtia erũt in sensu spirituali, tali modo ut non possint recipere sanitatẽ nec remediũ aliquod, nõ tamen sunt manifesta nec turpia multum: sed si fuerit ibi aliqua cõueniẽtia Iouis uel Veneris, & Saturnus uel Mars in parte occidẽtis, & fortunæ fuerint exaltatæ super angulũ ascendentis, erunt infirmitates & ægritudines ipsæ eius generis, q̃d recipere poterunt curationẽ & sanitatẽ, sed erunt turpes: & si ille q̃ habuerit conuenientiã fuerit Iup. sanitas q̃ habebit infirmitas erit per opera physici, & per administrationem medicinarũ & specierũ: sed si ille qui habuerit conuenientiam ibi fuerit Venus, sanitas infirmitatis erit p̃ modum prophetiæ, uel per auxilium deorum, per orationes, & his similia. Ad hæc si fuerint infortunia in angulo ascendentis, & fortunæ in angulo occidentis, erunt hæ infirmitates manifestæ, turpes, & affixæ ita q̃ nec sanitatem nec remedium recipere poterunt: quia si fuerit dæmoniacus, erit durabilis nec separabitur ab eo, & patietur hoc cum uociferationibus & magno periculo mortis: sed si fuerit diabolicus, quod est receſſio sensus, erit multũ sæuus, ita q̃ teneri non poterit, denudabit se & multas rusticitates dicet: at si fuerit infirmitas quæ dicitur percussio diaboli, ex abundantia humiditatum in cerebro, perueniet ad infirmitatem quæ est perditio sensus, & dicet res futuras sicut prophetias, & erit ęgrotatio manifesta & apparens, & efferet se ad percutiendum & dehonestandum homines, & dicet dicta turpia & rustica. Loca planetarũ adiuuant in hoc statu proprio & separato auxilio isto modo, quoniam loca Solis & Martis propriè adiuuant in infirmitate diabolicorum, loca Iouis & Mercurij propriè adiuuant in infirmitate dæmoniacorum, locus Veneris adiuuat in loquendo prophetias & res futuras, locus Saturni propriè adiuuat in humiditatibus cerebri, & in infirmitatibus quæ dictæ sunt percussiones diaboli. In summa maior pars causarum infirmitatum accidentium in spiritu & sensu, sicut diximus, accidunt per constellationes prædictas secundum proprias & separatas naturas: tamen inuolutiones, accidentia, & infirmitates quæ accidunt in spiritu & sensu, separatim & propriè apparebunt secundum naturas: similiter etiam erũt multæ uel paucæ secundum naturam masculinitatis uel fœmininitatis. Quam diuisionem cognosces per similitudinem uię iam dictę, ponendo Solem ibi uice Mercurij cum Luna, & inspiciendo ad conuenientias & significationes Martis, secundum quos iudicabis. His ita distinctis & explicatis, modò uolumus transire ad alia & dicere quod si quando ambo Luminaria, uel alterum eorum fuerit in signis masculinis in natiuitate uiri, significat quòd est sterilis, et quòd sequetur res naturales secundum masculinitatem: sed si sic fuerit in natiuitate mulieris, erit uirilis, & sequetur res contrarias naturæ fœmininitatis, & remotas ab opere & regula mulierum. At si Mars & Venus, uel alter eorum fuerint in signis masculinis in natiuitate uiri, erit magnus fornicator, perpetrabit res à natura remotas, uiolator mulierũ, & hoc manifestè faciet cõtra regulã, turpiter, & cõtra legẽ: sed si fuerit in natiuitate mulieris, erit deprehẽsa in fornicatione nõ naturali, sicut unà cũ alia. Sed si masculinitas fuerit in Venere separatim, q̃d secerint huius erit secretũ & occultum: at si Mars fuerit similiter in masculinitate cum Venere, erit factũ notũ & manifestũ, ita q̃ mulieri hoc faciens ostendet quòd habeat

aliam

aliam mulierem in opere illo, ſicut uir amplectitur uxorem. Ad hæc ſi ſtatus planetarum diuerſus fuerit ab eo quod diximus, uolo dicere ſi Luminaria ſint in ſtatu prædicto effœminata, portendit mulieri quòd effœminata erit, & ſequẽ res naturales: etiã ſignificat uiro quòd erit effœminatus, & ſequetur res effœminatas & cõtra naturam ſuã, & fortè turpiter effœminatus erit. Sed ſi Venus fuerit effœminata in natiuitate mulieris, amabit multum fornicationem, et hoc ſecundum naturam & ſemper, nec denegabit alicui quocunq; modo uelit potiri. At ſi talis conſtellatio fuerit in natiuitate uiri, erit multum effœminatus, diliget multum fornicationem, & contra naturam & turpiter hoc deſignabit, nihilominus clàm & occultè faciet illud. Etiam ſi fuerit Mars effœminatus cum Venere, erit factum horum duorum prædictorũ adeo turpiter & diſcoopertè & ſine uerecundia, quòd manifeſtati malè tractabuntur, et ab hominibus uilipendentur. Si quando aſcendens fuerit ſignum commune in ultimo termino ſuo, & Mars & Venus proiecerint radios ſuos in ſigno fœminino quod ſequitur ſignũ aſcendens, & hæc conſtellatio fuerit in natiuitate uiri, ſignificat quòd erit ſodomitica paſſio, & quod augetur in ea: ſed ſi hæc fuerit in natiuitate mulieris, creſcet in pulchritudine & compoſitura ſui corporis. Quando Mars & Venus ſunt orientales à Sole, in ſtatu qui dicitur matutinalis, adiuuãt ad maſculinitatem & uirilitatem. Quãdo Venus eſt in ſigno multæ fornicationis & ſubradiã, & aliquod infortunium ſuper eam exaltatum, natus erit effœminatus & ſodomita: & ſtatus eius occidentalis, qui dicitur poſt occaſum Solis, adiuuat ad fœmininitatem & mollitiem. Similiter ſi Saturnus cũ eis fuerit, turpitudinem ſignificat & facta peruerſa, & ſequi talia facta: quoniam natura Saturni talia facta ſignificat. Sed ſi fuerit cum Venere Iuppiter, auxiliabitur ad facta & res pulchras, & in cooperiẽdo ſe & cultu: & ſi adfuerit Mercurius cum eis, auxiliatur in detegendo res & manifeſtãdo eas, & in mouendo ſe facilè ad res & facta. Abſolutis rebus animi & eius accidentibus pro uirili & quantum neceſſe fuit, modò deſcẽdere uolumus ad accidentia & ægritudines corporis. Vbi animaduerte quòd dominus triplicitatis domus infirmitatis primus, ſi fuerit fortis & aſcendens in ſuo circulo, & exaltatus ſuper aſcendens & dominũ eius, & ipſe per ſe fortuna fuerit, ſignificat quòd natus lucrabitur ſubſtantiã & diuitias propter infirmitatem & azemena: ſed ſi fuerit deſcendens & infortunatus & cadens, & in caſu ſuo non aſpexerit aſcendens, ſignificat quòd natus uiuet ſanus & fortis, & remouebit à ſe omnem infirmitatem, & corpus eius erit robuſtum ac rigidum aduerſus omnem maculam & dolorem, & aduerſus omnia azemena manifeſta. Præterea ſi dominus triplicitatis huius domus ſecundus fuerit fortunatus & firmus & receptus, ac in bono loco ab aſcẽdente, & habuerit in ipſo loco aliquam dignitatem, natus habebit ſeruos & ancillas ac domicellas, & ſocietatem eorum quos nutriuit: ſed ſi fuerit in diuerſo ſtatu à iam dicto, erit utilis, paruæ æſtimationis, triſtis & ſolus, nec habebit qui ſeruiat ei, imò quòd ſeruiat ſibiipſi uel alteri oportebit. Ad hæc ſi dominus triplicitatis huius domus tertius fuerit fortunatus & fortis et receptus, natus equitabit, & habebit qui ſeruiẽt ſibi, & lucrabitur de ipſis ac utilitatem habebit: ſed ſi ab hoc in diuerſo ſtatu fuerit, natus pedeſter ibit ſequẽdo animalia, uel domabit aut cuſtodiet aliena. Quando pars azemena eſt in partitione aſcendentis, & Luna iuncta cum ea uel dominus aſcendentis, ſignificat quòd azemena erit in illo membro nati, quod cadit in partitione illius ſigni, ſecundum partitionem partium, dando caput aſcendenti: & ſi pars azemena fuerit ſuper terram, ipſa azemena manifeſta erit & patens: & ſi ſub terra, cooperta erit & tecta. Si quando dominus ſextę domus applicuerit domino aſcendentis, accident nato dolores & infirmitates multæ, ſecundum naturam & proprietatem ſigni in quo fuerit dominus ſextæ domus: hoc eſt, ſecundum caliditatem uel frigiditatem, ſiccitatem aut humiditatem. Si dominus ſextæ domus fuerit ſeparatus à domino aſcendentis, natus erit cõplexionis & naturæ temperatæ, ac ſanus & ſaluus ab infirmitatibus & azemena. Si dñs aſcendentis applicuerit dño ſextæ domus, natus uilipẽdet ſeipſũ, nec de corpore ſuo uel ſanitate curabit, & res faciet ex quib. infirmitates ſibi accidẽt & dolores. Si qñ Sol malè afflatꝰ fuerit ab infortunijs, uel à dño domus infirmitatis, et fuerit ſup terrã in natiuitate diurna, uel Luna in tali mala afflatione ſub terra in natiuitate nocturna, accidet nato cæcatio in oculo dextero: ſed ſi ibi infortunium Solis fuerit ſub terra in

natiui-

natiuitate nocturna, uel Lunæ ſuper terrã in natiuitate diurna, illud damnum & cæcatio erit in oculo ſiniſtro. Quãdo Sol & Luna ſunt ambo in ſexta domo infortunati, natus ſine aliqua dubitatione cæcaẽ. Quãdo aliquis naſciẽ de nocte, & Luna eſt in ſaluo gradu, aſpice ſi circa gradũ illũ eſt gradus alicuius ſtellæ nebuloſæ, & ſi eum inueneris, aſpice ſi Luna cum eodẽ gradu nebuloſo aſcendit prima, uice qua poſt natiuitatem aſcendit, & ſi eã hoc modo inueneris, eſt ſignificatio cæcitatis: poſtmodum aſpice ad ſaluationem gradus cum quo aſcẽdit Luna prima, uice qua poſt natiuitatẽ aſcendit, ſicut debes aſpicere ſaluationẽ gradus, quo inueniatur Luna hora natiuitatis. Heheco dixit: Si quando Luna fuerit inter aſcẽdens & medium cœli, aſpice ad gradum cum quo eſt in medio cœli, & ſi fuerit inter medium cœli et ſeptimam domũ, aſpice ad gradum cum quo occidit: et ſi fuerit ſub terra, aſpice ad gradum cũ quo aſcendit, & ab eis iudica. Si quando gradus aſcẽdentis infortunatus fuerit, uel Luminaria obſeſſa inter duo infortunia, aut Sol in aliquo angulorum in quarta Saturni, uel Luna eclipſim paſſa uel combuſta in aſcendente uel in medio cœli, natus dãnatus erit oculis ſiue cæcus: id enim unaquæq; harum ſignificationum denotat. Quando Mercurius iunctus eſt cũ Saturno, uel in eius aſpectu quarto uel oppoſito, aut eſt cadẽs ab angulis in loco uili et infortunato, aut cõbuſtus uel retrogradus, aut peregrinus in ſigno muto, natus ex qualibet harum ſignificationũ erit lingua dãnatus uel mutus. Si Mercurius fuerit dominus ſextæ domus & in oppoſito Saturni, natus ſurdus erit: ſimiliter ſi Saturnus & Iuppiter infortunati fuerint ſup terrã, erit in auditu damnatus. Maior & firmior ſignificatio muti & ablationis uocis, eſt ſi dominus aſcendentis & dominus exaltationis ſuæ, ac domini triplicitatis eius & Mercurius ac Luna ſint omnes in ſignis mutis. Nullum bonum erit nato, Luna exiſtẽte infortunata in primo gradu ſigni: qa ſi ſic fuerit, natus occultatus erit aut retractus uel gnanus. Et ſi Luna iũcta fuerit corporaliter cum Saturno, et Mars eos aſpexerit, natus erit coxus uel cõtractus ita quòd ire non poterit, uel habebit magnam & fortem azemena in inferioribus, aut malam affectionem uel turpem tortuoſitatem in cruribus aut pedibus. Quando infortunia & Lunæ in aliqua natiuitate ſunt in ſignis aqueis, natus habebit morphæam uel ſcabiem aut allopeciam Quando aſcendens alicuius natiuitatis eſt Leo, Virgo, Sagittarius aut Scorpio, erit ſignatus antè & pòſt. Hoc idem ſignificatur ſi ſit pars fortunæ, uel pars Cælati fuerit in aliq̃ ſigno igneo, uel in aquaticis & ſpecialiter in Cancro: tñ ſi ambæ partes iſtæ, uel altera earum fuerit in Capricorno, ſignificat quòd habebit totum caput. Si Luna iuncta fuerit corporaliter in aſcendente cum Ioue, & Mercurius aſpexerit eos ab angulo ſeptimæ domus, & fortunæ remotæ fuerint ab aſpectu Mercurij: uel ſi fuerit Mercurius iunctus corporaliter cum Saturno in aſcendente, & Mars aſpexerit eos à ſeptima domo: uel ſi ambo infortunia iuncta fuerint in aſcẽdẽte, Mercurio aſpiciente ipſa de oppoſitione: uel ipſo iuncto cum Saturno, & Iuppiter in oppoſito ipſorum, natus ex quolibet iſtorum damnatus erit in toto corpore ſuo, uel perdet ſenſum & erit fatuus. Peius quod inuenitur in hac ſignificatione & conſtellatione, eſt ſi ſit Saturnus ſubleuat⁹ in medio cœli, & Luna in aſcendente recipiat frigiditatem, ſiccitatem, infortunium, & malam naturam Saturni. Si quando Iuppiter & Sol fuerint in natiuitate malè afflati uel cadentes, natus erit ſenſus defectiuus, & ſignificat malã affectionem ſenſus & intellectus: quoniã Sol eſt ſignificator cerebri, & Iuppiter cordis, et amiſſio ſenſus cõtingit quãdo damnum peruenit ad cerebrum & cor. Quando Sol eſt malè affectus ſub terra, ſignificat affectum malum ſtomachi: & ſi quãdo Luna fuerit damnata ſub terra, ſignificat læſionẽ pulmonis: at ſi Mars fuerit hoc modo, ſignificat affectum & læſionem hepatis: etiam ſi Saturnus hoc modo fuerit, ſignificat ſplenis affectum malum: & ſi Mercurius fuerit hoc modo, fellis ægritudinem ſignificat. Si Sol ſeparatim in natiuitate malè afflatus fuerit uel cadens, aut iunctus cũ infortunijs quæ ſunt ſubleuata ſuper eũ & fortia, ſignificat totius corporis læſionem: quoniam Sol eſt ueluti calor naturalis cuſtodiens propriè uirtutes corporis & motus, quæ ſi quãdo debilia in nato fuerint uel læſa, debilitatur & læditur propterea totũ corpus, & recipit impreſſionẽ & dãnũ. Luna eſt ſignificatrix nati, & ad eã magis pertinet ut ſit ſignificatrix corporis, & augmẽti ac ſalutis eius, q̃ ad alios planetas. Vnde ſi q̃n ipſa fuerit ſalua & fortis & pura ab infortuniorũ impedimẽtis, corpus eſt ſanum

& integrum: sed si quando infortunata fuerit malè afflata & cadens, corpus erit debile ac morbidum, et natus eo se modicum iuuabit, maximè si pars azemena fuerit in secunda domo ab ascendente, & Mars cõburstor & destructor in opposito eius in domo destructionis & damni: quia hæc est significatio q̃ natus habebit fracturã in corpore suo, uel erit raucus, aut arthriticus adeo q̃ nõ poterit se mouere, uel manibus & pedibus erit cõtractus. Si quãdo Luna fuerit lumine aut numero diminuta, & in signo mẽ brõrũ inciforũ, & Mars infortuniũ & abscisor in opposito eius oriẽtalis, & egress⁹ ex radijs Solis, natus erit uulnerib. mortalib. uulneratus, uel ex mẽbris eius aliqua trũcabunt: & si non habuerit aspectum fortunæ liberantis & seruãtis eum, ꝓpterea morietur.

Adiuncta ceu aphoristica super dictã rationẽ.

QVãdo scire uolueris infirmitates & earum rationes & causas, aspice sextã domum, partem infirmitatis & eius dominũ, ac planetas fortunas & infortunia existẽtes in sexta domo, & Lunã ac dñm domus suæ, (quoniã ipsa similiter in infirmitatib. significationem habet) & si maior pars horum fortunæ ac fortunati fuerint, uel eorũ ille q̃ maiorem habet significationẽ & dominiũ in figura fortuna fuerit, uel fortunatus & fortis, natus modicas infirmitates habebit, sed erit sani et integri corporis: sed si maior pars eorum infortunia fuerint uel infortunati, aut ille q̃ maiorem significationem & potentiã habet, in figura infortunium fuerit uel infortunatus, & aliquã commixtionẽ habuerit cum domino ascẽdentis, natus feret corpus infirmitatum & dolorum multorũ, maximè si fuerit in aliquo angulorũ. Etiã si horũ significatorum fortior fuerit Saturnus, uel infortunatus à Saturno, maior pars infirmitatum nati erit cõditionis phthisis, aut paralysis, siue hęmorroidarũ, siue hydropisis, ac totius infirmitatis quæ fit ex frigiditate & siccitate, & quæ cũ difficultate sanatur. Etiã si horum significatorum fortior fuerit Mars, uel infortunatus ab eo, maior pars infirmitatũ erit ex caliditate, cholera uidelicet uel sanguine, ac febrium, phrenesis, & uulnerum. Si q̃n in sexta ab ascendente, uel in sexta à Luna fuerit Saturnus, uel in quarta uel opposito cuiuslibet earũ, infirmitates nati erunt cõditionis frigiditatis, maximè si fuerit in signo humido: & si Mars fuerit in sexta ab ascendẽte, uel in sexta à Luna, aut in quarta, uel oppposito cuiuslibet earum, infirmitates nati erunt ex caliditate, & tales quæ citò liberant uel cito interficiunt. Quando Luna & dominus domus eius ab infortunijs liberi sunt, & in sexta nullum est infortunium, natus erit saluus ab infirmitatibus & impedimentis. Quando Luna & dominus domus eius sunt infortunati, & in sexta ab ascendente est infortunium, natus multas infirmitates et dolores in corpore patietur. Si quando in ascendente fuerit infortuniũ, maximè si fuerit Mars idẽ infortunium in natiuitate diurna, uel Saturnus in nocturna, & corporaliter iunctus fuerit cum Luna uel Sole, debilitatem uisus significat, uel priuationem totius uisus. Quando Luna corporaliter iuncta est cum infortunijs, aut in quartis uel oppositis eorum, & est in signo sicco, maior pars infirmitatum quas natus patietur, erit ex caliditate & siccitate. Si quando planeta infirmitatem significans fuerit in ascendente, infirmitas erit in principio uitæ suæ: & si fuerit in medio cœli, erit in medio uitæ suæ: & si in occidente, erit in senectute suæ: et si in angulo terræ, erit in fine uitæ suæ circa mortẽ: & secũdum potẽtiam ac debilitatem quam habuerit in se idem planeta, & in loco suo erit infirmitas. Pars infirmitatis & eius dominus si quãdo salui et liberi ab infortunijs fuerint, natus erit salui & integri corporis: sed si quando infortunati & malè afflati fuerint, infirmitates & impedimenta significãt, maximè si nullum testimoniũ habuerint à fortunis. Si quãdo pars infirmitatis iuncta fuerit super terram cum stella bebenia de natura infortunij, accidet nato azemena turpis & malo & in malo loco, quia eam nec cooperire nec abscondere potest.

De multitudine gregis & animalium nati. Cap. II.

IN causa gregis et animaliũ aspice & pete à duodecima domo & ei⁹ dño, à Marte & eius loco in figura, et ab eius statu in seipso in oriẽtalitate uel occidentalitate, aut regradatiõe siue directiõe: quoniã maximum in causa bestiarũ est, si Mars sit orientalis et in signo quadrupedum, maximè in signo regali, et in ascẽdente uel in medio cœli aut in undecima domo. Et si quando eum hoc modo inueneris, et Iuppiter uel Sol aspexerit eum aspectu amico, significat quòd natus habebit animalia et gregem magnum, maximè si ad hoc Mars habuerit in loco in quo est aliquã dignitatem.

Etiam,

choliam ſcilicet ac ſiccitatem uel humiditatem, uentoſitatem ſecũdum ſtatum eius, & ſecundum ſignum in quo fuerit: ſed ſi quando Iuppiter ibi fuerit, hepatis malũ affectũ ſignificat ac infirmitatem, quę dicitur roſa, uel eius ſimile: facit etiam uentoſitates: etiã ſi quando Mars ibi fuerit cũ Luminaribus, nato ſignificat ſiccitatem. Præterea ſi quando dominus anguli terræ ibi fuerit, natus erit mendax, malefactor, & proditor: etiam illud idẽ ſignificatur, ſi ibi fuerit dominus ſeptimæ. Si quando dominus nonæ ibi fuerit, ſignificat quòd cõiungẽt cum ſerua, uel cum muliere de uilibus hominibus, aut cũ muliere azemenata: etiam illud idem ſignificatur, ſi quando ibi fuerit pars coniugij aut eius dominus. Si quãdo ambo infortunia fuerint in eadem domo, & Venus cum eis, mulieres nati erunt meretrices.

De aphoriſmus huius ſeptimæ domus.

Cap. IIII.

QVando Mercurius eſt ſub radijs Solis & in angulo, & infortunia aſpiciunt eum, natus erit depræ-datus, & fortè capietur & ligabitur, uel forſan ſeruus erit: ſed ſi Venus iũcta fuerit cum Mercurio, & ambo ſub radijs Solis, ſignificat quòd caſtrabitur. Si quando Luminaria iuncta fuerint corporaliter cũ ambobus infortunijs, uel alterum eorum, natus habebit infirmitatẽ in oculis donec prætereat triginta ſex annos, & tunc ab ea ſanabit dante Deo. Quãdo dominus aſcendentis eſt in ſexta, natus erit ualetudinarius, & opera ſerui faciet. Quãdo Sol eſt dominus loci partis azemenæ, natus habebit infirmitatẽ in corde, maximè ſi Sol aſpexerit partem fortunæ, & ipſe ſit dominus partis azemenæ. Si quando Sol applicuerit ad partem infirmitatis, tũc accidet ei dolor cordis. Si quando Sol aſpexerit ad partem fortunæ, & dominus partis fuerit ſub radijs, natus cadet ab alto: etiam ſi quando dominus huius partis fuerit in malo loco, & aſpexerit partem, malum nato ſignificat, maximè ſi fuerit ſub radijs & in aſpectu infortuniorum: etiam ſi quando Caput coniunctum fuerit cum infortunijs in hac domo, natus cadet, & in caſu os ſibi frangetur: at ſi fuerit ibi Cauda, accidẽt ei anxietates: & ſi ibidem iuncta fuerint infortunia cum ea, euadet ab anxietatibus ipſis. Si quando Luminaria iuncta fuerint in hac domo, natus erit fatuus, feſtinus, diabolicus, & malæ cogitationis. Etiam dicitur quòd ſi quando Mercurius ibi fuerit, natus erit deceptor, infidelis & fur. Præterea ſi Mercurius ibi fuerit, & ipſe dominus ſextę aut duodecimæ infortunatus, natus erit ſurdus uel mutus, aut læſus in aurib. & loquela. Etiam quando ibi fuerit Libra & Mars, in eo dolorem ſignificat oculorum. Etiam ſi quando Luna ibi fuerit plena & completa in quarta ſiniſtra Martis, uel in eius conjunctione aut circa eum in ſignis, natus erit putridus uel cazerius. Etiã ſi Saturnus fuerit ibi, ac Mars & Venus, ſeruientes mulieres & ſeruæ nati morte peſſima morientur. Etiã ſi Caput ibi fuerit et Saturnus et Mars cum eo, aut illum aſpexerint, accidẽt ei ęgritudines & impedimenta, & cadet in puteũ uel foueam aut ex loco alto: & ſi fortunæ ibi aſpexerint, euadet ex hoc: & cum toto aſpectu fortunę debet ſibi ſemp præcauere à uigeſimo ſexto anno ſuæ natiuitatis uſq; ad triceſimũ quintum annũ, & tũc liberabitur de omni malo. Nota quòd fortunæ in hac domo non ſunt fortunæ, propter obſcuritatem tenebrarum & caſum ſuum. Itẽ ſi dominus huius domus in aſcendente fuerit, natus infirmitates habebit ſecundũ naturam illius planetæ: & ſi ſeruos uel animalia habuerit, moriẽtur ei. Sed ſi dominus huius domus fuerit in ſecunda, uictus nati erit ex ratione ſeruorum, aut quia locat iumenta ad uecturam, & quod inde lucrabitur modicum erit: & ſi in tertia, fratres habebit impuros aut infirmos opera ſeruorum facturos: etiã ſi in quarta, pater nati ſeruus uel filius ſerui erit, aut opera ſerui faciet ali quam maculam habiturus: etiam ſi in quinta, infelix erit & laborioſus in nutriendo filios ſuos, & ipſi etiam erunt maculati: ſed ſi in ſexta, natus erit ſanus, niſi aſpiciat ibi dominus aſcendentis: at ſi in ſeptima, ager cum mulieribus malis ac uilis progeniei, et erit ex malis operibus accuſatus: etiã ſi in octaua, natus ſimiliter ſanus erit, niſi applicet ibi dominus aſcẽdentis, mortem inimicorum ſuorum ac ſeruorum uiſurus: ſed ſi in nona, deceptor erit ac malæ uoluntatis, & infirmabitur extra locum ſuum: & ſi in decima, accident ei anxietates & labores ex parte regis, & ex hoc in eo ſignum aliquod remanebit: & ſi in undecima, aſſociabitur hominibus ignotis ſibi: ſed ſi in duodecima, homines uiles & malæ pgeniei odio proſequentur eum: tamen ipſum lędere non poterunt. Quando pars infirmitatis & eius dominus ambo infortunati & in

malo statu sunt, significāt infirmitates fortes & malas & azemena: sed si ambo fortunati fuerint & in bono statu, salubritatem significāt & salutem. Præterea si pars hæc fuerit in una quarta figuræ, & eius dominus in altera, habebit infirmitates extra locum suum, uel habebit eas in diuersis & multis corporis sui locis. Etiam si hæc pars ceciderit in nona domo, & eius dominus fuerit infortunium, significat quòd damnum accidet ei in credulitate suæ legis. Et si hoc modo fuerit in undecima, significat quòd ei damnum accidet in amicis: & si in quinta, damnum erit in filijs: & si in tertia, damnum erit in fratribus: & si in secunda, damnum erit in substantia eius: & si in octaua, damnum erit in morte eius, quia malo modo morietur: & si in sexta, accidet ei infirmitas abscondita quæ fortis erit & difficilis ad sanandū: et si in duodecima, uindicabunt se inimici eius de eo. In summa significatio huius partis, sicut diximus, est ut si quando eius dominus fuerit infortunium, erit ea significatio quam diximus in locis firmis, quia non possunt remedium uel restaurationem inuenire seu habere: sed si eius dominus fuerit fortuna, hæ significationes prædictæ remedium & restitutionē cum diligenti emendatione habebunt: tamen si dominus huius partis in hac constellatione aspectum non habuerit cum domino ascendētis, nec cum aliquo planeta qui sit in ascendente, non habet magnam significationem uel potentiam. Pars azemena, quę est pars infirmitatis, accipitur de die à Saturno in Martem, & de nocte è cōtrario, & proijcitur ab ascendente. Pars seruorum & ancillarum ac nunciorum, & eorum qui deferunt chartas, accipitur de die ac nocte à Mercurio in Lunam, & proijcitur ab ascēdente. Si quando post Luminare temporis ascenderit aliquod infortunium, natus excabitur: & si Luminare & infortunium fuerint in angulo, habebit excitatem illam in pueritia sua: sed si non fuerint in angulo, habebit eam in senectute. Si dominus ascendentis fuerit combustus super terram in natiuitate diurna, malum infortunium nato significat: & si restificabitur ibi aliqua stella nebulosa, excabitur. Quando Luna corporaliter iuncta est cum domino ascendentis, in termino infortunij in natiuitate nocturna, natus habebit infirmitatem illam propter quam non uidet de nocte: & si cum hoc infortunet eos aliquod infortunium, excabitur. Quando Luminare temporis iungitur corporaliter cum aliquo infortunio, significat excitatem: & si fuerit ibi cum eis dominus ascendētis, excabitur in infantia. Quando in aliqua natiuitate sunt aliqua infortunia in suis gaudijs & se aspiciunt, natus erit pro malefactore ac facinoroso habitus: sed si fortunæ fuerint in suis gaudijs, natus fortunatus erit, & habebit bonū ex eo quod suspicatur & non suspicatur. In summa aspice in radice natiuitatis signa, & si quæ ibi sint fortunata, iudica quòd salus & saluatio erit in membris quæ sunt partitionis illorū signorū. Etiam aspice signa, & si quæ infortunata sint ibi, dic quòd infirmitates erunt in membris quæ sunt partitionis corporis illius nati.

De septima domo & eius significationibus. Cap. V.

SI dominus triplicitatis septimę domus primus fortunatus fuerit, firmus & receptus, & planetæ dederint uim suam ei, et applicuerint ad eum, significat quòd natus habitabit cum mulieribus multis, & habebit in suis coniugijs utilitatem & bonum, & in eo quod nititur agere cum eis sine coniugio: tamen si fuerit in diuerso statu à iam dicto, habitabit cū paucis mulieribus, aut morientur ei & habebit ipse tristitiam & iram & impedimenta causa mulierum, & erit odiosus eis, & cō iungetur cum meretricibus aut senibus, & infelix erit in causa mulierum & coniugiorum. Etiam si dominus triplicitatis huius domus secundus, fuerit in prædicto loco bono & forti & fortunato statu, & in ascēdente, uel inter ascendens & medium cœli, natus ducet uxorem in pueritia sua, et cùm erit in ætate conuenienti: sed si fuerit à parte occidentis, subibit cōiugium in senectute sua: at si fuerit debilis & cadens & combustus ac occidentalis, natus sine coniugio & socia morietur. At si dominus triplicitatis huius domus tertius fuerit infortuniū, & in potentia ac bono statu modò dicto, natus participes & socios in suis rebus habebit, & homines uolent eum habere participem, & confident in eo, ueridicus erit in dando & accipiendo, & fidelis suis participibus socijs & amicis: sed si fuerit in diuerso statu, erit proditor, mendax, deceptor, raptor cum furto & falsitate eius quòd in custodia ei datur, uel ex illo societatis furripiet,

ripiet,& erit uafer in dando & accipiẽdo, fallax in partitione & ſocietate, ac modicæ fidei ſocijs ſuis. Melior ſtatus quem natus habere poteſt,in coniugio,eſt ſi quãdo Venus fuerit in angulo, & fortis in domo uel exaltatiõe ſiue termino aut triplicitate ſua, & iunctus fuerit cum ea aliquis dominorum triplicitatis ſuæ,& fuerit recepta à domino domus ſuæ,fortunis aſpicientibus & recipientibus eam, & domini triplicitatis ſint in bonis & fortibus locis,& pars coniugij in termino fortunæ libera ab infortunijs & nocumentis & in bono & firmo loco. Nam omnes hi ſignificatores quum ſunt in locis & cõſtellationibus prædictis, ſignificant bonum coniugium, integrum & fortunatum,& quòd natus habebit gaudium & lætitiam ex mulieribus & coniugio,& bonum ſtatum in eo, ac ex mulieribus fortunam,bonum,& potentiam conſequẽ. Sed ſi ſignificatores prædicti fuerint in ſtatu & conſtellatione diuerſa, & Venus nociua,& pars coniugij in termino infortunij,domino domus ſuæ non aſpiciente ipſam, & domini triplicitatis cadẽtes ab angulis fuerint remoti ab aſpectu Veneris,natus erit infelix & laborioſus cauſa cõiugij & mulierum,aut fortè nunquam ſubibit coniugium,uel morientur eius uxores, & ipſe ſolus remanebit ſine uxore. Si quando dominus ſeptimæ domus fortunatus fuerit,& fortis & in bono loco & ſtatu,& receptus à domino domus ſuæ, & in aſpectu fortunarum amico, & fuerit fortuna in ſeptima,& pars coniugij & eius dominus fortunati, ſignificant bonum & fortunarum coniugium,ac bonam utilitatem & lætitiam ratione coniugij, & concordiam cũ uxore:ſed ſi quando fuerit in diuerſo ſtatu à iam dicto,ſignificat laborem & infelicitatem & grauitatem ratione coniugij,& tarditatem in eo,ac infortunium & concordiam modicam: maximè ſi quando dominus ſeptimæ & pars coniugij fuerint in ſignis mobilibus. Etiam ſi quando Venus propriè fuerit in ſeptima, natus uxorem ducet poſtquam canus fuerit & multorum annorum,& gaudebit coniugio ac in eo fortunatus erit,uxorem diliget,& potens erit in coitu mulieris. Non eſt bonum pro nato ut Saturnus uel Mars ſit in ſeptima, nec habeat ibi ſignificationem bonam,maximè ſi fortunæ non aſpexerint ibi & fuerint cadentes ab ea:quoniam ſi Saturnus ibi fuerit,ſignificat triſtitiam & laborem in cauſa coniugij,& infortunium illi qui coniungitur cum eo,uel illis qui aſſociantur cum ipſo. Etiam ſi Mars ibi fuerit, uxorum ſuarum mortem & deſtructionem ſignificat. Etiam ſi pars coniugij coniuncta fuerit cũ eo in uno gradu, & aſpexerit eos Mercurius,ipſo exiſtente infortunato,natus interficiet & ſuffocabit uxores,ac prodet & decipiet eas,& appodeabit ſe in ipſas. Si quãdo Luna & Venus fuerint in aliquo angulorum,& Iuppiter eas aſpexerit aſpectu amico cum receptione, natus copulabitur cum ſua conſanguinea & de ſua progenie: ſed ſi fuerit in diuerſo ſtatu, copulabit̃ mulieribus alterius progeniei. Quando pars coniugij nocens eſt,& in tertia uel quinta, natus aget cum ſororibus & filiabus ſuis. Etiam ſi hæc pars malefica fuerit,& ipſa in quarta domo in ſigno fœminino, natus aget cum matre ſua. Etiam ſi pars coniugij iuncta fuerit cum infortunio malè afflante eam in uno ſigno,et Luna in ſeptima ab aſcendente,uel ibi aſpexerit, ſignificat quòd aget cum matertera ſua ſorore matris ſuæ. Quando Venus infortunata eſt à Marte, uel in malo loco, aut iuncta cum Sole, uel dominus triplicitatis Veneris combuſtus ſub radijs Solis, aut dominus triplicitatis in angulo medij cœli,aſpiciẽte ipſum Marte & Venere de malo loco, ipſa exiſtente malefica & infortunata in ipſo loco,natus habitabit cum mulieribus, ac faciet malas cauſas & turpes cauſa mulierum. Si quando dominus aſcendentis applicuerit domino ſeptimæ, & fuerit inter eos æqualis receptio, natus mulieres diliget & ſequetur & petet eas:at ſi quando dominus ſeptimæ applicuerit domino aſcendentis,mulieres diligent & ſequentur natum, ac poſtulabunt eum & adhærebunt ei. Si quando dominus ſeptimæ ſeparatus fuerit à domino aſcendentis,natus abhorribilis erit mulieribus & odioſus,nec contenti erunt de eo, nec de ſocietate ipſius:ſed ſi dominus aſcẽdentis fuerit ſeparatus à domino ſeptimæ, natus abhorrebit mulieres, nolet eas, nec contentus erit de illis,nec de ſocietate ipſarum,& repellet eas à ſe,uel permutabit mulieres repudiando unam & accipiendo aliam: quia non poterit cum una ſemper habitare. Quando dominus aſcendentis eſt in ſigno communi,& pars coniugij ſimiliter in ſigno communi,& Venus infortuna

ta, permutationem mulierum significat, & quòd se non poterit continere cum una sola. Si quando pars coniugij ceciderit in domo seruorum, aut pars seruorum in domo coniugij, natus uxorem ducet ancillam, aut habitabit cum uilibus mulieribus, & feret turpia & uilia coniugia. Quando Venus est cum Saturno in ascendente, & ascendens est domus Veneris, natus uxorem ducet ancillam, uel habitabit cum captiuis aut uetulis, siue cum mulieribus turpibus, foedis, & uilibus.

De tempore coniugij nati. Cap. VI.

SI quando scire uolueris quo tempore uxorem sit ducturus natus, aspice quando applicat Iuppiter ad gradum partis coniugij, uel pars coniugij ad gradum Iouis, uel gradus septimæ ad gradum domini ascendentis, uel ad ipsummet gradum ascendentem, aut quando Iuppiter applicat ad gradū Veneris, (quia hæc omnia significant coniugium in illo tempore futurum) & iudica dando cuilibet gradui annum unum. Item si uolueris scire quot uxores sit ducturus natus, numera planetas existentes inter medium coeli & Venerem, & dic quòd tot uxores habebit: uel numera planetas aspicientes dominum septimæ ea recipiente illos, uel ipsis eam, & si aliquis horum planetarum fuerit in signo communi, da ei duos in numero, & si aliquis horum fuerit retrogradus uel combustus ne cumputes eum. Si quando Iuppiter receperit Venerem, uel Venus Iouem, & uterque eorum fuerit in bono & forti loco, & in quo habet dignitatem & fortunatus est, significat bonam fortunam, concordiam, amorem, & lucrum substantiæ & laudis causa coniugij & mulierū; etiam si aspexerint sine receptione, habebit prædictum bonum sed non tantum: etiam si aspectus fuerit de sextili & sine aliqua receptione, significat quòd habebit cum uxore sua conuenientiam corporalem, & mediocrem amicitiam sine utilitate ac damno. Etiam si Iuppiter aspexerit Lunam cum receptione, et propriè in natiuitate nocturna, et Venus fuerit in sexta uel duodecima combusta, malefica & infortunata, natus habebit uxores bonas, fideles, iustas & castas, & morientur ei, & semper erit ipse tristis et doloribus plenus propter eas, nec aliquā lætitiam uel gaudium habebit cum eis. Aphorismi in causa cōiugij. Aspice signum septimæ domus & eius dominum, planetas quoq; in septima existentes, & Lunam ac Venerem & partem coniugij ac eius dominum, & si hos omnes significatores aut plures, uel illum qui maiorem potentiam habet in figura, inueneris in angulis liberos ab infortunijs & retrogradatione ac combustione, & applicantem ad dominum ascendentis, significant fortunam, bonum, & lucrum in causa coniugij. Quando Venus in suo cursu directa est et in angulo uel succedenti, & domini triplicitatis eius in bonis locis & ab infortunijs liberi, natus compulatur bene & in pueritia sua, & erit fortunatus & felix in causa cōiugij & mulierū. Nota quòd quando Venus est in bono loco & in angulo, & domini triplicitatis eius in malis locis, locus Veneris significat bonum coniugium & cōuenientiam: & domini triplicitatis significant impedimentum & damnum ratione mulierū. Contrà si Venus fuerit infortunata, combusta & cadēs, & domini triplicitatis eius fuerint in bonis locis, locus Veneris significat infelicitatem cum mulieribus, & quòd habebit malas uxores, malę famę, & meretrices: & domini triplicitatis fortunam & prosperitatem significant causa mulierum. At si quando Venus fuerit infortunata, & domini triplicitatis eius fuerint in malis locis, significat infelicitatem mulierum ac damnū & infortunium ex eisdem. Quando Venus in natiuitate uiri uel mulieris est ab infortunijs & damnis libera, & in bono loco, coniugium bonum, quietum, & honoratum significat: sed si quando infortunata fuerit, malefica & in malo loco, significat malum coniugium, & quòd natus non durabit cū una muliere, maximè si Venus fuerit in Cancro uel Capricorno. Quādo Venus est in opposito Lunæ uel in quarta eius, natus causa coniugij damnum & grauitatem habet. Quando Venus est in signo communi, uel in signo duorum corporum, natus contrahit coniugium cum magna muliere. Si quando Venus fuerit in domo Martis, & Mars in domo Veneris, natus erit fornicator manifestus, & sine uerecundia, & uim patietur causa mulierum. Quando Venus est in domo Saturni, & Saturnus in domo Veneris, natus abhorret mulieres, et amat masculos. Quando Ve-

nus

nus est in domo Mercurij, & Mercurius in domo Veneris, natus similiter amat pueros, & dimittit mulieres, nec cogitat de illis. Quãdo Venus est in signo masculino, natus amat pueros & abhorret mulieres. Quando Venus & Mercurius coniungũtur in domo Saturni, natus amat pueros & abhorret mulieres. Quando aliquod infortuniorum est in domo septima siue quarta in natiuitate uiri, uxores moriuntur nato: & si talis fuerit in natiuitate mulieris, moriuntur uiri mulierum, & significat ꝙ mulier illa non durabit cum uno uiro. Quãdo Venus est occidentalis & iuncta corporaliter infortunijs, aut in quarta uel oppositione ipsarum, significat ꝙ illo anno mulieres cito morientur. Præterea aspice ad partẽ coniugij & ad dominum loci eius, & si ambos inueneris in angulis uel succedentibus, & ab infortunijs & damnis liberos, et in aspectu fortunarum, natus feliciter ducet uxorem, ac cum muliere bona, casta & pulchra habitabit. At si pars cõiugij & dominus loci eius ambo cadentes fuerint, & cum infortunijs corporaliter iuncti, uel in quarta aut oppositione ipsorum, significat coniugiũ malũ, & ꝙ natus habitabit cum mulieribus malis, meretricibus & impudicis, maximè si fuerint sine aspectu alicuius fortunæ. Si quando dominus partis coniugij fuerit fortuna & directus in suo cursu, et in angulo uel succedenti, & ab infortunijs liber, feliciter ducet uxorem natus, & cũ muliere bona, pulchra, & sine aliqua macula habitabit: sed si quando dominus huius partis fuerit infortunium, aut cadens uel retrogradus siue cõbustus, natus non bene iungetur uxori, & cum mala muliere habitabit, aut cum muliere habente aliquam maculã. Si quando Venus fuerit cadens ab ascendente, & iuncta corporaliter cũ Saturno, uel in quarta aut oppositio eius, & sine aliquo aspectu Iouis, natus nullum habebit desiderium mulieris. Si dominus septimæ nõ aspexerit domum septimam, nec dominus domus Lunæ domum Lunæ, nec dominus partis coniugij, aspexerit partem, nec dominus domus Veneris Venerẽ, natus mulieres & coniugiũ abhorrebit. Quando Saturnus est in decima domo aspiciẽs Venerem de quarta uel oppositione, natus coniugium et mulieres similiter abhorret. Quando Venus iungit̃ corporaliter cũ Marte, uel est in quarta aut oppositio eius, natus faciet fornicationes malas & turpes. Quando Venus est in domo Iouis uel in aspectu eius, in natiuitate uiri uel mulieris, significat bonum coniugiũ, fortunatum & durabile in lætitia & bono. Quando Venus est in domo Martis uel in aspectu eius, significat malum & infelicitatem in cõiugio, maximè si fuerit in eius cõiunctione in quarta uel oppositione. Quãdo Luna est in domo Veneris uel in exaltatione eius, natus commorabitur cum consanguinea de progenie sua: illud idem significatur si Venus fuerit in domo Lunæ, uel in exaltatione ipsius. Quãdo Venus est in domo Iouis, uel in exaltatiõe eius, natus copulabit̃ mulieri nobilis progeniei: hoc idẽ significatur, si Iuppiter fuerit in domo Veneris, uel exaltatione ipsius. Quãdo Venus est in domo Saturni, natus cum uetula coniungetur. Quando Venus est in domo Mercurij, natus cũ muliere uilis progeniei commorabitur, uel cũ ancillis. Quãdo Venus est in domo Solis, natus copulabit̃ meretrici. Quando Venus est in suamet domo uel exaltatione, & est in angulo ab infortunijs libera, retrogradatione & combustione, significat in coniugio bonum statum, lenitatem, fortunam & prosperitatẽ: maximè si Iuppiter aspexerit eã. Quãdo Venus est orientalis, significat ꝙ mulier habebit potentiã supra uirũ, maximè si Iuppiter aspexerit eam. Quãdo Venus est occidentalis, natus abhorret mulieres & cõiugium, maximè si non fuerit in aliquo aspectu Iouis. Quãdo Venus retrograda est, significat tarditatẽ & prohibitionẽ cõiugij. Quãdo Venus est sub radijs Solis, significat ꝙ natus copulabitur cum muliere infirma, & coniugia quę fecerit, clàm faciet & secretè. Si quãdo in reuolutione alicuius anni peruenerit applicatio ascendentis radicis ad signũ septimæ radicis, & acciderit ꝙ ascendẽs reuolutionis sit illudmet signũ septimæ radicis, significat quòd uxorem ducet illo anno: & si signum illud fuerit mobile, morabitur cum mulieribus multis: sed si commune, cum duabus: & si fixum, cum una.

Alij aphorismi huius quæstionis. Si quando signum septimæ domus fuerit de signis formositatis, composituræ, ac speciositatis (ut sunt Gemini, Virgo, Libra, & Scorpio: & quæ sequuntur in formositate & speciositate sunt minꝰ, Taurus, Sagittarius, & Capricornus) aut fuerit in aliquo horũ signorum dominus septimæ, uel Venus aut Luna, na-

na natus habebit uxorem pulchram, compositam & honestam: & si quando hoc fuerit in natiuitate mulieris, accipiēdo Solem uice Lunæ, mulier habebit maritū pulchrū & formosum. Si quando Iuppiter fuerit in septima, natus habebit bonum & fortunā in fine uitæ suæ, & lucrabitur nobilitatem & diuitias, & erit fortunatus in eo quod facere nititur: tamen in pueritia sua erit laborioſus, paruæ æstimationis, & cadens, idq; maximè si fuerit in signo mobili. Sed si Venus ibi fuerit, habebit lætitias & gaudia in fine uitæ suæ, & in factis suis assimilatur puero, & associatur pueris & infantibus. Etiam si Mars iunctus fuerit cum Venere, uel aspexerit eam de quarta uel oppositione, fornicationes faciet malas et turpes. At si Saturnus in hac domo cum Venere fuerit uice Martis in natiuitate mulieris, habebit ipsa magnum desiderium uiri, maximè si fuerit signum Piscis uel Arietis. Et si Mercurius fuerit in hac domo, natus erit bene institutus & pius, & habebit uxorem diabolicam & nigromanticam. Etiam si Saturnus in hac domo fuerit, natus malè copulabitur, & accidēt ei infirmitates in natibus, grauamina & damna filiorum suorum, maximè si Saturnus ibi fuerit à suis dignitatibus peregrinus: sed si fuerit in domo uel exaltatione sua, aut in aliqua dignitatum suarum, habebit longam uitam, diuitias & fortunam in fine uitæ suæ, sed tristis & debilis erit in principio uitæ suæ. Quando Sol est in hac domo, significat malum coniugium in pueritia sua, & quòd copulabitur meretrici, & in oculis patietur infirmitatem ac in natibus, tremescent ei membra, maximè si fuerit ibi extra dignitates suas: etiam significabit ad hoc diminutionem substantiæ parentum: sed si fuerit ibi in domo uel exaltatione sua, hæ malę significationes erunt minores, & tūc significabūt quòd natus habebit multam substantiam. Quando Luna est in hac domo, natus diligit ire extra locum & societatem suā: sed si fuerint iuncti cum ea Sol uel Venus, aut aspexerint eam de oppositione, Luna existente in signo fœminino, natus erit turpium fornicationum, aut fortè copulabitur cum duabus sororibus. Etiam si Luna fuerit in hac domo in natiuitate mulieris in signo masculino, & Sol uel Venus aspexerint eam de masculinis signis, mulier illa supponet alias. Etiam si quando Luna fuerit in hac domo in natiuitate diurna, significat ægritudines & impedimenta quę ei accident in locis humidis, sicut in lacunis uel fluminibus: accident ei similiter damna ex latronibus & siccarijs ac seruis, & interfectiones ac infirmitates quę ei accident extra locum suū. Et si ad hoc fuerit in aspectu infortuniorū, fortè interficietur. Sed si Caput fuerit in hac domo, & Saturnus & Venus & Mercurius cum eo, natus habebit uxorem quæ habuit duos uiros. Itē si fuerint in hac domo Venus & Mars, coniungetur cum muliere uetula, aut cum muliere monocula. Sed si Venus fuerit in hac domo cum Ioue & Mercurio, natus coniugium habebit cū mulieribus nobilis progeniei, & habebit ex ea fortunam, lucrum, & substantiam. Etiam si fuerit in hac domo Cauda, prima uxor quam habebit morietur, aut erit ualetudinaria. Et si Saturnus uel Mars iunctus fuerit ibi cum ea, uel aspexerit eam, habitabit cum muliere ministeriali & uidua. Sed si iuncta fuerit ibi Venus cum eis, uel aspexerit eos, nuptias celebrabit cum muliere puella, cuius amore ardebat, nec erit uirgo. Etiam si Sol & Venus iuncti fuerint in hac domo uel aspexerint ipsam domum, signo existente in domo unius eorū, copulabitur cum extranea muliere & rauca. Præterea si Saturnus in hac domo fuerit in natiuitate diurna, natus faciet mala facta, piger erit, & ei accident infirmitates in natura partium inferiorum in modum ponderis, uel quod ei assimilatur. Etiam si fuerit hoc modo in natiuitate nocturna, erit peius, & malæ eius significationes firmiores & peiores erunt. Sed si Iuppiter fuerit in hac domo in natiuitate diurna, significat quòd erit longæ uitæ & fortunatus in fine: etiam si ibi fuerit in natiuitate nocturna, erit modicæ substantię, paucorum filiorum, & morietur clàm. Quin si Mars fuerit in hac domo siue de nocte siue de die, natus erit homicida, uiolator & percussor, attamen multos habebit amicos, & potens erit in faciendo malum, interficietur fortè, aut incidetur ferro, uel fiet in eum ignis combustio: & hoc accidet maiori ex parte in membris quæ sunt in partitione Martis: etiam significat quòd eius uxores morientur. Si quando dominus septimę infortunatus fuerit in aliquo angulorū, natus erit sodomita: sed si talis fuerit in natiuitate mulieris, illa mulier supponet alias. Si quando dominus septimæ

ptimæ fuerit in aſcendente, mulieres amabunt natum, & habebit quod uoluerit ab eiſdem, ac bonum & lucrum ex parte mulierum & in cauſis, & habebit uxores cum maculis quæ ipſo citius morientur. Etiam ſi fuerit in ſecunda, mulierem propter eius ſubſtantiam ducet, mortem inimicorum et uxoris uidebit, & amiſſionem ſubſtantiæ cauſa inimicorum & latronum patietur. Sed ſi in tertia, frater nati copulabitur cum muliere nati, & habebit odio illum fratrẽ, & natus coniungetur cum aliqua conſanguinearum ſuarum. Si in quarta, natus cõiugium habebit cũ muliere ſuæ progeniei, & erit uxor eius caſta, bona, & uerecunda, quæ ſciet ſe cooperire. Si in quinta, celebrabit nuptias cum muliere iuniori quàm ipſe, & erit bonorum morum, et faciet ſe diligi. Si in ſexta, erit coniugium cum ſerua aut cum muliere habente aliquam maculam: ſed ſi dominus ſeptimæ fuerit in ſeptima, habitabit cũ muliere cognita & bonę progeniei, tamen non diliget eam. Si in octaua, negocium habebit cum muliere diuite, & hæreditabit bona uxoris, & habebit aliquid ex hæreditatibus mulierum. Si in nona, dormiet maritus cum muliere extranea & diuite, ac diliget eam. Si in decima, habitabit cum muliere naturæ regiæ & bona, & bonum habebit cum ea. Si in undecima, copulabitur cum muliere habente filios, & diliget eam, & habebit cum ea iocundam uitam et bonam. Si in duodecima, hymenæũ mulieris rũpet uilis progeniei, quę maritum odio habebit, et ipſa erit cum eo laboriosa & anxia. Si quando Venus et Saturnus fuerint in aſcendente ſigno, exiſtente domo alterius eorum, natus coibit cum filiabus & ſororibus ſuis. Sed ſi quando aſcendens fuerit Leo, & Sol & Venus ambo in eodem, & natiuitas diurna, natus erit ſodomita. Pars coniugij uirorum, ex ſententia Hermetis, accipitur de die & nocte à Sole in Venerem, & proijcitur ab aſcendente: & pars coniugij mulierum, ſecũdum eundem Hermetem, accipitur de die & nocte à Luna in Martem, & proijcitur ab aſcendente. Vuellius dixit quòd hæc pars accipitur à Venere in Saturnum, & proijcitur ab aſcendente. Ego uero dico quòd ſentẽtia Hermetis magis placet, quoniam eſt conuenientior naturis & formis planetarum. Quando Luna eſt iũcta cum parte coniugij uel in eius aſpectu, ſignificat quòd natus ille uel nata ſpõdetur in ſua progenie: ſed ſi quando dominus partis cõiugij fuerit in domo cõiugij, natus clàm ducet uxorem: & ſi forte dominus huius partis fuerit Saturnus, & ipſe in ſeptima, ducet uetulam. Etiam ſi fuerit ſignum ſeptimę domus Saturni, ſimiliter cum uetula matrimoniũ coniunget. At ſi quando dominus partis coniugij fuerit Mars, & ipſe in domo cõiugij, cum mala muliere celebrabit nuptias & in ſecreto, ſo geſchicht im recht. Similiter aſpice ad planetas ſignificantes coniugium, ſi ſunt in exaltationibus ſuis aut depreſſionibus, et ſecundũ illud iudica, ſi coniugium ſit futurum cum nobili muliere aut cũ uili. Et ſi quãdo Iuppiter fuerit dominus partis coniugij, & ipſe fuerit in domo coniugij, ſignificat ꝙ inibit coniugiũ cũ nobili, diuite, ac famoſa muliere: & ſi Venus adfuerit in tali ſtatu, ſignificat ꝙ fiet coniugiũ in hæreditate & nõ in cenſu cõplero: ſed ſi quãdo adfuerit Mercurius in tali ſtatu, fiet coniugium iocando & per riſum. Præterea ſi pars coniugij in angulo iuncta fuerit Mercurio, & in ſigno maſculino, natus erit ſodomita: & ſi Mercurius aſpexerit partem, & ipſa in ſigno maſculino, ſignificat illud idem. Etiam ſi Mercurius aſpexerit eam, & ipſa in ſigno fœminino, natus multum appetet iocari cum mulieribus, & ludere cum eiſdem, & aptabit ſe cum eis.

Quando pars coniugij & eius loci domini malefici fuerint, ſignificat impeditionem coniugij, & ꝙ accident in eo grauamina, & labores, & ꝙ mulieres cũ quibus copulabit erunt malæ. Etiã ſi hęc pars fuerit in bono ſitu & in aſpectu fortunarũ, cõtrarium ſignificat. Etiã ſi quando Iuppiter ad hanc partem peruenerit per athazir, aut applicuerit ad eam forti aſpectu, & fuerit hæc applicatio in ætate qua ſit aptus ad coniugium, ducet uxorem illo anno. Etiam ſi quando pars ipſa fuerit in una quarta figuræ, & eius dominus in altera, natus coniungetur cum magna quadam, et ab ea proficiſcetur in aliam regionem: & ſi fuerit ab infortunijs libera, coniugium erit leue. Itẽ ſi hæc fuerit in ſecunda domo, ducet ſeruam de uili progenie: ſi in tertia, ducet mulierem cum qua luſit aliquis eius conſanguineus prius: ſed ſi infortunata fuerit in hac domo, ſignificat quòd natus aget cum fratribus uel ſororibus ſuis. Etiam ſi in quarta, coniungetur cum conſanguinea

quæ erit legis & obseruationis bonæ: & si fuerit in hac domo infortunata, natus aget cum matertera suæ matris sorore, uel cum muliere quam loco matris tenebit. Sed si in quinta domo, nuptias aget cũ muliere iuuene & formosa, & in bono statu: & si fuerit in hac domo infortunata, aget cum filio suo. Et si in sexta, significat idem quod significauit secũda. Sed si in septima, aget cum muliere nota quam non diliget. Et si in octaua, accidet ei periculũ ratione mulieris. Et si in nona, copulabitur cũ muliere extranea. Sed si in decima, fidẽ inibit cum muliere nota, et de nobili progenie. Et si in undecima, habebit nuptias cum mulie re quam antea diligebat, et habebit ex ea filias plures quam filios. Et si in duodecima, copulabitur cum muliere maculam habente: & si ibi fuerit infortunata, accident ei anxietates & tristitiæ ratione mulierũ. In summa si quando hæc pars & eius dominus infortunati fuerint per domos, significãt malum & damnum secundum naturã domus in qua fuerint. Pars causarum & contrariorum accipitur de die à Marte in Solem, & de nocte è contrario, & proijcitur ab ascendente. Etiam si hæc pars fuerit in ascendente, uel iuncta cum domino ascendentis, aut in aliquo angulorum aspiciẽs de quarta dominum ascẽdentis, multas habebit causas: & si fuerit ibi fortunata, habebit propter ea bonum & profectum: & si Iuppiter aspexerit dominum ascendentis, aut habuerit cum eo aliquam commixtionem qualiscunque fuerit, erit in hoc fortunatus & uictor. Similiter si acciderit quòd pars bonę audaciæ & uictoriæ iuncta sit cum domino ascẽdẽtis, natus erit fortunatus & uictor in suis causis. At si quando pars causarum infortunata fuerit, accident ei grauamina & impedimenta in causis suis. Item si quando pars causarum iuncta fuerit cum domino septimæ domus in ascendente, natus erit causator & tenẽs rationem ante regem: sed si signum ascendens fuerit domus Iouis, erit causator coram alcaydis & iudicibus: at si fuerit domus Martis, erit causator coram iudicibus uel potentibus.

De octaua domo & eius significationibus. Cap. VII.

ABsoluto genialis thori copulationis & coniugij tempore unà cum suis causis, (de quibus sufficienter modò loquuti sumus, diduximusque eas per omnes casus & domos,) super est non minori negocio tractanda octaua domus, omnibus infortunijs plena & summa diligentia obseruanda uolentibus euitare casus nocentes seu nociuas. Nam quum homo mortalis sit, et ex uarijs qualitatibus constitutus uarias corruptionis seu dissolutionis causas subeat semper, proculdubio acri & solerti diligentia opus erit illi, qui uolet alicuius fati qualitates futuras prędicere, & eius diuersos casus inuenire. Cõtinet autem hæc domus mortem, eius conditiones, causas, infirmitates, morbos uarios, & casus nunquam satis præuisos: etiam si natus sit moriturus in opulentia & diuitijs, uel in indigentia & labore: etiam si morietur in terra sua uel extra, aut inter suos consanguineos uel extra. Si quando dominus triplicitatis domus mortis primus fuerit fortunatus & fortis, natus morietur in diuitijs & honore: sed si fuerit infortunatus, cadens & peregrinus, morietur mala & turpi & manifesta morte, ac in indigentia & dedecore. Etiam si dominus triplicitatis huius domꝰ secũdus, fuerit fortis, firmus & fortunatus, natus hæreditabit parentes & auos, & sic erit fortunatus in antiquis hæreditatibus mortuorum: sed si fuerit diuersus status à iam dicto, natus relinquet bona sua ei qui de morte eius non habebit dolorem et inimicis, & his qui nihil ad se attinent. Ad hæc si dominus triplicitatis huius domus tertius fortis & fortunatus fuerit & receptus, natus sequetur opera & uias antecessorum suę progeniei, & reuiuiscet per eum nobilitas & bona fama eorum: sed si fuerit in diuerso statu, natus dehonestabit opera suorum antecessorum, & faciet contrarium primis, & maledicentur propter opera nati. Si quando signum octauæ domus fuerit fortunatum, & eius dominus in domo & termino fortunæ fuerit in altitudine ac bono statu, natus bono modo & in diuitijs ac nobilitate & altitudine morietur, & erit nominata mors eius: sed si infortunata fuerit domus octaua, & eius dñs in suo casu, & in loco cadenti & peregrino, natus morietur in miseria & dedecore, nec erit nominata mors eius, nec alicui displicebit. Si qñ pars mortis fuerit in domo itineris, uel si Saturnus fuerit dominus domus mortis, aut si Saturnus fue

rit

rit in octaua licet sit peregrinus, uel si sit in Sagittario, uel si pars mortis & eius dominus & dominꝰ domus octauę fuerint in ascendẽte, siue fuerint in signis in quibus dominus ascẽdẽtis nullam habeat dignitatẽ, uel si sit dominꝰ anguli terræ in octaua, uel dominus octauæ in tertia, significant ꝙ natus morietur extra terram suam, uilis, abiectus & pauper. Si quando caput Draconis fuerit in octaua ab ascendente, & ei iũctus fuerit Mars, aut illud aspexerit de quarta, uel opposito aspectu & contrario & inimico sine receptione alicuius fortunarum, uel si fuerit Luna cum Marte in octaua, maximè in natiuitate nocturna, uel si sit Luna in aliquo angulorum aut succedenti, Marte aspiciente eam contrario & inimico aspectu sine aspectu Iouis, significant quòd natus interficietur ferro, uel truncabitur ei caput, aut morietur mala morte & turpi. Item si Luna fuerit in ascendente, & Saturnus in medio cœli, & Mars in angulo terræ sine aspectu fortunarum quæ liberant uirtute diuina, interficietur natus & postmodũ suspendetur. Ad hęc si quando Mars fuerit dominus domus mortis, & fortem significationem habuerit in morte, & signum in quo fuerit igneum, & signũ octauæ domus similiter igneum, natus igne morietur, uel accident ei combustiones ignis: sed si prędicta signa fuerint calida & humida, significant uulnera & sanguinem: & si Saturnus in hac significatione adfuerit uice Martis in signis aquaticis, natus in aqua necabitꝰ: & si signa fuerint terrea, significãt casum ab alto, aut ruinã parietis siue domus: & si signa in hoc humana fuerint, ab hominib. interficietur: & si quadrupeda, ab animalibus & bestijs dilacerabitur: & si fuerit in signis reptilium, ex ictu serpentis aut scorpionis, uel quod his assimilatur ex ueneno sis reptilibus, morietur. Si quando Venus fuerit domina signi domus octauæ, & iũcta cum Saturno, uel in aliqua domorum siue terminorum Saturni, significat ꝙ natus interficietur propter inuidiam, mala opera, et toxico. Si quãdo dominus domus octauæ applicuerit ad dominum ascendentis, uel si Sol fuerit dominus domus mortis, aut si Mars fuerit in angulo septimæ domus & Luna in eius opposito, uel si quando Mars fuerit in octaua & Luna in secunda, significant una hora & morte subitanea esse moriendum. Etiam si quando Iuppiter fuerit dominus domus mortis, aut ipse fuerit in domo mortis, significat longam infirmitatem, multos labores, longam mortem, grauem, & tardã. Si quando dominus ascendẽtis applicuerit domino domus mortis, uel fuerit dominus domus mortis in ascendente, aut fuerit dominus septimæ in ascẽdente, & fuerint remoti ab aspectu Lunę, significãt ꝙ natus interficiet se ipsum: & si quando dominus domus mortis fuerit absconditus sub radijs Solis, mors nati erit in secreto & occulta. Si quando Iuppiter fuerit dominus signi octauæ, & ipse in domo fiduciæ, eo existente in domo uel termino siue triplicitate aut exaltatione sua, & aspexerit dominum ascendentis amico aspectu & cum receptione, & dederit uim & potẽtiam suam domino secũdæ domus, aut fuerit in gradu domus substantiæ, & infortunia remota fuerint ab eo ex qualibet parte, natus habebit substantiam, bonum, & diuitias multas & magnas propter dona mortuorum uel ratione mortis, maximè si Iuppiter directus fuerit & ascẽdens in suo cœlo, & auctus cursu: sed si aspexerit eũ Mercurius uel Mars, minuunt de bona fortuna ipsius, & homo ille faciet testamentum falsum, & in eo quod relinquet erũt deceptiones & molestiæ. Tamen si quãdo Saturnus fuerit cum Ioue, fortunis aspicientibus eos propè, & in natiuitate nocturna, natus habebit bonum & lucra ratione hæreditatum parentum & auorum, & propter reditus mulierum uel aliorum consanguineorum suorũ. Auditis & diligenter animaduersis regulis generalibus, reliqua sic perpende in casu & quæstione mortis: Aspice primùm et pete ab ascendente et eius domino, et à parte mortis et eius domino, et à signo octauæ domus et eius domino, et à planetis existentibus in sexta domo siue fortunæ fuerint siue infortunia, et ab illis similiter qui aspiciunt domum ipsam, ut à domino triplicitatis anguli terræ primo, et à domino termini gradus octauæ domus, et à signo octauo à Luna et eius domino, et à signo octauo à Sole et domino eius: postmodum si inueneris Almutez horum locorũ, unum planetã uel duos aut tres uel plures, et illi Almutez fuerint liberi ab infortunijs et cõbustione, et domus septima similiter libera, ita ꝙ nõ sit in ea infortuniũ nec in quarta uel opposito eius, nati saluationẽ significat, et ꝙ habebit pulchrã et bonã mortẽ:

sed si almutez horum locorum infortunatus fuerit, uel retrogradus aut combustus siue in casu suo, malam & turpem mortem significat. At si uictor & significator ibi fuerit Saturnus per radios & potentiam suam, & non fuerit infortunatus, mors erit propter dolores & infirmitates longas naturę frigiditatis & humiditatis: sed si fuerit infortunatus, mors erit per submersionem in aqua aut suffocationem. Sed si Iuppiter fuerit uictor & significator ibi & liber ab infortunijs, mors erit propter infirmitatē pulmonis & sputum sanguinis, aut propter dolorem cordis uel affectum hepatis, aut ex eo quod bibit multum uinum: si uerò fuerit infortunatus, mors erit propter mandatum legis, uel propter mandatum iudicium consilij ciuitatis. Si uerò Mars fuerit in hoc casu significator & uictor, & nō fuerit infortunatus uel malè afflatus, mors erit propter infirmitatem sanguinis aut dolores acutos, aut mortem subitaneam subibit, uel propter omnem morbum doloris acuti cum magno calore: sed si fuerit infortunatus, mors erit per ferrū aut ignē siue in cursum in prælijs & in interfectionibus. Sol autem si fuerit in hoc negocio significator & uictor per radios & potētiam suā, & fuerit liber ab infortunijs, mors erit propter infirmitatem magni caloris, & morietur inter societatem & cōsanguineos suos, & inter magnam societatem hominū: sed si fuerit infortunatus, morieť causa patris, aut alicuius consanguinei sui, uel ex mandato regis, aut ex dolore cordis uel stomachi, & in magna societate & loco uili: sicut in balneo quando magna societas ibi congregatur, uel in locis lamentationum. At si uictor & significator in hoc casu fuerit Venus per radios & potentiam suam, et fuerit ab infortunijs libera, mors erit ex dolore uentris, & propter hæmorroides: sed si fuerit damnata & infortunata, mors erit ex superfluo coitu uel toxico aut speciebus: etiam si Mercurius ibi fuerit significator et uictor per radios & potentiam suam, et fuerit saluus & purus ab infortunijs, mors erit ex dolore capitis et perturbatione sensus, uel ex cholera, & ex omni dolore ac infirmitate quæ cito interficit & nō durat: sed si fuerit infortunatus, erit mors propter causas & ratiocinatiōes, aut uerba elocuta aut scripta, aut ex consilio dato, aut propter interitum dolorem aut icteritiam. Etiam si uictor & significator fuerit in hoc ēnuncia to Luna, et fuerit libera ab infortunijs & pura, mors erit ex diuersis doloribus, & ex cōmestione superflua rerum humidarum, uel ex superfluo coitu uel potu: sed si fuerit infortunata, mors erit de natura illius infortunij quæ infortunauit ipsam. Si quando significatores & domini mortis fuerint in domibus uel exaltationib. suis ab infortunijs liberi, natus morietur in terra uel domo sua, & bono ac pulchro modo & bono statu: at si fuerint extra domos uel exaltationes suas, & infortunati, morietur extra locum suum mala & turpi morte, ac in miseria & labore. Sed si significatores fuerint cadentes ab angulo, mors erit ex casu ab alto loco. Item si fuerint cadentes ab exaltatione, mors erit in puteis uel lacunis, aut in turpibus locis. Etiam si retrogradi fuerint, propter inuolutionem sensus et propter infirmitatem prouenientem ex melancholia morietur. At si fuerint combusti, propter suffocationem erit mors aut multam pressuram, sicut in balneo & quod ei assimilatur. Præterea si quando Luna in natiuitate nocturna iuncta fuerit corporaliter infortunijs, aut in quarta, uel oppositione ipsarum, uel fuerit in coniunctione Martis, siue in quarta uel oppositione ipsius, mors erit propter ignem: sed si quando Mars fuerit in octaua domo damnificans dominum octauæ domus, mors nati erit ex ferro. At si Saturnus fuerit in octaua domo dānificans dominū octauæ, mors nati erit propter carcerem & torturas. Similiter si quando aliquod infortuniorum fuerit in octauo signo à Sole in natiuitate diurna, uel in octauo signo à Luna in natiuitate nocturna, illud idem significant quod facit octaua ab ascendente. Si quando Mars fuerit in octaua cum Capite, mors nati erit propter suspensionem. Quando Mercurius est cum Cauda in octauo signo, significatq; mors nati erit propter mala opera uel toxicū aut facta nigromantiæ. Si quando Luna fuerit cum Cauda in octauo signo, mors nati erit propter toxicum uel medicinam laxatiuam. Quando dominus triplicitatis anguli terræ primus est maleficus, significat malam mortem. Quando gradus occidentis & eius dominus ambo malè afflantur, significant malam mortem. Quando Sol est nocēs in natiuitate diurna, uel Luna in nocturna, significat illud idem. Qñ significatores

natiui-

natiuitatis est nocens super terram, manifestū mortē significāt & patentē: & si quādo damnati fuerint sub terra, mors erit abscōdita & occulta. Si quādo significatores fuerint in signis terreis, mors erit in foueis uel cauernis, aut propter ruinam: sed si in signis aereis, significant mortem eo sedente super bestiam, aut per manus hominū uel in locis altis, aut suspensione: at si fuerint in igneis, mors erit propter ignem uel causa animalium. Ad hæc si aliqua fortunarum fuerit in octaua, uel iuncta fuerit cum domino octauæ, bonam & pulchram mortē significat: sed si aliquod infortuniorum fuerit in octaua uel iuncta cum domino octauæ, significat fortem & malam mortē. Nota q̄ significatio Martis in morte est certior significatione Saturni, quia si quando Saturnus fuerit in signo humido et aqueo, & in domo fortunæ, aut inter duos terminos fortunarum proijciens radios suos in signo humido et aqueo, tunc non interficit nec mortem significat, quoniam eius natura est sicut temperata. Si quando Caput iunctum fuerit cū Saturno, minuit de malo & damno eius. In summa in cuiuscunq; natiuitate fuerint fortunæ fortes & dominantes super octauam domum, & nulla earum aspexerit ascendens, significat quòd natus habebit magnum prędium ante mortē suā, nec deficiet ei de eo, et post mortem eius hęreditabunt illud filij eius, uel eius hæredes. Similiter si quando aliquod infortuniū fuerit in quarta domo, uel iunctum cum domino quartæ domus, significat turpem mortem: & si idem infortunium fuerit Mars, significat mortem per ferrum uel ignē: sed si fuerit Satur. erit mors ex toxico uel infirmitate uentris. His ita animaduersis reliqua sic accipe. Si quando pars fortunæ fuerit in octaua domo iuncta cum domino ascendentis, natus erit multum irascibilis & tardus in suis factis: & si eum aspexerit infortunium, erit dehonestatus et diffamatus in tota uita sua: sed si dominus ascendentis & dominus huius partis fuerint sub radijs, modicam uitam uiuet: At si Luna fuerit in octaua domo lumine plena & aucta numero, & Iupp. fuerit in undecima domo, natus magnam substātiam ex bonis mortuorum habebit. Etiam si dominus eius fuerit in Leone et in medio cœli, aut in quinta uel undecima domo, diues erit ratione prædicta: & si fuerit in hoc casu orientalis, custodiet illas diuitias & tuebitur eas: sed si fuerit combustus, destruet & dissipabit illas. Præterea si Iuppiter fuerit in hac domo uel exaltatione aut triplicitate sua, & auctus numero, habebit bonum ex bonis mortuorum. At si ibi fuerit Venus, natus habebit utilitatem & bonū à malis hominibus. Sed si fuerint in ea Saturnus & Mars sine aspectu Iouis uel Veneris, uictus significat diminutionem. At si Mercurius ibi fuerit orientalis, significat augmentum in substantia, & magnum in magisterijs incrementū, & bonam ac honestam famam, & fortè natus erit alacoyn in mercando, & gubernator æris extraneorum hominum, & eadem ex ratione forsitan occidetur. Etiā si Mars fuerit in octaua, accidet nato aliqua macula in oculo uel in corpore, maximè si Sol uel Luna fuerit in ascēdente uel in septima domo. Sed si Saturnus fuerit dominus octauæ, & ipse in eadem, aut aspexerit eā, mors nati erit humiditatis causa & in terra extranea: & si in signo humido & ipse occidentalis & infortunatus, significat q̄ in mari uel flumine morietur: & si signum fuerit siccū, morietur in montibus. Ad hæc si Iuppiter uel Venus fuerit in hac domo fortis & liber à radijs infortunarum, natus erit fortunatus & laudatus et uiuet annos septuaginta duos. Et si Saturnus non fuerit dominus octauæ domus, & ipse in ea in natiuitate diurna, natus quando fuerit multorum dierū magnum habebit prædium, & fortè illud habebit et hęreditabit ex mortuis: sed si ibi fuerit talis in natiuitate nocturna, erit destructor & indigens, & mala morte forsitan morietur. Similiter si Iuppiter ibi fuerit in natiuitate nocturna uel diurna, natus habebit substātiam & lucra ex bonis mortuorum: sed si Mars ibi fuerit in natiuitate diurna uel nocturna, erit dissipator substantiæ, & accident ei impedimenta, indigētia, paupertas, & erit homo uolubilis, & morietur turpi & subitanea morte, aut interfectus erit. Si aliqua fortunarum fuerit in Ariete, & Aries decima uel undecima domus, quæ sunt in summitate cœli, & significatores interfectionum fuerint malefici & fortes super significatores mortis nati, significat quòd post mortem effodietur eius iam sepultum caput, & ponetur in aliqua turri regis. Ad hæc si aliqua fortunarum fuerit in Geminis, & Gemini fuerint in medio cœli, & fortunæ fortes fuerint super quartam domum, & aliqua earum habuerit partē in ascēdente, aut fortunauerit

dominum

dominum ascendentis, natus inueniet thesauros uel magnum infossum et laudatum. At si Sol fuerit in octaua domo, significat mortem patris, & quòd iudice condemnabitur, & habebit melancholiam et tristitiã. Etiam si Mercurius ibi fuerit occidentalis in natiuitate diurna, significat miseriam, tristitias, dolores, & pigritiam in magisterijs: & in natiuitate nocturna, significat famã, nomen bonum, fortunã, & multas possessiones cum infirmitate suarum manuum, et fortè infirmitas illa erit hæreditaria, quòd ea pater eius laborauerit: & si fuerit orientalis, significat in substantia & magisterijs incrementum. Præterea si Luna fuerit cum Marte in quarta domus octauæ, uel in oppositione ipsius, Marte existente domino octauæ domus & in medio cœli & in signo Geminorum, maximè in natiuitate diurna, significat quòd interficietur & suspendetur. Sed si iuncta fuerit cum Saturno in Cãcro & in eius triplicitate, & Saturnus fuerit ascendens in suo cœlo, & ipse dominus octauæ domus, morietur ex dolore. At si Mars fuerit dominus ascendentis, & ipse sub radijs in Ariete, rex interficiet natum: sed si sic habens fuerit in Leone, animalia commedent eum: & si dominus ascendentis applicuerit infortunio in angulo terræ, nullus sciet de morte nati: at si his ita habẽtibus fuerit in signo aqueo, & infortunium fuerit Saturnus, morietur in aqua, nec extrahetur inde. Similiter si quando dominus ascendentis fuerit sub radija, natus morietur ex infirmitate abscondita & occulta: at si fuerit infortunatus per Martem & Solẽ, & alter eorum fuerit dominus octauæ domus, significat quòd comburetur igne. Itẽ si Luna fuerit iuncta cum Marte, & dominus ascendentis iunctus cum Sole, & ambo in signis membrorum incisorum, & eorum unus fuerit dominus octauæ domus, significat quòd nato incidentur membra. Si quando dominus octauę fuerit in prima domo, natus erit irascibilis, tristis, & non placabilis, nec perficiet quod uoluerit: et si fuerit in secunda, habebit substantiam et lucra propter bona mortuorum & res occultas: sed si in tertia, fratres nati erũt infirmi, maculati, & indigentes: & si in quarta, parentes nati erũt extranei & azemenati aut cõtracti: & si in quinta, morientur eius filij dũ fuerint pueri, sed si uixerint, erunt fortes & mali, ac malum facient hominibus. At si in sexta, accident ei molestiæ & impedimenta propter seruos & animalia, nec habebit in eis fortunam uel lucrum: & si in septima, matrimonium contrahet cum mulieribus ad quas peruenient hæreditates alienæ, & ipse hæreditabit suum, & habebit inde bonum & lucrum: tamẽ morietur extra regionem suam. Etiam si quãdo fuerit in octaua, natus erit sanus & habebit infirmitates leues, ac mortem leuem & bono modo. At si in nona, natus erit malæ meditationis ac malorum factorum, & morietur extra terram suam. Sed si in decima, erit mors eius ex mãdato regis. Et si in undecima, paucos habebit amicos, & accidet ei rixa & contẽtio cum his quos habuerit, & morietur in meliori statu uitæ suæ: & si fuerit in duodecima, fortè impugnabitur & interficietur ab inimicis suis. Si quando dominus ascendentis fuerit in octaua domo, natus erit mali ingenij, fraudulentus & infirmi cordis. Pars mortis accipitur de die ac nocte à gradu Lunę in gradum domus mortis, et proiicitur à gradu in quo fuerit Saturnus. Pars mortis, secũdum Zaradest, accipitur de die ac nocte à gradu Saturni in gradum anguli occidentis, & proiicitur ab ascendente. Hermes dixit: Hæc pars accipitur à gradu Saturni in gradum domus mortis, & si infortunia per se aspexerint hanc partem, significat quòd natus interficiet. Etiam si dominus huius partis fuerit in oppositione domini octauę domus, et in signis inimicis, natus similiter occidet. Sed si hæc pars fuerit in una quarta figuræ, & eius dominus in altera, natus morietur extra terram suam. Item si quãdo hæc pars fuerit in angulo ab infortunijs libera, morietur in terra sua morte naturali. Sed si fuerit in tertia domo uel in nona, morietur extra terram suam. At si fuerit in quinta uel undecima, morietur in meliori statu uitæ suæ. Etiam si fuerit in secũda uel octaua aut sexta uel undecima, morietur ratione substantiæ, aut per manus inimicorum, uel captus. Sed si fuerit in octaua domo, morietur morte naturali secundum complexionem & naturã signi in quo fuerit dominus eius. Pars planetæ interficientis accipitur de die à gradu Lunæ in gradũ ascendentis, & de nocte ecõtrario, & proiicitur ab ascendente. Vnde si Luna per se aspexerit hãc partem, Luna existente infortunata, interficietur natus. Et si his ita habentibus fuerit in signo membrorum incisorum, (sunt autem Aries, Taurus, Leo, & Pisces) interficietur ense, aut truncabun-

tur

tur ei membra. Sed si Luna nõ fuerit in hoc infortunata, detruncabitur ei aliquid de mẽbris suis, & non interficietur. At si dominus huius partis & domino octauæ domus infortunauerint seinuicem, natus interficietur ense. Pars anni quo timetur de interfectione nati, uel quòd accidat ei paupertas uel damnum aut molestia, accipitur de die & nocte à Saturno in dominum coniunctionis uel præuentionis præcedentis natiuitatem, & proijcitur ab ascẽdente: & hæc pars & pars finium rerum est una. Si quando ergo hæc pars uel dominus domus eius iuncti fuerint cum domino ascendentis, & ambo infortunati, natus erit multarum infirmitatum ac multorum impedimentorum in corpore suo & substãtia sua, & fortè destruet se uel perueniet quasi ad extremam destructionem. Et si quando annus reuolutionis uel gradus diuisionis annorum, peruenerit ad hanc partem uel eius dominum, significat malum & damnum in substantia & corpore. Pars captiuitatis & carceris, est hæc ipsa pars arandi & seminandi, & est pars Saturni, & proijcitur de die à gradu Saturni in gradum partis fortunæ, & de nocte è cõtrario, & proijcitur ab ascendente. Hæc in quam pars significat profundas cogitationes, scientias, & sapiẽtias antiquas, carceres, captiuitates, & quomodo discatur ex hoc retinere res et seruare eas in mente. Etiam significat fugitiuum, latronem, rem omnem quæ cadit in puteo uel in mari, substantiam terrarum, arationum tempus & seminationum & ædificationum, falsitatem, occultationem ac reticentiam secretorum, senectutem, idola, & causas mortis. Si quando dominus ascendentis fuerit in octaua, natus erit mali ingenij, deceptor, multarum tristitiarum, & infirmi cordis: & si dominus octauæ domus applicuerit ei, morietur morte subitanea & cito: sed si separatus fuerit ab eo, non timebit mortem sed habebit multas infirmitates in fine uitæ. At si dominus ascendentis applicuerit domino octauæ, natus erit occasio suæ mortis, sicut qui exponit se fortunæ in litem forti, uel in simili re, uel multum bibit & comedit, uel facit rem aliam per quam morietur: sed si separatus fuerit ab eo, multum timebit mortem. Nota quòd si quando dominus ascendentis applicuerit domino octauę domus, quòd eius significatio & testimonium est completum in habendo modicam uitam & nutritionem diminuendo, nec est aliud in hoc necesse. Et si receperit eum dominus octauę domus, nutrietur: nec tamen diu habebit uitã. Retrogradatio etiam domini ascẽdentis idem efficit, nisi quòd Mercurium non adeò multum lędit retrogradatio. Etiam si dominus ascendentis fuerit ad planetam retrogradum, uel fuerit in statione prima & non receperit eũ, similiter perficit idem hoc, & est testimonium rectum & iudicium completum. Quãdo Luna est in gradu ascendentis, damnat & interficit æqualiter sicut Mars, maximè si habuerit in signo octauæ domus aliquam dignitatem. Quãdo dominus partis fortunæ est sub radijs, interficit natum secundum naturam signi in quo ceciderit pars, maximè si dominus partis fuerit cõbustus uel in tazimi, sed si remotus fuerit à combustione quocunq; modo, non interficit. A domino termini gradus septimæ domus, & à domino termini gradus qui est in opposito hylech, accipitur causa mortis, & ab eorum dominis scitur conditio mortis: unde si fuerint in decima uel undecima domo, morietur ex casu ab alto: & si fuerint in nona, morietur in itinere extra locum suum: & si in ascendente, morietur morte naturali in domo sua. Sed si Mars fuerit in quarta uel contrictiõe ipsius existens super terram, morietur ense: & si Mars ad hoc fuerit in signo igneo, morietur igne: & si in signo aqueo, uulnera patietur. Etiam si signũ illud fuerit in quarta domo, necabit in aqua: at si fuerit in sexta & in signo humano, interficietur à seruis: & si fuerit in octaua, pauper & indigens morietur. Omnis natus cuius gradus suæ septimæ domus fuerit terminus infortunij, morietur turpi morte: & cuius terminus septimæ fuerit fortunæ, morietur pulchra morte. Gradus quartæ domus significat quid futurum sit de corpore post mortem, uidelicet si erit sepultum in terra, uel suspensum in furcis, aut incisum per frustra, uel proiectum aut fœtidum, uel si uestimenta eius auferentur furtiuè de fouea. Vnde si gradus quartæ dom' fuerit purus ab infortunijs, sepelietur cadauer & remanebit ibi saluum. Et si dominus eiusdem gradus fuerit Mercurius & cadens & infortunatus, auferentur furtiuè uestimenta postquam fuerit sepultum. Ego dico quòd omnis natus habens octauam domum & eius dominum bonos & immaculatos à Marte, non interficietur. Etiam quicunque eos habuerit liberos à Sole, non erit combustus. Si natiuitas

fuerit nocturna, aspice ad gradum cum quo Luna occidit, & si eum inueneris in recta quarta Martis, natus erit interfectus: sed uix aut nunquam mala morte morietur, qui habuerit in sua octaua fortunas. Si qñ Luna fuerit hylech, oppositus gradus eius erit significator mortis.

Dicta Zarade ſt de his qui reuiuiſcunt ſemel mortui.

IN natiuitate cuiusdam nati fuit ascendens Virgo octodecim gradus, & habuit omnes planetas iunctos à septima domo usque ad nonam, & fuit eius octaua 21. gradus Arietis, & fuit ibi Mars, & Iuppiter in uigesimosecundo gradu eius, & Saturnus in uigesimotertio eius, & Venus in uigesimoquarto eius, & Sol in principio Arietis, & Luna in gradu exaltationis suæ in Tauro, & Sol fuit hylech, & ipsemet alcochoden, & Luna fuit in octaua domo domina loci sui: quam accepissemus uice Solis nisi fuisset in domo mortis, (non enim erat in nona, sed propter æquationem domorum cadebat in diuisiõe octauę domus: Sol enim erat in septima domo in opposito ascendẽtis, quod est de significatoribus mortis) & fuerunt ibi alij planetę, & dominus domus Lunę iunctus cum alijs planetis in domo mortis: propter quod significauit recto iudicio quod natus habere debuisset rem mirabilem in sua morte: sed quia Luna fuit à radijs infortuniorum libera & exaltata & fortis in loco suo, (quia erat in exaltatione sua) & radij significatores liberi à radijs infortuniorũ, significauit quòd habere deberet longã uitam. Tamen quum peruenit ad annum in quo fuit reuolutio ad octauam domum, incepit infirmari in die reuolutionis, & habuit melius secunda die, & tertia die recidit in infirmitatẽ adeò ut pro mortuo haberetur, pararẽturq; omnia quæ ad elationem & sepulturam faciunt, & efferretur. Et ecce cùm in sepulchro ellet positus ut infoderetur, de repente reuixit, & suis redditus peruenit ad iustam senectutis metam, de secq; cùm mirãdi tum colloquendi materiam exhibuit omni suæ regioni & patriæ, & astrologis considerandi beneq; examinandi planetas, signa & eorũ concurrentiam, & q; omnis natiuitas in qua multi planetę iuncti sunt in una domo, significat quòd illi nato accidet mirabile quid ex natura illius domus, de quo obstupescent homines audientes accidentia. In alia natiuitate fuit ascendens Sagittarius, & Luna quæ est domina octauæ domus in ascendente post gradum ascendẽtem per duos gradus, & percusserunt Lunam radij Martis de sextili, id est, de Libra, & eius hylech fuit Sol in Libra existens, & eius alcochoden Venus cum Sole iuncta, nec poterat ei dare uitam: tamen Sol propter uirtutem Veneris dedit nato annos suos minores, & annos minores Veneris: & Luna domina octauæ domus inimica ascendenti fuit in ascendente, non habens in loco suo aliquam dignitatẽ: inuenimus etiam quòd ascendens perueniebat ad infortunium corporis Lunæ in medietate annorum nutritionis. Corpus nati hoc tempore erat debile multum, et quum ascendens applicuit ad hoc infortunium, duplicatũ malum et auctum interfecit puerum, et stetit mortuus una die, et postmodum reuixit: quoniã Iuppiter erat post gradum, et Luna dabat ei uirtutem suam. Vnde quum dominium peruenit ad Lunam, operata est significationem octauæ domus cuius dña erat, uidelicet significationẽ inimicitiarum ascendentis in quo erat, et significationem infortunij radiorum Martis percutientium eam de sextili, postea recepit illud Iuppiter et uiuificauit eum ex beneuolentia Dei. Si quis natus habuerit hylech et alcochoden et transiuerit annos nutritiõis, et postmodum peruenerit ascendens eius per athazir ad corpus Saturni & Martis, uel ad radios utriusq;, aut ad corpus unius & ad radios alterius sine aspectu aliquo fortunarum, morietur in applicatione illa, nec proderit ei salus hylech nec alcochoden: quia hoc est quoddam infortuniũ duplicatum. Nota quòd ascendẽs habet in iudicio participationẽ cum hylech, quoniã ascendẽs est hylech natiuitatis, & licet omnes hylech & omnes eorum domini fuerint boni & salui, & in ascẽdẽte fuerit corpus infortunij, aut radij quarti uel oppositiõis sine ullo aspectu fortunæ, natus euadere non poterit. Nota etiam quòd ascendens eius est primus significator & significat omnes res, et hylech habet participationẽ cũ eo in significatiõe uitæ. Nota præterea quod uehemẽtius & peius quod accidit, est si quando athazir ascendẽtis alicuius peruenerit ad terminum infortunij, & deinde eundo perueniat ad terminum infortunij alterius: quia hinc uix euadet. Quin si quãdo acciderit q; pars fortunæ sit in tali statu, cadet in paupertatem & miseriam magnam, si non morietur. Nota etiam quòd quicunq; habuerit

in gradu

in gradu aſcendentis ſui ſtellam bebeniam, & in decima domo aliam bebeniam, & fuerint ſaluæ à radijs infortuniorum, & habuerint uitam, perueniet ad magnum honorē & potentiam, & ad excelſum gradum ſecundum naturam ſtellarum ipſarum & earum uirtutē, licet non habeat aliud aliquod auxilium à bonis planetis. Etiam aſpice ſitum & opus ſtellę fixę, ſi ſcire uis certum locum rei per longitudinem & latitudinem, excepta in corde Leonis fortuna quæ nullam habet latitudinem: at in alijs habentibus latitudinem in ſeptētrione & meridie, aſpice gradum cum quo aſcendunt, ſi in aſcendente fuerint, uel gradum cum quo ſe ponunt in medio cœli, ſi fuerit in decima, & ſecundum hoc iudica & certificaberis Deo uolente.

De nona domo & eius ſignificationibus.
Caput VIII.

DOmus nona cùm aliarum rerum ſublequentium ſignificationem complectitur, tum itineraria & peregrinationes, quæ felicia ne ſint uel infortunijs plena, ſi ſcire cupias, aſpice in itineribus nati primū, & pete à dominis triplicitatis domus itineris. Nā ſi primus fuerit in bono ſtatu fortis & fortunatus & receptus, ſignificat quòd natus ibit itinera, & proficiſcetur de uno loco ad alium, & erit fortunatus & felix in itineribus & peregrinationibus ſuis: ſed ſi fuerit in diuerſo ſtatu, habebit impedimenta & grauamina in itineribus & peregrinationibus ſuis, & nullius erit æſtimationis in eis, & extrahetur & expelletur de regione & loco ſuo, nec in ſuis itineribus aliquam utilitatē uel lucrum capiet. Etiam ſi dominus triplicitatis domus itineris ſecundus fuerit in bono ſtatu, potens & fortunatus & receptus, natus erit bonæ indolis, nominatus & habitus pro bono & iuſto, religioſus & cuſtos legis: ſed ſi fuerit in diuerſo ſtatu, erit mali ingenij, nominabitur malus, & de malis operibus malè audiet, ac incredulus. Similiter ſi dominus triplicitatis tertius fuerit fortis & fortunatus et firmus ac liber ab infortunijs & damnis, & remotus à planetis cōtrarijs, natus erit ueridicorum ſomniorum, & quicquid uidebit in ſomnijs ueridicum erit, nec mentietur, & res ipſas quas uidet in ſomnis uidebit in aperto, aut erit expoſitor & interpretator ſomniorum adeò ueridicus, ut quicquid de illis dixerit ueridicum inueniatur: ſed ſi fuerit in ſtatu diuerſo, natus erit mendax in ſomnijs, & maiori ex parte ſomnia expaueſcenda uidebit, & quicquid ſomniauerit erit mendoſum, & ſomnia nulla erunt ueridica. Si quando dominus domus itineris fuerit fortis & fortunatus, & in domo uel exaltatione aut triplicitate ſua, & fuerit receptus à domino domus ſuæ, & pars itineris ſimiliter in bono loco figuræ, et fuerit in domo itineris uel in tertia domo aliqua fortuna, natus faciet bona & proſpera & læta itinera, in quibus lucrabitur ſubſtantiam & diuitias, bonum ſtatum & nomen: ſed ſi quando dominus itineris fuerit malus & cadens & non receptus, infortunatus & extra dignitates, natus habebit mala itinera, anxia & laboriоſa, & ibit ex regione & loco ſuo ſine aliqua utilitate & lucro. Si quando dominus itineris iuerit & applicuerit domino aſcendentis, accident nato itinera quæ non æſtimauit nec cogitauit: & ſi ſic habens adfuerit fortuna, aut receperit eū dominus aſcendentis, habebit in illis itineribus utilitatem & honorem & lucrum: ſed ſi adfuerit infortunium, nec dominus receperit eum, habebit damnum & amiſſionem & laborem in itineribus illis. Etiam ſi dominus aſcendentis applicuerit domino domus itineris, natus erit uiator itinerum, mobilis, & migrabit de uno loco in alium: & ſi ſic fuerit dominus domus itineris, fortunam habebit in itineribus & mutationibus ſuis, multas utilitates & lucra. At ſi adfuerit infortunium, nec inter ipſum & dominū aſcendentis fuerit aliqua receptio, habebit in itinerib⁹ ſuis labores & anxietates ſine aliqua utilitate uel lucro. Etiam ſi dominus domus itineris fuerit ſeparatus à domino aſcendentis, natus diliget & cupiet facere itinera, non tamen faciet ea ſed ſtabit quietus, & faciet itinera & motus paucos. Etiam ſi dominus aſcendentis fuerit ſeparatus à domino domus itineris, natus erit piger & timidus & quietus ſtabit, nec multum laborabit pro lucro ſed expectabit mercedem Dei. Non poteſt habere natus, Saturno uel Marte in domo itineris exiſtente, aliquod bonum: quia ſignificant ibi grauamina & labores, & quòd aliquid perdet in illis, nec habebit utilitatem uel lucra ex multum laborare, nec pro multis itineribus faciendis. Et ſi ſit ille qui ibi inuenit Mars, & ſignum itineris fuerit fœmininum, accident nato metus

& anxietates & contentiones, & incidet in latrones uel grassatores uiarū, nec habebit prosperitatem in multis laboribus uel itineribus quæ faciet. Si quando Sol fuerit in domo itineris, natus erit honoratus & laudatus in itineribus suis, & habebit in illis diuitias & lucra. Etiam si Luna fuerit in domo itineris in natiuitate nocturna, natus erit honoratus & laudat⁹ in itineribus suis, maximè si signum fuerit fœmininum: sed si fuerit masculinum, erit modicæ fortunæ, uilis, tristis, & indigens. Etiam si Iuppiter fuerit in domo itineris, laudabitur & seruietur ei in itineribus suis, & erit hilaris & fortis in illis, & habebit per illa honorem & diuitias & lucra multa. Etiam si Venus fuerit in domo itineris, erit in itineribus suis alacer & felix. Sed si Mercurius fuerit in hac domo, erit significatio eius secundum statum planetæ qui fuerit cum eo: quia si planeta ille fuerit fortuna, habebit honorem & lucrum ac utilitatem in itineribus suis: sed si fuerit infortunium, habebit contrarium. Si quando domus itineris fuerit fortunata & Iuppiter in ea fortunatus, significat bona & prospera & nominata itinera: sed si fuerit cōbustus sub radijs Solis, maximè in suo casu, significat itinera abscōdita & occulta & mala, & expelletur de terra & loco suo, & fugiet de uilla sua & morabitur in alia. Dominus domus itineris, pars itineris & eius dominus, Mars & Iuppiter: si quādo omnes uel maior pars eorum fuerit in signis aqueis, significat quòd maior pars suorum itinerum erit per aquā: & si fuerint in signis terreis, eius itinera erunt per terram: & si fuerint in signis quadrupedum, conficiet itinera sua eques: & si fuerint in signis humanis, ibit pedes.

Aphorismi & iudicia itineris.

His ita positis uolui subiūgere aphoristica quædam cōplectentia hanc totam materiā, & dicere quòd debeas petere causam itineris à signo nonæ domus & eius domino, & à planeta existente in hac domo, & à Marte ac parte itinerū & eius dño, & si plures horū fuerint fortunæ, uel potentior eorum omnium fuerit fortunatus, uel applicuerit ad dominum ascendentis, uel dominus ascendentis ad eum, significat bona & læta & prospera & lucrosa itinera: sed si plures horū fuerint infortunia, uel fortior illis fuerit infortunatus, aut applicuerit ad dominum ascendentis, uel dominus ascendentis ad eum, significat mala itinera & laborē in eis & damnum. Postmodum aspice fortiorē his omnibus, & illum qui fuerit in fortiori et firmiori loco, et si eū inueneris habentē cum almutez ascendentis applicationē uel commixtionem aliquam, natus erit itinerum et motuum multorum, et uagabitur de uno loco in alium: sed si non fuerit inter hos applicatio nec commixtio nec aliqua cōuenientia, natus affixè morabitur in terra et loco suo, et magis cupiet quiescere quā se mouere. Si quando Mars fuerit in aliquo angulo ascēdentis, natus erit multorum itinerū. Si quando Luna non aspexerit dominū domus suæ, natus laborabit multum ut lucretˉ et habeat extra domum suam. Aspice præterea dominos triplicitatis domus in qua est Mars, et si quē eorum inueneris in meliori statu et loco, iudica ꝙ natus habebit in illa ætate uitæ suæ bonum statum et lucra propter itinera. Si quando dominus nonæ domus fuerit infortunatus, uel fuerint infortunia in nona domo applicantia domino ascendentis, uel applicet dominus ascendentis ad ea, significat nato mala itinera et accidens malum, amissiones et indigentiam, et quòd non erit bene credulus legis suæ. Aspice etiam Lunam in tertia die natiuitatis, et si eam inueneris applicare Marti, aut fuerit in domo uel termino Martis, Marte aspiciente ipsam, significat motus et itinera multa. Si quando dominus ascendentis fuerit contrarius ascendenti, et dominus domus Lunæ contrarius Lunæ, natus erit multorū motuum et itinerum: et si sic adfuerit fortuna, habebit utilitatē et lucrum in itineribus suis: sed si adfuerit infortunium, dic contrarium. Si quādo Luna in tertia die natiuitatis applicuerit Mercurio, et Mercurius infortunatus fuerit à Marte, significat ꝙ in itineribus suis nato accident grauitates. Quādo Luna uel dominus domus suæ sunt in angulo occidentis, natus amat itinera. Quando dominus ascendentis est in nona domo, uel dominus nonæ in ascendente, natus similiter amat itinera, et sæpius trāsfert se de una regione in aliam. Si quando inueneris Lunam in tertia die natiuitatis applicantē fortunæ, et illa fortuna fuerit in bono loco et orientalis, natus habebit utilitates et lucra in itineribus: sed si in die illa applicuerit infortunium orientali, et illa infortunata fuerit et in malo loco, significat infortuniū et amissionem in itineribus nati. Si inueneris in nona domo fortunam, aut in quarta uel

oppositione

oppositione ipsius, natus habebit diuitias, lætitias & lucra in itinenbus suis, maximè si dominus nonæ domus fuerit fortuna uel in aspectu fortunarum: at si fuerit infortunium in domo nona aut in quarta uel opposito eius, significat infortunium in itineribus nati, & quòd perdet & fortè destruetur in illis, maximè si dominus nonæ domꝰ fuerit infortunium uel ab aspectu fortunarum. Quando dominus nonæ domus est in ascẽdente aut in medio cœli, natus amat itinera, & erit honoratus & laudatus in illis. Si quando Venus fuerit domina nonæ domus, & fuerit in ascendente uel medio cœli, natus ducet uxorem extra locum suum, sibi bonum & lætitiam habiturus. Si Iuppiter fuerit dominus nonæ domus, & fuerit in ascendente uel medio cœli, natus habebit in itineribus bonum nomen & famam. Si quando Sol fuerit dominus nonæ domus, & fuerit in ascendente uel medio cœli, natus in itineribus suis habebit altitudinem & dominium & honorem. Si quando Mercurius fuerit dominus nonæ domus, & fuerit in ascendente uel medio cœli, natus habebit in itineribus suis utilitatem & bonum, & manſuetus erit in ipsis, lucrabitur sapientiam & diuitias & scientias, & addiscet doctrinam, uel erit alicuius nobilis domus Magister domus. Quicunq; habuerit in natiuitate fortes & dominatrices in nona domo fortunas, & nulla earum aspexerit dominum ascendentis, erit nullius æstimationis & dejectus in sua uita, & in morte sua habebit magnum honorem & nomen & multam gẽtem in sepultura sua, & fortè post mortem eius proficiscetur ad eius sepulchrum, tanquam ad diuum Iacobum uel similem. Si quando Saturnus fuerit dominus nonæ domus, & fuerit in ascendente uel medio cœli aspiciens Iouem, natus in itineribus bonum habebit, lucrabitur substantiam & honorem per aquas & terram, & per animalia. Si Mars fuerit dominus nonæ domus, & fuerit in ascendente uel medio cœli, & Iuppiter aspexerit eum, lucrabitur natus in itineribus ab hominibꝰ claris & dominis militum, & ab alcaydis, et habebit utilitatem ex hac parte. Si quando dominus domus Solis non aspexerit Solẽ, nec dominus domus Lunæ Lunam, nec dominus ascendentis ascendens, natus erit itinerum & mutationum multarum, et ibit de uno loco in alium cum angustia & labore, anxietate & impedimento, & sine aliqua utilitate uel lucro. Etiam si quando Mars fuerit in tertia domo ab ascendente, aut in nona, natus ibit multa itinera et erit infirmus in illis. Quando pars itineris est in aliquo angulorum iuncta corporaliter cum domino ascendentis et cum Luna, natus amat ire itinera. Quando pars itineris iungitur cum Marte, et dominus partis contrariat̃ suæmet domui, natus facit itinera multa, et infirmatur in illis.

De legibus & pietate. Cap. IX.

CVm homo sola ratione differat à cæteris animantibus, indeq; legibus et pietate, non absurdũ usum est uel huius inquisitionem cõscribere, et docere quòd ista duo (legem dico et pietatem) a duabus domibus, tertia scilicet et nona domo petantur, animaduertendo signa quæ sunt in eis, et qui planetæ in illis signis, et qui aspiciunt eos de tertio et sextili et quarta et oppositiõe, et quis sit dominus domorum exaltatiõis, terminorum et triplicitatum suarum, et in quibus locis figuræ sint hi domini, et quis sit dominus partis legis, et in quo loco cadat pars ipsa, et si cadat in signo mobili uel communi uel fixo, et si cadat in angulo uel succedenti aut cadenti, et si dominus partis sit orientalis uel occidentalis, directus uel retrogradus, aut sub radijs uel extra. Nota etiam quòd Mercurius habet potentiam ac significationem singularem in causa legis et legalitatis seperatim ab alijs planetis: unde inspice in eo et commixtionem quam habet cum planetis, et in quo ipsorum habeat maiorẽ partem. Ad hæc etiam animaduerte quòd si quando Mercurius fuerit in domo Saturni uel in aspectu eius, quòd natus erit profundarum cogitationum, infirmus in fide, et quòd laudat res cœlestis mũdi magis quã huius, et quòd credit eas ac multum cogitat de illis, et amat eas, et etiã quòd sint meliores rebus huius mundi: abhorret ludos et iocationes et gaudia mundana, humilis est et patiens indigentię ac laboris, maximè si fortunæ cadentes fuerint, et non aspiciant ascendens. Etiam si Mercurius fuerit in domo Iouis uel in eius aspectu, natus erit nobis bonus et pfectus et gratus, bonæ indolis et pietatis, et legis in qua institutus est obseruator. At si fuerit in domo Martis uel eius aspectu, et fuerit idem aspectus de quarta uel oppositione, natus erit homicida, irascibilis, malefactor, malę institutionis et legis, et ulipẽdet eam: sed si aspectus

ille fuerit de tertio uel sextili, natus erit cumulator mendorum & pictorum eorum, recitabit res nouas quæ nunquam fuerunt.

Si Mercurius fuerit in domo Solis uel in aspectu Solis, natus erit humilis & mansuetus & bonæ legis, sapiens iudiciorum & decretaliū, obediens Deo laudabit res & mãdata diuina. Si Mercurius fuerit in domo Veneris, natus erit liberæ uoluntatis, multum alacer, amabit & laudabit hilaritates, iocationes & uitia: sed si ibi aspexerit eum Mars, erit incredulus & uilipendet legem suam. Etiam si Mercurius fuerit in domo Lunæ uel in eius aspectu, natus erit obediens legi, purus, honorans homines, amabit bonam famam & quo'd dicatur bonum de eo: & si his ita habentibus fuerit fortis, natus erit doctus & sapiens in libris prophetarum, & propter hoc nominatus & laudatus, maximè si Iuppiter aspexerit eum. Si quando signum nonæ domus fuerit commune, & eius dominus in signo communi, natus non stabit in una lege, immò mutabitur in diuersis, maximè autem si Mars aspexerit nonam domum. Si quando signum nonę fuerit mobile, & eius dominus in signo mobili, natus semper dubitabit de legibus, & transiens de una in aliam, similiter permutabit credulitatem & consilia sua. Sed si quando signum nonæ domus fuerit fixum, & eius dominus in signo fixo, natus erit firmus in lege, consilijs & credulitate sua, maximè si Mars non infortunauerit nonam domum. In summa potitlimus status & præcipuus domini nonæ ac tertiæ domus, est si fuerint in ascendente uel medio cœli ab infortunijs liberi, quoniã si sic fuerint, natus habebit dominium super socios suos, sapiens erit, documenta diliget, sapientiam legis perquiret, iustus erit, rectitudinem diliget, maximè si planeta idem fuerit Iuppiter uel in aspectu Iouis. Nam si sic fuerit & orientalis, natus conuertet homines alterius legis in suam, & lex eius magis ualebit per eum. Si quando Mercurius iunctus fuerit cum Luna in nona domo, & illud signum fuerit domus alicuius eorum, & pars legis iuncta ibi cum eis, natus erit prælatus & laudatus ex parte legis, in scientia sapiens, librorum expositor & interpretator somniorum. Et si adfuerit Venus cum eis aut eos aspexerit, natus erit ueridicus, credetur dictis & testimonijs eius, & homines confident & credent in eo, ac in factis & rebus magnis ab eo consilium postulabitur. Quando Caput in natiuitate nocturna est in tertia domo, uel in natiuitate diurna in nona, natus est prælatus, maximè si Iuppiter aut Mercurius uel Sol aspexerit eum: et si omnes aspexerint ibi, erit honorabilius & nobilius quid. Si quando in gradu nonæ domus fuerit aliqua stella bebenia, uel fuerit eadem stella inter gradum nonæ domus & gradum decimæ, & ipsa sit de magnis & nominatis bebenijs, quando gradus nonæ domus peruenerit per athazir ad eandem stellam, si dominus nonæ domus tunc combustus non fuerit neque cadens, natus in eadem applicatione habebit honorem & fortunam magnam ex parte legis: hoc idem significatur etiam si quando ibi applicuerit dominus ascendentis. Sed si dominus nonæ domus cadens fuerit ab angulo, manserit tamen in domo uel exaltatione sua, natus habebit quod uoluerit & desiderauerit à parte illa, tamẽ non erit prælatus nec magnum nomen habebit. Etiam si fuerit cadens ab angulo, & inde aspexerit planetam qui non sit cadens recipientem ipsum, natus habebit prosperitatem & fortunam post causas, & erit uictor & nominatus post mortem suam magis quàm in uita, & relinquet libros & nomen inter homines qui sequentẽ opera quæ facere consueuit. Etiam si signum nonæ domus fuerit domus Iouis, et Luna in eo et natiuitas nocturna, natus erit astrologus, rerum absconditarum narrator, et prædicet futura: hoc etiam idem erit si dominus nonæ fuerit Mercurius, uel fuerit in nona stella naturæ Mercurij. Si quando Luna fuerit in ascendente in signo humano, natus erit dilectus ab hominibus et ipse diliget eos: hoc etiam idem erit si fuerit in aliquo angulorum in signo humano. Si Mars fuerit in medio cœli in signo humano, natus erit homicida, deceptor, mali ingenij, malum faciens hominibus, maxime si Luna fuerit cum eo. Ille idem si quando in natiuitate nocturna fuerit in ascendente in signo humano, natus abhorrebit homines et ipsi eum, erit mali ingenij et morum. Si quando Mars in natiuitate diurna, uel Saturnus in nocturna, fuerit in ascendente uel in angulo terræ, natus abhorribilis erit et abhorrebit societatem et consanguineos eius, et malè geret se cum hominibus.

Si quando

Si quando pars legis iuncta fuerit cum Saturno, natus perquiret res & scientias antiquas, firmus & grauis erit, nec procedet in rebus nisi cum deliberatione ac sensu. Etiã si fuerit cum Ioue, erit legis & dictorum bonorum. At si cum Marte, erit malæ legis, morum, & operum. Sed si cum Sole, dummodo non sit sub radijs, sapiens erit & sensatus in rebus. At si cum Venere, amabit lætitias & iocationes, & erit pulchræ formę. Verùm si cum Mercurio, immiscet se mercimonijs, & erit sapiens in numero & scriptura. At si cum Luna, erit honorator hominum, syncerus & bonę legis. Si quando signũ nonæ domus fuerit exaltatio Iouis, aut exaltatio Solis uel exaltatio Vener. & dñs exaltationis ipsius habuerit dominiũ in triplicitate Luminaris temporis natiuitatis, et fuerit in bono loco, natus habebit uictum suum ratione legis, & erit gratus, & à gente dilectus & nominatus. Quando aliqua duarum fortunarum est in tertia uel nona domo, natus habet fortunam & bonum ex parte legis uel scientiarum & sapientiæ. Similiter si quando harum duarum domorum domini fuerint in bonis locis figurę & liberi ab infortunijs, significant illud idem. Si quando Saturnus fuerit dominus nonæ domus, natus erit cogitatuum, profundarum sapientiarum, perquisitor credulus in lege & in eo quod scit & intendit, maximè si fuerit in aspectu fortunarum, & non retrogradus neque sub radijs Solis: quia planeta retrogradus mendacia significat, & planeta existẽs sub radijs significat metum & latitudinem. Aspice ad signum tertiæ domus & eius dominum, & ad signum nonæ & eius dominum, & ad partem legis & eius dominum, & si hos inueneris liberos ab infortunijs & à casibus, natus erit bonæ legis & iustus: & si infortunati fuerint, aut infortunia in tertia uel nona domo, uel in quartis uel oppositionibus suis, natus erit malæ fidei & legis. Si quando Mercurius & Luna fuerint in tertia uel nona domo, et domini domorum suarum fuerint Iuppiter uel Venus, & fuerint in aliquo angulorum, natus ratione legis habebit magnum dominium & honorem. Si dominus nonę uel tertiæ domus fuerit fortuna, & ipse in medio cœli uel in ascendẽte, significat dominium & honorem ratione legis, maximè si dominus alterius horum duorum locorum fuerit Sol uel Luna. Porrò si quãdo scire uolueris in qua ętate & quibus annorum suorum natus erit melioris legis & fidei, aspice ad dominos triplicitatis partis legis, & si quẽ eorum inueneris in meliori loco figuræ, & in meliori statu & forma erga Solem, natus erit in illa ætate suę uitæ legis & fidei melioris. Aspice præterea & quære à parte Cæli in Venerem de die & nocte, & ab ascendente proijce, & aspice ubi applicuerit numerus: qui si applicuerit cum Marte, natus erit mali genij & morum, & ostendet contrarium eius quod credit: & si fuerit cum Saturno uel in eius aspectu, erit tristis dolore plenus et parcus: et si cum Ioue uel in eius aspectu, erit iustus & bonus. Aphorismi huius causæ. Etiam si quando in gradu nonæ domus est stella benefica complexionis Iouis & Mercurij, & alter eorum est dominus ascendentis, & ambo aspiciunt stellam ipsam bono aspectu & à bono loco, & sunt liberi ab infortunijs, natus inuenitur ueridicus in suis dictis, & sapiens in libris prophetarum & sermonum eorum, & est bonæ legis & fidei, & fortè prædicet futura. Etiam si his ita habentibus Sol fuerit in medio cœli, erit ueridicorum somniorum. Sed si Mercurius fuerit in nona domo orientalis, & in domo uel exaltatione sua sine ullo aspectu infortuniorum, natus ostentet se compositorem legis sed non erit, & dicet res lætas, & laudabit se in ratione legis de eo quod non est, & fortè erit scriptor regis, & scientias ac magisteria sciet. Etiam si fuerint in hac domo Sol & Luna inuicem, significant quòd parẽtes nati sunt custodes legis, uel extranei à loco, & natus sine dubio erit multorum itinerum. Etiam si fuerint in hac domo Saturnus & Mars, & ipsi orientales uel stationarij aspicientes partem fortunæ, & pars in ascendente, natus erit laudatus & potens ac rigidi corporis, & reget terras & uillas, malefactor erit, irascibilis & crudelis, & non obediet Deo nec ipsum cognoscet, multas diuitias congregabit à mala parte: quoniam hi duo planetæ sunt domini gaudiorum sextæ & duodecimæ. Sed si quando Venus fuerit in nona domo in uiri natiuitate, non est bona significatio in coniugio, quia significat quòd abhorrebit illud. Itidem si quando ibi fuerit Mars in natiuitate mulieris, similiter est malum in coniugio. At si pars fortunæ non fuerit in ascendente, sed fuerit in 6. uel 12. domo, natus habebit multas molestias & impedimẽta, suam substãtiam dissipabit, & fortè erit diabolicus uel dęmoniacus,

cus, aut accidet ei turpis infirmitas propter quam fugiet de loco & regione sua. Præterea si Mars solus fuerit in hac domo sine aspectu Iouis & Veneris, dehonestabit legē & eos qui tuentur eam, & dicet propterea rationes & fabulas, quum iureiurando protestatur mendacium creditur ei, nititur seruire diabolis. Sed si Iuppiter fuerit in hac domo in aspectu Martis, natus erit somniorum interpres, aut prædicet futura: & si natiuitas fuerit diurna, erit compositor legis, gentem conuertet ad eam, & ostendet miracula in ratione legis: sed si natiuitas nocturna fuerit, significat somnia & dicta mēdosa, & ostentet se de lege & nō erit. Item si fuerint in hac domo Luna & Saturnus & Mars cum Capite, natus erit afflictus, & accidēt ei anxietates & dāna in itineribus, et spoliabit̄, & fortè ex siti in fouea morietur, aut animalia comedent eū. Sed si fuerint ibi Iupp. et Venus absque infortuniorū aspectu, associabitur in itineribus suis homini nobili, & habebit bonum & diuitias propter eum, & ipse erit diues & abundans. Etiā si Sol & Venus & Mercurius sine aspectu infortuniorum ibi fuerint, legem obseruabit, obediet Deo & legi, fidelis erit in custodiendo substantias regum & nobilium, benefactor custodientium legem, eius orationes effectū habebunt, & uidebit in somnijs suis signa per effectum orationum suarum, maximè si Luna fuerit cum Ioue, & ambo aspexerint Caput: quia tunc habebit longam & bonam uitam in bona fama, & multam substantiā congregabit. Etiam si Cauda & Saturnus & Mars cum eis fuerint in nona, uel aspicientes eos, natus habebit in itineribus suis claram nobilitatem, honorē, ualorē & fortunā, et ex diuersis partibus multam substantiam congregabit. Etiam si iungantur cum eis Sol & Mercurius, uel aspexerint eos, addēt & crescēt in fortuna. Etiam si Saturnus ibi fuerit solus in natiuitate diurna, natus erit prælatus, sapiens legis & philosophus, multa docebit miracula, & præcipiet & postidebit res legis & orationis, interpretator somniorū & diuinator. Sed si Sol ibi fuerit, natus erit religiosus, & ponet in Deo omnia facta sua, boni genij & credulitatis, & morum & orationum compositor & laudum Dei, propter quod honoratus erit & inter gentem laudatus. Etiam si Venus ibi fuerit in suo haiz, erit religiosus, legis cōpositor: sed si non fuerit in suo haiz, ostentet se esse de lege & nō erit, & ostentet se scire sapientiam & scientias ac dicta prophetarum, & dicet res occultas. Et si aspexerit eā Saturnus & Mars de oppositione uel quarta, & signum fuerit mobile, significat quòd transferet se de loco suo, & quòd cum multis mulieribus se commiscet, & cum illis angustiā patietur. Sed si aspexerit eam Iupppiter de tertio aut sextili aspectu, erit hilaris & gaudens cum mulieribus suis, & seruiet cum mulieribus uxoribus regum, cum illis bonū & honorē & diuitias habiturus: sed si fuerit ibi in natiuitate nocturna, exibit de loco suo, & erit in suis itineribus fortunatus & diues & abundans, & fortè custos erit substantiæ mulierum, habiturus inde fortunā & bonum, & ad hoc erit custos legis. Itē si Mercurius fuerit in nona domo orientalis, natus erit physicus uel diuinus, & ostentet se religiosum, & extrahet & addet multa facta: & si ibi fuerit Luna in natiuitate diurna, erit miser in tota uita sua, et indigens ac laboriosus in itineribus suis, & accident in eis impedimenta, & fortè conijciet̄ in carceribus, & ipse se liberabit mediante pecunia. Et si Caput ibi cū Sole fuerit, uel cum Luna aut cum Marte, anxietates & labores uel interfectionem significat. Si quando dominus nonæ fuerit in ascendente, natus erit bonæ legis & uoluntatis, insinuet se in hominum amicitiā, sapiens decretorū, uiator inde honestum quęstum habiturus. Sed si fuerit in secunda, habebit iter eundum substantiā, & in itineribus lucrabitur. Et si in tertia, habitabit cum mulieribus extraneis, & migrabitur de loco suo. Sed in quarta, parētes habebunt infirmitatē absconditam & occultam, & ipse in itineribus morietur. Etiam si in quinta, habebit filios extra regionem suam, & gaudebit illis, & ipsi honorabunt eum. Et si in sexta, lucrabitur ex seruis & iumentis, & infirmabitur in itineribus: sed si sanus in itineribus fuerit, recipiet damnum ex causa seruorū suorum. At si in septima, uxorem habebit bonam & bene morigeratam, & erit obediens ei: & si his ita habentibus adfuerit fortuna, erit uxor illa custos legis eius. Sed si in octaua, maximam habebit cupiditatem substantiam aggregandi, & propter hoc itinera faciet. At si in nona, erit paucorū itinerum, occupatus in suis negocijs ac in dando & accipiendo, & custos suæ legis. Sed si in decima, coniungentur fratres eius cū mulieribus honoratis de domo uel ꝓgenie regis. Et si in undecima,

erit

erit ab amicis dilectus, & bonę ſocietatis ipſis, & rectus, modo ipſi opportuni, & contingentur fratres eius cum mulieribus extraneis. At ſi fuerit in duodecima, erit malli genij & fidei, nec Deum nec eius dicta timebit, gracilis erit & macri corporis, maleuolus ſuis fratrib. & amicis, malæ legis & credit quòd in ea ſit ueritas. Quin ſi Saturnus fuerit cum dño nonæ in duodecima domo, natus necabitur & morietur in mari uel flumine, ſecundũ ſignum triplicitatis aqueæ, & ſecundum potentiam quam habet illud ſignũ in aliquibus maribus uel fluminibus, quæ diſtingues & iudicabis. Et ſi fuerit ibi Mars uice Saturni, intrabunt latrones domum eius, & deprædabuntur eam. Pars itineris accipitur de die & nocte à gradu domini nonæ domus in gradum ipſius nonæ domus, & proiicitur ab aſcendente: unde ſi hæc pars fuerit in quarta figurę, & eius dominus in altera, multa itinera & diuerſa ſignificat in diuerſis partibus: etiam ſi fuerit in aliquo angulorũ, ſignificat multa itinera: etiã ſi ad hoc fuerit fortunatus, lucrabit in itineribus ſuis: ſed ſi infortunatus, damnũ feret in itineribꝰ & capiet. Etiã ſi hæc pars fuerit in ſexta uel duodecima, & ipſa fuerit infortunata, capietur & ligabitur & in carceribus conijcietur in itineribus, et infirmabitur. In ſumma confer & teſtimonia pete à ſignificatione domini nonæ domus cum ſignificatione huius partis in ſubſtantia itinerum. Pars nauigandi per aquam accipit de die à gradu Saturni in decimumquintum gradum Cancri, & de nocte è contrario, & proiicitur ab aſcendente: & ſi hæc pars fuerit cum fortunis in ſignis aqueis, ſignificat quòd eundo per aquam habebit quod uoluerit, nec ibi recipiet damnum: ſed ſi cum infortunijs, damna & grauitates habebit. Præterea ſi Saturnus fuerit in decimoquinto gradu Cancri, idem gradus & gradus aſcendens erunt ſignificatores ibi: unde aſpice ſtatum eius, & de fortunis & infortunijs iudica diligenti facta examinatione. Pars religionis accipitur de die à gradu Mercurij, & de nocte è conuerſo, & proiicitur ab aſcendente: unde ſi hęc pars uel eius dominus fuerit cum domino aſcendẽtis, uel cum almutez aſcendentis, aut cum aliquo ſignificatorũ aſcendentis, ſignificat ꝙ natus erit religioſus, iuſtus & caſtus, maximè ſi aſpexerit eum Iuppiter uel cum eo fuerit: & fortunę ſignificãt bonum, maximè ſi quando pars tali modo fuerit fortunata & eius dñs ſimiliter: at infortunia ſignificãt contrariũ. Aphoriſmi huius cauſę. Si Mer. fuerit in nona in natiuitate nocturna, natus erit ſapiẽs & philoſophꝰ ac bonæ legis, obediẽs Deo & eius mandatis, dilectus & laudatus propter hoc ab hominibus. Si qñ dñs nonę domus fuerit in aſcẽdẽte liber ab infortunijs, ſignificat ꝙ habebit bonũ ſtatum & lucra in itineribus. Etiã ſi qñ dñs aſcendentis fuerit in nona, natus erit multorũ itinerum, & ibit per terras extraneas loquendo de ſcientijs: & ſi ibi fuerit liber ab infortunijs, ſapiens & intelligibilis erit. Etiam ſi dñs nonæ applicuerit ei & fuerit fortunatus, erit caſtus & religioſus ac bonę uoluntatis & credulitatis firmę: at ſi applicuerit ei & ipſe infortuniũ, ſignificat damnum in lege & dubium in ſua credulitate, nõ dabit ſibi quietem moleſtiarum & laborum, nec de laboribus ſuis utilitatẽ uel lucrum habebit. Imò ego dico quòd ſi quãdo Saturnus fuerit in nona in aliqua dignitatũ ſuarum, uel in aliqua domorũ ſuarum, ſignificat religionẽ, caſtitatem, bonam credulitatem, & firmam legem: ſed ſi dominus nonæ ſeparatus fuerit à domino aſcendentis, non cogitabit de lege nec curabit de ea: at ſi dominus nonæ applicuerit domino aſcendentis, erit multorum itinerum, cogitans de lege & rebus ſuis. Item ſi ad hoc dñs nonæ fuerit infortunium, non perueniet ad completam credulitatem in ſua lege. At ſi dominus aſcendentis ſeparatus fuerit à domino nonę, erit paucorum itinerum, firmus in lege, ſeruabit & cuſtodiet eam, non tamen diliget ipſam. Si quando Iuppiter applicuerit ad partem legis, erit ueridicorũ ſomniorum, felix & lucroſus in his quæ facit: ſed ſi Saturnus fuerit ibi in natiuitate diurna, erit malę legis: ſi uerò Merc. fuerit in duodecima domo, natus erit ſapiens, philoſophus, & mercator. Hoc idem ſignificant ſi fuerint in ſexta, & etiam ultrà, quia erit bonæ rationis, & quic quid ſciet bene proferet. Melior ſtatus Mercurij in hac ſignificatione, eſt quando apparet extra radios & ipſe orientalis, ſed ſi fuerit occidentalis, tuebitur ueritatem & rectitudinẽ in decretis, & in fouendo ius in cauſis matrimonij & mulierum.

De decima domo & eius ſignificationibus.

Cap. X.

SI quando ſcire uolueris ea quæ accident nato ex parte regis, amplitudinis, nobilitatis, officiorum & magiſteriorũ: primùm aſpice & pete hoc à domino

a domino triplicitatis decimæ domus primo, & si eum inueneris in bono statu, fortem, exaltũ & fortunatũ, & si fuerit in medio cœli uel in ascendẽte, natus habebit dignitatem, officia, & dominia: reget gentes ac habebit potentiã super eos, habebit dominium & eminentem gradum & utilitatẽ à rege, & de rebus eius, & quia adhæret ei: sed si significator fuerit in diuerso statu, accident nato impedimẽta, anxietates ex parte regis, & propter res ipsius, & quia adhæ sit ei, & semper erit afflictus & timidus ex parte regis ac spretus, & propter eum amittet res suas. Etiam si secundũ dominum triplicitatis huius domus inueneris fortem et liberum, natus erit bonorũ & magnorum factorum, nominatus, & proficiet in factis suis: sed si fuerit cadens ac malignus in malo statu, erit timidus & faciet mala & turpia facta. Quin si dominus triplicitatis tertius fortunatus fuerit fortis & firmus & clarus, natus erit nobilis, sublimis, laudatus & nominatus secundum naturam domini triplicitatis: sed si fuerit in diuerso statu, erit utilis & debilis, & nullius æstimationis secũdum naturam domini infortunantis. Si quando signũ medij cœli fuerit ex signis igneis, maximè si fuerit Leo uel Aries, & Sol in eo, & pars regis fuerit in aspectu fortunarum, natus sine ulla dubitatione rex erit. Similiter si quando pars fortunæ euaserit sub radijs Solis, & ab infortunijs pura, ac libera à planetis qui sunt inimici & cõtrarij loci in quo ipsa fuerit, & fuerit in aspectu fortunæ completæ ac fortis & dati completi, sine aspectu infortunij abscindentis uel damnũ inferentis, natus erit rex saluus, securus, mansuetus, & pius. Si quando pars fortunæ fuerit in bono loco & in aliquo signo ex signis regalibus, & Sol in medio cœli in loco altitudinis & in bono statu ab ascendente, & similiter pars regis fuerit bona & aptata, & fortunę aspexerint ibi, natus erit rex: etiã si infortunia aspexerint ibi, dummodo sint constellationes prædictę, non poterũt multum deprimere statum nati, nec eum uilem facere, & quanquã depellant eum à statu regis, habebit tamẽ dominiũ, imperabit gentibus, uel erit alcaydus aliquarũ ciuitatum uel castrorũ in præcipiẽdo, & prohibẽdo, potentiam ac dominiũ habiturus. Si quando pars regis fuerit in aliqua domorũ Martis, & aspexerit eam Mars de bono & forti loco, & ambo in locis amplis regũ, & aspexerit eos Sol, & pars fortunæ fuerit in bono loco, fortunis aspicientibus eã de bonis & fortibus locis, natus erit dñs militum & dux exercituũ et præliorũ, et ibit cum militibus et exercitibus pugnatũ cum inimicis regni: securus erit ac boni cõsilij in operibus suis, uictoriosus et felix in suis prælijs, ac in eis sapiẽs et mãsuetus: sed si ibi aspexerint infortunia, erit inferioris gradus, quia erit dñs aliquorũ militum: at si omnes hi significatores fuerint deptĩ, erit miles ab uno clipeo, aut erit monterius iustitię, uel pedes algazilis, uel quod his assimilat. Etiam si qñ Iuppiter fuerit in bono et forti loco, et in signo medij cœli aspiciens partẽ regis, et ipsa in bono et forti loco et recepta à dño domus suæ, et pars fortunæ fuerit in bono loco aspecta similiter à dño domus suę, et ibi aspexerit Sol qui est significator regis generaliter, natus erit alcaydus uel iudex sapiẽs et mansuetus et prouidus: at si Iuppiter fuerit in medio cœli peregrinus, et aspexerit eum Sol à loco debili et depresso, erit pedes alcaydi uel iudicis. Verumenimuero si Iuppiter fuerit in medio cœli nullam habens dignitatem ibidem, et Sol non aspexerit eũ, aut aspiciat eum de quarta uel oppositione, natus sua industria faciet se dñm, et pcipiet genti ex parte religionis. Scito ꝙ si Mercurius non fuerit aspectus à Ioue, quod natus nullam fortunam in notariatu neq; numero neque Arithmetica habebit. Similiter Mercurius non habebit significationẽ in regno neque dñm, nisi fuerit iunctus cum Sole, et aspexerit eũ Iuppiter amico aspectu, et aspexerit partem regis. Vnde si quando Mercur. fuerit in signo medij cœli, et illud signum domus eius, et ipse occidentalis remotus à radijs uel in corde Solis, et aspexerit eum Iuppiter amico aspectu uel cum receptione, natus erit dominator inter notarios et scribas reseruans redditus regis, aut erit cancellarius uel consiliarius regis. At si Mercurius fuerit cadens, nec eum aspexerint fortunæ, et ipse in aspectu Saturni, erit mensurator terrarum, aut æstimator annonæ et frumenti, aut collector rationum regis, et quod ex hoc proueniet modicum erit et utile. Si quando dominus medij cœli applicuerit ad dominum ascendentis, et fuerit mutua receptio inter eos, natus erit homo quo indigebit rex, et exponet se in eo, ac accedet ei ut præcipiat et procuret reditus suos et reget populum, et ex hoc utilitatem habebit, et erit in hoc fortunatus et amatus et felix. Etiam si quando dominus

ascendentis

aſcendẽtis applicuerit ad dominum medij cœli, natus ibit ad regem ſuo ſtudio & labore, & utilitas ac damnũ quod inde habebit, erit ſecundũ receptionẽ (ſi recipiat) quę fuerit inter eos, & ſecundũ fortunas & infortunia quæ ibi fuerint uel aſpexerint. At ſi dñs domus regis ſeparatus fuerit à dño aſcendẽtis, natus ſtudebit & laborabit ire ad regẽ, aut peruenire ad dñium & gradũ, ſed erit infortunatus & uix ſuccedet. Sed ſi dominus aſcendẽtis ſeparatus fuerit à dño medij cœli, adhærebit regi & habebit dñium, tamẽ illud per ſe relinquet propterea quòd negligit̃ à rege nec defendit̃, timebit regẽ, & ad eum ægrè proficiſcetur poſt dñi abdicationẽ. Si quãdo dominus aſcendentis fuerit in ſigno medij cœli, & illud ſignum fuerit domus uel exaltatio aut terminus uel triplicitas eius, & Sol aſpexerit ibi de forti & bono loco, & pars regis & pars fortunæ ambæ fuerint in bonis & fortibus locis, natus habebit dominiũ & nobilitatẽ & altitudinem in loco & regione ſua, & præcipiet uillæ in qua ortus eſt: & ſi ſignum illud ad hoc fixum fuerit, nec ipſum aſpexerit aliq̃d infortuniũ damnificãs illud, dominiũ q̃d habebit in uilla durabit in omni eius uita. Si q̃n pars regis & dñs decimæ domus, uel alter eorum fuerit in aſcendente, natus habebit dominiũ & potentiã in pueritia ſua: ſed ſi fuerit in medio cœli, habebit illud quãdo fuerit in ætate media: at ſi fuerit in ſeptima domo, in ſenectute ac fine uitæ. Idem ſimiliter dices ſi fuerit in quarta domo: nam aſcẽdens pueritiã ſignificat & initiũ uitæ, quarta domus finem uitę, & ſeptima domus ſenectutem & occaſum. Quicunq; in ſua natiuitate habuerit fortunas fortes & in bonis ſignificationibus, & infortunia non habentia uirtutẽ, erit dum uixerit fortunatus: & quicunq; habuerit in natiuitate ſua manifeſtas ſignificationes miſeriæ, & ſi fortunæ non fuerint fortes in ea, dum uixerit miſer erit. Quicunq; in radice natiuitatis ſuæ habuerit ſignificationes ſuppreſſionis, nunq̃ perueniet ad dominiũ niſi ob magnam potentiam & magnam ſignificationem cœli. Quicunq; in radice natiuitatis ſuę habuerit ſignificationes regni ac dominij ex modica & debili ſignificatiõe, ad dominiũ & regnum perueniet. Quicunq; habuerit Solem in natiuitate, aut partem regis uel partẽ fortunæ, aut dños triplicitatis Solis in natiuitate diurna, uel dominos triplicitatis Lunæ in nocturna in medio cœli, perueniet ad regnum & dominiũ & altum gradum, & erit dominiũ & potentia illa ſecundum poſſe illius planetæ & illius partis, & ſecundũ fortunia eorũ, & ſecundũ quòd receperint dominum aſcendentis uel eum abhorruerint. Omnis planeta exiſtens dñs aſcendentis ſi fuerit receptus à Sole & à domino medij cœli, ſignificat quod natus erit laudatus & honoratus à rege, & quòd habebit ab eo dominiũ & altitudinẽ & altum gradum ac utilitatem, & erit ſecretarius eius. In ſumma ſi perfectè talia ſcire uelis, reſpice ad ſignum decimę domus & eius dominũ, ad partem regis & eius dominũ, ad Solem in natiuitatibus diurnis, & ad Saturnũ in nocturnis, et ille qui fuerit dominator inter eos ſi fuerit in domo ſua, & inter ipſum & dñm aſcendentis fuerit aliqua applicatio uel cõmixtio uel conuenientia, ſignificat quòd natus habebit bonum & fortunã à rege: ſed ſi nulla cõmixtio uel cõueniẽtia fuerit inter eos, natus erit remotus à rege, nec habebit ab ipſo neq; per eum aliquã utilitatem uel lucrũ. Præterea ſi in iã dicto modo dubitas, & uelis illud certius ſcire, incipe à gradu medij cœli & progredere uſq; in gradum domini eius aſcendẽdo, & q̃ prouenerit proñce ab aſcendẽte, & ubi applicuerit numerus animaduerte: nam ſi fuerit in bono aſpectu aſcendentis, & dñs aſcendẽtis habuerit cum eodem in hoc loco cõmixtionẽ amicabilẽ uel aſpectum, ſignificat quòd natus diliget adhærere & ſeruire regi, & ingeret ſe in eius officijs: ſed ſi fuerit in diuerſo ſtatu, natus abhorrebit cauſam regis & ei ſeruire. Illud idem ſignificat quoq; dñs aſcendentis, ſi fuerit in oppoſito eiuſdẽ loci aut in quarta, uel ſi idem aſcendens fuerit in tali aſpectu. Adhęc in cauſa regis incipe à dño aſcẽdentis & domino medij cœli, & ſi ambo ſe aſpexerint, natus habebit nomen & profectum ex parte regis. Etiam ſi dominus aſcẽdẽtis applicuerit dño medij cœli, natus conabit̃ adhęrere regi, et ab eo & per eum lucrum & cõmodũ accepturũ ſe ſperabit. Si dominus cœli applicuerit dño aſcendẽtis, rex indigebit nato ac perquiret & petet eũ, & natus habebit ab eo & per eum utilitatẽ & altitudinẽ magnã. Poſtmodũ aſpice applicationem quæ eſt inter eos, & ſi fuerit ab angulis, maximè ab aſcendente uel medio cœli, ſignificat altitudinem & nobilitatem magnam, et habebit ibi officium nominatũ et magnũ. Si dñs aſcendẽtis fuerit in angulo, et dominus decimę domus cadens, natus

per

per se nominatus erit, tamē officiū ꝗd subibit erit paruę æstimatiōis & uile. Si dñs medij cœli fuerit in angulo, & dñs ascendentis cadens, natus erit in alto officio & dñio magno, ipse tamen de se non erit cognitus nec nominatus. Si dominus ascendentis & dñs medij cœli cadentes fuerint, natus erit uilis & abiectus, & paruæ æstimationis, & administrabit officium humile & uile. Si qñ dñs ascendentis fuerit in medio cœli, natus erit in domo regum & clarorū hominū. Si quando dominus ascendentis fuerit cum domino medij cœli, natus obtinebit primatum in domo regum & nobilium. Si quando dominus ascendentis fuerit in tertio domini medij cœli uel sextili, erit amor & conuenientia inter regem & natum: sed si fuerit in quarta uel opposito eius, accident ei ex parte regis anxietates & grauamina & labores. Item si inter dominū ascendentis & dominū medij cœli nulla fuerit applicatio, aspice ad dominū ascendentis ad Solem, et si dominus ascendētis applicuerit Soli, uel Sol domino ascendentis, natus habebit familiaritatē cū regibus, lucrabit & erit fortunatus cū eis & cum nobilibus, maximè si applicatio ipsa fuerit de bonis locis: etiā si applicatio fuerit de quarta uel oppositiōe, habebit qd authoritatis cū regibus, et ingeret se rebus & officijs eorū, & ab eis lucrabitur substātiā: tñ ex his ei anxietates accidēt et labores. Etiam si applicatio de tertio fuerit uel sextili, habebit amorem & cōuenientiā cum regibus, lucrabit substantiā & diuitias & honorem et altitudinē ex eisdem. Si dñs ascendētis fuerit corporaliter cum Sole, natus erit à secretis regis, confidet in dictis eius rex, lucrabitur ipse honorem & altum gradum, diliget eum rex & suas committet ei rationes. Stella quæ dicitur Burceycaytit, significat altitudinē & fortunā: unde si qñ ascensio eius acciderit cum fortunis, auget sua felicitate et bono suo: et si cum infortunijs, minuit de malo et eius infelicitate. Si dominus ascendentis fuerit de planetis altioribus, & ipse in medio cœli, & dominus medij cœli applicuerit ei, natus uterē hominibus præsentibus, & habebit quid sublimitatis cum rege ac nobilibus, & ipse nobilis erit. Si dñs ascendētis fuerit de planetis inferioribus, & ipse in medio cœli, & dñs medij cœli applicuerit ei, natus seruabit redditus regis, & semp erit regi subiectus. Si qñ dñs ascendentis applicuerit alicui Luminarium, uel aliquod Luminare ei, natus habebit quid eximij cum regibus: & si applicatio fuerit cum receptione, habebit ab eis bonum, diuitias & honorē: sed si nō fuerit receptio, non habebit magnam utilitatē ab eis. Rursum aspice planetā cui applicat dominus ascendētis, uel qui applicat domino ascendentis, & ab eo scies honorē & potē tiam nati. Nam si applicatio fuerit ad planetam existentem in exaltatione sua, natus habebit quid apparētiæ cum regibus & nobilibus, & ipse nobilis erit: sed si applicuerit planetæ qui sit in domo sua, erit cum hominibus in terra sua laudatus, & ipse laudabitur præcipuè. Cętera iudicabis à termino & triplicitate secundū hanc uiam, descendendo per gradus exaltationis & domos. Tandem respice ad partem magisterij et eius dominum, et si inueneris eum in bonis et liberis locis ab infortunijs, natus semper negocioſus erit, nec unquā ocioſus stabit. Similiter si quādo dominus ascendentis et dñs partis fuerint in angulis ab infortunijs liberi, natus multum negocioſus erit, nec unquam ocioſus stabit. Denicp, ut finem faciam, respice ad applicationē Lunæ, (quia magnę est significationis) et si applicuerit planetæ qui sit in exaltatione sua, natus erit altitudinis et ualoris magni et in claro gradu, maximè si idem planeta fuerit in angulo: etiam si applicuerit planetę qui sit in domo sua, significat illud idem licet minus ꝗ in exaltatione: similiter etiā dices in termino minus, et in triplicitate minus. At si Luna fuerit cursu uacua, natus ocioſus erit nec habebit quid facere, diliget ire per mōtes et deserta. Insuper etiam aspicies naturam signi in quo uersabitur Luna, et miscebis eam cum hac significatiōe, et iudicabis secundum quod inueneris, et certificaberis Deo fauente.

De magisterio nati & qua uitæ conditione magis delectetur. Cap. XI.

PRopensionē nati et eius uoluntatē in magisterijs et operib. suis, scies à planeta significante res illas: quia status eius in magisterijs et operibus suis, erit secundum statum significatoris ipsius et eius fortunā. Et nota quòd planetæ significantes magisteria, sunt planetę existentes in ascendente uel medio cœli orientalis à Sole & occidētalis à Luna, et planeta cui applicat Luna quando separatur à coniunctione in natiuitatibus diurnis, uel à parte fortunæ in nocturnis: et planeta similiter cui applicat Luna hora natiuitatis. Planetæ

netæ ſignificantes per ſeipſos magiſteria, ſunt Mars & Venus & Merc. unde ſi qñ aliquē horū triū inueneris in aſcēdēte uel medio cœli orientalem, habentem in eodē loco aliquam dignitatem uel aliquod dominium Solis uel Lunæ, ſignificat nobile & magnum & bonum magiſterium, & ꝙ erit celebris & laudatus in ea: & illud magiſteriū erit ſecundū naturam planetę qui fuerit ſignificator. Sed ſi nullus horum trium planetarum fuerit in aſcendente uel medio cœli, ſed fuerit in angulo terræ uel occidentis, ſignificat in magiſterio minus altitudinis iā dicto, & ꝙ magis ocioſus erit. Si uerò nullus horum planetarum fuerit in aliquo dictorum locorum, accipe ſignificationē magiſterij nati à domino ſigni medij cœli, ſi natiuitas fuerit diurna, uel à planeta cui applicat Luna, ſi fuerit nocturna, maximè ſi habuerit aliquod dominiū partis fortunæ: ſed ſi Luna nullam applicationem habuerit, aſpice hoc à planeta à quo ſeparatur Luna, uel ab eo qui fuerit dominus domus aut termini in quo fuerit, uel partis fortunæ: nā qui horum fortior & potentior & in meliori loco uerſaꝫ, erit ſignificator magiſterij. Aſpice ſimiliter in natiuitatibus diurnis & nocturnis ad dominos triplicitatis Luminaris temporis, & ad dominum termini Luminaris ipſius, & ad dominum medij cœli, & qui eorum habuerit maiora teſtimonia ac fortiora, & in meliori loco fuerit, magiſterij ſignificator erit. Si quādo Mercurius magiſterij ſignificator fuerit, & habuerit ſignificationes in natiuitate, ſignificat quòd natus erit diues et abundans ac in bono ſtatu: iudica etiamꝙ erit peritus numerorū & ſcripturarū, intelligibilis & acutus & mercator, & nitetur habere cognitionem dandi & accipiēdi, & erit bonæ uitæ: ſed ſi aſpexerit eū Saturnus aſpectu amico, natus uiuet ex ferraria & ſatione & cultu terrarū. At ſi aſpexerit eum Iuppiter, erit ſcriba, peritus decretorū & legis, honoratus & laudatus à regibus & nobilibus. Et ſi aſpexerit eum Mars, erit phyſicus aut pronoſticator uel nigromanticus & deceptor hominum per multos modos. Etiam ſi fuerit cū Sole dummodo non ſit combuſtus, natus erit nobilis magiſterij, multorum doctumē torum, ſcriba regis honoratus & laudatus ab eo. Si uerò aſpexerit eum Venus, natus erit in ſeruitio reginarum uel clararum mulierum, laudatus & honoratus per eas, & ꝙ ipſas lucrabitur ſubſtantiam & honorē, & fortè peritus erit in muſica, bonus cātor, inuentor ſonorum & cantionum, maximè ſi quilibet eorum fuerit in domo alterius: uel fortè erit ſaltator & choriſantium ductor, uel turbator aut ioculator: & erit in his omnibus ſapiens & ſubtilis. At ſi aſpexerit eū Luna uel cum eo fuerit, erit philoſophus ſapiens, bene doctus & fortunatus. Si quādo aliqua duarum fortunarum aſpexerit planetam ſignificatorem magiſterij, eo exiſtēte in bono & forti & dominabili loco, ſignificat bonum magiſterium cum lucro & quiete ac bono: ſed ſi quādo aliquod infortuniorum aſpexerit eundem planetam, & ipſe in forti & dominabili loco, ſignificat magiſterium laborioſum & anxium. Etiā ſi quando annus radicis aſcendentis peruenerit ad ſignum medij cœli, et fuerit aliquis planetarum ſignificātium magiſterium in eodem, natus renouabit ſuum magiſteriū illo anno, quod erit ſecundum naturam illius planetæ, & ſecundum planetas qui habuerint commixtionem cum eo.

De audacia & metu. Cap. XII.

NAti porrò audaciam et metum ſi ſcire cupias, aſpice & ſi quando pars fortunæ fuerit cum Marte et Ioue, ſignificat ꝙ natus erit audax & fortis corpore, miles ualens, alcaydus cognitus et nominatus in limbus et bellis, & felix in eis. Si quādo pars audaciæ fuerit in aliquo angulorum in aſpectu fortunarum, & eius dominus ſimiliter, maximè ſi fuerit in aliqua domorum Martis, aut in domo Solis, uel Luna fuerit in domo Martis aut Solis ſiue Iouis, & aſpiciat Martem uel Solem, natus erit alcaydus militum. Similiter ſi quādo aliquod Luminarium fuerit in domo Martis, & aſpiciat partem prædictā & eius dominū de tertio, natus erit dominus militū. Si quando Sol fuerit in aſcendēte & Luna in 10. uel Luna in aſcendente & Sol in 10. natus erit ualens & audax ad fundendū ſanguinē, et habebit dominiū. Similiter ſi quando aſcendens fuerit ſignum maſculinum, & ambo Luminaria in ſignis maſculinis, & dominus aſcendentis in ſigno maſculino, & Mars in angulo, natus erit audax & ualens corpore ſuo, crudelis & cupidus interficiendi, maximè ſi pars audacię fuerit cū Marte in nona domo uel tertia, qa hoc etiā ſignificat audaciā. Si quando pars fuerit cū Marte in nona domo uel tertia, natus erit crudelis & ſine pietate. Melior ſtatus & omniū maximè fortunatus in militia

est,si sit Iuppiter aspiciens Martẽ amico aspectu,& si cum hoc aspectu fuerit receptio:ibi enim natus erit nominatus & laudatus inter alcaydos & dominos militum. Si quando pars audaciæ fuerit cum Saturno aut in eius quarta uel opposito, natus subducet se ab alcaydis & militijs. Si qñ Mars fuerit in signo aqueo,natus erit timidus in militijs & talibus rebus. Natus omniũ audacissimus erit, si qñ Mars fuerit in angulo, et maximè si fuerit in Ariete uel eius triplicitate: quoniã si quãdo Mars fuerit hoc modo,natus abhorrebit omnes homines, & habebit magnum desiderium interficiendi,feriendi,& fundendi sanguinem. Similiter si quando Mars fuerit in domo Lunæ,significat ꝙ natus abhorrebit gentem,& habebit uoluntatem interficiendi et feriendi. Si qñ Mars fuerit cum Merc. in medio cœli,natus erit notus & manifestè habitus pro latrone & malefactore. Si quãdo Mars fuerit cum Mercurio in angulo, & ambo sub radijs Solis,natus erit latro & grassator itinerum manifestus, ac habitus in ciuitatib. & locis pro tali. Etiam si Mars fuerit cum Luna in angulo,& ambo sub radijs, natus erit latro ex illorum numero qui se abscondunt & furant̃ de nocte,& qui mutant formam: sed si Mars solus fuerit in angulo, natus erit miles audax & dominus militum. Si quando Mars fuerit in ascẽdente, natus erit malè loquẽs,& loquetur de rationibus rusticanis & turpibus ac malis fornicationib. In summa dico ꝙ homines habent gradus in naturis & in radicibus naturarũ suarum,& ordinationes in quibus morantur, & natiuitates antiquas in primis radicibus suis,à quibus proueniunt potentes ac debiles: unde ille cui cõuenit forma natiuitatis suæ cum potentia radicis suæ naturę,erit cõpletus & perfectus inter progeniem suã & suos consimiles: et ille qui fuerit debilis radicis,& eius natiuitas fuerit fortis & bona & potẽs,exsurget de ipsa uilitate & habebit altum gradum de sua conditione,taliter ꝙ erit altior & honorabilior ꝙ̃ progenies & consimiles sui:(non tamen fiet seruus rex neq; rex seruꝰ)& ille qui aptus fuerit ad regnandum,regnabit si habuerit testimonia planetarum significantiũ nobilitatem & regnum:& ille qui aptus non fuerit ad regnandum non regnabit, licet in natiuitate sua habeat testimonia nobilitatis et altitudinis. Verum est quod status hominum permutatur,et depressus extollitur et deprimitur exaltatus, non tamẽ depressus perueniet ad gradum regis propter potentiam testimoniorum altitudinis & nobilitatis & natiuitatis suæ: quoniam radix regni est in progenie regis. Similiter etiam uidere est in natiuitatibus aliorum animaliũ, quia nunquam erit lupus ceruus,neq; canis equus,neq; equus canis, tametsi lupus habeat natiuitatem claram & fortem & talẽ, quòd seruiet homini, qui præparabit ei cibum et suo tempore offeret ei,nec lupus opus habebit circuire & quærere ultrà quod comedat: ut illis qui sunt Florentiæ euenit & alibi. Et canis potest habere fortem natiuitatem & fortes stellas, ex quarum beneficio erit altus & honoratus inter alios canes,adeò ꝙ rex retrahet eum ad se & cooperiet eum pãnis & uestibus suis. Similiter homo si quando habuerit malam natiuitatem,& infortunatam & significantẽ infortunium & laborem,erit miser, nullius æstimationis,pauper et indigẽs,licet illi de progenie eius sint diuites & abundantes. Si qñ dominus ascẽdẽtis fuerit in decima domo, natus erit in domo regum honoratus,& lucrabitur substantiam & diuitias: & si dominus decimæ ad hoc applicuerit ei, rex diliget eum,& pelliciet eum ad se. Si dominus ascendentis applicuerit domino decimę domus,natus,pcurabit & laborabit quomodo uiuere queat in domo regũ: sed si separatus fuerit,abhorrebit uiuere in domo regis et subducet se inde. Quicunq; habuerit in sua natiuitate Martem & Venerem in sexta domo,erit physicus, sapiens & intelligens: & si Mercurius adfuerit retrogradus & adiungens se Veneri regradando, natus erit locator bonus & cantor et intelligibilis in hoc. Porrò si uolueris intelligere et discernere omnia magisteria quæ natus habere potest,et quæ ei conueniunt, et cuiusmodi magisteria eligere debeat,et ex quibus sufficienter uiuet,inuenies distinctum in libro nostro,qui est nominatus Liber signalium astronomiæ. Si quando Venus fuerit in ascendente habens ibi aliquam dignitatem,natus habebit dominiũ, et induet nobiles pannos de seta et auro,et portabit annulos magni precij,et erit thesaurarius regum intelligens et sapiens in subtilibus operibus. Si quando dominus ascẽdentis ab ascẽdente applicuerit alicui planetæ in decima domo recipiendo eũ, significat quòd apud regem perueniet ad altum gradum et honorẽ magnum, maximè si planeta idem

fuerit

fuerit in domo uel exaltatione ſua: tamen ſi planeta ille fuerit in ſuo caſu, perueniet quidē ad honorē, ſed erit malæ famæ & malus in lege ſua. Si quando Venus fuerit in aſcendente non exiſtens in domo ſua, & ſignum fuerit terreum uel aqueum, natus erit tinctor uel pictor: & ſi ſignū fuerit quadrupedum, erit iumentorum curator & director eorum: & ſi ſignum fuerit duorum corporū, erit cocus uel tabernarius. Si quādo Mercurius fuerit in aſcendente, natus erit geometra & aſtrologus & ſcriba: & ſi Iuppiter aſpexerit eū uel ab ipſo fuerit fortunatus, erit theſaurarius regis & honoratus ab eo: illud idem eueniet, ſi aſpexerit eū Sol: & ſi Mars aſpexerit eum de quarta uel oppoſitione, uel iūctus fuerit corporaliter cum eodem, malū erit affixius & certius: & ſi aſpectus ille fuerit amicus, erit audax in factis & operibus ſuis: ſed ſi Mars nō aſpexerit eū, & fuerit in aſcendente Mercurius, congregabit ſubſtantiam multā, & erit homo cuius dicta intelligentur, & fient eius mandata, ac erit à ſecretis regū, bonæ rationis, bene loquēs, bonorum uerborū, bonæ memoriæ, acutus & intelligens. Si quando Saturnus fuerit in decima domo in natiuitate diurna, eo exiſtēte in domo uel exaltatione ſua, natus erit diues & abundans, & habebit magiſteria nobilia & magna, & erit in ſenectute ſua melior & laudabilior q̄ in pueritia, malè tamen copulabitur et paucos habebit filios, diliget ſeminare & laborare terras, & mortem leuem habebit: ſi uerò ibi fuerit in natiuitate nocturna, ſignificat uile magiſterium, anguſtiam & deficiētem uitā ac damnū ſtatus patris & matris ſuæ: etiā ſignificat malum ex coniugio & filijs, & quod ille natus erit circulator in plateis, & ſtrator uiarū uel laborator terræ, aut piſcator uel balneator. Si Mars fuerit in hac domo in natiuitate diurna, ſignificat amiſſionem & diſperſionem ſubſtantiæ parentum, & quòd natus erit miſer & anxius & indigens, & quod malè copulabitur ac paucos habebit filios uel nullum: ſed ſi ibi fuerit in natiuitate nocturna, minꝰ erit malum & damnum ipſius. Si quando Iuppiter fuerit in hac domo in natiuitate diurna, natus erit diues & honoratus cum regibus & nobilibus, filios habebit bonos & iuſtos, uxorem habebit bonā & conuenientē ſibi: ſed ſi ibi fuerit in natiuitate nocturna, minuitur de bonitate ipſius. Etiam ſi Venus fuerit in hac domo ab infortunijs libera, habebit officia magna, fidelis erit & credet̄ in eum, notitiam habebit cum nobilibus mulieribus & reginis, honoratus & laudatus per eas cōiungetur cum nobili muliere, & diliget eam ac erit fortunatus cum illa, & finis uitæ eius melior erit principio, et morietur morte leui & bono modo: ſed ſi ibi fuerit infortunium, minuetur de ſignificationibus eiꝰ. Si Mercurius fuerit in hac domo natus habebit magiſteria multa, intelligēs erit & ſubtilis, placens, honoratus & nominatus amicos habebit & filios: ſed ſi ſignū fuerit commune, nutriet filios aliorū. Sed ſi aliquis planeta exiſtens in ſuo haiz & conueniēs ei aſpexerit eum, erit homo de quo reges & nobiles confident. Item ſi Mars eū aſpexerit de quarta uel oppoſitione, credet ſe poſſe peruenire ad altitudinem & honorē, nec perueniet ſed ibit deteſtatus & cauſas habebit. Etiam ſi Saturnus aſpexerit eum tali modo, habebit magiſteria ſua in locis humidis & infirmitates humidas. Sed ſi Sol fuerit in hac domo ſine aſpectu infortunatorum, erit multū honoratus & ſpecialiter à regibus & alijs, & habebit patrē & matrē honoratos, & ſomniabit ueridica ſomnia. Si uerò Luna fuerit in hac domo, maximè in natiuitate nocturna, ſignificat illud idem, & q̄ habebit potentiam & mandatū ſuper homines ac diuitias, & officia magna. Et ſi pars fortunæ fuerit ibi, uel eius dominus ſine aſpectu fortunarum, natus erit in ſuis operibus fortunatus. Præterea ſi dignitas duodenarię Solis aut Lunę fuerit in medio cœli, nobilitatem patris et matris nati ſignificat. Etiam ſi Caput fuerit in hac domo cum Luna et Ioue ac Venere, ſignificat magnam fortunam, & q̄ erit cum regibus et nobilibus honoratus et laudatus ab eis, et lucrabitur cum eis ſubſtantiam multam. Sed ſi Caput ibi fuerit cum Marte et Saturno, et ibi aſpexerint Iouem et Venerem et Solem, erit de uili magiſterio, et ipſe uilis et abiectus erit, uel ſeruiet gayetis, et quicqd ſubſtantię lucrabitur auferet ei rex: qui corporis erit mācus ac mutus, et morietur ſuffocatus uel occiſus. Si Cauda fuerit in hac domo cum Ioue ac Mercurio, miſer erit ac ſubſtantiā ſuam deſtruet, multa impedimēta habebit, mater eius erit multum debilis et infirma: ſed ſi Mars aſpexerit ibi, accidēt ei impedimenta et anxietates in iuuentute ſua, et poſtmodum dirigetur et melius procedet factum eius, et congregabit multam ſubſtantiam ex prædatione et mala arte, no-

minatus ac laudatus nomẽ feret audacis & ualidi. Etiã si Saturn⁹ & Venus soli fuerint in hac domo, bonũ & diuitias habebit, tamen non habebit fortunam in mulieribus, & fortè uiuet annis 78: sed si Sol fuerit in ascendente & Saturnus in decima, erit laudatus, audax, intelligens & perfectus, & studebit multũ seminare & laborare terras, tamen accidet ei damnũ ex parte uxoris & filiorũ. Etiam si Mars fuerit in decima in natiuitate nocturna, natus erit laudatus, multã habebit substantiam, & erit lictor & iudex in causis capitalibus, & capitaneus militũ. Si Sol fuerit in medio cœli in signo fœminino, & Luna iuncta cum Marte in signo fœminino, natus erit castratus & effœminatus aut hermaphroditus. Si quãdo dominus decimæ domus fuerit in ascendente, natus habebit dominium, et erit in magisterijs sapiẽs & in administratione officiorũ, dabuntur ei dignitates & officia sine procuratione & petitione. Sed si fuerit in secũda, uita nati erit de muneribus regis & officijs, et congregabit per hoc substãtiam. At si in tertia, paucos habebit fratres, & ibit itinera multa. Item si in quarta, pater & mater nati erunt noti ac honorati, tamen accidet eis molestia ex causa regis. Et si in quinta, habebit filios infirmos, & fortè morientur ex illa infirmitate, aut accidet eis impedimentum ex parte regis. Si uerò in sexta, modicam habebit substantiã, uiuet de bonis quæ dabuntur ei, modicum habebit dominium, ac capiet fortes & faciet seruos ex eis. Sed si fuerit in septima, coniungetur cũ muliere ipso nobiliorem, sapiente & nobilis progeniei. At si in octaua, habebit dominium in iuuentute. Etiam si in nona, habebit dominium eundi itinera, bonæ uoluntatis erit, et morietur extra locum suũ. At si in decima, erit intelligẽs & habebit officiũ, eius uita ex officijs erit. Sed si in undecima, amici eius habebunt bonũ ex ipso, & ipse substantiam congregabit à partibus regis, & hęreditabunt substantiã suã filij eius. At si fuerit in duodecima, infortunatus erit apud regem, & accident ei ex parte eius impedimenta & damna. Pars regni & magisterij accipitur de die à Marte in Lunam, & de nocte è conuerso, & proijcitur ab ascendente: tametsi alij dicãt q̃ hæc pars accipiatur de die à Sole in Lunam, & de nocte è cõuerso, & proijciat̃ à gradu decimæ domus: quod magis probo. Vnde si hæc pars & eius dominus fuerint in bonis locis & statu, & habuerint cõmixtionẽ cum dño decimæ domus & cum dño ascendẽtis, natus habebit magnũ dñiũ, & erit cũ regibus & nobilib. uel fortè ipse rex erit. Pars regis alio modo accipit̃ de die à Sole in Sat. & de nocte è cõtrario, & proijcit̃ ab ascendente: & si Satur. fuerit sub radijs, accipit̃ de die à Sole in Louẽ, & de nocte è cõtrario. & proijcit̃ ab ascendẽte: hęc q̃ pars significat honorẽ & laudẽ & dominiũ. Vnde si hæc pars habuerit cõmixtionẽ cũ dño medij cœli, & cũ dño ascendẽtis, natus habebit magnũ dominiũ & magnã laudẽ: & si hæc pars cecidерit in signo in quo dñs ascendentis habeat aliquã dignitatẽ, natus uincet aduersarios suos. Pars magisteriorũ alio modo accipit̃ de die & nocte à Satur. in Lunã, & proijcit̃ ab ascendẽte: significat q̃ hęc pars similiter regnũ. & potentiã & ualetudinẽ nati. & magisteria ad quæ pronus est: & si hęc pars & eius dñs fuerint in bono esse & fortunati, natus habebit dominiũ & ualetudinẽ & altum gradũ, & studebit magisterijs & operibus bonis: & si ceciderit in Geminis aut in Virgine, uel in alio aliquo signorum significantiũ mores & magisteria, natus erit laudatus & honoratus ex factis & operib⁹ manuũ suarũ: qa manib. suis faciet res quæ erunt regibus opportunę & gratę, & ipse ꝓpterea erit laudatus ab eis. Item si ad hoc habuerit aliquã cõmixtionẽ cũ significatoribus domus substantiæ, lucrabit̃ ex hac parte multã substantiã: sed si fuerit separatus à significatoribus ipsis, pauper erit nec habebit ultra uictũ suũ. Si q̃n pars regis uel pars magisterij fuerit in una quarta figuræ, & eius dñs in altera, natus habebit officiũ magisteriorũ in itineribus & extra locum suũ. uel ratione itineris: & si dñs partis habuerit aliquã dignitatẽ in signo in quo fuerit, natus habitabit in illo loco extra terrã suã, in quo fuerit, & habebit uicinitatẽ ibidẽ. Pars matris accipit̃ de die à Venere in Lunam, et de nocte è contra, & proijcit̃ ab ascendẽte: hęc q̃ pars significat essentiã matris. Illud idẽ significat quoq; signũ decimæ domus, sicut signũ quartæ domus significat esse patris. Pars euasionis & uictoriæ ac defensionis, accipit̃ de die à gradu partis Cælati in gradũ Louis, & de nocte è cõtra, & proijcit̃ ab ascendẽte: & hæc est pars Iouis significans euasionẽ & uictoriã & defensionẽ, iustitiã et patientiã, legẽ & rectitudinẽ et synceritatẽ in factis suis, & iudicare inter gentem, ac bonos fines in rebus domus oratio-

nis,

nis,& res iustas quæ sunt sine deceptione. Pars audaciæ & ualetudinis accipitur de die à gradu Martis in gradum partis fortunæ,& de nocte è cõtrario, & proijcitur ab ascendẽte:estq; hæc pars Martis significãs audaciam & ualetudinem & potentiam,lites & fraudes,crudelitatem, anxietatem,latrocinium,prædationem,interfectiones et turpes fornicationes cum deceptione. Aphorismi iudiciorum & magisteriorum in quibus erit audacior. Si quãdo scire uoluerís à natiuitate in quibus magisteris & operibus natus sit magis audax & acutus & intelligens,aspice almutez ascendentis cõiunctionis uel præuentionis præcedẽtis natiuitatem,& iudica quòd natus erit intelligens in magisterijs quæ significat illud almutez: quod si fuerit in bono loco,natus habebit de magisterio suo utilitatem secũdum naturam domus in qua fuerit: sed si fuerit cadens, non habebit de magisterio suo utilitatem neq; uictum completũ. uerbi gratia:In natiuitate cuiusdam nati ascendens suæ coniunctionis præcedentis natiuitatem fuit Virgo, & Mercurius qui est almutez ascendentis coniunctionis,aspiciebat ascendens natiuitatis de Scorpione:unde iudicare debemus huic nato, quòd erit intelligens in ratione scribendi & notariatu magis quàm in alijs reb. & magisterijs. Et si aspectus ille Mercurij ad ascẽdens fuerit de bono loco & aspectu, cõiunget se & applicabit illo magisterio hominibus uiuẽtibus per arma & prælia, & lucrabitur per illud. Sed si fuerit cadens ab ascendente,nõ adiunget se nec adhærebit alicui, nec utilitatem uel lucrum habebit ex opere uel magisterio suo. Duodenaria non minori diligentia est inspicienda. Nam si quãdo Duodenaria Martis fuerit cum Mercurio, & alter eorum habeat aliquod testimonium in ascendente,natus erit audax & ualens. Et si Duodenaria Mercurij fuerit in domo Iouis,Mercurio habente in ascendente aliq; dignitatẽ,natus diliget rectitudines & eos qui tuentur eas,& abhorrebit maleficia & malefactores. Si Duodenaria Iouis fuerit in domo Mercurij, Ioue habente aliquam dignitatem in ascendente,natus erit sapiẽs in legendo leges & pius. Etiam si Duodenaria Veneris fuerit in domo Iouis,lætitiam & castitatem significat: sed si fuerit in domo Martis,significat fornicationẽ, maximè si acciderit in angulo. Etiam si Duodenaria Iouis acciderit in domo Veneris,significat iacere cum mulieribus ex cõiugio & secundum legem. Item si Duodenaria alicuius Luminarium acciderit in domo alterius Luminaris,significat bonum statũ,ualetudinem,& honorem. Sed si Duodenaria Saturni acciderit in domo Martis,anxietates & indigentias portendit:& si acciderit in domo Iouis,significat iudicare. At si acciderit in domo Lunę,significat miserias & labores. Etiã si acciderit in domo Solis, significat malum statum & malos mores status nati.

De undecima domo & eius significationibus.

Cap. XIII.

LOcis alijs absolutis tẽpus est ut aperiemus undecimam domum,q̃ si in significationibus nati adhibere uelis,respice ad dominum triplicitatis primum, & si eum inueneris receptũ & fortunatum & fortem, iudica quòd natus habebit multos amicos,& lucra & utilitatem & bonũ ex eis & beneuolis suis:sed si fuerit infortunatus & malè afflatus, natus erit solitarius & ab hominibus separatus,non habens amicitiam nec conuenientiam cum aliquo, & subterfugiet ac subducet se ab illis qui quærunt amorem & societatẽ eius. Et si dominus triplicitatis ipsius domus secundus saluus fuerit & fortis & fortunatus & receptus,natus erit fortunatus,honoratus,diues,abũdans, & in bono statu & bona uita: sed si fuerit in statu ab hoc diuerso,erit laborioſus & indigens, ac paupertatis & miseriæ manifestæ. Etiam si quãdo dominus triplicitatis ipsius domus tertius fuerit fortunatus & fortis ac in bono statu, natus habebit filios remansuros post eum in bono & diuitijs et fortuna sua: sed si fuerit infortunatus & debilis & cadens ac in malo statu,natus non habebit filios qui post eum remaneant, nec hęredem aliquem suæ generationis. Notaq; optimo omnium status in amicorum causa, est si sit dominus ascendentis receptus à domino undecimæ, eodem domino undecimæ domus existente fortuna, & in bono loco ab ascendente, & in bono statu:nam si sic fuerit,per receptionem habebit amorẽ & conuenientiam cum socijs et amicis, et per fortunam habebit utilitatẽ ex eis et ipsi ex eo: sed si quando planeta non habuerit potentiam nec fortunam,non poterit dare nec utilitatem aliquã inferre. Nota præterea q; si dominus domus amicorũ applicuerit domino ascendentis, quòd melius est q̃ si domi-

nus ascendentis applicuerit dño domus amicorũ: nã si dñs domus amicorum applicuerit dño ascendentis, habebit amicos & socios multos, qui ueniẽt ad eum et insinuent se in amorẽ eius, et habebũt eũ necessarium in magisteriis suis: sed si dñs ascendentis applicuerit domino domus amicorum, ipse perquiret amicos & eorũ amorem ambiet, & habebit eos sibi necessarios. At si dominus undecimæ separatus fuerit à domino ascendentis, natus paucos habebit amicos, & abhorrebunt eũ eius socij & amici, nec uolent adhærere ei nec uitam degere cũ eo. Sed si dñs ascendentis separatus fuerit à domino undecimæ domus, natus uilipẽdet ac abhorrebit suos socios et amicos, anteferet solitudinẽ et abesse ab his q̃ ei⁹ amicitiã et amorẽ ambiũt. Si qñ Luna nõ fuerit hylech oppositũ, gradus eius erit significator amicorũ nati, & eorũ q̃ eũ uolũtariè & ex corde diligũt: sed si ipsa fuerit hylech oppositũ, gradus eius erit significator mortis. Si quãdo domus fiduciæ fuerit fortis & fortunata, & in ea fortuna, & pars amicorũ in bono loco & statu ab ascendente, natus habebit multos amicos & benevolos, & habebit amicos ex magnis & nobilibus, & ex his qui habent potentiam & fortitudinẽ, et erit honorat⁹ & laudatus unà cũ ipsis & eorũ causa, & habebit p̃ eos utilitatẽ, diuitias, atq̃ lucra. Si quãdo pars amicorũ acciderit in medio cœli, uel in locis altis & fortib. & nõ fuerit aspecta ab aliq̃ infortunio, & maximè si acciderit in signo fixo, nat⁹ erit integer & ueridicus suis amicis, & seruabit bonã & integrã amicitiam his qui adhærẽt & associantur eidem: sed si hæc pars fuerit cadens ab angulo uel ab angulis remota, & fuerit in signo mobili uel cõmuni, natus erit proditor suorum amicorum, nullam integram seruabit amicitiam, nec erit eis firmus in amicitia et societate, et associabitur maiori ex parte cum uilibus, spretis, debilibus, atq̃ malis. Ex permutatione Luminarium cognoscitur amor inter duos et amicitia. Tu quærens animaduerte quòd scies statum amicorũ à signo undecimæ domus et domino eius, et à planetis existentibus in ea, à Venere et à parte amicorum et eius domino: unde si plures horũ fuerint fortunati, uel ille q̃ maius dominiũ habet ex eis fuerit fortunatus, significat ꝙ natus habebit multos amicos et socios, maximè si applicuerit domino ascendentis, uel dñs ascendentis eidem. Aspice ergo ad signum undecimæ, & si fortunas inueneris in eo, uel in quarta aut oppositione ipsius, natus habebit multos socios & amicos, non tamen accipiet utilitatem aut aliquod commodum ab aliquo eorum. Quando Saturnus est almutez domus amicorum, significat ꝙ maior pars amicorum nati sunt integri senes & serui. Sed si Iuppiter fuerit almutez huius domus, maior pars amicorum erunt nobiles & potentes, & habebũt dominia. At si fuerit Mars, natus maiori ex parte associabitur alcaydis & militibus, & ijs qui delectantur armis. Etiam si fuerit Sol, associabitur regibus et claris uiris. Et si Mercurius fuerit, scribis & mercatoribus sapientibus & alcaydis adhærebit. Sed si Venus fuerit, mulieribus & hominibus effœminatis sese insinuet. At si Luna, associabitur bonis & malis. In summa utilitas & damnum ꝙ ab eis consequetur, erit secũdum naturam, potentiam ac debilitatem, fortunam & infortunium planetæ qui est almutez & significator. Præterea respice ad dominum ascendentis & ad dominũ undecimæ, & ad applicationem q̃ alter habet cum altero, & fortunã & infortunia eorũ, et eorũ loca in suis signis: nam si fuerint in signis mobilibus, significant quòd amici fugient et subducẽt se ab eo, nec fidi erũt neq̃ firmi in amicitia: etiam si fuerint in signis communibus, amici associabuntur una uice ei & altera, et sic permutando abalienabunt se ab eo, nec ei erũt firmi nec stabiles in amicitia. At si fuerint in signis fixis, significant amicitiam firmã & amorem durabilem & fixum, quẽ natus habebit cum suis socijs & amicis. Si q̃ñ dominus ascendentis infortunauerit dominum undecimę, amici nati recipient malum et grauitatem ab eo. Sed si dominus undecimæ infortunauerit dominũ ascendentis, natus recipiet ab amicis & socijs grauitatẽ & malũ. At si uterq̃ horum fortunauerit socium suum, natus habebit utilitatem & auxilium à socijs et amicis, et ipsi ab eo. Si quando dominus undecimę non aspexerit undecimam domum, nec Venus aspexerit dñm domus suæ, nec dominus partis amicorum partem, natus nõ habebit societatẽ neq̃ amicitiã neq̃ recreationem cũ aliquo nec ipsi cũ eo, et diliget esse solitarius et ab hominibus separatus. Qñ in domo amicorũ est fortuna in bono statu, significat bonũ esse amicorum: sed si ibi fuerit infortuniũ, significat malum esse ipsorum, et ꝙ habebit paucos amicos. Nota ꝙ si quando fortunæ fue-

rint

rint in hac domo eis existentibus in domibus aut exaltationib. aut dignitatibus suis, significat nato bonum & diuitias magnas, & q̄ habebit officia in magnis factis & grādioribus magisterijs, ac dominiū & bonū statū. Et si quæ pars aut dominus partis, uel quiuis dominus anguli siue dñs triplicitatis ceciderit in hac domo, significat bonū in eadem sua conditione, dummodo nō sit in aspectu infortunij, neq; sub radijs neq; in eius casu. Etiam si fuerint in hac domo infortunia libera à radijs & casibus, similiter bonum significant. At si dñs huius domus fuerit in ascendente, & dñs duodecimæ in septima, natus erit in pueritia sua diues & abundans, & in senectute pauper: sed si dominus huius domꝰ fuerit in septima, & dominus duodecimæ in ascendēte, natus erit in pueritia pauper, & in senectute abundās & diues. Itē si fuerint in undecima Caput & Venus & Mercurius, natus erit fortunatus ex parte mulierū, & diligēt ab eis: & si fuerit ibi cum eis Iuppiter, habebit maiorē fortunam, & congregabit multam substantiam, & imperabit in ciuitatibus & regionibus, & erit nominatus. At si fuerint ibi Saturnus & Mercurius separatim & sine aspectu fortunæ, natus erit miser, & uita eius erit ex aduocatione. Sed si ibi fuerint Saturnus & Mars sine aspectu fortunarū, natus erit homicida & sanguinis effusor, & fortè interficiet aliquem ex consanguineis & fratrib. uel amicis suis, & in pueritia sua ei accident impedimenta & labores, multā substantiam cōgregabit, & erit in filijs fortunatus gaudium habiturus ex eis. Etiam si fuerint separati à Capite euntes ad Caudam, melius erit, & in fine uitæ suæ erit magis fortunatus q̄ in principio. Etiam si ibi fuerit Iuppiter & Venus cū Luna & Sole, natus erit fortunatus & multā habebit substantiam, & forte 78. annos uiuet. At si ibi fuerit Cauda cū duabus fortunis, diminuet & destruet substantiam suā, & si quid habuerit perdet in principio uitæ suæ, & post modum aliā substantiā congregabit & fiet diues. Item si Saturnus ibi solus fuerit, significat regnū & dñiū, si fuerit de die, tamen tardabit: & si his ita habentibus Sol fuerit in ascēdente Luna ei applicante, erit melius & firmius iudicium: sed si fuerit ibi de nocte, natus erit piger & modicæ laudis. Etiā si Iuppiter fuerit in hac domo de die uel nocte, eo existente forti & libero ab infortunijs, natus erit fortunatus & diues, & uincet aduersarios suos, et habebit res quas uoluerit, & erit bonorū morū ac bonus solutor. Ad hæc si Mars ibi de nocte fuerit, erit fortunatus, liber ac laudatus: & si fuerit in domo aut facie uel termino suo, erit nobilis & diues, abundans & intelligens, et erit alcaydus uel dominus militū, aut dominus iustificandi. Etiam si fuerit Venus cum eo uice Lunæ, existēte eo in triplicitate uel domo sua, similiter erit diues & abundans, & assuefaciet se magisterijs quæ sunt de natura Veneris: tamen si fuerit in hac domo de die, significat impedimēta & damnum. Sed si Sol solus ibi fuerit, significat fortunam pro parentibus, & quòd habebit magnum nomen in terris longinquis, & erit felix & fortunatus in operibus suis. Etiam si fuerit ibi Venus aspiciens Saturnum & Martem & signum mobile, natus erit sterilis, aget cum masculis, & habebit multam substantiam in fine uitæ, & erit à suis amicis & socijs honoratus. Etiam si Mercurius ibi fuerit descendens in circulo augis suæ uel orientalis, natus erit fortunatus & felix & dilectus in operibus suis, & multam habebit substantiam & longam uitam: sed si fuerit occidentalis, erit suæ substantiæ dissipator, & cōsumet quicquid habet in rebus nō necessarijs, erit tamen intelligens & subtilis in magisterijs, & astrologus & sapiens in geometria & speculatiōe et his similibus, uel erit pædagogus aut meritor terrarum. Sed si Luna fuerit ibi de nocte, significat magnū dominiū, fortunā completā & prosperitatē perfectam, & maior pars eius fortunæ erit ex parte parentū: & si cum ea fuerit Caput, accident infirmitates & dolores ei in stomacho: & si fuerit ibi Luna de die, natus non habebit quicq̄ de substantia uel bonis parentū, & forte emancipabūt eum in uita sua. At si dominus duodecimę fuerit in undecima, & pars in duodecima, natus patiet grauamina et labores ex parte amicorū. Si q̄ dñs undecimæ domus in ascēdēte fuerit, natꝰ uincet aduersarios suos, et uidebit res quas uult et desiderat, et erit in bono statu ac bonæ uoluntatis & uitæ: & si fuerit receptus, habebit res quas uoluerit & multos amicos ac bonum ex eis, & ipsi ex eo, & si habuerit filios lætabit in illis. Etiam si fuerit in secunda, habebit bonum & lucra ac diuitias per amicos & socios suos. Sed si fuerit in tertia, habebit fratres nominatos & cognitos et in bono statu, & in sua iuuentute diuitias habituros.

At si in quarta, parētes habebūt azemena, et erunt in bono statu, et modicum uiuent. Et si in quinta, habebit filios quibus lætabitur, ac bonum & diuitias in tota uita sua à principio usq; ad finē. At si in sexta, in malo statu deget & mala uita, & erit & uiuet de sudore suo, & erit modicæ uitæ. Sed si in septima, habebit uxorem fortunatam & diliget eam, habiturus cum ea diuitias atq; bonum. At si in octaua, infortunatus erit, immiscet se mercimonijs, non tamen in hoc propitiam habebit fortunam. Sed si in nona, habebit fortunā et bonū in itineribus, & fortunatus erit usq; ad finem uitæ. Etiā si in decima, habebit potētiam & dominiū in iuuentute, tamen eius dominiū non erit nisi super progeniem & societatem suā. At si in undecima, erit abundans, multos amicos habebit & bonū & magnū nomen. Et si in duodecima, modicum boni & paucos amicos habebit, erit malæ uitæ & multos inimicos consequet̄. Nota quòd optima et firmissima omniū amicitia inter duos cōciliatur, si sit Sol uel Luna aut pars fortunæ, uel dñs ascēdentis in natiuitate unius in eo dē signo, in quo fuit in natiuitate alterius: & si accidat q̄ horum significatorum duo uel tres in signis conueniant, erit amor firmior & durabilior: sed si nihil horum acciderit, sit tamen quiuis planeta qui fuerat in natiuitate unius in eodē signo in quo fuit in natiuitate alterius, similiter habet significationem conuenientiæ & amoris. Similiter si dominus ascēdentis utriusq; nati fuerit in ascēdente alterius, est significatio cōuenientiæ & amoris. Etiam si quando ascēdens alicuius nati fuerit undecima domus uel quinta alterius, similiter significat inter illos duos conuenientiā & amorē. Pars amicorum accipitur de die ac nocte à Luna in Mercurium, et proijcit̄ ab ascendente: et si hęc pars & eius domin⁹ fuerint bonæ essentię & in bonis locis & in signis mobilibus, nat⁹ habebit multos socios et amicos: et si fuerint fortunati, habebit utilitatē ex amicis & ipsi ex eo: & si fuerint recepti, erit dilectus ab amicis suis: etiā si hæc pars fuerit in angulis, habebit amicos nominatos & cognitos & potentes. Etiam si in undecima, quinta, nona, uel tertia, erit firmæ amicitiæ & integræ, & habebit amicos eiusdē conditionis: at si in secunda, octaua, sexta, uel duodecima, habebit amicos infideles et malos. Pars fiduciæ accipitur de die à Saturno in Venerem, & de nocte è cōtra, & proijcit̄ ab ascendente. Si quando hæc pars fuerit fortunata, natus habebit res in quib. ſperabit & fidet, & quicquid uoluerit cōsequetur: sed si fuerit infortunata, nihil inde nanciscetur.

De duodecim domo & eius significationibus.

Cap. XIIII.

IN iudicijs huius domus primū incipe à domino triplicitatis suæ primo, quē si inueneris fortunatum & fortē & exaltatū, iudica q̄ inimici nati confirmabunt se super eum, & de eo facient quicqd uoluerint: sed si fuerit cadens et male afflatus & combustus & peregrinus, natus eor roborabitur super inimicos suos, & ipsi impedientur, & accidet eis malū pro malo q̄d credebāt facere nato. Etiam si dominus triplicitatis huius domus secūdus saluus fuerit & potens & fortunatus & exaltatus, natus habebit modicas tristitias & anxietates, & erit alacer & cōtentus eius quod habet: sed si fuerit in diuerso statu, erit multarum anxietatum et tristitiarū, et accident ei labores et impedimenta et damna magna in eo quod habet, et in corpore suo. Sed si dominus triplicitatis huius domus tertius fuerit potēs et fortunatus et firmus, natus erit dialecticus et eloquentiæ ac ratiocinationis bonæ, felix in rationib. et causis suis, et contra quemlibet aduersantem sibi prosperabitur: sed si fuerit in diuerso statu, erit debilis rationis et loquelæ impeditæ, non habebit ius in aduersarijs nec malefactoribus suis. Scies nati statum cum inimicis eius à parte inimicorū, et à domino duodecimæ domus, et à domino ascendentis, et à Luna, et à planetis habētibus testimonia et dominia. Si ergo dominus ascēdentis et eius adiutores fuerint in bono esse et firmi, natus erit felix et uictor inimicorum suorū. Sed si quando dominus domus inimicorum et pars fuerint in bono esse et firmi, inimici nati confirmabunt se aduersus eum, et uincent ipsum. Si quando pars inimicorum fuerit propriè in angulis, inimici nati confortabunt se in eum, et inferent ei malum et damnum quod uoluerint. Sed si fuerit in locis cadentibus ab angulis, natus habebit modicos inimicos. At si pars uel dominus domus inimicorū fuerit cōbustus, inimici nati malū facient sibijpsis, et malū quod struent nato erit per fraudem, aut toxicū uel nigromantiā, et his simile. Scies etiā causā inimicorū à signo duodecimæ domus et eius dño, et à planetis exeūtibus in

duode-

duodecima, & à parte inimicorum & eius domino ac Saturno: unde si plures uel eorũ potentior fuerit infortunũ, uel infortunatus aspiciens dominũ ascendentis, natus multos inimicos habebit, & accidẽt ei per eos anxietates & grauamina: sed si potentior eorum fuerit fortuna uel fortunatus aspicies ascendẽs, natus modicos inimicos habebit, nec erit hominibus odiosus. Similiter si quando dominus ascendentis nõ habuerit aliquẽ aspectum cum domino duodecimę domus, natus habebit modicos inimicos. Si quando in domo inimicorũ fuerit fortuna habens ibidẽ aliquã dignitatẽ, inimici nati erunt boni & iusti, & ipse euadet de manibus eorum: tamen si ibi fuerit infortuniũ, inimici eius erunt mali. Si qñ dominus domus inimicorũ fuerit in angulo uel succedenti habens ibi aliquã dignitatẽ, inimici nati erunt nobiles & potentes: sed si fuerit cadẽs ab angulo aut peregrinus, uel sub radijs Solis aut in suo casu, erunt debiles & in malo statu. Si aliquod duorum infortuniorum fuerit in domo inimicorũ, & dñs domus inimicorũ fuerit infortunatus ab aliquo infortunio & malo statu, natus uidebit quod desiderat de inimicis suis: sed si quando ibi fuerit aliqua duarum fortunarum, & dominus duodecimæ domus applicuerit alicui earum, inimici potentes erunt & prævalebunt aduersus natum, & uincẽt eum. Quando aliquis planeta est in opposito Solis uel Lunæ, aut in oppositione ascendentis, significat inimicos & contrariatores nati: unde si planeta idem fuerit infortunium, inimicitia erit propter res uiles & nullius æstimationis. Sed si fuerit fortuna, erit propter res laudatas et magnas. In summa aspice secundum has uias & radices, & iudica secundũ ꝙ inueneris, & certificaberis Deo uolente. Nam si aliquod infortuniorum fuerit in duodecima domo, & alterum infortuniũ fuerit in oppositio eius, natus habebit infirmitatẽ & azemena in manibus, & fortè inimici uel serui interficient eũ. Quando pars fortunæ est in hac domo infortunata, longã miseriã & damnũ significat, & erit hoc secundũ naturã infortunij dãnantis partẽ: sed si fortunæ fuerint ibi, partis fortunã fortificãt: & si fuerint ibi Sol et Luna, significant bonũ parentibus, sunt tamẽ de uili progenie, & fortè significant azemenã: et si ibi aspexerint infortunia, significant destructionẽ uxoris nati. Etiam si Iuppiter ibi fuerit, crescunt inimici nato et erunt potentes, et accidet ei ex ipsis damnũ & molestia. At si fuerit ibi Venus, significat mala coniugia: & si fuerit ibi iũcta cum Ioue, significat grauamina & labores, modicam substantiã ac indigentiam, & fortè significat aliquã exaltationem ratione seruorum. Et si Mars & Saturnus & Mercurius habuerint commixtionem cũ eis per cõiunctiones uel aspectus, significant malum & damnũ in mulieribus & filijs, & sine dubio maculã aliquam in corpore. Sed si Mercu. fuerit ibi in domo, significat fornicationes turpes & sophisticas deceptiones, etiã significat seruire regib. & maioribus domus, & promptitudinem dicendi fabulas & romãtios. At si fuerit in hac domo dominus cõiunctionis uel oppositionis precedentis natiuitatem, natus subito morietur. Etiam si ceciderit ibi dignitas duodenaria Solis uel Lunæ, significat depressionem parentũ, & diminutionem negociorũ et status eorum, & ꝙ sunt malæ & uilis progeniei. Etiam illud idem significatur si ibi fuerit dominus duodecimæ domus. Sed si fuerit cũ Luna, significat depressionem & uilitatẽ matris. Etiam si dominus duodecimæ domus fuerit Satur. uel Mars, & fuerit in ascendente, significat ꝙ natus habebit magnã uoluntatem & uenationem, & fortè interficiet eũ lupus uel canis. Etiã si Sol & Satur. & Mercu. fuerint in hac domo, depressionem nati, malum statum, modicũ laudis, & paruũ nomen significat. Sed si Satur. & Mars ibi coniungentur in natiuitate nocturna, significãt azemena & læsionem in manibus, ac malum statum patris, & amissionem honoris et laudis suæ: sed si natiuitas diurna fuerit, erit minus mali. Etiam si hoc fuerit existens in quarta Lunæ uel eius oppositio, significat labores et depressionẽ, et ꝙ erit modici intellectus. At si Mercurius fuerit ibi infortunatus à Marte, significat falsitates ac mendacia, cumulare ac dicere rationes falsas et sophisticas, et laudabit se ratione seruorũ. Sed si fuerit ibi Caput & Sol et Luna et Mars et Mercurius, magnas et fortes infirmitates significant et fractionẽ ossium, uel cæcitatem aut combustionem ignis, et ꝙ morietur mala morte, uel interficietur malignè per manus inimicorum suorum, maximè si Saturnus ibi fuerit cum eis. Sed si Venus fuerit ibi uice Saturni, minuet de malo prædicto. At si Iuppiter et Venus iuncti fuerint ibi, significant meros labores et grauamina, et paupertatem, et modicum

substan-

substantiæ, ac aliquam exaltationem ratione seruorũ. Sed si fuerint in Cauda Saturnus & Mars, significant bonũ statum & lucrari substantiã ex inimicis, & his quorum nato nihil interest. At si fuerint ibi Ven⁹ & Iuppiter in aspectu Martis uel Saturni aut Mercurij, significãt damnũ ex parte mulierũ, & maculas in corpore. Etiã si Iuppiter ibi fuerit solus, significat damnũ & grauamen q̃ accidet ei à claris hominib. maximè si natiuitas fuerit nocturna. Sed si fuerit ibi Mars, significat azemenam & maculas & damna ex parte seruorũ & malorũ & uilium hominũ, maximè si natiuitas fuerit diurna. Sol in hac domo significat seruos, labores, ac azemenam. Venus in hac domo significat damnũ à mulieribus, dolos & tristitias ex eis & occasione ipsarum. Etiã si fortunæ ibi testificatæ fuerint, significat q̃ insultus patietur propter fornicationes quas committet prosequendo uoluntates & mores suos, & erit infortunatus in filijs aut sterilis. Hermes dixit q̃ oñus planeta existẽs in duodecima domo significat pigritiam et tarditatem in operibus suis, excepto Mercurio, qui per existentiam suã significat ibi agilitatem, honorẽ, scientiã, & geometriã. Si autem fuerit Saturnus dominus duodecimæ, inimici nati erunt senes uel homines antesignani communiũ. Sed si dominus huius domus fuerit Iuppiter & ipse directus, inimici eius erũt ex nobilibus & potentib. uiris. At si fuerit Mars, erunt milites, uel ex illorum numero qui delectantur armis. Sed si Sol, erunt eius parentes uel rex. At si Venus, erunt mulieres. Et si Mercurius, erunt scribę. Et si Luna, erũt inimici ex natura domus in qua fuerit planeta ipsam aspiciens. Item si dominus duodecimæ domus fuerit in angulo, et dominus ascendentis cadens, inimici nati confirmabunt se in eum, & ipsum uincent. At si dominus ascẽdentis fuerit in angulo, & dominus duodecimæ cadens, dic contrariũ. Similiter aspice ad quẽlibet horum, & considera quomodo stent in zodiaco, & ille eorum qui magis exaltatur à socio suo, uincet & confirmabit se in alterum. Etiam si quãdo in reuolutione anni fortunæ ceciderint in duodecima, inimici fortificabuntur & se corroborabunt in eodem anno. At si quando ibi ceciderint infortunia, debilitabuntur & destruentur. Si quando dominus duodecimæ domus fuerit in ascendente, natus erit laboriosus & debellitat⁹, & multos inimicos habebit, & accident ei anxietates ab inimicis in initio uitæ suæ. Sed si fuerit in secunda, natus erit malus & malorum operum ac malæ uitę et in malo statu, & dicentur de eo mẽdacia & inhonesta. Et si in tertia, odio prosequẽtur eum fratres eius, & accident ei ex ipsis anxietates & labores, & ipsi erũt in malo statu. Et si in quarta, oderunt eum parentes, & rixabuntur cum eo consanguinei et progenies eius, & destruetur domus in qua natus est, & mutabunt se de ea. Et si in quinta, erunt inobediẽtes ei filij eius, & erunt in malo statu & cum multis maculis. Et si ad hoc dominus quintæ fuerit in duodecima, nutriet filios alienos. Et si in sexta, erit infortunatus in seruis & bestijs. Et si in septima, habebit quandam ostentationem cum mulieribus utilib. et leuibus quæ odio habebũt eum, & accident ei moleſtiæ ac labores ex eis, & erit miser in fine uitæ suæ. Etiam si in octaua, paucos inimicos habebit, & hæreditabitur ex eo substãtia multa. Sed si in nona, recipient fratres eius ex inimicis grauamina, & si ingreditur iter accident ei molestiæ in eo, & erit malæ legis. At si in decima, odio prosequetur eum rex, & faciet ei malũ ac erit doloribus plenus et tristis. Etiam si in undecima, nõ habebit bonum nec auxilium ab amicis, quin ipsi fient ei inimici, & ipse miser erit. Et si in duodecima, inuidebitur ei et paucos amicos habebit, nec inimici fatebuntur inimicitiam, nec nocebit ei malum uel inimicitiæ eorum. Si quando dominus ascendentis non aspexerit dominum duodecimę, neq; dominus duodecimæ domum suã, nec dominus partis, inimici nati occultabunt et cooperient inimicitiam. Si quando dominus duodecimæ fuerit in aliqua conuenientia cum ascendente, uel habuerit cum eo aliquam commixtionem non infortunatam, homines inuidebunt nato: et si ibi fuerint infortunia, significant infirmitates absconditas, et hæmorroidas aut cancros. Nota quòd si quãdo in hac domo ceciderit infortuniũ, significat laborem in partu, et natus erit læsus et maculatus, et accidet ei damnum ab inimicis et seruis ac bestijs, et matri accidet incisio ferri: etiã si fortè pars fortunæ fuerit in hac domo, et in eius quarta uel oppositione aliquod infortuniũ, natus erit infirmus ac debilis corporis præsertim in infantia. Pars inimicorũ accipit̃ de die à Satur. in Martẽ, et de nocte è cõtrario, et projcit̃ ab ascẽdẽte. Hermes dixit: Et hęc pars accipitur de die

ac

ac nocte à domino duodecimæ domus in gradum duodecimæ,& proijcitur ab ascendente. Etiam si quãdo hæc pars uel eius dominus ceciderit in quarta uel oppositione domus suæ uel dñi ascendentis,natus multos inimicos habebit:sed si nõ fuerint hoc modo,nõ habebit multos inimicos. Etiam si quando hæc pars uel eius dñs fuerit in angulo,inimici nati erunt honorati & nobiles & potentes. Sed si ad hoc dominus ascẽdentis infortunatus fuerit, obfirmabunt se in eum,& fortè interficiẽt ipsum: quod malum peius erit si dominus ascendentis fuerit infortunium. Item si hæc pars ceciderit in undecima uel quinta aut tertia uel nona, inimici eius erunt pauci & ferè nullius potentiæ,quæ adhuc diminuitur si fuerit in secunda uel octaua aut sexta uel decima, eruntq; pauciores & debiliores, nec nocebit neq; offendet natum eorũ inimicitia ex potentia & fauore Dei.

De aphorismis necessarijs in natiuitatibus et quæstionibus. Cap. XV.

NEc in hac duodecima domo nobis prætereundi sunt aphorismi necessarij,qui rem quodammodo summatim complectentes dicunt: Si inueneris in natiuitate Iouem & Mercurij liberos ab infortunijs, iudica q̃ natus habebit multos filios: sed si fuerint in radijs infortunatorum,nõ habebit filios, & si fortè aliquem genuerit,morietur ei, & habebit dolorem & tristitiã ex eodem. Etiam aspice in causa filiorum ad decimã domum,& cõsidera quis aspiciat eã,& in quo loco sit dominus eius,& cuius naturæ sit signũ decimæ: etiam aspice ad quintã domũ, (quia ipsa est domus filiorum)& ad eius dominũ,& in quo loco sit pquire,& si est fortuna uel infortunium excute,& cuiusmodi potentiam habeat in illa natiuitate: quia ipse si fuerit cadens,& Iuppiter & Venus nõ aspexerint quintam domum, & infortunia aspexerint eam,significat paucos filios, & si quos habuerit, brevem uitã denotat illis:sed si una fortuna aspexerit domum ipsam,bene spera de filijs, qa potest aliquos gignere. Quin si fortuna domum quintam aspexerit, & eius dominus fuerit in bono loco aspiciens medium cœli, filios multos significat. Item si uolueris scire utri plures erunt fœminæ ne an masculi, aspice domũ quintam & eius dominum, & si inueneris ibi signum masculinum, & eius dominum in signo masculino, iudica quòd habebit masculos:sed si fœmininum, & eius dominũ in signo fœminino, habebit plures fœminas: at si inueneris in ipso loco signum masculinum,& eius dominum in signo fœminino,uel è cõtrario,habebit masculos et fœminas: & si fuerit in angulo infortuniũ aspiciẽs Lunam,natus semper eijciet filios de domo in uita sua. Ad hæc si quando Iuppiter applicuerit ad locũ in quo fuit Mars in radice,uel si aspexerit de oppositiõe aut quarta uel tertia,iudica quòd illa erunt tempora perdendi filios. Quando Luna est in angulo in gradibus dierum æqualium,significat cæcitatem.

De aspectibus planetarum et primò de Trino Saturni.

FInitis duodecim domib. cõsequens est ut dicamus de alijs planetarũ aspectibus,& primùm de Trino Saturni. Si ergo inueneris in natiuitate Saturnum aspicientem Iouem de tertio, Ioue existente in bono loco,natus habebit multam substantiam, terras multas & arbores,domus ædificabit & domus orationum,& fortè dominiũ habebit in uilla sua, societatem sibi seruientem habebit, & erit obediens parentibus suis, prædium habebit excercendum & elaborandum,& utilitatem ab extraneis,ac erit creditus & fidelis & honoratus à regibus & claris hominibus. Si quando Saturnus aspexerit Iouem & Mercurium de tertio, natus erit cælator & conseruator secretorum,& sapiens in rebus occultis & absconditis,& fortè consiliarius erit regis,et habebit dominiũ in uilla qua natus est,& ad hoc totũ erit religiosus bonæ legis,& nutriet enutritos, nec habebit commodum ex filijs,quia morientur uel fugient ab eo:sed si Mars aspexerit prædictos,minuit de bono prædicto, & significat grauitates & infortunium & labores. Si quando Saturnus aspexerit Martem de tertio,sine aspectu Iouis uel Mercurij, natus erit diues & potens, & habebit dominium,& erit nominatus in ciuitatibus & terris in similitudine regis,& fratres eius morientur in diebus ipsius nati. Si quando Saturnus aspexerit Iouem de tertio, in natiuitate diurna,bonum denotat in omnibus rebus,quia nomen habebit et famam magnã in terris lõginquis, promouebit semper nobilitates,& pater eius fortunatus p eũ,maxime si ambo fuerint in signis masculinis: sed si natiuitas fuerit nocturna, erit bonæ uitæ,minuetur de eius substãtia & patris sui.

Si

Si quando Saturnus aspexerit Lunã de tertio, significat honorem & utilitatem magnam à regibus & eorũ similibus, perfectus erit & bonæ famæ, maximè si Luna fuerit ascendens: sed si Luna fuerit diminuta, multum minuet de prædictis. Si quando Saturnus aspexerit Venerẽ de tertio, significat q̃ habebit bonam uitam & nomen, tamen accidẽt ei damna ex parte uilium hominũ, nec est malum in causa coniugij. Si quando Saturnus aspexerit Mercuriũ de tertio, erit homo mansuetus, quietus, sapiens, ac constans in rebus suis, nõ mutabilis, bonarum cogitationum, ordinatus, & sciens computationem & scripturam, & in hoc toto erit bonæ uitæ. Hactenus de Saturno, nunc de Trino Iouis subiungetur, qui si aspexerit Venerem de tertio, natus compositus erit, pulchræ faciei, grauitatis bonæ, & habebit honorem & altitudinem ratione mulierũ et amoris. Si quãdo Iuppiter aspexerit Mercurium de tertio, natus erit intelligens, sapiens, completus, bonæ receptionis, bonus consanguineis suis, & ipsi obedient ei, honoratus & bonæ famæ, redditus & officia regum ministrabit, reget ciuitates, & fortè astrologus erit. Si quando Iuppiter aspexerit Lunam de tertio, natus habebit altitudinem, nobilitatem, & dominium. Aspice etiam in prædictis iudicijs in parte fortunæ nati, quoniam ex huius significatione potest esse natus honoratus & habere dominium concionandi, & forsitan habebit honorem ex mercimonijs, aut fortè super milites constituetur, maximè si Luna fuerit aucta lumine. Si quãdo Iuppiter aspexerit Solem de tertio, natus erit dies & magnę fortunæ, filios habebit cum quibus lætabitur, plantabit & bonam ac honoratam uitã deget. Si quando Mars aspexerit Solẽ de tertio, & natiuitas fuerit nocturna, & dominꝰ horæ fuerit Mars, significat altitudinem magnam & bonũ, quia fortè rex erit & potens: sed si ibi fuerit Iuppiter in aliqua partitione triplicitatis suæ uel in angulo, erit dominus honoratus & magnus: & si Luna ibi testimonia cũ hoc habuerit, erit audax & potens in interficiendo et dando multũ, & erit uolubilis in factis suis ac suspiciosus adeò quòd suspicabitur de se ipso, maximè si fuerit in signo masculino. Sequit̃ Trinum Martis, qui si aspexerit Venerẽ de tertio, natus erit dies et abundans, ac splendidus in uestibus & apparatibus domus, multum uolet se ostentare & uti cum mulieribus, maximè contra legem. Si quãdo Mars aspexerit Mercurium de tertio, natus seruabit redditus, & erit sapiens in causis, laudatus in eis & bonæ rationis, altitudinẽ habebit & rationem causarum & scribendi: Si quãdo Mars aspexerit Lunam de tertio, & ipsa fuerit diminuta, Marte existente domino suæmet triplicitatis, & natiuitas nocturna, erit tenẽs redditus & sapiẽs in hoc, & habebit ex hoc quicquid uoluerit: et si aspexerit eos Iuppiter, erit potens & fortunatus ac magni dominij: sed si aspectꝰ Martis ad Lunam fuerit in natiuitate diurna, & ipsa aucta, significat infirmitatem in corpore. Trinũ Solis sic habet: Si quando Sol aspexerit Lunam de tertio, aspice ad uirtutes planetarum, & ad aspectus ipsius cum eis, & iudica secundum quod inueneris. Si quando Venus aspexerit Lunam de tertio, natus pulcher erit, alacer & ridens, & postulabitur pro coniugio, & erit modicæ fornicationis. Si quando Mercurius aspexerit Lunam de tertio, natus erit intelligens & sapiens.

De aspectu quarto planetarum.

VT modo Trinum planetarũ aspectum sumus prosequuti, ita nunc de quarto eorundem aspectu agẽdum est, & dicendũ quod si quando Saturnus aspexerit Iouẽ de quarta, modicam habebit substantiam natus, & indigens erit, & eius cogitationes ei uertentur in damnum, & eius cogitatus ac negocia abscindentur, non complentur, malum & damnum parentibus faciet: etiam in quartis significat damnum & destructionẽ substantię parẽtum: sed si Saturnus super Iouẽ fuerit exaltatus, & Iuppiter in quarta sinistra, peius erit. At si Iuppiter super Saturnum fuerit exaltatus, & in quarta dextra, erit minus mali et damni, nec perueniet damnum ad eius parẽtes nisi in gradibus & nõ ultrà. Si quando Saturnus fuerit in quarta Martis, et Saturnus in decima domo, natus habebit modicam fortunam, infelix erit & debilis corporis ac multarum infirmitatũ & febrium euenientium cum tremore, parentum substantiam perire faciet, ac mortẽ fratrum suorum uidebit: sed si Mars fuerit altus in decima domo, & Saturnus depressus ab eo, pater eius cito morietur & ante matrem, neq; ipse longam uitam uiuet, substantiam parentum comminuet, & malum ac damnum faciet consanguineis suis. Si quãdo Saturnus aspexerit Solẽ de quarta,

uel

uel ſi Sol fuerit in ſigno Satur. in decima domo, natus dilapidabit & perdet quicqd hæreditate conſequetur de bonis parẽtum, & erit inimicus cõſanguineorũ ſuorũ & fraudulentorũ operum, uoluntates ſuas ſequetur, et infirmitates corripient eum, conabit facere chartas firmatas, & laborabit pro uictu ſuo, infirmus & paruę eſtimationis erit in loco & terra ſua: & ſi Saturn. fuerit exaltatus ſuper Solem in quarta, natus erit ualdè abiectus in terra ſua, morietur cito, & mater eius malum & damnum faciet ei, & erit leproſus, accidẽt ei infirmitates frigidæ, & infrigidabuntur interiora eius membra, ſicut hepar & ſtomachus, & frigiditas erit in eius corpore & operibus manifeſta. Si quãdo Saturnus fuerit in quarta Veneris, ſignificat depreſſionem & uituperium ex parte mulierum, erit omni bono priuatus & ei accidet omne malum, maximè ſi Saturnus fuerit ſuper Venerem exaltatus: ſed ſi Venus fuerit ſupra Saturnum exaltata, ſignificat minus malum, & quòd uxorem iuſtam habebit et ex meliori progenie q̃ ipſe, & quæ uenditabit ſe, nihilominus tamen erunt bene cõcordes. Si quando Saturnus fuerit in quarta Mercurij, & Saturnus in decima domo, multum mali ſignificat ac multam miſeriam ipſi nato, infelix erit & debiliũ operum, & ad hoc erit mutilus corpore, & tardæ loquelæ, uel mutus ſiue frigidus: ſed ſi Mercurius fuerit in hoc aſpectu exaltatus ſupra Saturnum, licet non ſit bonum, non tamẽ ſignificat tantũ mali quãtũ diximus. Si quando Saturnus fuerit in quarta Lunæ, malum & damnum ſignificat illi nato: & ſi Saturnus fuerit in decima domo, erit læſus in corpore à pueritia ſua, nec proſperitatẽ habebit in aliquo facto ſuo, ſubſtantiã matris cõminuet, & fortè odio habebit eã: et ſi Luna fuerit in hoc aſpectu in decima domo, ſignificat quòd mater eius morietur mala morte, & ei accidẽt labores & moleſtiæ diuerſarum conditionum, erit debilis corporis & modicæ ſubſtantiæ: & ſi ad hoc fuerit in ſigno fœminino, uxorẽ ducet quæ odio proſequetur eum, & ſemper cogitabit in faciendo ei malum & damnum, nec unquam habebit filium de quo gaudeat. Si quando Iuppiter fuerit in quarta Martis, exiſtẽte lo ue ſupra Martem exaltato, natus erit liber & largitor, in negocijs ſuis conſtans, et proficiet in factis ſuis, honoratus erit à regibus propter ualetudinẽ & audaciam ſuã, & pro tali nominabit & cognoſcet, & fortè rex dabit ei aliquod dominium, & ponet eum in altum gradũ, nihilominus ſubſtantiam parentum minuet, & infortunatus erit in filijs, & fortè nullũ habebit, & ſi quos habuerit triſtabitur pro eiſdem: & ſi Mars fuerit exaltatus ſuper Iouem, erit ſollicitus in inquirẽdo uictum ſuum, & multũ laborabit & anxius erit propter hoc, ſemp feſſus, & accident ei impedimenta ex aliquo negocio uel officio regis, & cauſas aget cum hominibus. Si quando fuerit Iuppiter in quarta in domo Solis, Sole in domo decima exiſtente ſuper Iouem ſubleuato, ſignificat q̃ pater nati eſt nobilis, & quòd poſt natiuitatem illam minuetur ſubſtantia & honor ipſius, & exibit de terra & loco ſuo, & uicini eius odio habebunt eum, & inimici potentes inſurgent cõtra eum: ſed ſi Iuppiter in hoc aſpectu fuerit in decima domo ſubleuatus ſuper Solem, natus & eius parentes habebunt magum bonum & honorem, lucra & utilitates in honore ac nobilitate, & erũt magis honorati quàm maior pars gentis. Si quando Iuppiter fuerit in quarta Veneris, & ipſe in dextro eius, natus diliget homines & diligetur ab eis, utilitatem habebit ex parte mulierum, & erit bonæ uitæ & moderatæ, ac erit homo ualdè firmus & iuſtus in fide diuina: ſed ſi Iuppiter fuerit in quarta ſiniſtra Veneris, natus multum appetet mulieres, & erit magnus fornicator, pulchras mulieres & meretrices habebit, gaudebit in operibus fornicatiõis, & faciet facta & geſta non licita in factis illis. Si q̃n Iuppiter fuerit in quarta Mercurij, Ioue in in ipſius dextra exiſtente, natus erit ſapiẽs et ſcriba et ſortilegus in geomantia et iſtorum ſimilium, uiuet bonam uitam ex dono alicuius de ſua gente: et ſi Mercurius in hoc aſpectu fuerit in dextra Iouis, natus erit abundans, et ſeruientes habebit multos, ac bonum et gaudium aſſequetur propter gradus ad quos aſcendet, ſed non habebit ſubtilitatem in operibus manuũ ſuarum, nec bonum de hominibus dicet. Si quando Iuppiter fuerit in quarta Lunæ, ipſo exiſtente ſuper eam ſubleuato, et ipſa in ſiniſtra eius, et natiuitas nocturna, ſignificat quòd parẽtes nati uiuent bene & honoratè, & bonum facient propinquis ſuis, & natus erit magni nominis, honoratus & cognitus à nobilibus, bonas opiniones opinabitur, & dicẽt homines bonum de eo: etiam ſi Luna fuerit in hoc aſpectu ſubleuata ſuper Iouem, natus erit felix in multis reb⁹, bonæ famæ ac liber,

moderatè uiuet, sed procedente tempore erit indigens & occisus. Si qñ Mars fuerit in quarta Solis & in sinistra eius, natus erit deceptor, patrẽ suum ac seipsum decipiet, habebit multũ mali, ac quicqd habet destruet & cõminuet, & erit infelix in omni opere suo, obfuscabit uisus eius, & fortè cęcabit: & si hæc natiuitas diurna fuerit, erit peior: etiam si Mars fuerit in hoc aspectu subleuatus super Solem in quarta domo, significat illud idem multò deterius & magis graue, ad infirmitates & destructiones ac miserias quàm plurimas. Si quando Mars fuerit de quarta Veneris, eo existẽte in undecima domo, significat miserias, angustias, infirmitates & molestias ex parte mulierũ: & si hoc fuerit in signo mobili, erit deceptor & permutabilis & inconstans in omni re, & si fortè uxorem duxerit, erit coniugiũ cum serua uel publica meretrice, & aget cum meretricibus. Etiam si hęc constellatio fuerit in nativitate mulieris, erit meretrix occulta: sed si Venus in hoc aspectu fuerit in decima domo, natus faciet opera prædicta etiam & occultè, & post pœnitebit eum commissi & rubore suffundet propterea. Si quando Mars fuerit in quarta Mercurij, eo existẽte super Mercuriũ, natus faciet facta hominibus abhorribilia, & accident ei à qualibet parte labores & molestiæ, & habebit damnum ex parte causarum & redditũ & omnis operis de quo uiuere conabitur, & accidet ei impedimentum consanguineorum suorum et eorum quos habet in suo secreto: & si nativitas fuerit in hac cõstellatione diurna, hæ significationes erunt peiores & firmiores: sed si fuerit nocturna, damnum erit mitius. Sed si Mercurius ibi subleuatus fuerit super Martem, & Mars in quarta sinistra eius, natus erit pædagogus, prurę æstimationis & uerecundus, magnæ cogitationis, non contentus de consanguineis suis, ab ipsis se diuidet & discedet, auctus multum, & magnę uoluntatis lucrandi, nec exponet totum suum statum in lucro. Si quando Mars fuerit in quarta dextra Lunæ, significat ꝙ mater nati erit uidua, & ipse erit debilis uitę & modicę substantię, uel morietur mater aut aliqs fratũ suorũ in magna angustia & labore, et fortè diabolicus erit, aut propter Deũ tenebitur in aliquo nosocomio, uel accidet ei cęcitas aut paralysis: et maximè erũt hæ significationes, si Mars fuerit in hoc aspectu in termino Saturni, et Luna in termino Mercurij. Si Mars fuerit in quarta sinistra Lunę, & ipsa subleuata super eũ, significat ꝙ mater ipsius erit modicæ laudis et ualetudinis ac debilis uitę, & natus destruet substantiã suam & erit miser. Si quando Sol fuerit in quarta Lunæ existens in angulo, & aspexerint eos fortunæ, erit natus diues & honoratus & alacer multum: sed si aspexerit ibi Iuppiter et ibi aspexerint infortunia, natus erit nobilis & accidet ei in hoc impedimentum propter inuidiam quæ existet in eum, & illos qui oderunt eum & quærunt malũ eius. Ac si Iuppiter non aspexerit ibi, & infortunia aspexerint malo aspectu, malum & angustia erit firmior & certior atq; maior. Si quando Mercurius fuerit in quarta Veneris, quocunque modo alter super alterum subleuetur, natus erit sapiens in magisterijs subtilibus, miraculosis & pulchris, nominatus et cognitus propter talia, homines loquentur de ec & subtilitatibus eius, habebit tamen malum causa mulierum. Si quando Luna fuerit in quarta Veneris, & ipsa super Venerem sublata, natus erit diues, dehonestatus tamen & diffamatus ratione mulierum & operum suorum. Sed si quando Luna fuerit in quarta sinistra Veneris, & Venus in dextra eius, significat maius & firmius bonum, quia erit bonæ uitę & in bono statu ac pulchri coloris et pulcher, bonæ authoritatis, limpidus, compositę ac pulchrę loquelę, subtilium rationum, nec erit constans in amicitia mulierum: etiam significat ꝙ mater eius est pulchra & uenustatis bonæ, & uxor eius similiter pulchra sed non casta, quoniam habebit amicum clam uiro suo. Etiam si quando Mercurius fuerit in quarta Lunæ, & ipsa in decima, significat ꝙ natus erit bonorum consiliorum & bonæ ac pulchræ loquelæ & sapiens, tamen accidet ei tristitia & molestia ratione ciuitatis suæ. Sed si infortunia dãnantia sublata fuerint super Mercurium & in quarta eius, natus ille erit captus ratione chartarum firmatarũ, & tenebitur ligatus in carcere: sed si Mercurius fuerit in decima domo in quarta Lunæ, natus erit agilis, subtilis, derisor et iocator, rationum inquisitor sed inordinatus, nec contentus de aliqua re, nec bonam fidem habebit in sua uoluntate nec dictis.

De aspectu opposito.

ABsoluto quarto planetarum aspectu, sequitur oppositus non minus animaduertendus et eodem ordine prosequendus. Si itaq; Saturnus aspexe-

aſpexerit Iouem de oppoſitione, non ſignificat nato bonum aliq̃d in negocio nec operibus eius, & accident ei triſtitiæ ex parte filiorum ſuorũ: etiam ſi Satur. in hoc aſpectu fuerit in aſcendente & Iup. in occidẽte, erit miſer in principio uitæ ſuę, & fortunatus in fine. Q̃n Satur. eſt in oppoſitione Martis, ſignificat nato anguſtiã & anxietates in uita ſua, triſtitias & infirmitates, damnum, indigentiã, paucos filios, inimicos multos, rixas, et interfectiones euẽturas ei cũ ſuis cõſanguineis: etiã ſignificat q̃ pater eius citò morte ſubitanea morietur, ac miſeriam ſupra miſerias. Et ſi hi duo planetæ fuerint in ſignis aqueis, natus erit laborioſus in fluminibus uel mari aut his ſimilibus, & accidẽt ei infirmitates humiditatũ ex quibus damnũ in ſuo corpore patietur. Sed ſi fuerit in ſignis quadrupedũ, accident ei calcitraciones beſtiarum, aut morſus lupi uel canis, uel toxicum ex quo morietur. Etiam ſi fuerint in talibus ſignis in quarta, ſignificãt illud idem, & depreſſionẽ nati donec deſtruatur. At ſi hæc duo infortunia fuerint in hoc aſpectu, infortunãt Lunã ſine aſpectu Solis: & ſi fuerint in angulis, erit ſignificatio q̃ natus morietur in extraneo loco, remotus & abductus de terra & conſanguineis ſuis, & fortè deprimetur, remouebitur ab omni patrimonio adeò quòd oportebit eum uiuere ex mendicitate: & ſi hæc infortunia fuerint oppoſita in ſuccedẽtibus, ſignificãt abſciſſionẽ fiduciæ & omne damnũ, maximè ſi fuerint in ſignis fœmininis: ſed ſi fuerint oppoſita in cadẽtibus, minuitur malum eorũ, & deprimetur natus & miſer erit: tamen ſi Sol aſpexerit ibi, dãna iſta diſſoluet. Si q̃n Saturnus aſpexerit Solem de oppoſitiõe, ſignificat quòd pater nati laborabit ut habeat uictum ſuũ, lęſus erit & perdet ſuam ſubſtantiã, & fortè cito deſtruetur & morietur mala morte: ipſi tamen nato non ſignificat tantũ malũ, maximè ſi in ſigno fuerit fœmenino. Si q̃n Saturnus aſpexerit Venerẽ de oppoſitione, natus erit turpiũ & manifeſtarũ fornicationum, inſultus patietur propter hoc, & fortè nunquã uxorẽ ducet, et ſi uxorẽ duxerit, accipiet meretricẽ manifeſtã, uel mulierẽ extraneam & uilem, aut ſeruam uel infimã, & generaliter nullam uoluntatẽ nec felicitatẽ habebit in omnibus operibus Veneris. Si q̃n Saturnus fuerit in oppoſitione Mercur. natus erit tardus, modicæ locutiõis aut mutus, maximè ſi fuerit in aliquo ſignorũ mutorum, uel ſi fuerit ſub radijs Solis: & ſi ibi Lunam aſpexerit, erit peius: ſed ſi ad hoc aſpexerit eum Mars, minuet eius malum, et dat ei diuitias, & erit intelligens ac bonarũ cogitationũ & conſiderationũ, ſenſatus & ſapiens erit, nec tamẽ utilitatẽ capiet de intellectu & ſenſu uel ſcientia ſua: etiã ſignificat q̃ erit melior & maior fratribus ſuis, & ipſi morientur ante eum, licet fratres habeat ſe minores, & ipſe maior erit eis licet ſit minor ætate, & pater eius morietur ante matrẽ. Si q̃n Saturnus fuerit in oppoſitiõe Lunæ, ſignificat amiſſionẽ & deſtructionẽ ſubſtãtię matris ſuæ, etiam ſignificat infirmitates & dolores ac triſtitias: & ſi non aſpexerit ibi fortuna, ſignificat maculam in corpore eius, uel in corpore matris eius, & malũ ſtatum & miſerã uitã. Et ſi fuerit in ſigno quadrupedum, ſignificat damnũ ex animalib. ſed ſi in ſigno humano, accidet ei propter homines anguſtia: & ſi in aqueo, propter aquam uel infirmitates humidas: & ſi non habuerit auxiliũ à fortunis, erit lęſus in corpore aut cęcus, uel uiuet in extranea terra. Etiam ſi Iuppiter fuerit in oppoſitione Lunæ, ea exiſtente occidentali & aucta, natus habebit magnã famã & erit nominatus & habitus pro ſapiente in lucrando & æſtimãdo ſe, & non utetur alieno conſilio ſed ſuo, idq̃ eo magis ſi Luna min⁹ habuerit in gradibus quàm Iuppiter: ſe ſi magis habuerit in gradibus, ſignificat minutionẽ in uictu, & accident ei labores et impedimẽta in ſuo opere. Item ſi q̃n Mars fuerit in oppoſitione Solis, & natiuitas fuerit diurna, ſignificat quòd mater illius nati morietur, & accidet nato minutio uiſus, & fortè cadet ab alto loco, & habebit anxietates & labores. Etiam ſi natiuitas in hoc aſpectu nocturna fuerit, natus habebit ſubſtantiã modicã & paucimomenti. Etiam ſi q̃n Mars fuerit in oppoſitione Veneris, ſignificat q̃ natus ille non erit conſtans in cogitatione nec facto, & parentibus eius malum & damnũ, etiam pro coniugio ſignificatio eſt mala: & ſi his ita habentibus fuerit in ſigno mobili, ſignificat quòd accident ei cauſæ & rixæ & moleſtiæ ratione mulierũ. Præterea ſi fuerit in oppoſito Mercurij Mars, natus ille erit inuerecundus, & uiuet ex mendacijs, ex nigromãtia, ex faciendo breuia & medicinas, & ſemper erit modicæ ſubſtãtiæ & parui lucri, falſa dicet teſtimonia & uerum dicere nolet, & erit accuſatus coram alcaydis & illis qui iudicant, & accidet ei metus & labor à dominis, & fortè fugiet de terra ſua, maximè

xime si Mercurius fuerit in termino Saturni, aut in suomet termino uel in domo sua. Rursum si quando Mars fuerit in opposito Lunæ, significat quòd eius uita erit breuis, & dum uixerit erit in labore ac damno, & fortè morietur antequam coniugiū contrahat, aut erit sepultus uiuus, aut morietur mala morte, aut amputabuntur ei membra, uel ligatus tenebit in carcere. Etiā si quando Venus fuerit in opposito Lunæ, natus nullum bonum habebit in coniugio nec in filijs, quia ei insultus accident & damna ratione mulierū, & nullum habebit filium, & si quos habuerit morientur. Etiam si quādo Mercurius fuerit in oppositione Lunæ, significat quòd habebit causas & impedimenta cum populo, & maledicēt eum ex illa ratione multum, & ipse timidus erit in omnibus, maximè in loquendo.

De aspectu sextili.

NVnc nobis dicendum de sextili aspectu, quod idem iudiciū habet similiterq; iudicandū ut suprà iudicasti de tertio, nisi q; significationes sextiles sunt debiliores. Coniunctiones. Si quando Saturnus fuerit in coniunctione Iouis, natus habebit multas terras laborandas, & gubernabit prædia regum & nobilium, qui cōmendabunt ei substantias suas, & in hoc fidelis erit & honoratus hac ratione, si Mars ibi nō aspexerit. Item si qñ Saturnus & Mars iuncti fuerint, natus erit patiens & mansuetus, tamen non habebit fortunā propitiam, & tardè complebit q̄d uoluerit & cum molestia ac labore, & debilitabit̄ corpus eius, & uiget melancholia in eo, & pater eius morie t̄ ante matrem, & destruetur substātia patris eius, & accident fratribus eius infirmitates magnę, & morientur ante eum: etiā significat quod erit laborioſus, doloribus plenus, & accidēt ei multa impedimenta & labores, tamen patiens erit semp: sed si Iuppiter aspexerit ibi, hoc totum malum diriget atque soluet. Præterea si quando Saturnus iunctus fuerit cum Sole, perditur substantia patris eius, & conuertitur bona fortuna in laborē & malam fortunā: & si natiuitas fuerit nocturna, peius malum denotat: et si sit Saturnus orientalis uel occidentalis, significat malum pro patre ac fratribus suis, & maximè pro ipsomet nato. Etiā si Sol habuerit minus in gradibus eo, peius & magis affixū malū portendet, qa pater eius morie t̄ mala morte, & natus erit depressus & propterea spretus, & accidēt ei infirmitates humidę, & debilitas corporis: diliget plantare & colere terras, & fortè lucrabit̄ in hoc thesaurū; & uictus eius erit ex hoc, & postmodū ex hoc totus se dabit labori: sed si hæc coniunctio fuerit in domo Solis aut in domo Satur. significat q̄ pater nati erit bonæ integritatis, non tamen diues, & natus odio habebit parentes suos: & alias significationes habet sicut diximus. Ad hæc si qñ Satur. cum Venere iunctus fuerit, significat q̄ faciet cum muliere cantatrice coniugiū, & non cōcipiet ex eo, & ludet cum mulieribus sterilibus aut lęsis, & ipse accusatus erit ac spretus ratione ista, & nullum habebit filium, & si aliquē fortè habuerit non habebit masculū neq; uiuet, nec erit constans in amicitia nec societate mulieris, & semper accident ei infirmitates frigidæ: etiā secundū hunc modū iudicabis si natiuitas mulieris fuerit. Item si quando Saturnus iunctus fuerit cum Mercurio, natus erit blesus aut tardi motus & ociosus, quia non habebit quo se exerceat, deficiet multum in substantia, & infortunatus à parentibus suis, debilis erit corpore, & similiter mater ei⁹: sed si Luna aucta fuerit, & natiuitas diurna, & aspexerint ibi fortunæ, significat quòd erit in rebus omnibus fortunatus. Absoluto Saturno sequit̄ Iuppiter, qui si iunctus fuerit cum Marte, significat quòd natus habebit dominiū & substantiā multam, honorē & famam per terras & uillas, & erit alcaydus & tenens societatē hominum, & multum quid uidere habebit: & si hæc cōiunctio fuerit in domo alterius eorum, erit potens & ualens ac nominatus in armis & his similibus. Item si quando Iupp. fuerit cum Sole iunctus sub radijs eius, significat minutionē totius boni: tamen si fuerit orientalis, significat fortunā & possessiones & bonum, & erit suis parentibus fortunatus, & gaudebit in filijs. Etiā si qñ Iup. cum Venere iunctus fuerit, significat q̄ natus nutriet̄ in honore ac diuitijs, diliget omnes & erit pius ac uoluntatis bonæ, erit pulcher in facie, dilectus à nobilibus & dominis, uult quòd bonū dicat̄ de eo & pro hoc laborat, habebit bonū & diuitias & dominium ex parte mulierū ac domuū oratōis, erit bene fortunatus in cōiugio & filijs: & si inter eos nō fuerit infortuniū, semper erit amatus & bene receptus quocūq; iuerit uel intrauerit omnibus diebus suis: etiam hoc modo iudicabis si natiuitas fuerit mulieris. Præterea si Iup. fuerit cum Venere in loco

forti,

forti, & eos aſpexerint Luna & Mars, ſignificat ꝙ dicent de eius parētibus multa mala et turpia. At ſi qñ Venus iuncta fuerit cū Luna, natus æſtimabit ſe multum, & uolet eſſe ſemper cōpoſitus in omnib. rebus, erit pulchræ faciei & hilaris ac bene fortunatꝰ, tamen conſtans non erit in cōiugio, diliget mulieres alienas, & forte idē faciet eius uxor, ꝙ ludet cum alijs. Ad hęc ſi qñ Mercurius fuerit cum Ioue, natus erit clericus legis, uictor in ſuis rationibꝰ, cōpletus ſenſu & intellectu, factor boni, & forte erit ſcriba regis aut magni dñi. Rurſū ſi Iup. fuerit cū Luna, ſignificat augmentū in poſſeſſionibus ac diuitijs & fortuna: & ſi his ita habentibus Iup. fuerit orientalis, natus erit melior patre ſuo: at ſi Luna habuerit minus in gradibus quàm Iup. & nō fuerit luminoſa, minuit de fortuna nati. Mars modò dicendus eſt, qui ſi iunctus fuerit cū Sole, ſignificat ꝙ pater eius cito morietur, & ſignificat nato labores & dolores & erit inuidus & deſtructor hæreditatis, perdet nomē ſuum, accidet ei inciſio ferri aut ignis cōbuſtio, et erit mutabilis in conſilijs & cogitationibus ſuis: & ſi fuerit in angulo uel ſuccedenti, erunt hæ ſignificationes firmiores & certiores. Etiam ſi qñ Mars fuerit cum Venere, ſignificat cauſas & impedimenta & dāna ratione mulierum: at ſi fuerit in ſigno mobili, rixabit cū muliere uili & ſpreta, & ubicūq; fuerit habebit cauſas & impedimenta ratione mulierū, & erit turpiū & manifeſtarū fornicationū: etiā hoc modo iudicabis ſi natiuitas fuerit mulieris, qñ erit deprehēſa & manifeſta in fornicatione. Porrò ſi qñ Mars cū Mercurio iunctus fuerit, ſignificat ꝙ natus erit mendax, tamen bonæ rationis, erit ſapiens & acutus in addiſcendo, & bene famatus hac ratiōe: & ſi Venus ibi aſpexerit, illud idē ſignificat, & ꝙ multum diliget patrem ſuū: ſed ſi aſpexerit Satur. bonum aliquod non oſtendit, quia minuit de bono & adducit impedimenta. Sed ſi Mercur. fuerit iunctus hoc modo in angulo & ſub radijs Solis, et aſpexerit Lunam, ſignificat quòd erit malæ uoluntatis, malarū cogitationū, res faciet diſcordantes, erit dux latronū & faciet falſa teſtimonia in occulto; & ſi Iup. ibi aſpexerit, impediet malum: at ſi ibi aſpexerit Satur. malum aſtimat. Item ſi quando Mars iunctus fuerit cum Luna, ſignificat læſionem & uitam mendicā, et ꝙ morte mala morietur, et incidēt caro eius terro, etiā ſignificat matri eius anxietatē et laborē: et ſi fuerit in angulo, diliget magiſteria et erit ſubtilis, tamē damnū ex hoc toto habebit. Præterea ſi qñ Sol et Venus iuncti fuerint ex exiſtētia occidētali in natiuitate nocturna, aut orientali in diurna, ſignificat ꝙ natus erit nominatus et ualdè celebris, amatꝰ et amator gentis. Etiam ſi qñ Merc. iūctus fuerit cum Sole, et ſit orientalis uel occidentalis, natus erit pius et ſenſatus, ſcriba et ſapiens, habebit altitudinē et gradū pro ſapientia ſua et ipſius, p documētis, et erit caput aliquorum, et bene faciet alijs. Etiam ſi qñ Merc. fuerit cum Venere, ſignificat ꝙ erit amator magiſteriorū et gaudiorū ac oculationū, multas mulieres habebit, ſe diliget ornari, et erit doctrinæ bonæ et bene loqns ueridicator, cantor, dictor dictorū compoſitorum: tamen perdet multū in hoc propter frequentē uſum cum mulieribus, quia in illis ponet omnē ſuam diligentiā: et ſi fuerit in aſcendente, eſt melius et firmius eius poſſe. Et ſi aſpexerit ibi Iupp. habebit bonum et honorem et nobilitatē ex parte mulierum. Item ſi qñ Iup. et Mercu. cum Luna fuerint, erit nominatus pro ſenſato et completo, excepto ꝙ erit mendax, in aliqua re conſtans non erit: et ſi eos aſpexerit fortuna, erit manifeſtū illud malum, et ſignificat bonum pro patre nati, excepto ꝙ inſultus patietur ex parte puerorū. Etiā ſi Luna fuerit in pluribus gradibus quàm Mercurius, eſt melius pro hac ſignificatiōe, quia Luna habēs in cōiunctione plures gradus quam planeta, cùm ſeparat ab illo planeta remanet cum uirtute ſua, et ea quam accepit ab eo: quum Luna ſit terræ propior omnibus alijs planetis.

Exiſtentia planetarum in angulis.

PRoximū ſequitur Exiſtentia planetarum in angulis, quam inſpicere ſi uelis, primùm aſpice loca planetarum et eorum dignitates, et diligenter animū adhibe. Nam ſi quando Luna fuerit in aſcendēte aut in medio cœli, eſt bonū ea exiſtente in lumine ſuo: ſed ſi eam aſpexerint infortunia, minuunt bonum et uictū et dies eius: at ſi eā fortunæ aſpexerint, augent bonum. Etiā ſi quando fuerit Luna in domo ſua, uel aſcendēs in ſua latitudine in natiuitate diurna, ſignificat bonū, et quòd natus erit nominatus et cognitus, ac multos habebit amicos et ſocios, ac multum ui

uet ipse et mater eius: sed si cum ea fuerit ali quod infortuniū aut in eius aspectu, abscin dit fiduciā illam, et si aliquid lucrabitur uel habeat uoluntatem lucrandi, non habebit de eo: at si fortuna siue infortuniū eā aspe xerit, erit in aliquo clarus capitaneus & al caydus: sed si eam aspexerit fortuna & in fortunium, habebit nobilitatem & altitudi nem, tamen erit in hoc anxius, & morte ma la morietur. Si quando Luna fuerit in angu lo occidentis, quæ est domus coniugij, sig nificat quòd mater nati cito morietur, etiā si gnificat nati depressionem & abiectionē & minutionem in uictu, & quòd exibit de terra & loco suo, & habebit tristitiam & mortem pro filijs suis & muliere. Item si qñ Luna fuerit in angulo terræ, & eam aspexe rint infortunia: significat infirmitates for tes in membris absconditis, & habebit mul tas causas & tristicias & dolores p filijs & mulieribus: at si eam aspexerit fortuna, sig nificat quòd habebit proficuum & lucrum ex ulibus magisterijs & spretis. Similiter si quando Sol fuerit in ascendente aut in me dio cœli, eo existēte in suamet doma aut in signo masculino, est bona significatio, quia si in ascendente fuerit & eum aspexerit for tuna à decima, erit rex aut dominus multæ gentis, & erit nominatus & in precio habi tus: idem quoq; erit si in decima fuerit et for tuna in ascendēte, nisi quòd paucos fratres habebit. Sed si quando Sol fuerit in domo coniugij, significat fratribus & parentibus suis labores & anxietates durabiles: & si Mercurius ibi fuerit cum eo, natus habebit multum possidendi, maximè si Mercurius fuerit occidentalis. At si Sol fuerit peregri nus et ab infortunijs aspectus, & maximè à Marte, & eo magis si de oppositione uel quarta aspiciatur, significat q̄ accidet ei im pedimentum ignis, & fortè morietur in eo, aut aliàs mala morte & mortis specie quæ faciet similiter malum, aut ex toxico uel ex percussione lapidis, & quòd interficient eū inimici eius, & fortè comedent eum bestiæ: quod malum eo certius eueniet, si ibi Luna infortunata fuerit: sed si aspexerint ibi for tunę, minuunt de malo. Etiam si quādo Sol fuerit in angulo terræ, significat depressio nem nati & minutionem substantiæ paren tum suorum: tamen si eum aspexerit domi nus domus suæ uel exaltationis, eo existen te superexaltato, dirigit & compescit illud malum. Si quando Saturnus fuerit in ascen dente existens in domo sua, uel in aliqua d gnitatum suarum, & natiuitas diurna fue rit, non est malum, quia significat quòd mul tas terras habebit & populos & dominium ratione illa. Etiam aspice ad statum nati & quære cuius sit progeniei, & secundū hoc iudica in eodem, hoc excepto quòd erit in firmi corporis & manifestarum infirmita tum, nec applicabit ad nobilitatem com pletam, sed erit medianus, nec ex ullo con iugio aliquem profectum habebit, nec ex eo quod ad coniugium pertinet, & à paren tibus suis separatur: & si Saturnus fuerit in domo inimicorum suorum, est peius ma lum, quia malæ famę erit & dicetur malum de ipso, & paucos habebit filios: & si nati uitas nocturna fuerit in hoc aspectu, est pe ius, quia omnia facta erūt sibi grauia & pon derosa, & habebit multas infirmitates, & erit turpis, malæ societatis, deceptor ac fal lax ac malorum morum. Etiā qui talem ha buerit natiuitatem, filios non habebit nec diliget consanguineos suos. Item si quan do Saturnus in ascendente fuerit & Iuppi ter in domo coniugij, significat destructio nem fratrum qui ante eum nascentur, & q̄ natus in manus inimicorum incidet. Etiam si Saturnus fuerit in ascendente & Mars in suo opposito in occidente, significat mul tum & magnum malum, & subitaneā mor tem eius & parentum suorum: & si Satur nus fuerit in ascendēte & Venus in occidē te, significat mortē subitaneā parētum suo rum. Quin si qñ Saturnus fuerit in medio cœli, malum denotat & damnū in uictu na ti & in eius fortuna annis triginta, maximè si natiuitas fuerit nocturna, & signū in quo fuerit fixum, quia significatio illius almu tez affligitur tunc ac durat: sed si fuerit in sig no communi, exibit ex illo infortunio. Et iam si quādo Saturnus fuerit in medio cœ li cum Marte, malū finē significat illi nato, nisi habuerit aliquā fortunam in angulo oc cidentis. Sed si quando Saturnus fuerit in angulo occidentis aut in angulo terræ, sig nificat destructionem nati & fratrum su orum, & maximè nato, & erit corporis gra uis & infirmus, accident ei damna & mole stiæ in aquis aut mari, uel ex frigiditate mē brorum, & morietur mala morte: tamen eū hoc toto uidebit quod uult de inimicis suis: & si fuerit Saturnus cum Mercurio, est pe ius malum in causa filiorum & seruorum, & malus damnum in possessionibus. Infe-

licitatem

licitatem Saturni relinquentes uenimus ad Iouem omne bonum adferentem: nam si fuerit in ascendente, bonum denotat pro coniugio & causa filiorū & fratrum, & erit bene nominatus, idq; eo magis si natiuitas fuerit diurna: sed si nocturna fuerit, eius significatio minor erit. Item si Iuppiter fuerit ibi in signo fœminino, significat quòd mater eius est melior patre: sed si fuerit in signo masculino, pater est melior: & si fuerit in communi, nato ponentur duo nomina. At si fuerit Iuppiter in ascendente & Saturnus in occidente, significat quòd destruentur fratres eius qui ante ipsum nati sunt, & damnum pro patre, & uidebit quod uult de suis inimicis, & erit bene nominatus & honoratus in domibus orationū aut in domo regis, & erit p̄positus super unā societatē hominū: & si ad hoc Mars fuerit in medio cœli aut in eius opposito, quod est angulus terræ, minuit̄ de eo q̄d diximus, aut hæres postea damnabuntur. Sed si fuerit Iuppiter in ascendente & Mars in occidente, significat quòd erit melior suis inimicis & prævalebit eos: & si Venus habuerit testimoniū cum Ioue, est melius: & si testificabitur ibi Luna cum hoc Veneris testimonio, melius est & altitudo celebrior. Præterea si quando Iuppiter fuerit in medio cœli, significat quòd natus erit magni nominis & longi, et quòd erit nobilis & bene fortunatus in factis suis & filijs, maximè si natiuitas diurna fuerit; & si his ita habentibus fuerit Mars in bono loco, & in aliqua dignitatum suarum, significat quòd erit alcaydus aut dominus militum laudatus & nominatus: sed si aspexerit ibi Venus, incurret infortunium aliquod ratione mulierum, & erit laudatus & nominatus: etiam si aspexerit ibi Mercurius de bono loco, infortunium lædet eius sensum & intellectū & sapientiā. Porrò si quando Iuppiter fuerit in angulo occidentis, significat quòd erit bene fortunatus in extremis diebus, & applicabit ad altum gradum, & bonum habebit finem, & finis erit melior principio suo: & eo meliores erunt hæ significationes si Iuppiter ipse fuerit in domo uel exaltatione sua: tamen laborabit & studebit in pueritia sua, et uidebit mortem mulierum & fratrum suorum, & erit dominus hæreditatis & diuitiarum, & aliquid lucrabitur ab extraneis, & erit bonæ famę & bene nominatus, & quādo morietur relinquet famam & nomen bonum, & post mortem suam nominatus erit: sed si ibi signum occidentis fuerit nobile, significat q̄ exibit & fugiet de terra sua, comminuet hæreditatē parentū suorum, & accidet super eum ira regis, maximè si ibi aspexerit aliquod infortuniū. Ego uidi talē natiuitatē in nato habente dñium, qui expulsus de illo perdidit omnē substantiā suam, & habuit mulierem extraneam & uilem & de progenie peiori quàm ipse. Item alium natum qui coniugiū habuit cum serua. Et si lup. aspexerit Venerem & Merc. & Martem, & Luna cum eo fuerit, significat quòd coniungeē cum uetula. Etiā si quando lup. fuerit in occidente & aspexerit Venerē, & ambo aspexerint Lunā, significat q̄ natus erit sapiens & diuinus, & q̄ prædicet futura. Præterea si quando lup. fuerit in angulo terræ, significat q̄ natus habebit bonum & prouentū ex malis factis & uilibus magisterijs, & sciet bene seruare & regere facta & prædia sua, & eius pater bonum & bonam fortunam habebit, tamen non erit in coniugio fortunatus, quia si coniugium contraxerit, non contrahet illud ante finem uitæ suæ, & similiter si habebit filios, habebit eos in fine uitæ suę aut in medio, & habebit molestias & infortuniū in medio uitæ suæ, postea in melius conuertetur & dirigetur fortuna & factum eius. Iouem bono ordine sequitur Mars, qui si fuerit in ascendente & natiuitas fuerit diurna, significat damnū nato, dolores, diminutionem & paupertatem, et erit deceptor ac malorum morum, et multum iratus ac filiorū paucorū, et committet fornicationes turpes et malas cū extranea aut alterius legis: (idem et hoc modo significat in natiuitate mulieris, si fuerit ibi) hoc̄q; peius erit si aspexerit ibi Satur. sed si ibi aspexerit Iuppiter, erit minus malum et habebit fiduciam melioris rei successus. Sed si Mars in ascendente fuerit, et alterum Luminare in occidente fuerit, alterū uerò in angulo terræ, et Iuppiter cadens ab angulo, significat quòd eius parentes breuiter morientur mala morte, et natus erit lęsus et parū uiuet. Non est mala significatio si Mars sit in ascendēte in natiuitate nocturna, et existens in signo fœminino aspiciat̄ à Ioue: tunc em̄ significat utilitatē, audaciā, acuitatē, et bonas fiducias in factis suis, fortitudinē et ualorem, tamen nec sic poterit euadere laborē. Quando Mars aspicit domū substantiæ, significat diminutionē sub-

stantiæ sux: et si aspexerit ibi fortuna, significat quòd ex ea diminuetur et remanebit. At si quando fuerit in medio cœli aut decima, significat depressionẽ nati, et quòd exibit et fugiet de terra sua: et si ad hoc signum fuerit mobile aut commune, significat quòd redibit in terrã suam, maximè si eum aspexerit fortuna: sed si eũ aspexerit infortuniũ, significat damnũ et diminutionẽ bonorũ parentum suorũ: idq; eo magis si aspexerit eum Sol: at in natiuitatibus nocturnis minuitur damnũ, maximè si quando Iuppiter eum aspexerit, quia Iuppiter soluit damnum Martis, & auget sensum & intellectũ & acuitatem. Si quãdo Mars fuerit cum Luna in medio cœli aut in angulo terrę, natus destruet possessiones & diuitias suas: & si aspexerit ibi fortuna, melius habet & dirigit quod cõminuit. Similiter si quãdo Mars fuerit in oppositiõe ascendẽtis, est mala significatio, qa significat destructionẽ, & q̃ fugiet de terra sua, uel cadet in malum aut rixas, hoc; erit peius si fuerit extra dignitates suas: tunc enim significat q̃ erit in anxietate magna propter mala facta, & accidet ei combustio aut morsus bestiarũ, quod scies ex natura signi in quo fuerit Mars: at si aspexerit ibi Iuppiter minuet de malo & soluet illud, & fortè accident ei anxietates magnę & peruenientes ad mortem, quam postea euadet. Item si fuerit Mars in occidente aut aspexerit Solem aut Lunã, significat q̃ natus ille separabit se à parentibus, & erit deficiens & pauci uictus, quia parum lucrabitur. Etiam si fuerit Mars in occidente, aspiciente ipsum Luna & existẽte aucta, est peius & maius malum, quia significat destructionẽ, & quòd accidet ei malum & damnũ & labor, & fortè erit hoc ex causa itinerũ, aut ratiõe mulierũ, & ad hoc captus erit occasione sanguinis: & si ibi nõ attenderit aliq̃d à Ioue auxilium, augebit̃ & crescet multũ hoc malum quod diximus: at si natiuitas fuerit nocturna, erũt hæ significationes minores ac debiliores. Nec pulchritudinis & uenustatis formatrix Venus hic est prætereunda: nam si fuerit in ascendente orientalis & gaudio plena, & in lumine suo, natus erit pulcher, nominatus & cognitus in terris & uillis, & habebit mulieres, & fortè ludet cũ diuitibus mulieribus, tamen non habebit profectum in hoc nec gaudium, & fortè erit opus eius de domibus orationum, (quorum uidimus multos exaltatos & coronatos) & erit bonorum morum, mansuetus, diliget alacritates & iocationes, maximè si aspexerit ibi Luna: tamen si his ita habentibus aspexerit ibi Mars & Mercurius, significat quòd erit magnus fornicator, & palatinus cantator, & fornicationes committet manifestas: & si Saturnus ibi aspexerit, ludet cum muliere uetula & uili & malæ famæ. Etiam hoc modo iudicabis in significationibus istis, si natiuitas fuerit mulieris. Etiam si Venus fuerit in ascendente in signo communi, datus erit duobus patribus ille natus uel duabus matribus, & nomen illud habebit. Præterea si quando Venus aut Mercurius fuerit in ascendẽte, uel in medio cœli, aut in angulo terræ, & fuerit orientalis, significat ipsi nato nobilitatem & honorem, & quòd erit laudatus à multis ex ratione scientiæ, sapientiæ, intellectus: quod ibi multo felicius succedet, si signum fuerit fœmininum. Etiam si quando Venus fuerit in ascendente uel medio cœli, & aspexerit Lunam, significat quòd natus coniungetur cum propinqua. At si quando Venus & Mercurius fuerint in ascendente, & Mars in occidente, significat damnum & dispersionem bonorum parentum nati, & q̃ natus exponet quod lucrabitur pro insinuatione nobiliũ, aut ut consequatur sapientiam, aut dum it ad domus orationum & quærit ut bonum dicatur de se: exponet etiam hæreditatem suam in perquirendo honorem & altitudinem, etiam accidẽt ei causa ratione rixarum & mulierum, aut captus erit habens causam sanguinis, aut dabitur ei toxicum ad bibendum, uel quod ei assimulatur: & accidet ei propterea magnus metus & uersans circa mortem, ex quo tamen soluet̃ & euadet expendendo & dando largitiones & munera. At si aspexerit ibi Iuppiter, minuet de malo & soluet detrimentum: sed si Iuppiter non aspexerit, accident ei anxietates, fuga & priuatio suorum bonorum & honoris. Etiam si hoc fuerit in natiuitate mulieris, ludet cum uiris nobilibus, & habebit propter hoc lucrum bonum & honorem. Item si quando Venus fuerit in ascendente & Saturnus in occidente, significat quòd mulier nati dabit ei toxicum ad bibendum, et morietur ex eo. At si quando Venus fuerit in ascendente & Luna in decima, significat q̃ natus erit religiosus et bonæ legis, ac bonę credulitatis, et firmę fidei & pietatis in Deo et trinitate,

et erit

& erit nobilior & clarior parentibus ſuis, & ibit per multas terras & uillas, & redibit ad terram ſuam, & bonos habebit filios, ſi ibi non aſpexerit infortuniũ, & accident ei impedimenta ratione mulierum: rationem filiorum intelliges ex eo quod antè dixi. Etiam hoc modo & ſimiliter iudicabis, ſi natiuitas mulieris fuerit: nam ſi quando Venus fuerit in aſcendẽte in ſigno fœminino, ſignificat quòd natus erit melior patre ſuo, & quòd erit longæ uitæ. Ad hæc ſi quando Venus fuerit in medio cœli aut in angulo terræ, uel in ſigno fortunæ gaudio plena & in ſuo lumine, ſignificat ꝙ natus erit laudatus & fortunatus, & quòd eius fiduciæ complebuntur in bono: ſed ſi Mars eam aſpexerit, minuit potentiam ac eius bonum. Sed ſi Venus fuerit in medio cœli, in ſigno maſculino in natiuitate mulieris, ſignificat ꝙ illa mulier erit meretrix & fornicationum amatrix, maximè ſi eam aſpexerit Mars & Mercurius: tunc enim ſignificat quòd fricabitur cum alijs mulieribus in ſimilitudine uiri: quæ ſignificatio firmior & certior erit, ſi Luna eam aſpexerit in ſigno maſculino.

De domorum planetarum inter ſe permutatione.

IN præcedenti propoſitione proſequuti ſumus exiſtentiam planetarum in angulis, nunc de eorundem domorũ commutatione inter ſe diſſeremus. Si quando ergo Saturnus fuerit in domo Iouis, ſignificat bonum ſtatum & honorẽ, & quòd ſuos filios nutriet, uxorem ſuam diliget, & ſtare cum nobilibus, & eſſe in ſimilitudine conſiliarij, & ex hoc habebit bonam uitam & nomen. Idem quoque ſignificatur ſi fuerit in termino Iouis. Item ſi quando fuerit Saturnus in domo Martis, natus eſt grauis & cogitabundus in omnibus factis ſuis & alienis. Præterea ſi quando Saturnus fuerit in domo Veneris, nullum bonũ poteſt habere in coniugio, quia ſi uxorem duxerit, erit connubium cum ſerua aut uetula aut meretrice, & accident ei impedimenta & cogitationes ratione mulierum, & forte uiuet infirmus tota uita ſua. At ſi quando Saturnus fuerit in domo Mercurij, natus erit multum cautus, & ad hoc ſenſatus & ſapiens, & intelliget ſecreta librorum, & accident ei ex hac parte grauitates, & erit magnificæ loquelę, aut impeditæ linguę. Explicato Saturno breuiter dicimus quòd ſi Iuppiter fuerit in domo Saturni, natus erit diues ſed nõ nominatus nec honoratus, habebit bonum & diuitias occultè, nec perueniet ad dominium uel ad gradum, (quod tu iudicabis ſecundũ ſtatũ ſuæ ſtirpis) & erit ad hoc bonæ ſocietatis ac receptionis optimæ, non laborat nec cogitat de fama & pompa, nec de laudando ſe, & accident ei impedimenta & cogitationes à turba. Item ſi quãdo Iuppiter fuerit in domo Martis, natus erit alcaydus, aut dominus militũ, uel aſtrologus & intelligens in naturis ſtellarum: ſed ſi ad hoc fuerit in angulo aſpiciẽs Lunam & Solem, et ipſi ſimiliter in angulis, deueniet ad æſtimationẽ magnam & ad gradum: etiam ſi ambo Luminaria fuerint in ſignis maſculinis, erit alcaydus multorũ militum per terram et mare, et potẽs in interficiendo et deuincendo. Præterea ſi quãdo Iuppiter fuerit in domo Veneris, natus erit honoratus in domo regum et eorum fiet conſiliarius, aut redditus eorum recipiet, et inde uiuet, et ex nobilium hominũ auxilio, et fortè ludet cum muliere clara et nobili occultè, et ex hoc habebit diuitias et honorem magnum, & fortè erit œconomus uel magiſter domus theſauri mulierũ honorabilũ, et uiuet et erit honoratus inde. Etiam ſi quãdo Iuppiter fuerit in domo Mercurij, erit alcaydus uillę ſyncerus, aut erit diuiſor uillarũ, aut ſortilegus peritus in omnibus conditionibus ſortis, et erit boni ſenſus et intellectus et laudatus ex hac parte, et proficient homines de eo propter hoc. Mars uerò ſi q̃n fuerit in domo Saturni, natus erit pulcher, agilis in currendo et factis quæ nouerit facere, nec deſtruet ſubſtantiã patris ſui, ſed deſtruent ſe eius fratres eo minores. Itẽ ſi quando Mars fuerit in domo Iouis, aut in eius termino, natus habebit amicitiam et ſocietatem cum regibus, et erit amatus ab eis: etiam ſi ſic Iuppiter Martem aſpexerit, aut fuerit in domo eius, erit alcaydus nobilis aut dominus multæ militiæ ac dominus reddituum, et confirmatus et clarus in ciuitatibus, et habebit magnam nobilitatem et celebrem. Si quãdo Mars fuerit in domo Veneris, aut in termino eius, natus erit fornicator et mulieres diliget alienas, et faciet cõſanguineis ſuis malum, et fornicationes diliget occultas, et fortè uxorem ſuam interficiet manu propria, et ut breuiter dicam uidebit mortem uxorum ſuarum. At ſi quãdo Mars fuerit in domo Mercurij uel eius termino, natus erit ſenſatus et bonæ cogitatiõis et intellectus ac cõſiderationũ bonarum, et laborabit ac ſtudebit ut honorem

rem consequaꝫ & diuitias congreget mala ex parte, & erit in negocijs suis completus. Nec Venus nobis omittenda est, quæ si fuerit in domo Satur. uel eius termino, natus erit sterilis, aut ludet cum matre sua uel cum mulieribus fratrum suorũ, & si seruus fuerit cum muliere dñi sui. Item si qñ Venus fuerit in domo Iouis uel eius termino, natꝰ habebit honorem & diuitias per mulierẽ, aut per officiũ uel redditum quem curabat pro muliere, aut erit consiliarius mulierũ, & lucrabitur propter hoc honorẽ & possessionem, & habebit gaudium & lætitiã ista ex parte, aut erit potens in domibus orationis, & suam mulierem multum diliget. Sed si qñ Venus fuerit in domo Martis uel eius termino, magnam habebit in malis fornicationibus uoluntatem & in causis, & accidet ei propter hoc damnũ & molestia, & ex parte mulierũ, & ludet cum mulieribus alienis, aut cũ publica meretrice uel cantatrice aut serua, nec morabunt mulieres cum eo. Præterea si quãdo Venus fuerit in domo Mercurij uel eius termino, fortè gaudebit cũ mulieribus, aut pro eis facient magisteria, & accident ei hac ex parte causæ & impedimenta, & fortè erit auritaber uel factor sigillorũ aut alkimista, uel magister faciendi res pulchras, aut apothecarius uendens res odoriferas. Sequitur tandẽ Mercurius, qui si fuerit in domo Satur. uel eius termino, erit mutus uel tardi motus aut blesus, & erit homo secretus, quia nulli dicet quod in uolũtate habet, & multum & sæpe cogitans semper abscõdet res hominũ, suspiciosus, & fortè intelliget secreta librorũ legis, uel peritus erit & sapiens in astrologia uel auium augurio. Item si quando Mercurius fuerit in domo Iouis uel eius termino, erit sensatus & cogitationum bonarum, uel erit prædicator aut consiliarius regis uel nobilis hominis, aut erit magister in cathedra legum uel decretorum, uel cõsiliarius alcaydi, aut gubernabit redditus uillæ regis. Præterea si quando Mercurius fuerit in domo Martis uel eius termino, erit sensatus & suas fiducias adimplebit, tamen erit mendax & inuerecundus, non credet in deo nec bonis factis, fornicationes diliget, & committet facta & testimonia falsa, uel habebit societatem & amicitiam cum nigromãticis, & abscõdet res & facta sua, tallet in mẽsuris, negabit debita quæ debet, & cognitus & nominatus & habitus erit inter homines pro falso & impuro & infamato & periuro & nõ dubitãte fallere. At si Mercurius fuerit in domo Veneris uel eius termino, erit hilaris & iucundè faciet omnia facta sua, & fortè sapiens erit & ueificator & cãtator, aut sapiens magisteriorum, uel sapiens ludendi ad taxillos, aut quod his assimilatur. Etiã si Mercurius fuerit in angulo, & exiuerit sub radijs, erit uerificator & intelligens & subtilis in illo, amator hominum, & lucrabitur opes. Item si quando Saturnus fuerit in domo Lunæ, significat quòd perdetur substantia matris eius ac honor & precium eius, & infirmabitur infirmitatibus frigidis melãcholiæ, habebit in membris suis dolorem, & fortè deueniet ad paupertatẽ, & uiuet in infirmitate donec ejectaꝫ ad nosocomium. Etiam si quando Saturnus fuerit in domo Solis, erit pater eius cõpletus & honoratus, & augentẽ eius honores et diuitiæ, tamen in hoc accident ei infirmitates humidæ, & fortè morietꝫ mala morte. Etiã si quando Mars fuerit in domo Lunæ, natus erit intelligens & sensatus, & perquiret scire magisteria & posse lucrari, tamen erit debilis in suis factis & suo uictu, & accidet ei læsio, aut fortè morietur mala morte, modicũ uiuet, paucas opes habebit & multũ infirmabitur: quæ omnia efficaciora erunt si natiuitas fuerit diurna. Sed si quando Mars fuerit in domo Solis, perdetur substãtia patris sui & eius ualor, & natus immiscet se factis & magisterijs ponderosis & laboriosis, sicut sunt magisteria ignis uel ferri, & ex hoc uiuet. Etiã si quando Mars & Saturnus ambo fuerint in domo Solis aut Lunæ, nato significat paucam uitam, aut qꝫ morietur mala morte. At si quãdo Luna fuerit in domo Saturni uel eius termino, natus erit grauis & tardus & piger in omnibus factis, frigidus corpore & deficiens insultus patietur. Sed si quando Luna fuerit in domo Martis uel eius termino, natus erit agilis in currendo, & rigidus membris, lucrabitur mendacijs substantiam alienam, & non respiciet ad rectitudinem nec legem curabit: & qui habent tales natiuitates maiori ex parte interfectores sunt armati & habentes dominium propterea: inspice tamen dignitates planetarum & aspectus fortunarum, quia fortunæ soluunt malum. Item si quando Sol fuerit in domo Martis uel eius termino, accident nato magnæ infirmitates & fortes ex quibus timebit mori, liberatus tamẽ ex hoc toto bonã habebit uitã, diuitias & bona magisteria quę cõplebunt

in

in diuitijs ſuis. Etiam ſi quando Sol fuerit cum Luna in domo Iouis uel eius termino, & ambo fuerint iſto modo, natus erit manſuetus & non meditabitur lucrari multam auri uim, & forte ludet cum mulieribus fratrum ſuorū uel cum matre ſua. Idem quoq; ſignificat ſi natiuitas fuerit mulieris, quia ludet cum aliquo fratrum ſuorum, aut cum ſuo conſanguineo propinquo. Ad hæc ſi quando Luna fuerit in domo Veneris uel eius termino, natus erit compoſitus, pulchræ faciei, pulchrorū oculorū, conueniēs omnibus, maximè ſi ſignum fuerit humanū, tamen erit fornicator in loquēdo & factis, & inſultus patietur hac ratione, & cum hoc toto erit bonæ uitæ & abundantis. Item ſi quando Sol fuerit in domo Veneris uel eius termino, natus erit diuinator & uerorū ſomniorum, intelligens in rebus, aut ſortilegus uel aſtrologus, excepto quòd erit humidi corporis, & multum iraſcetur. Etiam ſi qñ Luna fuerit in domo Mercurij uel eius termino, natus erit ſenſatus et ſcriba, & ueniēt ei lucra ex factis ſuis, aut ex redditib. quos habet, excepto quòd ludet cum mulieribus & pueris, & paucos habebit filios. Præterea ſi quando Sol fuerit in domo Mercurij uel eius termino, natus erit calidus & nihil effutiens ſecretorum, ac habebitur pro fideli, & confidebunt in eo ac eius fiducię complebuntur, tamen erit infirmus laborās ex humidis infirmitatibus. Ex iſtis autem ſignificationibus modò dictis de domibus & terminis feliciores erunt, quibus accidit domus & terminus in uno, nam firmius inde ac uerius erit iudicium. Aphoriſmi pulchri huius rei & animaduertendi. Natus habere non poteſt bonum aliquod per uirilitatem aut fortitudinem, ſi non habuerit aſpectum nec teſtimonium à Ioue: nec poteſt habere bonum ex ratiocinatiõe, ſi non habuerit teſtimonium nec aſpectum à Venere: nec poteſt bonam habere potentiam & honorem oſtenſum à ſignificatione Solis, niſi Sol fuerit in ſigno fixo: nec per pietatem & manſuetudinem & humilitatem per ſignificationem Iouis prædictam, ſi nõ habuerit teſtimonium Solis: quia Sol eſt ſignificator honoris & potentiæ & æſtimationis & humilitatis: nec manſuetudo coniuncta cum humilitate quid ualet. Etiam ſi quãdo fuerit planeta qui erat in aſcendēte, aut planeta potens in natiuitate retrogradus, ſignificat quòd natus erit deceptor & mendax. Sed ſi fuerit combuſtus, ſignificat quòd erit debilis & infirmus, & quòd erit timidus in factis ſuis et rebus, et parum proficiet de corpore. Meſſahala non intellexit rem retrogradatiõis, nec quid ſit, quũ dicat in libro ſuo planetas adiũgi Soli uelut funibus ſint alligati, quas cum trahit Sol, planetã appẽſum ſibi appropinquare facit, cùm laxat eundẽ & remittit. Similiter dicit idem in alio libro qui dicit Liber rationũ, q Venus qñ eſt in capite ſuæ chordæ eſt completa, et eundo per totam chordam quãdo applicat ad finem chordę eſt inflammata: et quãdo inuenitur in hoc ſtatu, ſignificat turpem et malam mortem. Quod qui non intelligit nec cauſam rei nouit, conſiderat id quod non eſt, et iudicat de eo diuerſum ab eo quod iudicare debet.

ALBOHAZEN HALY
filii Abenragel libri de iudiciis aſtrorum pars ſexta, quæ agit de reuolutionibus annorum nati, eſtq; diuiſa in quindecim capita.

De firmitudine cuiuslibet planetæ in temporibus annorum nati. Cap. I.

RRADIATIONEM & influxionẽ cuiuslibet planetæ ſecundum tempora nati uolentes docere, non malè incipiemus à primis annis nati, & ſimiliter à prima ſphęra quæ uerſus nos eſt & magis circa ſphęrã terrę, & ire per hunc ordinẽ donec perueniamus ad finem annorum nati, & ſimiliter ad ultimum planetarum qui eſt conueniens illis annis ultimis. Qua in re tractanda, animaduertendum q ſtatus nati generaliter cognoſcitur diſcurrendo per tempora annorum uitæ ipſius, & ſpecialiter & ſeparatim à proprietatibus planetarũ & figuris in radice & reuolutione. Generaliter ergo proſequentes ſcito quòd

quòd Luna gubernat natum in annis infantiæ, hoc est, annos quatuor primos, q̃ à pluribus dicuntur anni nutritionis: quo tempore corpus infantis est humidum, nec adhuc bene completũ & crescit facilè. Et maior pars gubernationis eius ibi est aquea et liquida, & propter hoc est corpus infantis molle & debile ac facilè alteratur, & membra eius non cõpleta nec fortia, nec potest eis uti ad id quod uult, nec ab ipsis remouere accidentia quæ ei euenire possunt. Post hos quatuor annos transit gubernatio ad secundum planetam, uidelicet Mercurium, qui gubernat in annis pueritiæ, suntq; decem anni: quo tẽpore fortificant̃ nati membra & intellectus & loquela & ratio: etiam isto tẽpore agit radices in scientijs, sapiẽtijs, moribus, magisterijs, & in omni conditione addiscendi. Hos decẽ pueritiæ annos suscipit tertius planeta Venus dictus, quę gubernat in annis adolescẽtiæ, hoc est, annos octo, post quos sequitur numerus annorũ minorum Veneris. Hoc tempore incipiunt moueri uiæ spermatis & algadi, & incitat̃ cupiditas siue delectatio iacendi cum mulie re. Etiam hoc tempore habet natus mores caninos, quia sequit̃ cupiditates suas, estq; maiori ex parte in his annis amore correptus, & appetit uti rebus splendidis & facilẽtibus ad fornicationẽ, & decipit se in quocunq; inciderit ex his rebus. Post hos gubernat planeta mediꝰ Sol uidelicet in annis medijs, qui dicti sunt anni iuuẽtutis, & gubernat annos nouẽdecim secundũ numerũ suæ reuolutionis in cõiunctionibus Lunæ: quo tempore potens est natus in factis, audax & acutus in perquirendo & sequendo lucra & uictum suum, & se in rectam uiuendi normam instituit, & subducit à ludis & laboribus & erroribus, & abstinet se à fornicatione, diligenterq; perquirit honorem & famam. Post hunc transit gubernatio ad quintum planetam, quĩ Mars nominatur, hicq; gubernat statum nati completum annos quinq;, secundum numerum annorum minorum propriorum. Hoc tempore accidunt nato molestiæ in suo uictu, occasiões in corpore, tristitiæ in spiritu, & incipit corpus deficere, & ex maiori parte conabitur laborare & facere facta quę ipsum relinquere oportebit, & immiscet se multum acuitatibus spe lucrandi, & in hoc erit antequam perueniat ad tẽpus mortis. Post hunc transit gubernatio ad planetã sextum, qui dicit Iuppiter, & sextus ordo annorũ, annorum inquã senectutis, qui sunt numero 12. secundum numerum annorũ suorũ propriorum: hocq; tempore separat se homo à laboribus & molestijs & exhibet se quieti, nolẽs se ultrà exponere periculo nec labori, conuertit se ad legem & bonam credulitatẽ meditans de rebus, & auellens se à turpibus factis & uerbis, amat & studet hoc tempore consequi honorẽ & laudem: facit se castum & uerecundum & sui rationẽ habet. Post hunc transit ordo ultimus ad Saturnũ, qui septimus uitæ est & finis uitæ & ætas decrepita: quo tempore debilitatur corpus, abbreuiatur uita, perditur uirtus, & alterãtur motus & facta, aboletur gaudium & mulieris appetitus, infrigidantur omnia eius conamina, & uilipendit seipsum nihil de se curans, & diffidit in eo quod uidetur secundũ frigiditatem & ponderositatẽ Saturni. Cuiuslibet horum planetarũ tempus quo gubernat, erit secundum quod fuerit status eius: quia si tẽpore quo gubernat fuerit fortunatus & in bono statu, erit gubernatio eius & cõpleta et bõa: sed si fuerit infortunatus & in malo ac maleficio statu, accidet dãnum in gubernatione secundũ statum & secundum infortunantis naturam, iuxta quæ iudicabis in factis & statu nati: nam hę sunt proprietates temporum secundum ordinẽ generalem & secundum naturam. Incepimus autem gubernationes huius ordinis à Luna, & dedimus ei minimã omnium planetarum partem, quoniã dedimus decimã annorum suorum minorũ secundum reuolutiones suas cum Sole per coniunctiones, quam augmentauimus dando Mercurio dimidium annorũ suorum minorũ, post quẽ dedimus alijs planetis annos suos minores cõpletos: secundum quem numerũ & ordinationem prouenient omnino anni nonagintaocto: quos si natus transfuerit reuertetur ad annos Lunæ, & si hos transfuerit, redibunt ad annos Mercurij, & si hos etiam transfuerit, ad annos Veneris superstite uita deueniet, & adimplebit annos 120. qui sunt anni maiores Solis & uita completa.

De diuisione & diuisore. Cap. II.

Diuisimus generaliter planetas, & adscripsimus eos annis nati progredientis ex utero matris secundum suas partes & analogiã, consequenter dicendũ est de diuisione & diuisore: quę si scire uelis, primum cõsidera bene & diligenter, & si dominus partitionis uel diuisionis fuerit infortunium, significat laborem

laborem & indigentiam illo anno, niſi dominus anni & dominus ſigni diuiſionis ac Luna fuerint in bonis locis, & habuerint teſtimonium fortunarũ: aut niſi fuerit ipſum infortunium orientale, & in bono loco & in radice natiuitatis ſimiliter, & quòd non ſit maleficum aſcendens radicis: quoniam hæc ſignificant in melius negotium uergere diuiſionis, & eius damnum cohibent & laborem, & ſignificant profectum pro natura illius infortunij, quoniam melius habebit dominus anni: etiam ſi dominus anni fuerit fortuna, ſimiliter dirigit & confert ubi fuerit ſub radijs Solis, quia tunc confert illo termino in quo fuerit partitio. Sed ſi quãdo dominus anni fuerit infortunium, & in radice natiuitatis in bono loco, ſignificat & dat nato bonum, maximè ſi fuerit ad hoc orientalis, infortunijs non proijciẽtibus ſuos radios in illo termino, & ſi ſint Luna & aſcẽdens ſignum anni, & eius domini liberi ab infortunijs et in teſtimonio fortunarũ: quoniã hæc eſt ſignificatio boni & ꝓfectus illo anno, ſecundum naturam & proprietatem planetæ dominantis in illo anno & diuiſoris. Si quãdo dominus diuiſionis fuerit fortuna, & in radice natiuitatis in malo & infortunato loco, non ſignificat utilitatẽ nec bonum, maximè ſi dominus anni fuerit male affectus: tunc enim non ſignificat niſi malum & damnum in illo anno. At ſi quando dominus diuiſionis fuerit fortuna, et in radice natiuitatis in bono loco ac in radijs fortunarum, multiplicatur et creſcit illud bonũ quod ſignificauit, et erit plus et maius, maximè ſi ad hoc dominus anni fuerit appodeatus et orientalis et fortuna: quia tunc ſignificat multum bonum ſecundum naturam & locũ ipſius. Sed ſi quando locus diuiſionis natiuitatis aut reuolutionis infortunatus fuerit per coniunctionẽ, uel quartam aut oppoſitionẽ uel infortuniorum, ✶ (quoniam ſi diuiſio in hoc fuerit ad planetam fortunã, fortuna aſpiciente ipſum cum his proiectionibus radiorũ infortuniorũ) omnibus modis malum ſignificat & damnum, maximè ſi dominus anni et Luna fuerint infortunati: quia Luna in omni modo eſt complens omnes ſignificationes et facta. Etiam ſi quando diuiſio fuerit ad infortunium, et locus diuiſionis in radice et reuolutione infortunatus, et non habuerit radios fortunæ in reuolutione nec radice, & Luna infortunata fuerit in radice, & aliqua fortuna non aſpexerit aſcendens, et infortunia aſpexerint ibi de oppoſitione uel quarta, ſignificat abſciſionem uitæ nati illo anno. At ſi radij fortunarum fuerint in illo termino, licet Luna & aſcẽdens illius anni ſint infortunati, non timebit mori illo anno, accidet tamen ei impedimentum illo anno. Etiam ſi quando infortunium applicuerit ad locum Lunæ, eadem applicante ad ipſum in reuolutione, maximè ſi ſignificator anni fuerit in malo loco ſicut in domo infirmitatis, ſignificat laborem & magnam infirmitatem: hoc idem ſignificatur ſi quando Luna applicuerit ad locum infortunij radicis; idq; efficacius erit ſi hæc applicatio fuerit in aſcendente radicis, aut in ſexta uel duodecima reuolutionis, & maximè ſi Luna fuerit in radice infortunata. Nota quòd omnis planeta exiſtens in partitione ſua, et proijciẽs radios ſuos ad terminũ in quo eſt in radice, ſignificat illo anno ſignificationes proprias ſui planetæ. Exemplo res magis illuceſcet: Iuppiter habeat dominium in anno reuolutionis, & ſit diuiſor, & proijciat radios in termino natiuitatis in quo fuerit, & non ſit infortunatus in radice nec in natiuitate. & ſit in bono loco, ſignificat illo anno coniugium & filios, & quòd aſſociabitur nobilibus & eis iungẽ, & aſcendet ad nobilitatem et potentiam ſecundum quod fuerit ſignificatio radicis. Etiam ſi Sol proiecerit radios ſuos hoc modo, ſignificat illo anno potentiam & dominium, & quòd ſe aſſociabit cum regibus et claris, & quòd ueniet in eſtimationem & famam, & lætabitur cum parentibus & progenie ſua, & lucrabitur ſubſtantiam ex parte ſuorum parentum. Sed ſi Saturnus proiecerit radios ſuos hoc modo, ſignificat triſtitiam ratione patrum & filiorum, infirmitates in corpore & perturbationẽ ſui ſenſus illo anno. At ſi Mercurius hoc modo proiecerit ſuos radios, ſignificat quòd illo anno augmentabitur intellectus & doctrina ipſius ac ſuum ratiocinari, & dicet ac loquetur res quibus magis ualebit et augebitur fama eius, et creſcet eius fortuna cauſa filiorum. Etiam ſi Venus proiecerit ſuos radios iſto modo, ſignificat illo anno bonũ coniugiũ, et de nobili progenie ac clara, lætabitur ratione mulierum ac dabit ſe ludis, cantibus, et lætitijs. Præterea ſi Iupp. ad hoc aſpexerit Venerem aut terminum diuiſionis, ſignificatq; lucrabitur magnum prædiũ, et lætabitur in negocio mulierũ, ueſtibus, et rebodoriferis. Etiã ſi Venus proiecerit radios

suos hoc modo, significat anno illo sanitatem in corpore & prosperitatem in eo, augmentum in fama et honore, et gaudium ex parte matris & sororū suarum, & augebit gaudiū sensus, & fama eius, & erit inter dominos et nobiles generosus. At si Sat. fuerit diuisor, licet non proiecerit aliquis planeta radios suos ad terminū diuisionis, & ipse fuerit in malo loco, significat infirmitates ex frigiditate & humiditate & abūdantia phlegmatis, & humores crudos, phthises & longas infirmitates & chronicas, tristitias, dolores, malas cogitatiões, in factis tarditatem & in negocijs abiectionē, quia quod incipit nō perficit: sed si Iup. ibi aspexerit, hoc malū dissoluit & mitigat, tamen tristitias habebit ex parte patrū & filiorū. Etiā si Venus eum ita habentē aspexerit, significat coniugū & filios, hoc excepto q accident tristitię ei ex causa mulierū et filiorum, aut morietur eorum aliqs. At si Mercurius aspexerit illū terminū, significat damnum ratione seruorū aut scripturarū uel cōputationū, & dādi & accipiēdi. Et si Mars modo iam dicto aspexerit Mercuriū, significat q destruetur ratione falsorū factorū. Etiā si Satur. & Mars ambo terminū illū aspexerint, & ibi nō aspexerint Iup. nec Sol nec Venus, nec proiecerint radios de fortibus locis, significat destructionem. Et si Mars fuerit ille qui aspexerit, significat impedimētū in fratrib: sed si fuerit Luna quæ aspexerit, significat fortitudinē & augmentum in significationibus Saturni, & significat mortē matris & sororum infirmitatem, tristitias ac perturbationē sensus. Et si Sol aspexerit ibi, euadet à morte, & denotat mortē patris, uel q accidet ei tristitia & anxietas magna ratione patris. Etiā si Mars proiecerit radios suos ad terminum, & Satur. aspexerit Martem quouis modo, & nō percusserit ibi radius fortunæ, significat infirmitates magnas & lōgas, aut mortē per manum inimicorum suorum. Sed si ibi fuerit in bono statu Saturnus cum Ioue, significat illo anno pro naturis & significationibus suis, augmentum in hæreditatibus et terris cultiuis ac domibus, & significat bonum ac profectum hac ratione, et quod his assimilatur. Item si Mars diuisor fuerit et in bono loco in radice, in exaltatione sua uel termino, aut in exaltatione Iouis aut termino, aut in aliqua dignitatū eius, & habuerit partitionem & testimonium cum Ioue, significat bonum & honorem: & si natus fuerit preciatus, id est, nobilis generis, significat illo anno dominium super milites & alcaydiam, & q se dabit armis, & q lucrabit ex parte possessionum honorem & famā, & uincet inimicos & aduersarios suos, & habebit bonum & lucrum per delicta, uiolentias, prædationes, interfectiones, & placita. Et si aspexerit eum Iuppiter, significat q reducet se ad mansuetudinem & iustitiā, maximè si Sol aspexerit Iouem, existēte Sole in loco forti, & aspectus fuerit de tertio. At si Mars fuerit in malo loco, nec habuerit testimonium, nec aspectum aliquem cū Ioue, significat dolores & infirmitates natura calidas, uel per cōbustionem, ac febres & effusionē sanguinis, uulnera & percussiones. Et si ad hoc Marś aspexerit terminum, significat q cadet in manus inimicorum suorum, & in manus latronum & prædonum: sed si non aspexerit, significat q faciet itinera & capiet ex eis utilitatem. Sed si ad hūc statum fuerit significator anni et dominator in eo, erit deterius & eo fortius & affixius malum, si fuerit ascendens reuolutionis, et Luna similiter infortunata, uidelicet si Luna & Mars ambo sint infortunati. Præterea si Mars fuerit diuisor, & Merc. proiecerit radios suos ad illum terminum sine aspectu aliquo Iouis, significat q accidet ei damnum, anxietas, labor & carcer ratione causarum, aut propter chartas aut falsa testimonia. Etiam iudicando percurres q radios aliorum planetarum, sicut tibi diximus de Saturno cùm ipsum posuimus diuisorem, excepto q commixtiones ipsius cū Marte significant damnum in fiducijs: & si Sol aut Iuppiter uel Venus proiecerint radios suos ad illum terminum, euadet natus à damno Martis, tamen ex toto incōtaminatus non euadet. Etiam si Mars aspexerit Saturnum & terminum, & Saturnus similiter proiecerit radios suos ad terminū, significat cōmixtionem naturarū, & q habebit tristicias & aduersitates, & q fortè cadet in manum inimicorum suorum: & si neq Sol nec Iup. nec Venus aspexerint à loco potēti terminū illum, morietur mala morte post anxietates & labores magnos qui ei accidēt: sed si Iup. aspexerit, significat tristitiam ex parte regū, uel q ejcietur de officio suo, uel deponet̄ de dignitate sua. At si Venus aspexerit, significat damnū et impedimentum in mulieribus & filijs eius. Et si Sol aspexerit, significat combustionem ignis, & damnum ex parte patrum aut regis & uiro-

rum

rum nobilium. Item ſi Venus fuerit in capite ſuo diuiſor, ſignificat bonum cõiugium & bonam fortunam in eo, maximè ſi ipſa fuerit domina illius anni, & reuolutio applicuerit ad locum in quo eſt pars coniugij in radice: quia tunc ſignificat gaudium cauſa mulierum & lætitiam cum amicis, & addicet ſe ad canendum, gaudendum, & uitijs. Et ſi ad hoc proiecerit radios ſuos ad illum terminum, cõiungetur cum nobili muliere, & habebit ex illa diuitias, et induet ueſtes nouas & pulchras. Etiam ſi Iuppiter aſpexerit illum terminum, cohabitabit cum muliere nobilis progenitei, diuite et magnę æſtimationis, & gaudebit cũ ea. Sed ſi Mercurius ibi radios ſuos proiecerit, augebitur in ſenſu documento & intellectu, & habebit gaudium & uitium cum mulieribus, ac iacebit cum meretricibus: etiã ſi radij Mercurij fuerint de oppoſitione, habebit utilitatem ex cõſilio mulieris. At ſi Saturnus ibi radios proiecerit, ſignificat quòd ſtabit audax, & quòd infrigidabit ab uſu mulieris, & accident ei triſtitiæ ratione mulierum: tamen ſi aſpectus ille Saturni fuerit de oppoſitione, ſignificat quòd uxorem ducet et uidebit mortem filiorum ſuorum, & habebit triſtitiam ratione mulierum ac earum infirmitatum uel mortis. Etiam ſi Saturnus aſpexerit Venerem, ſignificat quòd habebit uxorem de qua parum gaudebit, longã triſtitiam habiturus pro ea, & ipſius morte condolens erit. Etiam ſi Mars proiecerit ſuos radios in illo termino, ſignificat mortem uxorum ſuarum, uel quòd longas infirmitates habebunt, cauſas & damna occaſione illarum, & deueniet in appetitus iacẽdi cum eis, & patietur inſultus propterea. Et ſi ad hoc aſpexerit ibi Mercurius, ſignificat quòd habebit ibi fortes & turpes cauſas, & quòd debiles rationes habebit defendendi ſe, & erit uictus, & propter hoc accidet ei damnum & impedimentum. Sed ſi ad hoc aſpexerit ibi Iuppiter, diſſoluit hoc malum, & erit pax inter ipſum & aduerſarios ſuos. Etiam ſi Luna ibi aſpexerit, ſignificat quòd copulabitur cum cõſanguinea, aut iacebit cum muliere formoſa & uili, et creſcent ei gaudia ratione mulieris. Præterea ſi quando Venus proiecerit ſuos radios ad terminum Martis, & ipſe fuerit diuiſor, aut in termino Veneris, ſi Venus fuerit diuiſor, & inter eos in radice fuerit aliqua cõmixtio, ſignificat quòd incidet ei illo anno uoluptas fornicationis. Porrò ſi diuiſor fuerit Mercurius in ſuo capite, & non habuerit cõmixtionem aliquã cum aliquo planeta, & fuerit in bono loco, ſignificat quòd creſcet & augetur in intellectu & documento, & habebit profectum & lucra per artem ſcribẽdi, ꝙ mercaturas, & per acuitatẽ ingenij ſui. Et ſi ad hoc Iuppiter aut Mercurius aſpexerit illum terminũ, aſcendet in eminentem locum ex ratiocinando et bene loquendo, & dicet rationes & dicta quibus magis ualebit, & creſcet in potẽtia ac ualore, & lucrabitur poſſeſſionem & dignitatem & ualorẽ ex nobilibus. Et ſi Mars ibi proiecerit radios ſuos, & fuerit infortunatus in oppoſito diuiſionis, & Cauda cũ infortunio in uno ſigno, forſitan cadet in manus inimicorum ſuorum, aut accidet ei damnum ignis uel percuſſionis, aut epilepſia uel cupiditas nigromantię. Etiã ſi Mars & Mercurius fuerint in quartis filius loci, aut in ſuis oppoſitis, ſignificat infirmitates malas & grandes & anxias, uel damnũ ex cauſis & ratiocinando, & quòd cogitabit & uerſabitur in rebus malis & turpib. Nota quòd Algebutar eſt potẽs in nato ad ſignificandum quibus magiſterijs ſe dabit, & ſi eſt diues uel pauper. Etiam Alcelcadeny eſt potens in ſtatibus nati, ſed dominus radij eſt talis ſicut Algebutar, ſed potẽtior aliquantulum.

De iudicijs per ſignum applicationis planetarum, & Saturni quum eſt dominus anni. Cap. III.

PRiuſquam progrediatur ad iudicia applicationum, placuit oſtendere ꝙ Alcelcadeny, id eſt. dominus anni (de quo nobis erit ſermo) ex parte applicationis, componitur ex Cel. id eſt, annus, & Cadeny, id eſt, domin⁹. Quo præmiſſo iudicia ſingula cuiuslibet planetæ breuiter ſubiungemus, noſtro more & aſcẽſionum ordine incipiẽtes à Saturno ſupremo omnium planetarum. Si ergo Saturnus fuerit dominus anni per applicationem, & fuerit in bono ſtatu receptus, et liber ab infortunijs & radijs eorũ, et ſit oriẽtalis & in domo uel exaltatione ſua, ſeu in aliqua dignitatum ſuarũ, & in ſuo haiz, uel in domo alicuius amici ſui directus curſu, aut in angulo uel ſuccedenti, ſignificat ꝙ natus perueniet & dabit ſe agriculturæ & laboribus terræ & prædiorum, & adaquans ea & ſeminans & plantans uitam uiuet ruſticã: & ſi ad hoc fuerit in domo uel exaltatiõe ſua, & in aliquo angulorum, faciet hoc per ſemp

sum & ui naturæ suæ: sed si fuerit extra domum uel exaltationem suam, & tamen sit receptus, significat quòd hoc per alium faciet, & erit in his creditus & completus: at si fuerit peregrinus non receptus, accusabitur de eo quod facit, & accident ei tristitiæ ex parte amicorum & filiorum suorum. Etiam si fuerit in nona uel tertia, existente eo in sua domo uel exaltatione sua, natus faciet bona & iusta facta, ut meritum consequatur in altero seculo, & dabit se domibus legis, & ibit in locum in quo habeat aliquam delectationem: Sed si fuerit ibi in locis extraneis, sit tamen receptus, ibit longa itinera & habebit bonum in eis: at si fuerit ibi in locis extraneis & sine receptione, habebit in itineribus suis molestias, occasiones, & in corpore suo damnum. Item si Iuppiter aspiciat eum de bono aspectu & in radice similiter, uel sit corporaliter iunctus cum eo in iam dictis duobus locis, aut in altero eorum, honorem & gaudium significat, & quòd lucrabitur substantiam ab hominibus diuitibus, ac honorem & laudem ex eis & dominis similiter, & erit tardus & cogitabundus in factis suis, & gaudebit cum suis filijs: & si signum fuerit regale, seruiet regibus & bonum habebit ex eis. Etiam si Mars aspexerit eum, uel iunctus fuerit cum eo, ipso existente in bono statu, aut aspectus fuerit ex amicitia, significat quòd natus dabit se rebus ex quibus habebit utilitatem, & augetur in sua potentia & possessione, & habebit aliquid facere cum regibus, & erit bonæ uoluntatis, & petitiones ipsius facilè complebuntur, & habebit abundantiam expensarum: & si ambo fuerint recepti, aut uterq; eorum receperit socium suum, additur in his significationibus & affirmatur. Similiter si Sol aspexerit in radice & reuolutione eum bono aspectu, significat bonum statum patri, & augmentum famæ & æstimationis, & habebit profectū à nobilibus: & si hic aspexerit in uno horū temporum & non in alio, & fuerit de tertio, significat unam partem eius quod diximus. Et si Venus eum aspexerit in radice et reuolutione bono aspectu, aut iuncta fuerit corporaliter cum eo, & inter eos fuerit receptio, & pars coniugij fuerit fortunata, significat quòd illo anno lætabitur cum mulieribus, & augetur in pompa & abundantia & multitudine populi in domo sua & magnificentia: & si hic aspectus aut hæc cōiunctio fuerit in uno duorum temporū & non in alio, minuitur de eo quod diximus & gaudiū eius, & inuidebūt ei uiles, uel accidet ei tristitia ratione mulierum, & eueniet ei impedimentum in gaudijs suis, & ui superabuntur aliquæ ex rebus eius, & accident ei tristitiæ in hora sui uitij, & quantò se magis dabit reb. quæ sunt de natura Veneris, tantò maiorem molestiam & grauitatem habebit. Etiam si Mercurius fuerit corporaliter ei iunctus, aut aspexerit eum bono aspectu in radice & reuolutione, & ambo fuerint in bono statu, significat augmentum in intellectu & sensu, et sapiēs polleet memoria & pietate & bonis cogitationibus, & dabit se computationibus aut metiendis agris, lætabitur in filijs, maximè si partes eius fuerint fortunatæ & ab infortunijs liberę, & similiter eorum domini in bonis locis: & si hic aspectus aut hæc coniunctio fuerit in uno horum duorum temporum & non in alio, minuitur de eo quod diximus. Etiam si Luna fuerit ei iuncta, aut eum aspexerit bono aspectu in ambobus rēponibus, & recepta ac fortunata fuerit & crescens lumine ac numero, significat augmentum in æstimatione & possessionibus, profectum & lucra in prædijs & plantis, in seminationibus aut riuis uel canalibus, etiam erit primus & potens cum nobilibus, bonæ famæ, & lætabitur cum matre sua & mulieribus: et si hic aspectus uel cōiunctio fuerit in uno istorum temporum et non in alio, minuitur de eo quod diximus. At si quando hi planetæ aspexerint Saturnum de quarta uel oppositione, et fuerit separatim cum illo aspectu, significat malum et damnum et infortunium, maximè in rebus quæ sunt suæ naturæ. Sed si quando Saturnus cadens ab ascendente fuerit in secunda aut octaua, et ibi receptus et dignitatem habens, significat quòd habebit bonum et profectum in ratione hæreditandi mortuos, aut hoc habebit ex parte quam non credebat: at si infortunatus fuerit in his locis, et ibi dignitatem nullam habuerit, nec receptus fuerit, significat pigritiam et grauitatem, et quòd erit miser et infortunatus. Etiam si fuerit in sexta uel duodecima, iudica secundum hanc uiam, quia significat infirmitates, carceres, mortem seruorum, et animalium et pecudum, et quòd inimici se confirmabunt in eo. Etiam si quādo Saturnus fuerit in malo statu propter cōbustionem aut regradationē, et in signo quod sit domus inimici sui, aut in signo peregrino,

uel

uel extra ſuum haiz, ſignificat grauitates ſeu triſtitias ratione ſenũ ſuæ gentis, ac impedimenta & infirmitates humidas, uel febrem cum tremore, & infirmitates melancholię, frigus et damnum poſſeſſionum ac prædiorum: & ſi cum hoc malo fuerit in ſigno peregrino, accident ei moleſtiæ in itinerib. ſuis, aut ex cauſa hominũ extraneorum: etiam ſi fuerit in domo alicuius ſui amici, accident ei grauitates ab aliquo amicorum ſuorum. Similiter ſi Sol eum combuſſerit radijs ſuis, non exiſtente aliqua cõuenientia inter eos, ſignificat carcerem graue & longum ac in occulto, magnum metum regis, aut magnam infirmitatem in loco abſcondito, & damnum ex parte patrũ & auorum: & ſi fuerit Sol eo potẽtior, hoc damnum & hoc infortunium erit potẽtius & certius: ſed ſi ipſe fuerit potentior Sole, damnum erit leuius. Etiã ſi in hoc malo ſtatu iunctus fuerit cum aliquo planeta, aut cum aliqua parte, uel cum aliqua duodenaria, infortunabit res quæ ſunt naturæ illius cum quo iungitur: at ſi quãdo in aliquo horum damnorum fuerit in ſuo haiz, & reuolutio fuerit diurna, ſignificat quòd damnũ citò depelletur. In ſumma qualiſcunq; planeta eum aſpiciat, ipſo exiſtente male affato de quarta uel oppoſitione, ſignificat dãnum & grauitatem in rebus quę ſunt de natura illius planetæ, & in his quæ ſunt de natura domus in qua habet dominium, ex domibus figuræ in radice ac reuolutione: & ſi ſic habens fuerit in ſigno humano, eſt dãnum ex hominibus: ſed ſi fuerit in ſigno regali, erit damnum à regibus: et ſi in ſigno animali, erit damnum ab animalibus conuenientibus illi ſigno. Præterea ſi quando dominus anni fuerit in angulo, & alter planeta infortunauerit eum de quarta uel oppoſitione non recipiendo ipſum, ſignificat graue malum & uehementem laborem & manifeſtum, quod peius & affixius erit, ſi fuerit occidentalis & ſubiens combuſtionem, quia malum & anxietates uenient ſuper eum ab omnibus partibus: ſed ſi in hoc ſtatu non fuerit in angulo, ſed in ſuccedentibus, leuius & minus erit ſignificatum malum; at ſi cadens fuerit nec aſpexerit aſcendens, erit malum occultum & labor quem abſcondet omnibus. Et ſi ſic habens aſpexerit eum aliquis planeta cadens ab angulo, detegetur hoc malum poſt multas abſconſiones: at ſi dominus anni applicuerit illi planetæ qui aſpicit eum ab angulo, ille⁊ met homo recuperabit bonum ſuum & detegetur malum & laborem illum.

Iudicium Iouis quum eſt dominus anni.

BOnitatem Iouis rectè ſubiunxit natura malignitati Saturni, ut mitigatorium & leuamen cùm laborum tum morborũ hominibus iugiter ex illa conſtellatione accidentium. Nam ſi Iuppiter fuerit Alcelcadeny, id eſt, dominus (ut in initio capitis docuimus) anni, & fuerit in bono ſtatu in radice & reuolutione, in domo aut exaltatione ſua, uel in aliqua domo ſui amici, oriẽtalis & liber ab infortunijs, ſignificat quòd natus habebit illo anno amorem & conuenientiam cũ dominis & nobilibus, et erit cõpletus, & cogitabit bonas cogitationes, & certificabit in factis et cogitatiõib. ſuis, et habebit bonos fines in ſuis reb. & ualebit præ alijs ſuis ſocijs, & habebit dignitatẽ magnã in ciuitate ſua, & fortè filiũ illo anno, & habebit profectũ & gaudia à multis partib. & multis modis, & lucrabit, & habebit ſubſtantiã ſine inquiſitione & labore. Etiam ſi fuerit in angulo medij cœli, habebit bonum ex parte regis: & ſi in aſcendente, per facta & magiſteria ſua: & ſi in domo ſeptima, ex parte mulierum aut coniugij: & ſi in quarta, habebit bonum ex parte patrum & terrarum & ſeminationũ: & ſi in nona uel tertia, ſomniabit uera ſomnia, & inibit bona & utilia itinera, & eorum aliqua erunt pro lucrando Dei amorem, & habebit utilitatẽ à multis partibus. Etiã ſi in undecima, gaudium et bonam uitam habebit ac multos amicos & nomen bonum: & ſi in quinta, habebit filium, dabuntur ei xenia, & habebit gaudium multis modis: & ſi in ſecunda uel octaua, habebit lucra ex rebus utilibus & ſine inquiſitione, ſicut ex hæreditatibus, & quod huic aſſimilatur. Etiam ſi in ſexta uel duodecima, erit completus & bene nominatus à utilibus & ſpretis, & habebit utilitatem ex animalibus aut captiuis uel ſeruis. Et quamuis partem uel radios aut duodenariam aſpexerit Iuppiter, uel eius dominum bono & confirmato aſpectu, ſignificat bonum & meliorem prouentum in rebus quæ ſunt de natura illius ſigni. Item ſi Mars aſpexerit eũ, & ambo fuerint in bono ſtatu, ſignificat quòd natus habebit illo anno dominium, & aſſumet ad intellectum & ſenſum, res & magiſteria, et inquiret ea, et habebit honorem et laudem et utilitatẽ ab eis qui habẽt dominium, bonam uitam

& altum gradum consequetur: & si ambo iuncti fuerint in aliqua sua domo, habebit dominium in regione & loco suo, & erit ualens & audax. Etiam si Sol eum aspexerit de sextili, Sole existente fortunato, significat bonum coniugium, fortunam, bonam uitam & lxticiam pro filio: sed si aspectus fuerit de tertio, & Iuppiter fuerit retro gradus, uel aspectus fuerit in uno duorum temporum & non in alio, hæ significationes & fortunæ iam dictæ minuẽtur. Etiam si Sol iunctus fuerit cum eo, & ipse orientalis, habebit natus amplam dignitatem, lucra & utilitatem à multis partibus, & lxtabuntur parentes de eo: at si Sol eum radijs suis combusserit, accident ei molestiæ in omnibus significationibus Iouis: etiã si Sol in hoc aspectu fuerit firmior Ioue, & Sol fuerit infortunatus, natus morietur forsitã illo anno: sed si Iuppiter fuerit robustior Sole, minus & leuius erit damnum. Præterea si Venus iuncta fuerit cum eodem, uel eum aspexerit aliquo aspectu bono & in bono statu, significat illi augmentum in substantia, & lxticiam ex parte mulierum aut hominum effœminatorum, bona uestimenta, & quòd adhærebit rebus odoriferis & iocularijs & hilaritatibus, & habebit lucra ex factis & magisterijs quietis, & ualde erit ab hominibus honoratus. Etiam si Mercurius iũctus fuerit cum eo, aut bono aspectu ipsum aspexerit in ambobus temporibus, & fuerint in bono statu, significat quòd natus çonsequetur illo anno fidem, legem, libertatem benefaciendo & ratiocinando, bonum cogitamen, & associabitur scribis, & habebit à rege officium redditũ aut à nobilibus, & erit completus in illo anno, clarus & à nobilibus creditus, & ingeret se rationibus & rebus legis, & habebit utilitatem & lucra ex eo quod fecerit manibus suis, aut p mores & cogitationes suos. Sed si Luna iuncta fuerit cum eodem, aut in ambobus temporibus aspexerit eum bono aspectu, significat augmentum in ualore & precio nati illo anno, & quòd faciet facta ex quibus utilitatem habebit, & usle bit rectitudine, & habebit possessiones & lucra & profectum ex mercatura & alijs rebus, & implebuntur spes & fiduciæ ipsius & omnis res quam incipiet, & quam ipse sibi præscribet adimplebitur ei, & ipsam habebit, & perueniet ad magnam dignitatẽ. Et si Luna in hoc aspectu fuerit aucta lumine, significationes istæ maiores et certiores prouenient, & laborabit ad habendum filium illo anno, & consequetur eum, ac bonum & feliciorem successum in omnibus rebus. Item si quando Iuppiter fuerit in malo statu per retrogradationem aut combustionem uel infortuniũ, aut quòd sit occidentalis uel peregrinus, aut in domo infortunij uel cadens ab angulo, aut in gradu fœtido uel tenebroso, minuitur eius fortuna, & damnantur significationes ipsius in omnibus rebus quæ sunt de natura & eius proprietate, & accident nato paruæ grauitates & tristitiæ, & erit insolens. In summa cuiuslibet planetæ sydus q̃d fuerit in quarta oppositione uel coniunctione ipsius, eo existente in hoc infelici statu, significat dãna in rebus omnibus quæ sunt de natura & proprietate illius planetæ, ac domus figuræ in qua dominium habuerit in natiuitate & reuolutione. Et si fuerit in signo regali, erit damnum in regibus: & si in signo humano, erit ex hominibus: & si in signo animali, erit damnum ab animali quod fuerit conueniens illi signo. Præterea si Saturnus infortunauerit eum, significat in senibus et patribus damna & infirmitates malas & graues ad sanandum, carceres & indigentiam. Sed si Mars eum infortunauerit, significat grauitates & damna ab hominibus armatis et claris, maximè si fuerit exaltatus in sua decima. At si eum infortunauerit Sol per quartam uel oppositionem, aut quòd sit exaltatus super eum, significat tristitias & damna à patribus & regibus, uel ex occasione magnorum factorum: sed si fuerit in quarta uel oppositione ipsius, et ambo fuerint in bono statu, et Iuppiter exaltatus super Solem, significat quòd habebit à rege multa officia et à nobilibus, et quòd reges consulent eum in multis rebus. Etiam si Venus et Mercurius eum aspexerint de quarta uel oppositione, et ambo fuerint in malo statu in radice et reuolutione, significant damnũ in rebus quæ sunt de natura et eorũ proprietate et significatione, in gaudijs, uicijs, iocularijs, quietibus, ludis, mercibus, officijs, et magisterijs. Ad hæc si Luna eum aspexerit de quarta uel oppositione, et ambo fuerint in bono statu, significat sicut significauit in significatione bonorũ aspectuum, maximè si Iuppiter fuerit exaltatus supra Lunam in quarta uel oppositione, ipsáq; sit plurium graduum eo: tunc eã significat incrementum in ualore, gaudio et diuitijs, et quòd lætabitur in filijs, et habe

bit

bit familiaritatem cum regibus, laudabit ſe & ſine alterius conſilio proſequetur facta ſua. At ſi quando Luna eum aſpexerit ex aliquo horum aſpectuum prædictorum, & infortunata fuerit uel malè afflata, ſignificat placita, dãna, amiſſiones, moleſtias & labores ſine utilitate. Præterea ſi quando a liquis planeta fortuna uel infortunium exiſtens dominum anni aſpexerit, & in radice natiuitatis eum aſpexerit bono aſpectu, (ſi cut de tertio uel ſextili) & in reuolutione illius anni aſpexerit eũ aſpectu malo, (ſicut de quarta uel oppoſitione) cõmiſce ambas ſignificationes, et communitatem iudica inter eos: quia primus aſpectus ſignificat amorem & bonum & fortunam, & ſecũdus contrariũ, ſcilicet inimicitiã & malum. Similiter ſi quando dominus anni fuerit iunctus cum aliquo planeta in radice natiuitatis coniunctione conuenienti, & in reuolutione iuncti fuerint coniunctione minimè conuenienti, miſce iudicium in ambabus ſignificationibus. Etiam ſi accidat q̃ dominus anni ſit unius eiuſdemq̃ ſtatus in radice & reuolutione, ſiue boni ſiue mali, fortificatur & affirmatur tunc illa ſignificatio, quæ ſi bona fuerit in bonum, & ſi mala in malum: ſed ſi ſtatus eorum diuerſificatur, ſitq̃ modò bonus modò malus, miſce iudicium: quoniam ſi planeta qui aſpicit dominum anni, ſignificat aliquod bonũ uel malum, producet illã ſuam ſignificationem in aliquibus temporibus illius anni, maximè ſi idem planeta habuerit maiorem potentiam illo anno, & eo magis ſi punctus aſpectus acciderit illo tempore ubi aſpexit ſignum in quo fuerat dominus anni, in radice uel reuolutione, aut aſpexerit ſignũ ipſius applicationis, uel aſcendẽs anni aut eius dominum. Etiam ſi quando dominus anni acciderit in duodecima, peregrinus ſine receptione & retrogradus, accidet nato anxietas propter carcerem uel inimicos: & ſi fuerit infortunatus à Satur. uel Marte de quarta uel oppoſitione, accidẽt ei anxietates & moleſtiæ, labores & percuſſiones. Item ſi quãdo dominus anni fuerit in radice in qua uis domo figuræ, & in reuolutione incidat in triplicitatẽ illius domus accedendo in ſignum applicationis uel aſcẽdentis anni, & in ambobus temporibus fuerit æqualis ſtatꝰ fortunæ uel infortunij, boni uel mali, fortificatur & affirmatur illa ſignificatio quã ſignificauit ſecũdum naturã illius domus, maximè ſi aſpexerit locum in quo fuerat in radice: ſed ſi diuerſificanꝫ ſtatus & loca eorũ, miſce eorũ ſignificationes, & iudica mediũ inter eos. Præterea ſi q̃n lup. fuerit dñs anni & in malo ſtatu, infortunatus & nõ receptus, malã facit ſignificationẽ illius domus in qua fuerit de domibus figuræ, & ſignificat damnũ, p̃ natura illius domus: qa ſi fuerit in quinta, habebit damnũ et moleſtiã p̃ filijs, aut xenijs uel nuncijs: ſi in tertia, p̃ fratrib. & itineribus: ſi in quarta, pro patribus uel hæreditatibus: et ſic cõſequenter p̃ domos alias diſcurrẽdo iudica. Etiam ſi q̃n fuerit lup. in aliqua domo in radice, et in reuolutione fuerit in illa eadẽ domo in diuerſo ſtatu, miſce ſignificationes & iudica medium. Etiam ſi q̃n lup. fuerit propria in reuolutione in aliqua domorum quatuor nõ aſpicientium aſcendens, & fuerit receptus, ſignificat q̃ natus illo anno non conſequetur laudem nec æſtimationem nec potentiam, & dehoneſtabunt eum aliqui ex conſanguineis eius uel ſocijs, & habebit modicam utilitatem in factis ſuis.

Iudicium Martis quum eſt dominus anni.

OMnem hominem ad aliud magis inclinatum alio cùm in profeſſio ſit, regesq̃ maiorem curam habeant quàm aliorum, eosq̃ uel alãt uel circum ſe & habeant & uelint ſubſequi, non malè rerum Opifex Iout tanquam regi Martẽ ſubdidit, qui ſi fuerit Alcelcadeny, id eſt, dominus anni, & fuerit in bono ſtatu, ac in lumine ſuo directus ac auctꝰ in ſuo motu, & in ſuo haiz, & in ſigno in quo habeat aliquam dignitatẽ ac receptus, gaudium ſignificat & fortitudinẽ ſpiritus ac perfectionem memoriæ & intellectus, timebitur & erit audax in ſuis factis, utilitatem habebit à regibus et dominis, & ab hominib. bellicoſis, facta eius facilia erunt et cito fient, et cupiditatem habebit lucrandi. Qui ſi ſic habens, ut dictum eſt, fuerit in aliquo angulorum, bonum quod conſequetur erit de natura illius anguli in quo fuerit: ut ſi fuerit in duodecima uel quinta, ſignificat gaudium et lætitiam ex parte conſanguineorum, ſociorum uel filiorũ, et quod perueniet ad res quas appetit et ad xenia, quorum omnium maior pars proueniet ab hominibus militantibus, qui ex itinere retrahẽt eum: qui ſi exeat uel ſit extra locũ ſuũ, et accidat anni reuolutio, et Mars in hoc modo et ſtatu modò dicto ſit, poſſibile eſt

ipsum reuersurum illo anno. Sed si fuerit in nona uel tertia, significat bonum iter & ex quo bonum habebit. Et si in duodecima uel octaua, significat q; erit bene habens et sanus corpore, & à suis inimicis securus, & habebit profectum à partibus de quibus nihil sperabat, aut ex hæreditate. Et si fuerit in sexta, habebit profectum à medicinę speciеb. aut uilibus rebus, et habebit utilitatē ab inimicis, carceribus, & captiuis: & si sic habēs fuerit in signo peregrino, accidet ei bonum ab hominibus extraneis: sed si fuerit in signo amici sui, habebit proficuum à suis cognatis & amicis: & si fuerit in signo humano, habebit ab hominibus id quod quærit, & utilitatem ab ipsis, ac bene dicēt de eo: & si in signo aqueo, habebit profectum de locis aquaticis: et sic consequenter iudicabis de alijs signis secundum naturas suas. Sed si Iuppiter eū aspexerit, & ambo fuerint in bonis statibus in radice & reuolutione, & aspectus fuerit in tertio aut sextili, significat quòd natus feret illo anno in fortunio in seruos & societatē: sed si Mars fuerit in Ariete uel Capricorno, significat quòd illo anno liberabit se de inimicis suis & crescet audacia & potentia ipsius, & ad magnos homines & iudices ac armigeros applicabit. habiturus ex ipsis utilitatem & lucrum: iudicabis etiam secundum statum nati in reuolutione anni, de ascensione uidelicet dignitatis & rerum de quibus utilitatem habebit. Etiam si Sol aspexerit eum in ambobus temporibus de tertio uel sextili, fortunę & authoritates & diuitię nati crescent, & fortè uxorem bonam ducet, & habebit filium de quo gaudebit ac bonum nomen consequetur. Etiam si Venus aspexerit eum in ambobus tēporibus, & pars coniugij ceciderit in septima domo à fortunis aspecta, in diuitijs augmētum significat & quòd habebit filium, hilaritatem et lucra et damna ex parte mulierum, & utilitatē proeis, & cum earum aliqua iacebit in secreto, & associabitur potentibus & altis hominibus: & si ad hoc fuerit in signis in quibus habeat aliquas dignitates, erunt hæ significationes & profectus causa uxoris suę, et à partibus scitis & cognitis: sed si fuerit in signis peregrinis, erunt ex extraneis hominibus, aut ex aliquibus non speratis. Etiam si Mercurius eum aspexerit in ambobus tēponb. et in aliquo dictorū duorū aspectuū significat augmentum in intellectu & eius memoria, & faciet sua negocia nec stabit ociosus, sed erit leuis & agilis in mouendo se ad facta & opera, integer, securus, intelligēs & bonæ ratiōis, & bene discernet id q̄d uult dicere. Etiam si Luna eū aspexerit isto modo & secundum hæc dicta, & ambo nocturni, & Luna minuta lumine, significat profectum & bonum, lucra & gaudia & complementum petitionum suarum. Item si quando Mars fuerit dominus anni, & in malo statu ac malè affectus per retrogradationem uel combustionem, aut per casum & occidentalitatem uel infortunium, aut p casum ab angulo, aut per peregrinationē, uel quòd nō sit receptus, significat modos cogitationum in rebus quæ sunt secundum significationem eorū, metum, anxietates, perturbationē sensus, malas cogitationes, damnum considerationum, & quòd prosequetur facta sua: etiam significat multas infirmitates & damna futura per ignes aut latrones uel animalia, itinera mala & periculosa, & quòd erit peregrinus extra locum suum, & malum statum fratrum & sororū. Quarum significationum q̄lamlibet accipies à loco in quo Mars fuerit, quia damnū & occasio proueniet in rebus quæ sunt de natura illius loci & signi in quo uersatur: nam si fuerit combustus, significat combustionem ignis & infirmitates acutas & calidas, furta & res occultas et abscónditas, et impedimenta magna: si retrogradus, significat metum et turbationem: si peregrinus, significat malum iter, et quòd ibit extra locum suum: si cadens de domo uel exaltatione, significat quòd erit ualderus et captus, et si in isto casu fuerit infortunatus, significat percussiones et interfectiones: si fuerit cadens ab angulo, significat decrementum et paruam æstimationem: etiam si fuerit in sexta, significat fortem infirmitatem et grandem: et si fuerit in duodecima, significat captiuitatem. Item si pars fortunæ uel eius dominus fuerit iunctus cum eo in combustione, habebit metum illo anno destructionis et mortis: et qualiscunq; planeta eum aspexerit uel cum eo iunctus fuerit, quando est malè afflatus et in malo statu, significat damnum in rebus quæ sunt de natura illius planetæ, et ipsius proprietates ac grauitates et occasiones similiter: ut si fuerit Sol, damnum erit à parte regis et clarorū dominorū: sed si Saturnus fuerit, erit à sensibus torpētibus, uel infirmitatibus et ophthalmia in oculis, et dilapidabit substantiā & facultates patris, ac accidēt patri

labores

labores et infirmitates lōgæ, ſicut hectica, anxietates, dolores uētris, uulnera & ægritudines melancholię. At ſi fuerit Venus, accidet ei damnum ex parte mulierum et coiugū & ex occaſionibus rationis iſtius, & inſultus patietur cauſa mulierum. Sed ſi fuerit Mercurius, erit damnum propter malos mores et falſitates & mēdacia, propter diffidentiam & cauſas, & malum faciet hominibus, et faciet & dicet illud de quo accepit malum & damnum et grauitates multas, et erit malefactor, deceptor, malę uoluntatis, & abhorrebit homines, cupidus & modicę uerecūdię. At ſi fuerit Luna, ſignificat mortē matris, autq; ei accident infirmitates graues & malæ, & accidēt ei infirmitates in capite ex his quæ labefactant ſenſum, maxime ſi Mars fuerit in termino Saturni, & Luna in termino Mercurij aut in termino Martis, & quòd amputabitur ei aliquod membrorum ſuorum, etiam accident ei grauitates & triſtitiæ ratione mulierum. Similiter in quacunq; domo fuerit ex domibus figuræ, damnum & grauitatem denotabit ſecūdum naturam & proprietatē illius domus: etiam ſi fuerit in aliquo angulorum, denotabit damnum de natura domus, fortius tamen & affixius ac manifeſtum & apparēs: ſed ſi fuerit in aliquo ſuccedentium, ſimiliter quidem portendet malum de natura domus, minus tamen & leuius cū in angulis: quod damnū eo min⁹ & leuius erit, ſi fuerit in aliquo cadentium. In ſumma qualecunq; ſignum occupauerit, ſimiliter damnum ſignificat de natura illius ſigni: ut ſi fuerit ſignum regale, erit ex regibus: et ſi humanū, erit à latronibus, aut propter dicta & rationes quas ipſemet dicet ore ſuo: ſed ſi fuerit animal, erit per beſtias & animalia & reptilia, ac quod his aſſimilatur: & ſi aqueum, erit ex rebus cōuenientibus eius naturæ. Itē ſi quando occurrerit duos ſtatus radicis & reuolutionis conuenire in eadem conditione fortunæ uel infortunij, erit res fortior & magis affixa: ſed ſi diuerſificantur, erit debilior atq; minor. Similiter ſi quando aſpectus alicuius planetæ fuerit æqualis in duobus temporibus, affirmat ſignificationem: ſed ſi aſpectus fuerit diuerſus ab eo quod fuit antea, debilitat uim & ſignificationē. Similiter ſi quando acciderit in eodem ſigno in duobus temporibus, affirmat ſignificationem: ſed ſi diuerſificatur, minuitur: unde reſpice ad ſigna aſpectus & ſtatus in ambobus temporibus, & miſce ſignificationes & certificaberis Deo fauente.

Iudicium Solis quum eſt dominus anni.

OMnium cū cœleſtium tum terreſtrium illuſtrator ſequitur Sol, q cùm eſt Alcocadeny, profert illo anno iudicium ſecundum ſtatum domini ſigni in quo uerſatur diuiſio uitæ p hylech, ſiue Sol ſit hylech ſiue alius, & erit particeps cum eo in diuiſione planeta qui fuerit in Leone in radice & reuolutione, & planeta cui Sol dederit uirtutem ſuam. Tu ergo conſidera tunc ubi ſit Sol, & ab eo ſume teſtimonium cū altero planeta: et ſi dīs ſigni in quo inuenitur diuiſio uitæ, Soli uirtutem ſuam dederit, ſimiliter ſi planeta q in Leone fuerit in radice & reuolutione uirtutem ſuam dederit Soli, tunc Solis potentia adimpletur, & affirmatur eius dominiū illo anno. Vnde ſi quando fuerit hoc modo & in bono ſtatu in domo uel exaltatione ſua, aut in aliquo alio ſigno conueniente ſibi, & fuerit receptus & ſuper terram et in angulo aſcendentis aut medij cœli, ſignificat quòd applicabit ad reges et dominos illo anno, et habebit dignitatem magnam et manifeſtam, et augmentabitur in authoritate et ualore et diuitijs, bona fama et ſenſu et intellectu: etiam ſignificat bonum ſtatum patribus et fratribus mediocribus, et adhærebit iuſtis et hominibus pijs, et faciet res conſequuturas à Deo mercedem. Etiam ſi fuerit in ſeptima uel quarta, profectum ſignificat pro amicis, et perueniet ad id quod uult, et lætabitur in filijs et extraneis, et immiſcet ſe negocijs et magiſterijs. Etiam ſi fuerit in tertia uel nona, ſignificat ſcientias legis et itinera, ex quibus habebit utilitatem et ſperabit præmium à Deo, de fratribus lætabitur, et habebit ſomnia uera. Etiam ſi fuerit in ſecunda uel octaua, ſignificat ocium et paruum laborem, et quòd habebit lucra ſine inquiſitione et labore, modica tamen et ſibi victum ſuppeditantia ſtricto modo. Item ſi Iuppiter eum aſpexerit de tertio uel ſextili, aut Venus applicuerit ei in bono ſtatu, cum Ioue propriē et in ambobus temporibus, confirmabuntur cogitationes et intellectus, creſcet ſenſus et intellectus eius, et certificabitur in ſuis cogitationibus maiori ex parte ac in ſuis factis, et erunt ſomnia eius uera. Et ſi Venus iuncta fuerit cum eo, et ipſa occidentalis in reuolutione nocturna, aut oriē talis in reuolutione diurna & è radijs euaſa, ſignificat quòd habebit à regibus et eius

filijs

filijs illo anno res ex quibus lætabitur, et erit bonæ famæ et integer in factis et cogitationibus suis, & gaudebit in reb. uenereis. Etiam si Merc. iūctus fuerit cū eo in ambobus tēporibus, sitq; remotus à radijs siue in oriente siue in occidēte, significat quòd habebit dominium anno illo super societatē hominum, & crescet in moribus & sapientia sua, & erit integer in suis factis & contētus status sui, lucrabitur possessiones, et lætabitur in seruis, & per omnes res alias mercuriales extendet ingenium suum. Etiam si eum aspexerit Luna in ambobus temporibus de sextili aut tertio uel quarto, & ambo fuerint in bono statu & fortunati, significat augmentum in authoritate et possessione ac filijs, & quòd habebit honores ac profectus ex diuersis conditionibus, & bonam famam in suis factis. At si eū aspexerit de oppositione, habebit multos cōtrariatores & placita, & erit uictor inimicorū suorum. Sed si fuerit iūcta cum eo & ex radijs egressa, significat meliorem successum in statu, & quòd se ingeret bonis factis & occultis & absconditis, & accident ei tristitię, tamen bonum finem consequetur. At si fuerit sub radijs & in bono statu, significat quòd se accommodabit malis moribus & deceptionibus, & quòd durat in suis negocijs, ex quibus euadet pòst & conuertetur ad bonum finem. Item quiuis planeta si fuerit in tazimi Solis in bono statu & fortunatus, significat bonum & meliorem successum pro naturis & eorum proprietatibus: sed si in his fuerit in malo statu, damnum significat. Præterea si quando Sol fuerit dominus anni & in malo statu propter quemuis casum, aut propter casum ab angulo, uel propter cōiunctionem cum Cauda, aut propter ecclipsim, uel propter quamuis aliarum causarum infortunantium, significat damna, grauitates, & occasiones in omnibus illis rebus quas prædiximus in eius significationibus: significat etiam damnum à regibus & malum statum patris, metum, anxietates, malam famam, itinera mala & in quibus damnum patietur, infirmitates fratrum & amicorum, ægritudines caldas, dolores oculorum & capitis, carceres, & exitum de terra sua & loco. Quæ significationes tam dictæ erūt pro natura domus in qua uersabitur Sol. In summa si quando aliquis planeta fuerit iūctus cum Sole, aut eum aspexerit ipso existente in dicto malo statu, significat damnū & malum in rebus notatis in significatione illius planetæ & eius natura: ut si fuerit Venus, erit damnū in coniugio & rebus odoriferis & pannis & locationibus: si Mercurius, in scriptis, mercibus, & uictu: si Luna, erit dānū ex placitis, infirmitatibus, ex inuidia, ira regis, tristitia matris & societatis domus, propter magnum metum, damna & tristitias ex diuersis rationibus. Præterea si quando Sol infortunatus fuerit propter aliquod infortuniorum, significat damnum, malum, infirmitates, & grauitates pro natura illius infortunij quod infortunauit, & pro natura similiter illius domus in qua erat de domibus figuræ in radice & reuolutione.

Iudicium Veneris quam est domina anni.

QVatuor planetis absoluris subiūgenda est Venus, quæ si quando fuerit alcecadeny, & in bono statu, & in domo uel exaltatiōe sua, aut in triplicitate & recepta in suo haiz, ab infortunijs libera & in aliquo quatuor angulorum, significat quòd natus illo anno erit multum alacer, & tradet se cātationibus, locularijs rebus, gaudijs, bonis uestibus, odoriferis rebus, & associabitur amicis & socijs, lucrabitur & habebit utilitatē à regibus, & ab alijs habebit quod uoluerit, induet se bene & comabit multū, & meditabitur iacere cum mulieribus: & si sic habens fuerit in aliqua dignitatum suarum, aut in aliqua dignitate amicorum suorum, prouenient hæ significationes à partibus notis, & ex quibus fiduciam habet: sed si fuerit in locis extraneis, erunt ab extraneis hominibus uel à parte non sperata. Etiam si non fuerit in aliquo angulorum, significat bonum et hilaritatem in rebus quæ sunt de natura domus in qua uersatur: quoniam secundum statum quem habuerit uersus ascendens, erit eius potentia ac debilitas in significationibus. Etiam si fuerit retrograda, nihil propterea minuitur de eius significationibus: quoniā omes suas significationes adducit sicut debet, excepto q̄ id quod adducit non erit de bona parte nec leue nec manſuetum. Item si Iuppiter iunxerit se cum ea, et ambo fuerint in undecima domo radicis, aut in undecima à signo applicationis, uel in undecima ab ascēdēte reuolutionis, et ibi fuerit pars fortunæ uel eius dominus, et Luna iuncta cum eis, aut aspiciens eos bono aspectu, maximè si fuerit in undecimo signo ab eis, tūc fortunam completam significat et quietem, bonū et

lætitiam

lꝛticiam uarijs modis et partibus,et perue-
niet ad res quas uult.Etiam ſi Mercurius cū
ea iunctus fuerit in radice et reuolutione,
uel eam aſpexerit de ſextili,et ambo fue-
rint in bono ſtatu,hilaritates et ludos et ui-
cia & ioculatia ſignificat,& quòd gaude-
bit in filijs & ſocietate ſua,& habebit quid
authoritatis cum mulieribus bene inſtitu-
tis & boni intellectus,quę uerſificare ſciēt
aut canere:lucrabitur poſſeſſiones,& pro-
nus erit ad bibendum uinum, & rebus tin-
ctis diuerſis coloribus & depictis & uenu
ſtis delectabitur,& ſciet ſecreta & abſcon-
dita,& fortè aliquantulum fatigabit ingreſ
ſus itinera breuia.Præterea ſi Luna eā aſpe
xerit de tertio uel ſextili aut quarta, & fue-
rit in bono ſtatu in radice & reuolutione, ſi
gnificat q̄ natus illo anno erit alacer, &
dabit ſe ludis & rebus ioculatorꝛis & uitijs
cum mulieribus ſuis & extraneis, uel fortè
habebit rem cum pueris, & ſtudebit uarijs
modis iocationum & cantationum,& au-
gebitur in ſua ſubſtantia & pannis & ueſti
mentis,& omnino ſe tradet comptui & ue-
nuſtati,itinera breuia faciet, & accident ei
aliquæ triſtitiæ ex parte coniugij, & mater
augebitur in bono ſtatu:ſed ſi aſpectus fue
rit de oppoſitione,accidēt ei triſtitiæ & im-
pedimēta & contentiones ex parte mulie-
rum,aut ratione filiorum uel diuerſarum fa
ctionū,remouebuntur tamen celeriter nec
durabunt:at ſi cum ea in ambobus tempo-
ribus iuncta fuerit,ſignificat augmētum et
incrementum in moribus ac ſuo ſplendori,
in lætitia & gaudio ſuo,cupiditatem habe-
bit & concupiſcet mulieres non notas,&
cum quibus nullam habuit familiaritatem,
& abhorrebit quas ſemel cognouit, & ha-
bebit moleſtias ex eiſdem. Ad hæc ſi quan-
do Venus fuerit domina anni et in malo ſta
tu & infortunata,non recepta, combuſta,
& in ſigno peregrino, ſignificat triſtitias,
impedimenta magna, & manifeſta & pla-
cita,diminutiones uictus,carceres,anxieta
tes ratione mulierum, triſtitias multas pro
amicis & filijs & comitibus,et occaſiones
in omnibus rebus uenereis. Et ſi infortu-
nans eam fuerit Saturnus,accidēt nato do-
lores & infirmitates frigidæ, ſicut paraly-
ſis, uel quod ei aſſimilat. Sed ſi Mars infor
tunator fuerit, ſignificat infirmitates cali-
das,& anxietates quæ ei accident cauſa mu
lierum,triſtitias & impedimenta coniugio
rum aut matrum: & ſi cum hoc infortunio
fuerit retrograda uel combuſta,fortifican-
tur & affirmantur hæ ſignificationes, &
malè afflantur omnia uitia,gaudia,et ſuum
comedere ac bibere. Etiam ſi ea in hoc ſta-
tu exiſtente malè afflata, Mercurius & Lu
na ei iuncti fuerint uel aſpexerint eam,&
quilibet horū ſimiliter dānatus et infortu-
natus,ſignificat damnum in omnibus illis
rebus,in quibus ſignificauerunt meliorem
fortunam cùm ſe aſpiciebant aſpectu bo-
no:& ſignificat nomen,famam,& deluſio
nes malas, ac malignitatem cogitationū,
& etiam in uitijs & lætitijs anguſtiam & in
digētiam in uictu,& accidet ei damnum in
omni eo quod meditabitur et faciet,et ho-
mines tradentes ſe ſcientijs et ſapientijs et
doctrinis odient eum. In ſumma in quauis
domorum figuræ ipſa fuerit et in hoc dam
no et infortunio iam dicto,ſignificat dam-
num et impedimentum in rebus quæ ſunt
de natura illius domus et illius ſigni. Mixce
ergo cum hac ſignificatione ſimiliter ſigni-
ficationes domus in qua Venus dominiū
habet ex domibus figuræ radicis, et figurę
reuolutionis,et uerificabis ſignificationes
in rebus et in naturis quibus accidet dam-
num et impedimentum per eius infortuni-
um,combuſtionem et damnum. Etiam ſi
quando ipſa fuerit in hac conditione et in
ſua ſexta,accident ei infirmitates pro natu
ra planetæ qui eam infortunauerit: quia ſi
fuerit Saturnus infortunator, erunt melan
cholię et frigidę infirmitates:ſi fuerit Mars
erunt ex ſanguine:ſi Sol,erunt ex caliditā-
te et ſiccitate. Etiam ſi fuerit in duodecima,
ſignificat triſtitias ex inimicis et captiuis,
et carcerē ac moleſtias: hoc modo in alijs
quoque domibus iudica. Animaduerte q̄
quando hæ ſignificationes omnes, ſiue bo
næ ſiue malæ,accidunt in radice et reuolu-
tione uno eodemq̄ modo et ſtatu, fortifi-
catur et affirmatur illa ſignificatio: ſed ſi di
uerſificatur ſtatus, commiſcentur et debili
tantur ſignificationes. Similiter ſi quando
acciderit in radice et reuolutione in una ea
demq̄ domo,ſiue bona ſiue mala affirma-
tur ſignificatio:ſed ſi diuerſificatur,commi
ſcetur et debilitatur ſignificatio. Denique
ſi quando Venus applicuerit ad locum in
quo fuit in radice,ſignificat illo anno quòd
amabit magno amore mulierem aut pue-
rum,cuius differentiam prædices ſecūdum
ſignum illius domus: quia ſi fuerit maſcu-
linum,diliget puerum:ſi femininum, mu-
lierem : ſi ſignum commune, amabit u-
trunque.

Iudicium

Iudicium Mercurij quum est dominus anni.

ET Mercurius sese examinationi offert, qui si fuerit alcocadeny, receptus & liber ab infortunijs & radijs in aliquo quatuor angulorū, in domo aut exaltatione sua, uel in loco in quo aliquam dignitatem habeat, & fuerit in ascendente aut in decima domo, significat q illo anno perueniet propter scribendi artē uel mercaturam ad authoritatē & diuitias, siue pro seruiendo regi, & dirigetur sensus & intellectus eius, & dicet bona dicteria & delectabiles rationes, & certificabit in cogitationibus & rationib. suis, & erit in negocijs suis integer, et dicetur bonum de eo & de eius dictis. Et si fuerit in septima uel quarta, habebit bonum per coniugia & hereditates, & in hoc accident ei contrarietates: & si fuerit ibi fortunatus à Ioue aut Venere, fortificatur et affirmatur bonum, multiplicantur lucra, & habebit lætitiam ex filijs & fratribus, & erit uitiosus. Etiā si fuerit in alijs figuræ locis, non in angulis, ab infortunijs liber & radijs fortunatus in illo loco, significat bonum & gaudium in reb. quæ sunt de natura illius signi & eius proprietate: quia si fuerit in quinta uel undecima, significat q associabitur nobilibus, & q perueniet ad id quod uolet, lætabitur in filijs, et lucrabitur in mercimonijs. Etiam si in tertia uel nona, significat itinera bona et profectuosa, uera somnia, cogitationes bonas, documenta & sensum, & habebit bonum pro consanguineis & fratribus. Et in secūda uel octaua, significat bonum statū, & q bonam societatem & amorem habebit, & lucra in mercimonijs. Etiam si in sexta uel duodecima, significat lucra ùtilū hominum & sine inquisitione ac labore suo. Item si aspexerit eum Luna in radice & reuolutione de tertio uel sextili, existente in bono statu, significat q multum habebit facere in bono, & memoriā bonam habebit: & si aspectus fuerit de quarta sinistra Mercurio exaltato super Lunam, meliorē prouentum significat in sensu & ratione sua, et accidet ei tristitia ex societate hominum: sed si aspectus fuerit de quarta dextra, Luna super Mercurium subleuata, significat q accidet ei sollicitudo in factis et reb. suis, nec in re aliqua stabilis erit: at si aspect⁹ de oppositione fuerit, oderunt eum homines, & erunt ei contrarij, & habebunt contentionem cum eo, tamen ipse erit uictor. Sed si fuerit in ambobus temporibus iuncta eū eo, significat bonū statum matris, & q natus erit cogitationis bonę & consilij, ac melior euadet tempore succedēte in memoria ac doctrina, tamen associabitur uilibus hominibus. At si quando Mercurius fuerit in malo statu, infortunatus & combustus, significat damna & perturbationes sensus, cogitationes ac molestiam de diuersis rationibus, tristitias ex causa filiorum & seruorū ac uilium, & propter scribendi artem & amissionem mercium, & pro multis contrariatoribus & placitis, paucis lucris, modico profectu, & abscisione rei speratæ. In summa significat malum & damnum pro natura & proprietate domus in qua uersatur. Similiter si quando in hoc statu iunctus fuerit cum aliqua partium, damnum & grauitates significat pro natura partis illius, & propriē si iunctus fuerit cum parte filiorū uel seruorum. Item si quando Saturnus iunctus fuerit cum eo, significat damnum per toxicum & carcerem, tristicias & malas cogitationes, & paralysim ac infirmitates frigidas, guttas & dolores in membris, maximē si hoc infortuniū fuerit per quartā uel oppositionem. Etiam si Mars eum infortunauerit, Mercurio existēte in sexta domo, aut fuerit Mars dominus sextæ domus, significat infirmitates ex caliditate ac febres acutas, damna & impedimenta per ignem: sed si fuerit in duodecima, aut fuerit dominus duodecimæ, significat carcerem, ligamenta, percussiones ac molestias. Generaliter iudica per Mercurium cum Marte coniunctum, quantum mali uolueris, quia ipse infortunator est, maximè quando cadens est & remotus à fortunis. Præterea si Mercurius cum hoc infortunio fuerit combustus, aut ambo fuerint sub radijs Solis, natus erit illo anno interfectus uel combustus: & si fuerit cōbustus sub radijs, & Mars in sua decima domo subleuatus super ambos, tendit ad malum significatio uehementer et infelix, quia significat carcerem durum, fortem, grauem, et occultum et absconditum. Etiam si pars fortunæ & eius dominus ambo infortunati fuerint per Martem uel combustionem, similiter erit infortunium deterius, malum afflixius et damnum maius. Ne obliuiscaris respicere ad statum Mercurij, quum est in suo magno infortunio et maximo et pprio illo dicto ab Hermete, in suo libro sic dicente: Peior status et maximè infortunatus Mercurij, est quū inter ipsum et Solē sunt 12. gradus à parte orientis, et à 15.

ad

ad decimũ ſeptimũ à parte occidentis, quia tunc eſt omniũ peſſimus: unde ſi in hoc ſtatu infortunabitur per coniunctionẽ uel oppoſitionem aut quartam infortunij, creſcit & affirmatur eius malum, & multiplicatur infortunium & damnum ipſius.

Iudicium Lunæ quum eſt domina anni.

NEc ſuo honore priuanda eſt Luna tametſi infima, nec ſua declaratione prætereunda, cùm & ipſa quum eſt Alcecadeny, ferat iudicium illo anno ſecundũ ſtatus diuiſionis in reuolutione, & ſecundũ ſtatum dñi uerſantis in ſigno in quo diuiſio hylech cadit, & participat in ſignificatione cum eis planeta qui inuenitur in radice uel reuolutione in Cancro, & planeta ſimiliter cui applicat Luna dũ eſt in illo ſigno ſuo in quo uerſatur: ſed ſi in eodem ſigno applicuerit multis planetis, diiude annũ per illos planetas æqualiter, dando cuilibet planetę ſuam partem illius anni, & iudica quælibet partem in bono uel malo, ſecundũ ſtatum illius planetæ cui applicat Luna fortunata uel infortunata. Etiã ſi Luna fuerit uacua curſu, ſignificatio illius anni erit dñi domus ſuæ ſiue aſpiciat eam ſiue non, cum quo miſcebis Lunam ſimiliter in ſignificatione illa. Si ergo Luna fuerit in bono ſtatu fortunata & in bono loco, ſignificat bonũ & meliorẽ ſucceſſum in rebus quæ ſunt de eius proprietate & ſignificatione: ſed ſi fuerit malè affligata, ſignificat damnũ in illis rebus, infirmitatem matris, & malum ſtatum in corpore. Etiam ſi fuerit Luna ſeptentrionalis & aucta lumine & motu, ſignificat potentiã ac meliorem fortunã in ſuis ſignificationib. ſed ſi fuerit in diuerſis ſtatibus, horum damnũ & debilitatẽ ſignificat. Reſpice etiã ad ſignum Lunę in reuolutione, quia uis illius ſigni uerſatur circa potentiã aſcendẽtis illius anni. Nam ſi fuerit Luna (ubicunq; inuenia tur) recepta à planeta fortuna, ſpes illius nati complebunt illo anno, & facta quæ incipiet cõplebunt ei cito & leuiter et in bono, & erit in bono ſtatu: ſed ſi fuerit infortunata & nõ recepta, huius cõtrariũ iudica. Præterea ſi fuerit uacua curſu in illo ſigno, accipe iudicium & ſignificationẽ à dño domus ſuæ, & iudica ſecundũ proprietatẽ & naturam ſuam, & ſecundũ locum domorũ in figura, & iudica bonũ aut malũ: ut ſi Saturn. fuerit dñs domus, ſignificat prouentũ aut damnũ ſeminationũ cùm per terras & loca aquea tum per ſenes: ſed ſi fuerit Iupp. dñs domus, ſignificat illud per nobiles & reges, & bonam famã uel malam: at ſi Mars fuerit dñs domus Lunæ, & in medio cœli in reuolutione diurna, ſignificat dãna per beſtias, & grauitates per magiſteria uel per reges, & inciſionẽ ferri in corpore, & effuſionem ſanguinis de corpore ſuo. Poſtmodũ aſpice quolibet anno ad dñm ſigni in quo fuerit et dominũ applicatiõis, ſiue ſit Luna uel alius planeta, & da ei partẽ in ſignificatione, & miſce ſignificationes eius cum ſignificationibus dñi applicationis: & ſi qñ aliquis planeta fuerit ſubleuatus ſup dñm anni in ſua decima, da ei ſignificationẽ ſuã ſecundũ naturã domus in qua fuerit, & naturã ſuęmet domus: ut ſi fuerit Iup. dñs anni, & Sol exaltatus ſuper eum, da ei regnũ: ſed ſi Mars fuerit dñs anni, & Sol exaltatus ſuper eum, ſignificat tũc itinera, quæ erunt bona ſi in bono ſtatu fuerit, & mala ſi in malo. Similiter ſi qñ Satur. exaltatus fuerit ſuper Solem in ſua decima, malè afflans eum, & Sol fuerit in domo inimicorũ, ſignificat ꝙ accidẽt nato dãna & grauitates propter motus, itinera, fugam, carcerẽ, & litigationẽ. Item ſi Luna infortunata fuerit propter quartã Saturni in reuolutione, ſignificat ꝙ natus habebit illo anno placita, inimicitias, infirmitates, & diſperget bona patrũ ſuorũ, ac triſtitiam habebit pro filijs: & ſi ſic habẽs fuerit in ſigno fœminino, odio proſequẽt eum uxor, & procurabit eius damnũ & moleſtiã. Etiã ſi infortunata fuerit ꝓ oppoſitionẽ eiꝰ, accident patri nati infirmitates & dolores in mẽbris occultis, & diminuet bona ſui patris, & erit malorũ morum & pertinacis irę, habebit multas triſtitias & accident ei damna in ſuo uictu. Etiam ſi ambo fuerint in ſignis quadrupedũ, erit damnũ per beſtias & animalia; ſed ſi in ſignis humanis, erit grauitas per homines. Reſpice etiã in reuolutionibus annorũ & menſium ad ſtatum Saturni cum Luna, & ſi Satur. eam non recipiat, nec accipiat fortunã. (quod accidit quum ſe aſpiciunt) & Luna fuerit in ſuo tardiori motu, & Saturnus in ſuo leuiori. (quia tunc Luna eſt in remotiſſimo à terra, & Saturnus in propinquiſſimo accipit & deſtruit totã fortunam Lunæ, & maximũ omnium infortunium infert, & labefactat omnes ſignificationes eius,) ſignificat damnum in toto ꝗd eſt de natura & eius proprietate. Similiter aſpice in reuolutiõe cuiuslibet anni ad Lunam, & quẽ aſpectũ habeat cum loco radicis Lunæ, & cum qua iungatur ex fortunis

& infortunijs, & de quibus signis se aspiciunt, scilicet de signis cōuenientibus & amicis, an discōuenientibus & inimicis & contrarijs. Etiā aspice ad eius motū in toto anno, & qualibet uice qua Lunā radicis aspexerit aspectu amico & conuenienti, & fuerit cum fortuna, significat bonam fortunā & in negocijs leuitatem, & in quęstionibus illius tęporis: & semper cùm aspexerit eam aspectu inimico & discordi, & fuerit cū infortunio, significat cōtrariū prędictorum. In summa id totum quod significat siue bonum siue malum, erit pro natura planetę cū quo iūcta fuerit, & pro natura signi ac proprietate in quo fuerit, secundum quod iudica, & certificaberis Deo uolente.

De iudicijs super Fridarijs. Cap. IIII.

ABsolutis singulatim septem planetis, sermo transferendus est ad Fridarias: (Est autē Fridaria seu χρονοκρατεία, certus quidam annorū terminus & notus, in quo planeta gubernans uitam nati, dat & infert ei bonū uel malum pro sui natura.) ubi notandū ꝙd quilibet septem planetarum habet suam fridariā, hoc est, certum quendam annorum numerū gubernandi uitam nati: & Caput insup & Cauda quoq; hanc sibi adscribunt. Solis itaque (ut ab omniū in genituris principe initium sumatur) fridaria sunt decem anni, fridaria Lunæ nouem, fridaria Saturni undecim, fridaria Iouis duodecim, fridaria Martis septem, fridaria Veneris octo, fridaria Mercurij tredecim, fridaria Capitis tres, fridaria Caudæ duo anni: quorū omniū summa est septuagintaquinq; annorum. Incipitur autem in natiuitatibus diurnis à Sole, ubicūq; fuerit in figura, & postmodū sequuntur anni Veneris, postmodum anni Mercurij, & aliorum planetarum secundum ordinē cœlorum. At in natiuitatibus nocturnis incipit fridaria ab annis Lunæ, quam sequitur Saturnus, postmodū Iuppiter, & sic cōsequenter secundum ordinem cœlorū. Notandum etiam ibi, quòd quāuis quilibet horum in sua potestate habeat natum annis suæ fridariæ, & seperatim gubernet, non tamen sic præest ut alijs nihil concedat, sed septimam partem ipse dominus suæ fridariæ sibi reseruat, in reliquis alios quoque admittit, & partitiōe facta cōtribuit singulis potestatem conferendi in natum, bonum uel malum pro sui natura & signi in quo uersatur. Partitur autem primùm incipiendo à se & sibi reseruando suum, pòst largitur proximo sequenti, deinde illi qui hunc sequit, & sic consequenter ad finem usque: secundum quem ordinē habebūt partitionē cum eo in fridaria sua omnes planetæ in hac ratione. Et causa huius participatiōis in qua associatur unus planeta cum alio in hoc iudicio, est quòd hi anni suarum fridariarum sunt extracti ex dignitatibus suis quas habent in duodecim signis, ꝙ uidelicet duodecim signa sunt domus eorum, & propter hoc habent participationē unus cum alio in gubernatione uel defensione horum annorum. Caput tamen & Cauda seperatim gubernant suos annos, postq; septē planetę cōpleuerint suos annos, uidelicet postq; natus compleuerit septuaginta annos: nec habent participationē cum aliquo planetarum, nec aliquis planeta cum eis, quia non habent domos in signis: & isti anni qui dati sunt eis, extracti sunt per alium modum, ☉ Fridaria Solis. Vnde natus qui est natiuitatis (ut exemplo declarē quod diximus) diurnæ, ab hora qua nascit usq; ad complementum decem annorum est in fridaria Solis, & ipse solus gubernat eum in septima parte istorū decem annorū, & postea cum alijs planetis in qualibet eorum septima parte: unde si radix natiuitatis fuerit bona, & habuerit significationes fortunarū, significat Sol in sua diuisione, ꝙ natus optimè nutrietur nutritiōe honorata et regali, & multum boni habebunt parentes ipsius, excepto ꝙ accident parentibus in primo & secundo mense tristitiæ et grauitates, quæ remouebuntur et cōuertent in lętitiā et gaudium. Etiam si fridaria Solis acciderit in iuuentute nati, quod euenire potest in natiuitatibus nocturnis, significat quòd bonū habebit à regibus ac nobilibus, et habebit laudem et honorē præ cęteris consanguineis suis, et affluēt ei diuitię et lętitiæ, ac gaudia eius crescent. Etiam si fridaria Solis acciderit nato in sua senectute, quod contingere potest in natiuitate diurna, postquam natus transiuerit septuagintaquinq; annos, significat ꝙ lætabitur in socijs et filijs suis, et habebit fortunā bonam et completā et quietam. Etiam si Sol in radice natiuitatis fuerit in exaltatiōe sua, uel termino Iouis, uel termino Veneris, et habuerit in radice significationes fortunę, et fridaria Solis acciderit in senectute uel iuuentute, significat ꝙ erit ueridicus et integer socijs suis, et erit creditus et honoratus, et euadet molestias et rixas, et crescet in sensu et intellectu, et habebit



bebit bona cõsilia, & homines in suis ne-
gocijs petent ab eo cõsiliũ, & erit in causis
eorũ, & dicta eius auscultabunt & recipien
tur, & habebit potentiã præcipiendi in ciui
tate sua & gente, ac multũ boni faciet gen-
ti suæ, & habebit fortunam propiciam &
lucrum in modis acquirendi aurum & argẽ
tum & lapides præciosos, & in donis regũ,
& ubicunq; fuerit honorabit̃, & diligent
eum reges, & associabit̃ uiris nobilbius, &
habebit in terris dñium & potentiã, & plã-
tabit arbores, aut copulabit̃ uxori filios
habiturus: uel habebũt has fortunas & pos
sessiones eius parẽtes, aut bonũ peruenie t
omnib. scilicet ipsi et parentibus. Sed si Sol
non fuerit in prædictis locis, debilitatur sig
nificatio dicta. Etiam si Sol fuerit in ascen-
dente radicis, uel dominus ascendentis for-
tunauerit eum, & fuerit orientalis ab eo, sig-
nificat bonum, meliorẽ successum, & for
tunam. Post hæc iam dicta, habet partẽ Ve-
nus in fridaria Solis & cum Sole unum an
num, mẽses 5. dies 4. horas 6. & mediã: q̃d
totum facit duos annos & mẽses 10. & dies
8. & horas 13. Significat autem ♀ in hac di-
uisione augebit̃ in suo uestiru, amabit pa-
tres & ipsi diligent eum, & uxorẽ ducet si
habuerit significationẽ in radice natiuita-
tis quòd debeat uxorẽ habere, & fortè in-
gredietur iter, aut aliquis ex cõsanguineis
eum diligẽtibus ducet eum in aliquod iter,
& accidet ei infirmitas in loco abscondito.
Et si natiuitas fuerit nocturna, significat ex
hac partitione quod de anxietate quam ha
buit, exibit, & augebitur in possessionibus
suis, lætabit̃ in uxore ac filijs suis, faciet res
formosas, aut emet hæreditates, bonum fa
ciet hominibus, & faciet itinera boni causa
& honoris, & fortè ibit supplicatũ diuos et
accident ei infirmitates in locis absconditis
corporis sui: sed si Sat. & Mars & Cauda fu
erint iuncti cum Venere, aut aspiciãt eã ma
lis aspectibus, minuunt̃ prædictæ bonæ sig
nificationes quas diximus, & quicquid ibi
cõplebit̃ erit cũ molestia et labore. Post Ve
nere partẽ habet Merc. in fridaria Solis an
num unum, menses quinq;, dies 4. horas 6.
& fractiões, & fit hoc totum anni quatuor,
menses tres, dies duodecim, horæ uiginti,
uel circa. Significatur autem hac diuisione
quòd tradet se aliquibus rebus suorum ope
rum, & aliquis ex consanguineis eius faciet
ei malum & molestiam, & fortè cadet ab al
to, uel in periculo erit casus, & accidet ei
infirmitas in uentre sed euadet ab ea, ipsi ta
men accident tristitiæ & labores, et si affe-
ctabit aliquod factum, perdet ex eo & mi
nuentur lucra ipsius. Et si natiuitas fuerit
nocturna, significatur hac diuisione quod
natus exponet multa, et causas habebit ra
tione testimoniorũ falsorum uel pro simili,
aut cadet de cacumine domus, & euadet
ex hoc, & accident ei dolores hæmorrhoy
darum & ab eis sanabitur. Post hunc habet ☽
partem Luna in fridaria Solis, annũ unum,
menses quinq;, horas quatuor, dies sex, &
fractiones: facit autem hoc totum annos
quinq;, menses octo, dies 17. horas tres uel
circa: significantur in huius diuisionis tem
pore, quòd faciet aliqua facta quę et uerten
tur in damnum & accident, & furata ei erũt
aliqua de suis rebus, ac tradet se multum lo
cis aqueis & humidis, aut faciet itinera per
aquam uel mare, & accident infirmitates ei
in oculis & capite. Et si natiuitas fuerit no-
cturna, significatur quòd exponet se perí-
culis & rebus quæ non sunt ei necessariæ
nec ad eum pertinent, & lucrabitur prædiũ
magnum, & crescent redditus eius ac lucra,
& habebit lucrũ in occulto adeò quòd nul
lus sciet, faciet mercaturã, & fortè eius mer
ces erunt per mare, & perdet magnam par
tem prædi, & associabitur nobilibus & cla
ris hominibus, multos habebit amicos &
socios. & tradet se cultui terræ, & ex dolo-
re capitis accidet ei magnus tumor, & fortè
hoc erit in diuisionis huius fine. Post Lunã ♄ ☾
habebit Saturnus partem in fridaria Solis
annum unum, mẽses quinq;, dies quatuor,
horas sex, & fractiones: fitq; hoc totum se
ptem anni, mensis unus, dies duodecim, uel
circà. Significatur autẽ hac diuisione quòd
accident tristitię & grauitates ei ex societa
te dom⁹ suę, ac infirmitates in corpore suo
intrinsecus, uel impedimẽta per ignem aut
per aquam calidam, infirmitates in oculis,
ex quibus omnibus prędictis occasionibus
euadet, & faciet longa itinera, & accident
ei molestię ratione aquarum. Et si natiuitas
fuerit nocturna, significat quòd ei accidẽt
fortes tristitiæ ac magnæ, & habebit placi-
ta pro societate domus suæ uel cum eis, &
habebit infirmitatem in oculis ophthalmiã
scilicet, & infirmitatẽ & dolores in uẽtre,
ex quibus euadet, faciet lõga itinera, & for
tè se tradet mercimõnijs marinis uel alijs, in
quibus accident ei grauitates per aquam &
ex eundo per eas, & grauitates per ignem
& aquam, propter cõmixtionem Saturni
cum natura Solis, quia cõmiscentur signifi

cationes eorum. Post hoc habebit partem Iuppiter in fridaria Solis annū unum, menses quinq;, dies quatuor, horas sex & fractiones: facitq; hoc totum annos octo, mēses sex, dies quindecim, horas septēdecim, uel circà, & significatur quòd isto tempore augebit in authoritate, & diuitijs, & pannis, & bonis suis, diligent eum consanguinei eius & faciēt ei bonum, & fortè cadet ab alto. Et si natiuitas fuerit nocturna, crescet eius potētia in precio & ualore ac nobilitate & fortuna, & habebit dominiū & potestatē super inimicos suos, & tradet se laboribus terræ, & lucrabit dominiū magnum sine labore, & uindicabit se de suis inimicis ac uincet eos, excepto q; in fine huius diuisionis cadet de cacumine domus uel bestię. Postmodum habebit partem Mars in fridaria Solis annum unum, menses quinq;, dies quatuor, horas sex & fractiones, eritq; hoc totum anni decem: significat q; hoc tempore mutabitur de uno statu in alium, faciet itinera, & fortè uxorem ducet, ac accident ei molestiæ ex morsu canis, aut ictu animalis alicuius, uel ex casu aut percussiōe propter quā exibit sanguis de corpore eius: & pessimum quod inuenitur in significatione hac, est in quatuor primis mēsibus huiꝰ diuisionis. Et si natiuitas nocturna fuerit, significatur quòd mutabitur de uno statu in aliū, & de uno magisterio in in aliud, faciet itinera & laborabit fortibus laboribus, & habebit magisteria, uoluntatem & desiderium mulierū et fornicandi, & accident ei propterea grauitates: etiā erit iniquus hominibus & habebit placita cum eis, & ob hoc accident ei molestiæ & incisio ferri, ac morsus canis uel alterius animalis ei accidere potest, & infirmabitur, & fortè infirmitas eius erit nouem dierum nec plurium. In summa quantò Mars & Sol fuerint in peiori statu, tantò erunt hæ significationes maiores & magis affixæ: & quātò in meliori statu, tantò erit melius & mitius.

Fridaria Veneris.

SVfficienter locuti & quantū necesse fuit de Fridaria Solis, consequenter postulat ordo ut & Veneris fridariā prosequamur, & deinceps aliorum planetarum singulorum sua methodo & ordine incepto. Solis ergo fridariam excipit Venus, cuius fridaria est annorū octo, quorum unum annum ut septimā partem, (quemadmodum in principio huius capitis docuimus) & unum mēsem & uiginti unos dies & decem horas & fractiones conuenientes sibi uendicat: quibus significatur quòd natus habebit in hac diuisione lætitias & gaudia, & ueniēt ei lucra, & fortè uxorem ducet & seruos habebit. Et si natiuitas diurna fuerit, significatur quòd in hac diuisone habebit gaudia & lætitias diuersarum conditionum, gaudebit cum muliere sua, uel uxorio uinculo copulabit cum extranea, uel nascet ei filius fortunatus, emet seruas & maritabit filiā suam uel quam ipse nutriuit, & tradet se seminationi aut plantationi, & augebitur in sua substantia, & fortè colliget thesauros, uincet inimicos suos & amicitiam habebit cum nobilibus & dignitatem magnam, & à regibus honorem & uestimenta præciosa. Hermes dixit quòd huius diuisionis meliores sunt quinq; menses, & uiginti dies à principio. Consequenter habet partem Mercurius in fridaria Veneris annū unū, mensem unū, uigintiunos dies, decē horas & fractiones, & fiunt duo anni, tres menses, duodecim dies, 20. horæ: significatur quòd in hac diuisione furabit ei de substantia sua uel perdet illam, & accidet ei damnum, & faciet itinera, & mutabitur de uno loco in alium metu ne sibi accidat molestia, et ægrotabit. Et si natiuitas fuerit nocturna, significat q; multū cōsumet ex eo quod gubernauerat, & uincet ab inimicis suis qui obsirmabunt se in eum, & fugiet ab eis, & accident ei molestiæ: quoniā prohibebitur ei cibus & potus & uictus, habebit tristitias multas & infirmitates in corpore suo propter spurcitiē, uel propter malam commestionem. Post hunc habet Luna partem in fridaria Veneris unum annū, unum mēsem, uigintiunos dies, decem horas & fractiones: quod totum facit tres annos, quinque menses, quatuor dies, septem horas: et significat quod natus tempore huius diuisionis erit in bono statu, & associabitur uiris excelsis & potentibus, ac fortè uxorem ducet in hac diuisione. Et si natiuitas nocturna fuerit, significatur quòd exibit de miseria in qua erat, & incipiet melius habere status & negocium eius, & homines eo meliores uisitabunt eum, & ipsum domini honorabunt, & habebit dominium super sibi pares, & congregabit pecuniam qua gaudebit, & si non habet uxorem ducet. Postmodum habet partem Saturnus in fridaria Veneris unum annum, unum mensem, duodecim dies, decē horas & fractiones:

ctiones: faciéq; hoc totum quatuor annos, ſex mẽſes, uigintiquinq; menſes, ſeptemdecim horas: ſignificaẽ quòd natus erit multũ miſer in hac diuiſione, quia accident ei moleſtiæ magnæ, & faciet malũ & grauitates aliquibus mulieribus, ipſe etiam moleſtiã à mulieribus accepturus. Et ſi natiuitas nocturna fuerit, ſignificaẽ ſimiliter quòd multas triſtitias & labores habebit, uitam anguſtam, & morieẽ eius uxor aut laborabit infirmitate magna, & ipſe forſitan incidet in morbum, & habebit placita & rixas & contentiones cum uxore ſua, & forſitã cornua ponet ei in fronte, uel ſi prægnans fuerit fortè faciet abortiuum, & ex illa occaſione forſitan morietur, & copulabitur alteri meretrici uel ſeruæ, aut cõprimet eam, & malum faciet filijs ſuis & filijs alienis, & illa ſua mulier nõ durabit multum cum eo ſana. Poſtmodũ habebit partem Iup. in fridaria unum annum, unum menſem, 12. dies 10. horas & fractiones, quod totum facit quinq; annos, octo menſes, ſeptemdecim dies, & tres horas. Si hæc diuiſio acciderit in pueritia, ſignificatur quòd regali nutritione nutrietur, & pater eius habebit dominium bonum & diuitias, & mutabiẽ de malo ſtatu & triſtitia (ſi erat in ea) ad bonũ ſtatum & honorem & meliorẽ ſucceſſum negociorum ſuorum, & bonam famam habebit, & ſi fuerit pauper cito fiet diues, lucrabitur ſubſtantiã & terras & aquas: ſed ſi natus fuerit nobilis, creſcet in nobilitate quouſq; perueniat ad ſimilitudinẽ regis, & dominabiẽ ciuitatibus & terris. Etiã ſi Venus fuerit in fridaria cum Capite, & Iup. in aſcẽdente, erit rex magnus & coronatus & prę cipiet mari & terræ. Hunc ſequitur Mars habens in fridaria Veneris pr[illegible] ſua portione unum annum, unum mẽſem, 21. dies, 10. horas & fractiones: faciéq; hoc totum ſex annos, decem menſes, octo dies, tredecim horas uel circà: ſignificatur hac diuiſiõe q̃ multas habebit miſerias, faciet malum fratribus, & fortè uxorem ducet ingenuam & nobilem, & aſſociabiẽ uiris claris & potentibus. Et ſi natiuitas nocturna fuerit, multiplicantur eius miſeriæ, malum faciet & ſpoliabit alios, & fratres eius ac ſocij malum habebunt per eum, & pro eo quòd faciet eis malum, & ex parte mulierũ lætabitur, & aſſociabitur uiris potentibus, & magnam famam habebit, & habebit rem cum muliere magnæ progeniei, aut fortè uxorio coniugio copulabitur cum ea, & accident ei aliquæ grauitates ex parte mulierum, & habebit aliquod dñium in uilla ſua. Tandẽ ſequitur Sol in fridaria Veneris, q̃ ſibi adſcribit pro ſua parte unũ an. 1. menſem, 21. dies, 10. horas & fractiones, ſiéq; fit totũ cõplementum 8. annorum. Significaẽ autẽ hac partitione q̃ laborabit infirmitate grãdi ex qua euadet, & applicabiẽ aſſociatione familiari nobilibus uiris & potentibus, & creſcet bonum eius & panni & ueſtimenta & poſſeſſiones & inſtitutio, & copulabiẽ fortè cum muliere bene inſtituta & morigerata. Et ſi natiuitas fuerit nocturna, ægrotabit infirmitatẽ fortem, & ab ea ſanabiẽ, & augebiẽ ſubſtantia, ſeruis, mulieribus & ſocietate: lucrabiẽ magnum theſaurũ, & induetur regalibus ueſtimentis & ſerico, intrabit domos regum, uindicabit & tutũ ſe faciet de inimicis ſuis, & copulabitur mulieri doctæ uel quæ ſcit ſcribere. Præterea ſi Venus aut Sol in hac fridariæ diuiſione fuerit Alceceden, & fuerit in bono ſtatu, erit melior ſignificatio in nobilitate & potentia, quia erit felix ac uictor contrariorũ ſuorũ, & dabuntur ei xenia multa. Etiã ſi Venus in hac diuiſione fuerit in aliquo angulorum & in bono ſtatu, multiplicabuntur lucra & utilitates, & aſſociabiẽ regib. cõuerſans ſolus & ſeparatim cũ eis in ſecretis locis et cõſilijs.

Fridaria Mercurij.

POſt fridariã Veneris ſequiẽ fridaria Mercurij quæ eſt 13. annorũ, in quibus ipſe ſeparatim gubernat, & ut ſeptimã partem ſuprà oſtenſam ſibi uendicat annum unũ, 10. menſes, 8. dies, 13. horas & fractiones: ſignificaẽq; q̃ natus in medietate prima huius diuiſionis habebit bonum, & in alia malum & grauitates, & ibit de una ciuitate in aliam, et ſi quid fecerit de operibus et factis ſuis accipiet damnum ex eo, et omnia eius uerba & dicta ſiniſtrè interpretabuntur et retorquentur in eius damnum, et morientur aliqui de ſocietate eius et ſuorum animalium nõnulla, ægrotabit et habebit modicum profectum à medicinis & ſpeciebus. Et ſi ibi fuerit Saturnus in malo ſtatu, et aſpexerit Mercurium aſpectu malo et de infortunata domo, morte morietur: ſed ſi fuerit in bono ſtatu Mercurius, minuẽtur hæc damna quæ diximus et mitigabuntur. Bono ordine Luna in fridaria Mercurij occupat unum annũ, decem menſes, octo dies, tredecim horas et fractiones: ſiéq; complet tres annos, octo menſes, ſeptemdecim dies, tres horas uel circà.

Significatur autē hac diuisione quòd erit abūdans in comedēdo & bibēdo, & quòd exponet se periculis & grauitatibus, & au fugiet si emerit seruum aut pedissequam similiter seruitricem, & si inceperit ędificium aliquod extruere non complebit illud, & si duxerit uxorem morietur, aut se separabit ab ea: sed si non duxerit uxorem & desponsauerit in hac diuisione, illud coniugium non erit stabile, & ægrotabit infirmitatem, aut fortè cadet ab alto & incurret pericula extremę mortis. Post hanc Saturnus habet partem in fridaria Mercurij unū annum 10. menses 8. dies 13. horas & fractiones: fitq; hoc totum 5. anni 6. mēses 15. dies 17. horæ uel circà: significatur hac diuisione quòd augebitur eius substantia, sed non comedet nec bibet de ea nec faciet bonum alicui, quia postmodū à latronibus erit ei suffurata & fiet pauper, paucos habebit amicos, morietur eius uxor, & ibit de una ciuitate in aliam, & accident ei grauamina et labores in itineribus suis. Post hunc habebit partem Iuppiter in fridaria Mercurij unum annum 10. menses 8. dies 13. horas & fractiones: fiuntq; sic 7. anni, 5. mēses, quartuor dies, 7. horæ uel circà: significat hac diuisione quòd lucrabitur substantiam in diuersis regionibus, & associabitur similib. regum, & uiles homines insurgent contra eum & agent causas contra ipsum, quos omnes deuincet, & congregabit aurum & argentum, & fortè ascender in magnam dignitatem, & faciet ædificiū nobile quo gaudebit, mendacia diliget & mendaces, & faciet magnas expensas. Postmodū occupat Mars in fridaria Mercurij unum annū, 10. menses, 8. dies, 13. horas & fractiones, & cōputatio totius sunt nouem anni, 3. menses, 12. dies, 20. horæ uel circa. Significatur illa diuisione quòd rixabitur & litigabit cū uilis hominibus & ualentibus minus eo nec cognitis, & recedet ab eis, & ibit ad magnos uiros & nobiliores se, & ibit de una anxietate in aliam, de quibus omnibus euadet, uincet inimicos & aduersarios suos & faciet longum iter, & si se dederit mercaturæ perdet in ea: & si cum aliquo posuerit in societate de suo, socius ille parabit ei proditionem & fraudem, accidet ei molestia per carcerem, & impedimentum ignis aut per rem calidam, cadet ab alto uel in casu periclitabitur, aut ægrotabit infirmitatem fortem uel de qua debilitabitur complexio & cerebrum eius, ex qua sanabitur: etiam si hoc tempore uxorem duxerit morietur uxor ipso anno, uel ueniet prope mortem: & si parentes uixerint, morietur mater & pater capietur, uel accident ei maximę grauitates. Postmodum habet partem Sol in fridaria Mercurij unum annum, 10. mēses, 8. dies, 13. horas & fractiones, quod additū priori facit totū 11. annos, unū mensem, 21. dies, 10. horas uel circà. Significatur hac diuisione quod augebuntur hilaritates ipsius & gaudia & lucra & authoritates qualibet die, ac multiplicabuntur homines & socij eius, habebit scribam & quæstorem, & à regibus & nobilibus substantias & lucra, & ab alijs hominibus & societate & amicis suis habebit bonum, & ab illis qui iungunt ei, & fortè morietur eius frater eo maior si ipsum habuerit, & copulabitur mulieri formosæ, & habebit rem cū ea miro modo, uel cum uxore patris sui. Post hunc habet partem Venus in fridaria Mercurij unum annum, decem mēses, octo dies, tredecim horas & fractiones, ficq; fiūt omnino 13. anni completi, quibus completur fridaria Mercurij. Significatur autem hac diuisione quod associabitur mulieribus & fiet remotus à uiris, diliget mulieres & de ipsis lætabitur & comabitur more mulieris, associabitur meretricibus & eius uxor comprimetur ab alio et morietur creatura, & si non comprimatur eius uxor & habuerit filium, morietur aut aliquis ab eo nutritus loco filij.

Fridaris Lunæ.

FRidaria Mercurij quantum necesse fuit enarrata, offert se nobis fridaria Lunæ prosequenda, quæ & ipsa nouem annorum est, ex quibus annum unum septimam uidelicet partem (ut diximus) sibi soli administrandum reseruat, & tres menses, & duodecim dies, & uiginti horas, & fractiones seu minutulas nonnullas. Significatur autem hac diuisione, quòd natus uersabitur in diuersis statibus, & q̄ modò in gaudio, modò in tristitia, & in diuitijs similiter & pauptate, & habebit causas fortes & grandes cum uxore & cum alijs mulieribus, itinera bona & longa faciet, & ascendet suo tempore in dominiū & gradum altum, & lucrabit prædiū magnū, & postmodum descendet de illo gradu & reuertet in pristinum ad modicum tempus, & in fine huius diuisionis perueniet ad gradū mediocrem & ad periculū magnū ensis, uel quod ei assumi-

ei assimilatur, aut ad necessitatẽ carceris. Et si natiuitas nocturna fuerit & Luna in malo statu, significat ꝙ accident ei infirmitates & grauitates, & abhorrebunt eum parentes: sed si Luna fuerit in bono statu, significatur hac diuisione, quòd erit sanus corpore ac bonæ conditionis & parentes eius diligent & honorabunt eum, & faciẽt ei bonum. Dixi autẽ (ut quod ego inueni addã) natum diuersimode uiuere diuersisq; casibus circumferri, quia omnes status natiuitatum diurnarum sunt diuersi à statibus nocturnarum in iam dicto tempore, cùm illos qui nascuntur de nocte gubernet Luna primis annis & in sua fridaria, ut diximus, & ipsa separatim & sola in gubernatione septimæ partis primę præsit: in qua fridaria naturæ Lunæ apparebunt, nec in alia eius significationes sic manifestè intelligunt. Non negamus in illis qui nascuntur de die, apparere modò & antè significationes dictas, cùm huius fridaria eis supueniat post multos uitæ transactos annos, ut uidere est in p̃ teritorũ planetarũ fridarijs: ubi diximus ꝙ illorũ fridaria incipit à Sole, et procedit per alios planetas Solem ordine subsequentes, quousq; perueniãt ad hanc, in qua apti ad susc̃ipiendos status significationũ dictarũ deprehenduntur. Diuersa etiam est significatio eorum qui nascuntur de nocte ab ijs qui nascuntur de die, quia fridaria illorũ & eius diuisio incipit à Luna, in qua natus paruus adhuc & debilis inuenitur, & gubernatio Lunæ & status in principio, in tempore nullo modo habili ad exprimendũ irradiationes enarratas, ut qui tã aliquatenus progressus est in ætate. Quod nobis materiam præbuit dicendi in Sole ac Venere diuersas inueniri significationes in his qui nascũtur de die, ab illis qui nascũtur de nocte. Similiter dicimus quoq; de Luna & Satur. ꝙ qui nascunt̃ de die diuersas habent significationes & status ab illis qui nascunt̃ de nocte, quoniã illorũ incipit fridaria à Sole, & sunt parui usq; dum ueniãt ad fridariã Veneris: similiter illius qui nascit̃ de nocte, fridaria incipit à Luna, estq; paruus donec attingat fridariã Saturni. Quare diligenter considerare debes res & status pertinẽtes ad utrãq; ætatem nati, parui scilicet uel magni, & sic iudicare. Significationes autẽ & status aliorum planetarũ, Merc. scilicet Iouis & Martis, dicemus uno eodẽq; modo, & similiter de Capite & Cauda, si sit diurna natiuitas uel nocturna, idq; facimus qa eorũ fridaria incipit ab uno Luminariũ. Dic ergo intelligę ꝙ priusq; applicet significationibus fridariæ horum trium planetarũ, aut fridariæ Capitis uel Caudæ, erit natus in ætate conueniẽti ac aptus recipiendi omnes significationes & res, quas prædiximus, siue bonas siue malas. Et hanc diuisionẽ modò dictam de significationibus planetarũ differẽtibus inter natiuitates nocturnas & diurnas, non inueni in aliquo librorũ sapiẽtum antiquorũ, nec in alicuius libro qui locutus sit de hac scientia. Postmodũ habet partem Saturnus in fridaria Lunæ unum annum, 3. mẽses, 12. dies, 20. horas & fractiones: fitq; hoc totum 2. anni, 6. menses, 25. dies, 17. horæ uel circà. Significat autẽ hac partitione quòd habebit causam cum regibus & suis similibus, & in dictis suis accusabit̃ de mendacijs & falsitatibus, & accident ei grauamina in seruientibus suis, quia morient̃ uel ab eo fugient, & morieẽ de armento suo, aut feretur ab eo una pars substantiæ suæ, debitum faciet, ęgrotabit magnã infirmitatem, & fortè accidet ei cõbustio ignis aut incisio ferri tribus uicib⁹ hoc tẽpore, uel fortè morietur eius uxor si fuerit prægnans. Et si natiuitas fuerit nocturna, accidet ei scabies ex calore & sanabit̃ de ea, accidet ei cõbustio ignis uel aquæ feruentis & similiter sanabitur, & permutabit̃ de uno loco in aliũ, ibit itinera & accidet ei grauitas in itinere, & aliqui ex seruientibus eius facient ei malum & furabũt̃ ei de bonis cõmissis. Post Satur. habet partẽ Iup. in fridaria Lunę unũ annũ, 3. menses, 12. dies. 20. horas & fractiones: fitq; hoc totũ 3. anni, 10. menses, 8. dies, 12. horæ uel circà. Significat̃ ꝙ hoc tẽpore habebit dignitatẽ honoratã, lucrabit̃ prædiũ & possessiones, uincet inimicos suos, & dicetur bonũ de eo, euenient ei lucra & profectus de terris longinquis, & ut leuiũ operũ plãtabit arbores, purgabit terrã laborationis, emet seruos aut seruas, & habebit gaudia multa, & si habuerit debita soluet ea. Et si natiuitas nocturna fuerit, augebit̃ in omni re quę ptinet ad augmentũ uestimentorũ & aliarũ rerũ, & diligent eũ parẽtes. Benignitatẽ Iouis excipit Mars partẽ habẽs in fridar. Lunę 1. an. 3. mẽses, 12. dies, 20. horas & fractiones, progrediunturq; ex hoc toto 5. anni, unus mensis, uiginti unus dies, decẽ horæ uel circà. Significat̃ hac diuisione ꝙ accidẽt ei anxietates, tristitię ac grauamina

magna, et perdetur una pars substantiæ eius, soluet tributa, et si fecerit iter accidet ei grauamẽ in eo, ꝓpter bona, ac metus ob percussionem colubris, hemicrania uel dolor medij capitis, timor ex igne & euadet ex illo, & ægrotabit infirmitatẽ grandem itaq; perueniet ad periculum mortis, & habebit ægritudinem in uisu uel in oculis, magnum malum & dolorem in genitalibus: & si Luna insuper dominium habuerit in reuolutione anni, hæ significatiões asstixiores erũt, mitigabitur tamen totus status & fiet bonus postquam hæc partitio fuerit cõpleta. Et si natiuitas fuerit nocturna, accident ei multæ infirmitates & diuersæ in oculis & in uentre & in mẽbris inferioribus, & percussio ab aliquo reptilium, ac combustio ignis uel aquæ feruentis aut alicuius rei calidæ, & ei furata erit una pars sui thesauri, & aliqui ex seruientibus eius facient ei malũ. Postmodum accipit suam portionem Sol de fridaria Lunæ unum annum, tres mẽses, duodecim dies, uiginti horas & fractiones: proueniuntq; ex hoc toto sex anni, quinq; menses, quatuor dies, sex horæ uel circà. Significatur hac diuisiõe quòd faciet bonum hominibus, dabit de suo ꝓ Deo extraneis & in terris lõginquis, lætabitur in omni ꝙd fecerit & studuerit, habebit dominium super homines & dignitatem officij regis, ægrotabit ipse & uxor eius, & fortè durabit eius infirmitas 30. diebus & non plus, et postea sanabitur & melius habebit eius negocium in primo mense huius diuisionis, excepto quòd mulier eius mouebit filium suum si fuerit prægnans, & hoc primo mense diuisionis istius, et postmodum concipiet. Et si natiuitas fuerit nocturna, accidet ei infirmitas & mutabitur de uno statu in alium, ibit itinera, lætabuntur parentes de eo, augebitur doctrina & intellectus ipsius. Post Solem occupat in fridaria Lunæ Venus unum annum, tres menses, duodecim dies, uiginti horas & fractiones: & proueniunt ex hoc toto septem anni, octo mẽses, 17. dies, quatuor horæ uel circà. Significatur hac diuisiõe quòd erit in bono statu ac bonorum morum, sufferens & suspicans bonum habere, uitiosus in omni uitio corporis & omnibus negocijs suis, lætabitur cantu & ornatu & rebus odoriferis, & tradet se multũ dormitationi cum mulieribus, associabuntur ei uiles homines & dicent bonum, & euenient ei in primo mẽse huius partitionis ex seruis res de quibus lætabitur, & ascendet in ualorem et bonum. Venerem subsequit Mercu. in fridaria Lunę sibi adscribẽs unũ annũ, tres menses, 21. dies, uiginti horas et fractiões: sicq; ex hoc toto proueniũt nouem anni completi, qui complent fridariam Lunę. Significatur quòd hoc tempore ascendet ad dignitatem ex qua deponetur et reuertet̃ in illã, et hoc fortè fiet tribus uicibus in hac diuisione, grandes habebit causas, mẽdacia et falsitates dicet, dabit se malis moribus et fraudibus ac factis absconditis, donec faciat falsitates et fraudes societati suæ, et de manibus suis exibit una pars sui thesauri, et accidet ei metus per aquam uel ignẽ, et fortè hoc erit in principio huius diuisiõis in primis 17. ☌ et euadet ab illo, accidet filio eius si quẽ habuerit, infirmitas mala ex damnatione complexionis, uel ex melãcholia. Et si natiuitas fuerit nocturna, accident ei grauamina, et dabit se fraudibus et moribus malis, et accidet ei impedimentũ ex aqua uel igne, et una pars sui thesauri erit ei sublata.

Fridaria Saturni.

POst Lunam gubernat Saturnus fridariam suam undecim annos, ex quibus specialiter sibi tanquam septimam partem (ut docuimus) adscribit annum unum, sex menses, uiginti quinq; dies, tẽsepdecim horas et fractiões. Significatur hac diuisione quòd faciet facta quæ imputabuntur ei in stultitiã, et causas habebit in quibus tenebit rationes falsas, et insultus patietur ratione filiarum suarum si quas habuerit, et habebit magnam tristitiam et anxietates pro eis, magis consumet quàm lucrabit̃, dissipabit prædium suum et habebit possessiones ex hæreditatibus mortuorum, æs contrahet alienum, dabit se rebus antiquis, et accidet ei impedimentum in suo ualore et precio, infirmitate magna laborabit de qua tristitiam et anxietatem habebit. Et si fuerit sic habens infortunatus à Marte, damnum eius maius et fortius erit, et damnum habebit per ignem et calores aut percussionem ferri, uel quod ei assimilatur, et modicum ualebunt ei medicinæ uel physica. Et si natiuitas fuerit nocturna, accident ei grauamina et tristitiæ multis modis et diuersis, aut aliquis

aliquis ex conſanguineis eius morietᵉ, et habebit bona ex hæreditatibus mortuorū, & erit ei furata una pars bonorum ſuorum, & ægrotabit infirmitatē fortem, & faciet multa facta quæ ei detorquentur in malū et damnū, & ſtultè faciet omnia facta ſua, & pro maiori parte ſtabit fruſtra. Poſtmodū occupat Iuppiter in fridaria Saturni unū anuū, 6. menſes, 25. dies, 17. horas & fractiones, et ex toto proueniunt 3. anni, unus mēſis, 21. dies, 10. horæ uel circà. Significatur hac diuiſione quòd ornabunt eum reges & eorū ſimiles, & ab eis habebit lucrum æris & ab alijs hominibus, & mutabitur de una nobilitate in aliam, emet ſeruas, habebit multas lætitias & gaudia, ægrotabit, ibi itinera, & fortè illa infirmitas & iter erunt in fine diuiſionis illius. Et ſi natiuitas fuerit nocturna, occurrent ei res de quibus habebit lucra & profectus, & ueniens aſſociabitur hominibus benefacientibus à quibus bonū habebit, ægrotabit, & bonum habebit ex uarijs rebus, & fortè augebitur in ſeruis, uel uxorem ducet ſi fuerit aptus ad hoc. Iouem ſequitur Mars in fridaria Saturni ſibi adſcribens unum annum, 6. mēſes, 27. dies, 17. horas & fractiōes: ex quibus omnibus (præterita intelligo & præſentia) cōſtituuntur 4. anni, 8. menſes, 17. dies, 3. horæ uel circà. Significatur hac diuiſione quòd erit in malo ſtatu, quia euenient ei grauamina, & fortè cadet de ſummo culmine domus uel beſtię, & propter hoc habebit triſtitiā & anxietatem & placitum cum uxore ſua & alijs mulieribus, etiam uolent ei malū ac ipſum uincent homines, de quibus uindicabit ſe ex ſeipſo, ægrotabit eius uxor infirmitatē fortem, uel fortè morietur. Poſt Martem ex iure ſuæ ſeptinariæ occupabit Sol in fridaria Saturni annum unum, 6. mēſes, 25. dies, 17. horas & fractiones: ex quibus cum ſuperioribus cōputatis proueniūt 6. anni, 3. mēſes, 12. dies, 20. horæ uel circà. Significatur hac diuiſione quòd augebitᵉ in precio & ualore, & habebit dignitatē uitæ & mortis in iudicando homines, lætabitur & gaudebit de domo & ſocietate & filijs ſuis, faciet itinera, infirmitatem habebit in capite ex magno rumore, patietᵉ morbū in oculis & uiſu, cauſam habebit cū maioribus ſe, & ipſe rhetor erit. Et ſi natiuitas fuerit nocturna, accident ei multa ex ſignificationibus iſtis & ſtatibus modò dictis, ſecundū q̄ conuenit eius ætati. Poſt Solem occupat Venus in fridaria Saturni unum annū, 6. mēſes, 25. dies, 17. horas & fractiones: ex quibus cum præteritis proueniūt 7. anni, 10. menſes, 8. dies, 13. horæ uel circà. Significatᵉ hac diuiſione q̄ dicentᵉ de eo mendacia & teſtabūtur teſtimonia falſa cōtra eum, habebit longas & fortes cauſas & euadet ab eis, lætabit ex morte inimicorū ſuorum ac malo & impedimēto ǭd eis eueniet, accident ei magnę infirmitates in uentre uel in loco abſcondito ſui corporis, & ſanabitᵉ de eis, morietur eius uxor aut accidet ei magnū malū uel impedimentū, & fortè habebit filiū in hac partitiō ne, & ſi filios habuerit ægrotabunt. Et ſi natiuitas fuerit nocturna, accidet ei ex rebus & ſignificationibus iſtis quantū fuerit conueniens ætati eius. Poſtmodum occupabit Mercurius in fridaria Saturni unum annū, 6. mēnſes, 25. dies, 17. horas & fractiōes: ex q̄bus omnibus fiūt 9. anni, 5. mēſes, 4. dies, 6. horæ uel circà. Significatᵉ hac diuiſiōe q̄ habebit debilitatē in omni ſuo negocio, habit itinera in q̄bus habebit grauitatē et damnum, ægrotabit eius uxor et habebit inde grauamina aut ratione mulierū, morietᵉ aliq̄s ex propinq̄s eius, creſcet p̄dium et æs eius, et aliq̄d perdet ex eo, gaudebit de fratribus et amicis, de filijs bonū habebit et ſocietate ſua et ſeruis, tradet ſe alitioni animaliū et ſcriptioni, et augentᵉ intellectus et cogitationes eius, et ingeret ſe ſocietatibus et rebus diuerſis. Poſtmodū habet Luna partē in fridaria Saturni unum annū, 6. mēſes, 25. dies, 17. horas et fractiones: ſic̄q̄ ex omnibus enumeratis fiūt 11. anni, cōplementum fridariæ Saturni. Significatᵉ hac partitione quòd habebit triſtitias, ægrotabit ipſe et eius maſculi filij, et eorum aliq̄s morietᵉ, erit in ſtatu mediocri inter bonum et malum, lucrum et amiſſionē, ibit itinera longa in quibus uim æris lucrabitᵉ, et fortè in hac partitione morabitur in loco extraneo, uel accidet ei hoc in fine huius partitiōis, et ubi de hac partitione exiuerit aggregabit magnū theſaurum, et fortè copulabitur alteri mulieri.

Fridaria Iouis.

NVnc nobis dicenda occurrit, abſoluta uidelicet χρονοκρατωρια Saturni, annorum duodecim fridaria Iouis, ex quibus ſeptenariam partem ſibi ſoli gubernandam (ut ſæpe monuimus) reſeruat annum unum, octo menſes, 17. dies, tres horas uel circà. Significatur

ficatur hac diuisione quòd ascẽdet de imo statu ad bonũ, & exibit de omni grauamine ad omne bonũ & gaudium, & augebit eius fortuna prospera & commodum, & nominabitur inter reges, & dicetur de eo bonum, et habebit dignitatem honoratam & magnam. Et si Iuppiter fuerit in radice in termino suo, uel in termino Veneris, aut in aliquo signo triplicitatis sux, ut est Aries & Leo & Sagittarius, tũc denotat melio in significationibus suis, maius bonũ & fortunam. Et si natus fuerit eximiæ progeniei, fortè rex erit, aut habebit dominium in ciuitatibus & terris, ac multos seruos & ancillas habebit, uel uxorio uinculo copulabitur cum muliere nobili, offerent ei reges xenia bona, mulieres & bestias, habebit bestias & bona de redditibus & alijs conditionibus, thesauros colliget, faciet bonum & eleemosynas et facta nobilia. Et si sic habẽs fuerit Iuppiter in exaltatiõe sua, erũt hæ significationes secũdiores, firmiores, & maior erit fortuna. Hãc benignitatem modò dictam intercipit Mars in fridaria Iouis uno anno, octo mensibus, septemdecim diebus, tribus horis et fractiõibus: qbus superioribus additis constituent tres anni, quinque menses, quatuor dies, septem horæ uel circà. Significatur hac diuisione quòd erit tristis & seruiet regi in rebus de quibus timebunt homines, & propter hoc euenient ei grauamina magna, aut metus & labores ex cupiditate habendi, ibit itinera longa, habebit angustiam ratione mulierum, & rem habebit cum mulieribus malis, & fortè nascetur ei filius. Importunitatem Martis subuertet Sol in fridaria Iouis uno anno, octo mẽsibus, septemdecim diebus, tribus horis & fractionibus: fiuntq; sic ex tota summa septem anni, unus mensis, 21. dies, horæ decem uel circa. Significatur hac diuisione quòd augentur sensus eius & erit ex primatu regis, et augebitur eius fortuna & commodum, & fortè thesaurũ inueniet, possessiones & lucra sine labore habebit, honoratus erit ab hominibus, dominium habebit super progeniem suam, & à regibus & hominibus dignitatum ponetur custos super populum, & nascetur ei filius fortunatus. Postmodum uersabitur Venus in fridaria Iouis uno anno, octo mensibus, septemdecim diebus, tribus horis & fractionibus: ex quibus omnibus proueniunt sex anni, decem menses, octo dies, tredecim horæ uel circà. Significat hac diuisione quòd habebit quid dignitatis cũ regibus, primatus erit in rebus suis, dominium habebit & fortunam magnam, committetur ei aurum in depositro uel inueniet thesaurum, aut habebit lucra sine labore, moriẽtur inimici eius, & faciet itinera. Et si Iuppiter ibi infortunatus fuerit à Saturno uel Marte, aut Venus fuerit infortunata similiter ab aliq; eorũ, minuitur de significationibus prædictis. Illorum honestatem cõteret ferè Mercurius in fridaria Iouis uno anno, 8. mensibus, 17. diebus, 3. horis & fractionibus: ex quibus proueniunt anni octo, sex menses, 25. dies, 16. horæ uel circa. Significatur hac diuisione quòd in bonis moribus sufferens erit & mãsuetus, & expectabit frustra de omni opere ac negocio qd facit ad utilitatẽ suam, amici eius oderũt eum et eius fient inimici, et homines malum dicent de eo et diffamabunt ipsum, uxorem ducet, mordebit eum canis uel lupus aut aliquod aliud animal, destituetur domus eius uel aliqua pars eius cadet: pessimum omnium in hac diuisione est in eius medietate. Postmodum moram trahet Luna in fridaria Iouis uuo anno, 8. mensibus, 17. diebus, 3. horis et fractiõibus: fiunt inde 10. anni, 3. menses, 12. dies, 20. horæ uel circa. Significat hac diuisione q'd ascendet in ualore ac precio suo, dominium et dignitatem habebit in redditibus regis, habebit dignitatem et bonum ac utilitatem à partibus non speratis, eius fiduciæ complebuntur, habebit una uice gaudium alia tristitiã, si fratrem habuerit se maiorẽ morietur, auferetur ei aliquid de eius thesauro uel eo inuito, faciet itinera in quibus habebit à latronibus metum: et summum quod ei accidet à latronibus est à principio huius diuisionis donec transeat annum unum, quo finito intrabit in lætitiam et gaudium ac bonum. Vltimã septenariã occupat Saturnus in fridaria Iouis uno anno, 8. mẽsibus, 17. diebus 3. horis et fractionibus: fiuntq; ex hoc toto 12. anni cõpleti, quibus perficit fridaria Iouis. Significat hac diuisione quòd dabit de suo pauperibus, abhorrebũt eum fratres et amici et societas eius, et fient ei inimici, facient ei malum quantum poterunt, aliqui ex eius propinquis itinera facient, nato accidet metus ex parte regum, et ex hac parte ac ratione filiorum grauitatem patietur in diuitijs suis, et utilipendent eum, et si aliquis mutauerit de substantia eius non recuperabitur, et si recuperauerit eueniet magno labore et post annum unum.

Fridaria Martis.

♂ VLtimus planetarū (nam a Sole incepim⁹) uenit enumerādus, Mars ſcilicet, cuius fridaria eſt ſeptē annorum, ex quibus ut precedentes annum ſibi ſoli gubernandum reſeruat. Significatur autem hac diuiſione ꝙd erit malefactor & prædator, accident ei labores et cauſæ magnæ & longæ, quas mouebūt inimici eius contra eum, facient malum ei & ſubuertent eius ſtatum, apud reges & magnos homines accidēt ei grauamina ex parte parentum, ex quibus omnibus euadet, accidet ei metus & impedimentū magnum à lupis uel igne aut ferro uel aqua feruenti, aut ex phyſica uel hominibus prædonibus, ſi ſeminauerit aliquod ſemen nihil producet propter aquam, itinera longa faciet, infirmitatem habebit ex timore capitis & in oculis & dolorem uentris, & hoc ei durare poteſt uiginti diebus, & utetur ad hoc phyſicis multum. Et ſi Mars fuerit ſic habēs in termino Iouis uel in termino Veneris, ſignificat quòd euenient ei ab inimicis ſuis impedimentum de quo liberabitur. Hanc crudelitatem & impedimenta adauget Sol in fridaria Martis anno uno, & fiunt duo anni. Significat enim hac diuiſione, quòd amici & fratres abhorrebunt et oderunt eum, etiam ex parte regum accident ei moleſtiæ, & erit captus ratione ſocietatis, & forte durabit ibi 25. diebus, accidet dolor & infirmitas ei in locis abſconditis, forte cadet à ſummitate domus, forte interficiet regem aut ei ſimilem, morietur uxor eius, damnum recipient ☉ eius filij aut morientur ei. Poſt hoc uerſabitur Venus in fridaria Martis anno uno, ſicq; fient tres anni. Significatur hac diuiſione quòd diliget cantationes, et lætitias & ludos, & ad hæc iacere cum mulieribus, aſſociabitur meretricātibus & meretricibus, & habebit placita cum uxore ac ſocietatē cum latronibus & bonum ab eis. Labores ♀ præcedentium non diminuet Mercurius in fridaria Martis anno uno, & fient quatuor anni. Significatur enim hac diuiſione quòd accidet ei labor & grauitas, ibit extra locū ſuum per extraneas terras, & accident ei triſtitiæ ac impedimenta ratione mandatorū, & dicetur malū de eo, & ei dabitur malum nomen & uocabitur mendax, & amici eius fient inimici eius, & forte accidet ei occaſio ☽ ex qua perdetur. Deinde regnabit Luna in fridaria Martis anno uno, & fient quinq; anni. Significatur hac diuiſione quòd capietur & accident ei grauamina, et tandem euadet liber, ſoluet tributa, & impoſitiones pro facto quod facier, & conſumet ſubſtantiam in laborando terras, & ſi fuerit diues fiet pauper, & ſi fuerit pauper fugiet de terra ſua, & qualitercunq; accidat ei damnum eueniet in ſubſtātia eius, & ſi emerit ſeruum morietur ei, et ſi parentes eius uixerint, alter eorum morietur in hac diuiſione, amici eius oderunt eum, accident ei cauſæ & ipſe uincet cauſantes ſecum. Poſt præeſt Saturnus in fridaria Martis anno uno, et fient ſex anni. Significatur hac diuiſione quòd accident ei moleſtiæ diuerſorum modorum, & ſi patrem habuerit morietur, & exibit de manu ſua una pars ſubſtātiæ ſuæ, & uilipendent eum, et ægrotabit magnam infirmitatem et fortè ex febre quartana, et accider ei perturbatio ſui ſenſus de quibus omnibus euadet, oderunt eum conſanguinei eius, rixabitur cū uxore ſua et forte ab inuicem ſe diuident, accident infirmitates filijs ſuis maſculis ſi quos habuerit, et forſitan morientur et perdentur. Poſtmodum occupabit Iuppiter in fridaria Martis uno anno, et fiunt ſeptem anni cōpleti, qui complent fridariam Martis. Significatur hac diuiſione quòd exaltabitur etiā ſi non habuerit precium, et uincet omnes qui aduerſantur ei et omnes cauſantes cum eo, uilipēdet homines et habebit bonum et cōmodum ratione cauſarum, arma diliget et quòd his aſſimilatur, et lucrabitur ex illa parte, reddi tus eius creſcent, lætabitur uxor et ſocietas ac eius filij, naſcetur ei filius et eius filia morietur ſi habuerit aliquam, non fatigabitur in aliquo opere uel magiſterio ſuo.

Fridaria Capitis.

ABſolutis planetarū omnium fridarijs, reſtāt nobis Capitis draconis et Caudæ fridariæ enarrandæ, cùm et ipſę ſuas in nato ſignificationes habeant. Eſt autem fridaria Capitis trium annorum, quam Caput ſolum et per ſe et ſeparatim gubernat. Significatur autem hac diuiſione quòd natus erit fortunatus, et aſſociabitur nobilibus uiris, et fidem habebit in dictis et factis ſuis, imperabit magnæ ſocietati gentis, habebit dignitatem iudicandi et poteſtatem uitæ et mortis in terra ſua, lucrabitur poſſeſſiones et prædia ratione cauſarum et hæreditatum mortuorum et per aliam uiam, ſeruos emet, à mulieribus diligetur et uenient ad eum, malè afficietur eius complexio & aliquo damno.

Fridaria

Fridaria Caudæ.

VLtima duorum annorum Caudæ fridaria sequitur, quos ipsa sola ut Caput gubernat per se & separatim. Significatur autem hac diuisione quod accident molestiæ, abhorrebit amicos suos & odio prosequetur, contentionem habebit cum filijs & uxore, deficiet in sua substantia & prohibebit suæ uxori, & accidēt ei molestiæ, p ea, ægrotabit infirmitatē fortem & sanabitur postea. Postquam cōpleta fuerit fridaria Martis, natis diurnis filiorum generationes prohibētur, & natis nocturnis postquam Mercurij fridaria complebitur, & hoc accidit quum ingreditur 71. annum. Nam quum natus complet 75. annos, reuertitur significatio ad annos fridariæ primæ, incipiendo ab eo quo inceptum fuit in natiuitate, & deferendo iudicia per ordinem prædictum: quo tempore accipies significatiōes et iudicia, sicut de homine completo & apto ad recipiendum omnem significationem siue bonā siue malam, (sicut prędiximus) idq; si uita nati trāsiuerit 75. annos: sed si de iam dicto defecerit, morietur in fridaria cuiusuis planetæ secundum quod applicuerit uita eius. In summa diximus qñ planetæ separatim p se gubernent significationes has prędictas, & quando eas regent cum participatione aliorum omnium planetarum, secundum suas naturales significationes in hac ratione: ubi animaduerte quod status unicuiusq; eorum in radice natiuitatis & reuolutione de bono successu uel malo infortunio, omnes istas significationes permutat & dānat & aptat.

De significationibus applicationis anni aut loci in quibus fuerunt planetæ in radice. Cap. V.

ABsolutis fridarijs quando instituimus loqui de significatiōe applicationis anni uel loci, primùm de applicatiōne & reuolutione Saturni dicemus, quandoquidem ipse supremus & loco & ætate inuenitur. Quando annus applicat ad signum in quo fuerat Saturnus in radice, & in reuolutione fuerit in ipso & eo dē signo, aut aspiciat eū de quarta uel oppositione, significat infirmitatem, melancholiam, aut febrem cum ploratu & miseria & tremore, idq; eo fortius si Saturnus sic habens fuerit in angulo uel succedenti: sed si aspectus fuerit de tertio uel sextili, minuuntur hę significationes & conuertunt̄ in melius. At si aspexerit eum Mars, illo malo addit & mutabitur de una infirmitate in aliā: sed si fortuna Saturnū aspexerit, dirigitur & profectum à medicinis habebit. Præterea si annus applicuerit ad signū in quo fuerat Iuppiter, & Iuppiter ibi aspexerit in reuolutione de tertio uel sextili, significat q; dignitatem & honorem habebit in possessionib⁹, & lætitiā in filijs & amicis, & hoc totum cum summa iucunditate: sed si aspectus fuerit de quarta aut oppositione, erit hoc cum duricia & labore: & si ibi aspexerit infortunium, infortunat secundū locum quem aspexerit: & si fuerit in ipso eodemq; signo, labefactat res quas significauit Iuppiter, & infert tristitias & amissiones prædictorum & uxoris et filiorum. Simili modo si annus applicuerit ad signum in q̄ fuerat Mars in radice, & fuerit Mars in ipso eodemq; signo, uel in aspectu eius quarto uel opposito, significat magnum metum, præcussiones, uulnera & damna ex incisiōe aut febre uel combustione ignis, maximè si Mars ibi fuerit in angulo uel succedenti, et fortè denotat ei timēda etiam et periculosa itinera.

Sed si annus peruenerit ad signum in quo fuerat Sol in radice, et illud signum fuerit in radice angulus aut in reuolutione, significat quòd à rege uel parentibus bonum habebit: at si Sol fuerit in radice aut in reuolutione infortunatus, significat quòd habebit à rege laborem et malum uel à parentibus suis, et ęgrotabit infirmitatem calidam et siccam. Similiter si annus peruenerit ad locum in quo fuerat Venus in radice, et in signo quo fuerat ceciderit pars cōiugij uel aliquis ex significatoribus cōiugij, et aspexerit eam Iuppiter, significat coniugium illo anno. Etiam si quando Iuppiter peruenerit quocunq; anno ad locum in quo fuerat Venus in radice, aut eam aspexerit de domo sua uel de domo Veneris, aut de tertio uel sextili, significat cōiugium et gaudium et lætitiam propter mulieres et filios. Porrò si annus applicuerit ad locum in quo fuerat Mercurius in radice, et fuerit in radice aliqua commixtio inter Mercurium et Iouem, aut inter Mercuriū et Venerem, et in reuolutione aspexerit aliquē eorum, significat magisterium et dignitatē officij, intellectum et bonos cogitatus et lucra ex hac parte. Etiam si Mercurius fuerit in reuolutione in ipso eodē loco, in quo fuerat in radice, aut locū ipsum aspexerit de tertio uel sextili, et fuerit receptus et liber ab infortunijs, significat quòd lucrabit̄ ex mercimonijs, et bonū dicetur de eo, et bonam famā

habebit

habebit,& ſi aptus fuerit ad habendum filium,ſuſcipiet. Itidem ſi annus applicuerit ad locū in quo fuerat Luna in radice, & fuerit Luna in ipſo eodem ſigno in reuolutione,uel ibi aſpexerit & fuerit ab infortunijs libera,ſaluationē corporis ſignificat & meliorem ſucceſſum in rebus & negocijs ſuis, & gaudium ex parte mulierum. Simili modo ſi annus peruenerit ad locum in quo fuerat Caput in radice,& fuerit ibi Caput in reuolutione aut ibi aſpexerit, & fuerit Iuppiter cum ipſo aut ipſum aſpexerit, ſignificat dītim & gaudiū. At ſi annus peruenerit ad locū in q̄ fuerat Cauda in radice, & ibi fuerit in reuolutiōe, aut ibi aſpexerit uel fuerit aſpecta ab infortunio de quarta uel oppoſitione,ſignificat q̄ habebit damnum ex parte inimicorum & uilium. Nota q̄ quādo aliquis planeta applicat in reuolutione ad locum ſuum in quo fuerat in radice,quòd adducit illam ſignificationem quam ſignificauerat in radice,ſiue bonam ſiue malam, maximè ſi Luna iuncta fuerit cum illo planeta. Etiam ſi quādo annus applicuerit ad locum infortunij,ſignificat damnum in rebus quæ ſunt de natura illius ſigni, ubi uerſatur illud infortunium in reuolutione. uerbi gratia,ſi ſit Saturnus in reuolutiōe in domo filiorum & in ſigno in quo fuerat in radice,& ſignum illud in radice fuerit quinta domus,& annus peruenerit ad illud ſignū, ſignificat mortem filiorum aut dānum in eis uel in rebus eorum.

De ſignificationibus planetarum exiſtentium in radice in uno loco, & in reuolutione in alio. Cap. VI

Diximus in pręcedenti capite de eadem applicatione reuolutionis, nunc de diuerſa loquemur. Si q̄ñ aliquis planeta peregrinus fuerit in aſcendente in radice, & poſtmodū in reuolutione fuerit in ſecunda domo, ſignificat q̄ natus illo anno ſolicitus erit,et laborabit in inquirendo diuitias & redditus: & ſi fuerit in tertia uel nona, ſignificat iter: & ſi in quarta,ſtabilis erit: iuxta quod iudicabis de alijs domibus. Præterea ſi planeta peregrinus fuerit in radice in ſecunda domo, & in reuolutione fuerit in aſcendente, ſignificat q̄ habebit ſubſtātiam & lucra à partibus de quibus nō credebat nec ſperabat: & ſi fuerit in tertia uel nona, ſignificat q̄ habebit utilitatem à fratribus & notis:& ſi fuerit in quarta,utilitatem habebit à parentibus & ciuitatibus & hæreditatibus; & ſi in quinta,ex ſeminationibus & rebus uegetabilibus: & ſi in ſexta,ex ſeruis & beſtijs: & ſi in ſeptima,à mulieribus. Quin ſi emerit ſeruos,bonum habebit ex eis. Secundū quam uiam iudicabis in alijs domibus. Itē ſi planeta peregrinus in radice fuerit in tertia domo,& in reuolutione in aſcendente, ſignificat q̄ uenient ad illum frater ab alia ciuitate,uel quem loco fratris habet: & ſi fuerit in ſecunda, ſignificat q̄ inter ipſum & fratres accident rixæ & cauſę: & ſi fuerit in quarta,ſignificat q̄ fratres eius bonum habebūt, aut homines quos loco fratrum amat: & ſi fuerit in tertia & eius parentes uixerint,fortè naſcetur ei frater illo anno: & ſi fuerit in ſexta,iudica q̄ fratres illo anno ægrotabunt: & ſi in ſeptima, iudica q̄ fratres uxores ducent: & ſic conſequenter de alijs domibus. In ſumma de alijs idē facito, ut uidiſti,planetis exiſtētibus in domibus: quia quādo aliquis planeta eſt in ſigno applicationis,tantum ualet quantum ſi fuerit in aſcendente: quod tu in tuis iudicijs animaduertere debes.

De ſignificationibus planetarum inuentorum in reuolutionibus in locis,in quibus alij fuerunt planetæ in radice.

Cap. VII.

Accidit ſæpe ut planetæ alij inuentū tur in reuolutionibus occupare ſigna, quæ in radicibus non poſſederāt: quorum exempla & enarrationes conſcribere propoſuimus, incipientes à Saturno,& ſic deinceps percurrentes ſuo ordine per alios planetas, ſufficienter de ſingulis Deo fauente diſputabimus. Significationes Saturni in reuolutione. Si quando Saturnus inueniatur in reuolutione in ſigno in quo non fuerat in radice, ſignificat q̄ mutabitur de una dignitate in aliam: & ſi ceciderit in reuolutiōe anni in aliquo angulorum,ſignificat bonum & dignitatem: (eſt autem angulorum optimus mediū cœli in hoc caſu,quia ſignificat regnū uel dominium,) ſi in ſeptima, ſignificat q̄ habebit à mulieribus commoditatem in rebus ſuis; Similiter iudica de alijs domibus ſecūdum hanc rationem,& ſecundum potentiam inuentā ac debilitatem,fortunam & infortunium. Præterea ſi Saturnus in reuolutione peruenerit ad locū in quo fuerat Iuppiter in radice,& fuerit in radice uel reuolutione dominus aſcendentis, aut dominus partis fortunæ,aut dominus loci Solis in natiuitate diurna, aut loci Lunæ in natiuitate nocturna

cturna,bonũ ſtatum nati ſignificat, & me-
liorem ſucceſſum in omnibus rebus: & ſi
fuerit homo alicuius authoritatis,habebit
lucra de terris & redditibus, & bonum fa-
ciet fratribus & amicis & notis: ſed ſi nihil
habuerit de prædictis, damnum ſignificat
in ſubſtantia & terris & hæreditatibus ſi
quas habuerit,& inter ipſum & amicos &
conſanguineos eius accident rixæ ac cauſæ
contrariantes. Item ſi quando Saturnus in
reuolutione peruenerit ad locũ in quo fue-
rat Mars in radice,& habuerit in radice uel
reuolutione aliquod ex prædictis teſtimo-
nijs,ſignificat quòd natus ibit itinera,& e-
rit oportunus ſuis fratribus et amicis,et bo
num habebit ab eis.non certificabit in con
ſilijs ſuis:quoniam eius negocia grauiter ei
ſuccedent,quia lex & fides & uoluntas ip-
ſius friuola eſt,propter quod malum dice-
tur de eo.Sed ſi nullum ex prędictis teſtimo
nijs habuerit in radice uel reuolutione, ac-
cident nato anxietates & moleſtiæ pro fra
trib. & amicis ſuis, triſtitias habebit & ad
loca extranea ibit:ſed ſi fuerit recept⁹, diri
gentur & mitigabuntur res iſtæ.Rurſum ſi
quãdo Saturnus cum Sole corporaliter iũ-
ctus fuerit in reuolutione, & habuerit ali-
quod ex prædictis teſtimonijs in radice uel
reuolutione,ſignificat quòd habebit impe
dimenta ex parte regis,& p anxietates trã-
ſibit,habebit rixas & placita cum mulieri-
bus & pro eis etiã triſtitias,laborabit ex in
firmitatibus calidis de quibus mortis me-
tum habebit,& ſi non laboret habebit pla
citum & rixas,& aliquæ de ſuis mulieribus
morientur,& ſi uixerit pater eius morietur
forſitan illo anno,& detrimentum patietur
eius dominium ſi habuerit aliquod. Etiam
ſi quando Saturnus applicuerit in reuolu-
tione ad locum in quo fuerat Venus in radi
ce,ſignificat quòd nat⁹ ibit itinera,& quòd
minuitur eius cupiditas iacendi cum mulie
ribus,& ſi aptus fuerit ad procreandum fi-
lium,habebit illum eo anno & amore am-
plectetur. At ſi quando Saturnus applicue
rit in reuolutione ad locũ in quo fuerit Mer
curius in radice,ſignificat q̃ minuitur intel
lectus nati,& faciet iter,& ſi filios habuerit
triſtitiam habebit ex ipſis,& exponet ſe pe
riculis & rebus de quibus metũ habebit,lo
quetur fabulas quæ ſibi damnũ afferent, &
eius merces & magiſteria damnum patien-
tur. Etiam ſi Saturnus peruenerit in reuolu
tione ad locum in quo fuerat Luna in radi-
ce,ſignificat damnum in mulieribus, uel ca
det ab alto. Poſtmodum reſpice ad Lunam
& conſidera in quo ſigno uerſet,quia ſi fue
rit in angulo,accident ei damna & labores
pro natura ſigni in quo inueniatur Luna:
ut ſi fuerit humanum ſignum,erit damnum
ab hominibus:ſi formæ animalium, erit dã
num ab animalibus: ſi formæ beſtiarum,
erit à beſtijs:ſi in Scorpione, erit à reptilib.
& ferientib. et ſi in Cancro uel Piſcibus, e-
rit à reptilibus aquarum uel ipſarum occa-
ſione. Etiã debilitatur regnum & dominiũ
eius,ſi illud habuerit & fuerit in radice
ac reuolutione, ſicut prædiximus: & ſi Lu-
na fuerit in aſcendente radicis, fortem in-
firmitatem habebit,de qua erit in periculo
mortis & timore.

Significationes Iouis in reuolutione.

ABſoluimus Saturnum,ſequitur Iup
piter,qui ſi quãdo peruenerit in re-
uolutione ad locum in quo fuerat
Saturnus in radice,ſeruantur ſigni
ficationes Iouis & minuuntur malæ ſigni-
ficationes Saturni, & mitigantur:quia na-
tus erit uoluntatis bonæ & legis & fidei,
& in ſuis negocijs ac petitionibus felix,bo
num habebit à ſuis amicis,& eius inimici fi
ent amici,& perquirent amicitiam & amo
rem ipſius. Præterea ſi quandõ applicuerit
in reuolutiõe ad locũ in quo fuerat ipſemet
in radice, renouat & adducit & confirmat
bonum quod ſignificauit in radice,et habe
bit lucra & ſubſtantiam à parte qua nõ ſpe
rat nec ſuſpicatur. Item ſi quando Iuppiter
applicuerit in reuolutione ad locum in quo
fuerat Mars in radice,ſignificat q̃ natus iti
nera faciet & habebit bonum ex eis,et eue
nient ei lucra et utilitates ex parte itinerum
& locorum extraneorum,ac regum & ho-
minum armigerorum, & ſi habilis ſit fortẽ
habebit filium illo anno,& eius fratres bo-
num habebunt, aut illi quos colit loco fra
trum. At ſi q̃n Iup. peruenerit in reuolutio-
ne ad locum Solis, uel fuerit iunctus cũ eo
uel combuſtus ab ipſo, & Iuppiter habue-
rit teſtimonium in radice natiuitatis uel re-
uolutiõe, aut in ſigno applicationis, natus
erit in periculo mortis donec tranſeat com
buſtionem,uel donec tranſeat Sol gradum
applicationis,aut gradum aſcẽdentis reuo-
lutionis: quo egreſſo euadet & accidet ei
metus ex parte regis, & ſe abſcõdet ab eo,
& accidẽt ei infirmitates ex calore,& à ſuis
parẽtibus bonum habebit,uel ab eis q̃ ſunt
ei in ſimilitudine patrũ: & ſi Iup. ſic habẽs
fuerit oriẽtalis, ſignificat magnã fortunã.

Verum

Verumenimuero ſi quando Iuppiter perue nerit in reuolutione ad locũ,in quo Venus fuerat in radice,accident infirmitates nato et debilitatio complexionis,& eius corpus marceſcet;magnæ tamen æſtimationis erit & ualoris,& eius negocia dirrigentur,& multos amicos ſe diligentes habebit,et erit completus & bonæ famæ: ſed ſi Venus ſic collocata infortunata fuerit,& aliquod teſtimonium habuerit in radice uel applica tione,erit in periculo moriendi illo anno. Ad hæc ſi quãdo Iuppiter peruenerit ad lo cũ in reuolutione,in quo fuerat Mercurius in radice,ſignificat quòd proficiet in intel lectu & doctrina per ſapientes nutrices & ſeruientes,melius diſponet negociũ & do mus eius,ac augebitur in precio & ualore: & ſi Iuppiter ita diſpoſitus fuerit dominus menſis aut aſcendentis radicis uel in reuo lutione,creſcẽt & procendent eius bonæ ſi gnificationes prædictæ. Etiam ſi quando Iuppiter applicuerit in reuolutione ad lo cũ,in quo fuerat Luna in radice,ſignificat melius futurum in ſtatu & negocio & cor pore nati,& incrementum in ſubſtantia & bono & filijs & lætitijs. Et ſi Iuppiter in re uolutione aſpexerit locũ,in quo fuerat Lu na in radice,uel ei iungatur,& fuerit in bo no loco Iuppiter,ſignificat quòd exibit de miſeria & neceſſitate,ſi erat in aliqua,et me lius habebit negocium & corpus eius. De niq; ſi quando Iuppiter in reuolutione anni peruenerit ad aſcendens radicis,uel ad ſig num ſextæ domus radicis,uel ad eorum do minos aut ad locum Veneris,uel ad locum Lunæ aut ad partem filiorum,uel coniũga tur alicui horum,uel ſi eos aſpexerit bono aſpectu,ſignificat quòd illo anno filiũ ha bebit de quo lætabitur,ſi habendi filios ſig nificationem habuerit in radice.

Significationes Martis applicantis ad locum in reuo lutione radicis ſuæ,uel alterius plancte.

IOuem ſequitur Mars,qui ſi quando ap plicuerit in reuolutione ad locũ in quo fuerat Saturnus in radice,ſignificat q creſcet in amicis,& faciet itinera bre uia:& ſi Mars ſic conſtitutus teſtimonium habuerit in reuolutione,petitiones & eius negocia tardabuntur. Sed ſi Saturnus teſti moniũ habuerit in reuolutione,minuit ma lũ Martis,quia diſſoluitur quod ligat Mars cum tarditate & frigore ſuo,accident tamẽ ei anxietates ex uulneribus & percuſſioni bus: & ſi acciderit in anno in quo applicat Mars ad locum Saturni,quòd ſimiliter Sa turnus applicet ad locũ in quo fuerat Mars; ſignificat quòd fugiet illo anno de regio ne ſua. Præterea ſi quandõ Mars applicue rit in reuolutione ad locũ in quo fuerat Iup piter in radice,ibit itinera profectuoſa,lu crabitur ratione beſtiarum & animaliũ,& forte filium habebit:maximè erunt hæ ſig nificationes,ſi aſcendens radicis,aut ſignũ applicationis anni,uel aſcendentis reuolu tionis fuerit domus alicuius eorum. Item ſi quãdo Mars applicuerit in reuolutione ad locum ſuum in quo fuerat in radice,& fue rit idem locus aliquis angulorum,& habue rit aliquod teſtimoniũ in reuolutione,& ſi gnificauerit in radice bonũ,habebit illo an no ualetudinem bonam & lucra ab armige ris:& ſi aſpexerit aſcendens,aut ſignum ap plicationis,ſignificat itinera bona & aug mentum in hominibus & ſocietate ac potẽ tia:ſed ſi cadens fuerit ab aſpectu applica tionis & aſpectu aſcendentis,& habuerit teſtimonium in reuolutione,habebit bonũ per magiſteria ferri,uel per ſanguinem,aut quod his aſſimilatur. Si quando Mars fue rit in reuolutione diurna iunctus cum So le,accident ei triſtitiæ ac labores ex parte re gis,et infirmitates calidę. Etiam ſi Mars fue rit ſic conſtitutus dominus illius anni,& in ſigno calido & ſicco,accidet ei magnũ im pedimẽtum & periculũ ex calore aut igne: & ſi fuerit in ſigno communi,forſitan occi detur:ſed ſi ibi reuolutio fuerit nocturna,o mnes hæ ſignificationes erunt minores & leuiores. Si quando Mars applicuerit in re uolutione anni ad locum in quo fuerat Ve nus in radice,multum ſtudebit amplexari & iacere cum mulieribus,& ex illis multas habebit,& eueniet ei labor aliquis propter eas:multos habebit amicos,dilectus erit & nominatus inter homines & bene famoſus; & ſi Mars in reuolutione anni habuerit te ſtimonium,ægrotabit ex ſuperflua come ſtione,repletione,& coitu. Sed ſi Venus ha buerit teſtimonium in illo anno,infirmita tes eius erunt ratione medicinarum & ex motu ſanguinis,aut forte accident ei dolo res in gula:& ſi Venus ſic conſtituta fuerit in ſigno Virginis & infortunata,erit in mor tis periculo illo anno. Etiam ſi Venus fue rit in hoc prædicto ſtatu applicante Marte in reuolutione ad locum eius,& Mars in fortunauerit eam in radice uel reuolutione per cõiunctionem uel aſpectum,ſignificat

magnum malũ in appetitu mulieris & fornicationis,& turpiter insultabitur ratione mulierum.Si quando Mars in reuolutione anni applicuerit ad locũ in quo fuerat Mercurius in radice, dicet falsitates & mẽdacia natus,& erit in periculo perdendi se & aliquem ex fratribus suis minoribus, uel quẽ amat loco fratrum minorum: & si Mercurius ibi testimonium habuerit in anno, & fuerit infortunatus à Marte,erit similiter in metu perdendi se.Sed si Mars uice Mercurij habuerit testimonium in anno,hę significationes minores & leuiores erunt, excepto quòd natus exponet se periculis illo anno. Præterea si quando Mars applicuerit in reuolutione anni ad locum in quo fuerat Luna in radice,& ipsa in bono loco & in ascẽdente,et habuerit testimonium in anno,significat quòd habebit dominium & filiũ:sed si Mars testimonium habuerit eius uice,faciet itinera parua ratione societatis suæ uel mulierum, & si habuerit aliquod dominiũ debilitabitur.

De significationibus Solis existentis in quolibet 12. signorum. Cap. VIII.

REuolutionibus trium supremorũ planetarum enumeratis, propriũ hoc octauum caput dedicauimus Soli,qui si in reuolutiõe alicuius anni fuerit in Leone,& in aliquo angulorũ & in bono statu,& ab infortunijs liber, & habuerit testimoniũ in anno & radice,corporis significat sanitatem & utilitatem & lucrum: at si infortunatus fuerit in domo sua,accidẽt ei dolores:& si fuerit in hoc statu remotus ab angulis & infortunatus & super terram,hæ infirmitates minores & leuiores erunt.Præterea si quando Sol in reuolutione fuerit in Virgine & super terrã, et aspexerit ascendens,& habuerit aliquod testimonium in reuolutione nati, significat sanitatem,procurabit & petet substantiam & doctrinam:& si sic constituus Sol auxilium habuerit à fortunis,in uoluntate et petitione sua perficiet suã uoluntatem: sed si habuerit ibi testimonium ab infortunijs,significat infortunium & quòd non complebit quod uoluerit, maximè si infortunia testimonium habuerint in reuolutione. Item si quando Sol in reuolutione fuerit in Libra & super terram,& habuerit aliquod testimoniũ in anno,natus faciet itinera,quorum prosperitatem & successum & euentũ scies à statu Solis in seipso examinato,& planetarum qui commixtionem habuerint cum eo. Etiam si quando Sol in reuolutione fuerit in Scorpione, & in aliquo angulorũ & in bono statu,maximè si fuerit in medio cœli,& habuerit aliquod testimonium in reuolutione,significat quo'd habebit ualorem & dominium regis,& habebit bonũ & lucrum, & in hæreditatibus incrementum:sed si remotus ab angulis fuerit & liber ab infortunijs & damnis, & aspexerit ascendens,committet se laboribus & plantationibus & societati, & consanguinei eius lætitiam & bonum habebunt. Rursum si quando Sol in reuolutione fuerit in Sagitario, & habuerit testimonium in reuolutione, & fuerit in aliquo angulorum ac in bono statu,natus habebit bonum & lætitiã & prolem illo anno:sed si fuerit infortunatus,accident ei tristitiæ multæ, & morientur ei aliqui ex filijs,si quos habuerit.Præterea si quãdo Sol in reuolutione fuerit in Capricorno,& habuerit potentiam ac testimonium in anno,significat infirmitates ac dolores,tristitias multas, abiectionem, nullũ ferè nomẽ,& quo'd natus illo anno associabitur hominibus inferioris conditionis quã ipse sit. Etiam si quando Sol in reuolutione fuerit in Aquario,& habuerit potẽtiam ac testimonium in anno, & fuerit liber ab infortunijs,significat cõfugium illo anno, & augmentum in societate & nutritis:sed si fuerit infortunatus,destruentur aut ægrotabunt aliqui de eius societate,habebit aduersarios & causas:& si sic habens receptus fuerit,malum erit leuius atq; mitius. Itẽ si quando Sol in reuolutione fuerit in Piscibus, & habuerit testimonium & potentiam illo anno, & infortunatus, habebit multas tristitias illo anno natus,& malum statum, & fatigabitur in eis:sed si fuerit fortunatus, habebit tristitias præter meritum & fortè aliquantulum boni. Prętera si quando Sol in reuolutione anni fuerit in Ariete, & habuerit potentiam ac testimonium illo anno,& fuerit liber ab infortunijs,significat meliorem successum in substantia, & bona itinera:& si sic habens fuerit in aliquo angulorum, habebit dominium à regibus,adhærebit eis lucrum & commodum inde habiturus:sed si fuerit infortunatus, accident ei à regibus tristitiæ & labores, maximè si ipse infortunatus existens fuerit in aliquo angulorum.Similiter si quãdo Sol fuerit in Tauro in reuolutione,& habuerit testimonium

& potentiam in reuolutione, & liber fuerit ab infortunijs, & ſuper terram, & aſpexerit aſcendens, habebit quid commercij cum regibus, ac inde utilitatē & lucrum: ſed ſi fuerit infortunatus, ſignificat quòd attingent eum moleſtiæ & triſtitiæ ac labores ex parte regum: & ſi ad hoc fuerit in aliquo angulorum, peius et affixius erit hoc malum. At ſi quando Sol in reuolutione fuerit in Geminis, & habuerit teſtimonium & potentiam in anno, & fuerit liber ab infortunijs & ſuper terram, & aſpexerit aſcendens uel ſignum applicationis, ſignificat incrementum & bonum in ſocietate ac enutritis, & fortè illo anno prolem habebit: ſed ſi fuerit infortunatus, accident ei triſtitiæ & grauamina ratione horum prædictorum, nec eius petitiones complebuntur. Tandem ſi quādo Sol in reuolutione anni fuerit in Cancro, et habuerit teſtimonium & potentiam in anno, & fuerit ſub terra, eius inimici offendēt eum illo anno: & ſi ad hoc non aſpexerit eum Luna, erit peius & fortius malum.

De ſignificationibus Veneris, Mercurij, & Lunæ in reuolutione redeuntium ad ſuamet loca in quibus fuerant in radice, uel ad loca aliorum planetarum, & primum de Venere.
Cap. IX.

SOl meruit in reuolutionum declaratione proprium caput, reſtant reliqui tres eo inferiores declarandi, de quibus ordine ut in cœlo ſiti ſunt breuiter & methodo incepta loqui proſequemur, incipientes (ut ordo poſtulat) à Venere. Si quādo ergo Venus in reuolutione anni peruenerit ad locum in quo fuerat Saturnus in radice, ſignificat quòd habebit magnum deſiderium & cupiditatem mulierum: & ſi Venus ad hoc exiens ſub radijs appareat, & fuerit ab infortunijs libera, quod huius fecerit faciet bono modo: ſed ſi fuerit apparens cùm exit ſub radijs et infortunata, denotat quòd fecerit turpi modo, et fortè uituperabitur inde. Etiā ſi ſic ſtatuta Venus fuerit ſub terra, quod huius fecerit erit coopertum & tectum. Sed ſi ſic conſtituta habuerit Venus teſtimonium illo anno, habebit triſtitias ratione mulierum, & aget cum illis in turpibus locis & fœdis modis, & accident ei propterea grauamina, multum ſequetur eas, & fortè illo anno prolem habebit uel alicuius uterum complebit. Præterea ſi Venus in reuolutione peruenerit ad locum in quo fuerat Iuppiter in radice, ſignificat meliorem profectū in lege, & quod ibit uiſitatū diuos, aut faciet itinera, p̄ mercede, & habebit ſubſtantiam de bonis mortuorū, & faciet itinera ut uiſitet fratres uel amicos, lucrabitur amicos honoratos & laudatos, p̄ficiet in eis, ægrotabit & poſtea ſanabitur. Et ſi Venus habuerit teſtimonium illo anno, infirmitates eius erunt ex uentoſitate aut dolore in gutture: ſed ſi Iuppiter habuerit ibi teſtimonium uice Veneris, infirmitates eius erunt ex melancholia. Item ſi quando Venus in reuolutione applicuerit ad locum in quo fuerat Mars in radice, & alter eorum habuerit potentiam ac teſtimonium illo anno, ſignificat coniugium ac magnum deſiderium & cupiditatem mulierum, ac uti multo coitu: ſed ſi alter aſpexerit alterum, quicquid uolet & petierit de lætitijs & laudis & cauſis mulierū proficiet & obtinebit. Si quando Venus in reuolutione applicuerit ad locum in quo fuerat Sol in radice, & fuerit iuncta cum eo, & ipſa potentiam habuerit ac teſtimonium, in anno, & ambo fuerint in aliquo angulo, patietur grauamina & labores & occultabit ſe à rege: ſed ſi ab angulis remoti fuerint, accidēt ei infirmitates calidæ. At ſi Sol ibi teſtimonium habuerit uice Veneris, creſcet in ualore ac laude, habebit dominium, faciet itinera, & capietur amore. Item ſi Venus in reuolutione peruenerit ad locum ſummet radicis, & habuerit potentiam ac teſtimoniū in anno, creſcet in precium & ualorem, peruenietad dominium, & renouabunt res quas ſignificauit in radice, creſcet in ſocietate & nutritis, ueſtimētis & facultatibus. Similiter ſi quando Venus in reuolutione applicuerit ad locū in quo Mercurius in radice fuerat, & habuerit potentiam ac teſtimonium in anno, potentiā habebit ac gloriam in loquendo & ratiocinando ac doctrina & documēto: ſed ſi teſtimonium fuerit Veneris, aſſociabitur cantoribus, ioculatorib. & ioculatricibus: at ſi ambo infortunati fuerint uel alter eorum, accidēt ei grauamina & labores ex cauſis et rationib. dictis. Tandē ſi Venus in reuolutione peruenerit ad locum Lunæ in radice, et Luna fuerit ab infortunijs libera, & altera earum habuerit potentiam ac dominiū in anno, melior erit ſtatus & negocium eius & ſocietatis ſuæ ſimiliter, & habebit cum regibus qd familiaritatis, ac plures fratres habebit ſi uxerint eius parentes. alioquin para-

bit sibi amicum quem fratris loco diliget.

Significationes Mercurij reuertentis ad locum in quo fuerat in radice, uel ad locum aliorum planetarum.

PEtulantiam Veneris excipit Mercurius, qui in reuolutione si peruenerit ad locũ in quo fuerat Satur. in radice, & Mercurius habuerit testimonium in anno, & fuerit ab infortunijs liber & nulla in parte læsus, natus faciet itinera in quibus crescet eius commodum & status, & fortè habebit filium illo anno: sed si Saturnus testimoniũ habuerit uice Mercurij, destruentur eius filij, & ipse ægrotabit, & eius consilia & cogitamina perturbentur, & nihili habebitur lex eius, & omne factum bonum abhorrebit. Item si quando Mercurius applicuerit ad locum in quo fuerat Iuppiter in radice, & alter eorum habuerit testimonium in anno, dignitatem & honorem habebit ab alio se meliori, & augebitur intellectus & sensus eius, ac uxorem ducet si fuerit ad hoc habilis: sed si testimonium habuerit & fuerit in malo statu & infortunatus, adducet damnum pro natura significationis ipsius infortunij, & quòd inimici contrariabuntur ei significabit. Præterea si quando Mercurius in reuolutione applicuerit ad locum Martis in radice, & habuerint testimonium ambo in anno, natus addet mendacia & falsitates, & dicet res quæ nunquam fuerunt nec acciderunt: & si retrogradus fuerit alter eorum, faciet furta. Etiam si testimonium fuerit Mercurij solius, significat damnum in statu eius, & quòd accident infirmitates ei ex calore & sanguine. Sed si per Martem malè afflatus fuerit in reuolutione, erit in metu moriendi anno illo. Etiam si testimonium fuerit Martis, eo ingrediente sub radijs Solis, timebit ne interficiatur anno illo uel expellatur de ciuitate sua. Si quando Mercurius in reuolutione peruenerit ad locum in quo fuerat Sol in radice, & fuerit iunctus cum eo, & Mercurius habuerit testimonium in anno, & ambo fuerint in aliquo angulorũ in bono statu, habebit honorem & dignitatẽ regis, maximè si fuerit in medio cœli: uerum si fuerint remoti ab angulis, hæ significationes erunt minores. Sed si testimonium fuerit Solis uice Mercurij, habebit à discipulis uel seruis suis uitæ sustentationẽ, uel ab hominibus qui reguntur per eum, qui erunt ei boni & fideles. Rursum si quando Mercurius applicuerit in reuolutione ad locum Veneris in radice, & Mercurius habuerit testimonium in anno, significat quòd diliget & perquiret ænigmata, fabulas, cantiones, uersus ac rithmos, & stare appetet in locis ludi & gaudij: sed si Venus in anno testimonium habuerit, augebitur propter dignitatem officij regis, et omnia perquiret quibus se ornet & bene comet. Si quando Mercurius in reuolutione peruenerit ad suummet locum radicis, & habuerit testimonium in anno, & fuerit in aliquo angulorum & in bono statu, augebitur in precio & ualore, & habebit bonum & honorabile nomen: & si significationem habuerit in substãtia, lucrabitur substãtiam: & si significatio fuerit in fratribus, habebunt eius fratres bonũ: & hoc modo consequenter per omnes domos alias perquire et iudica. Sed si malè afflatus uel infortunatus fuerit, malum & grauitatem significat pro natura signi in quo uersabitur. Etiam si quando Mercurius in reuolutione ad locum Lunæ peruenerit in radice, et Luna testimonium habuerit in anno, itinera faciet & habebit in illis causas cum inimicis suis & aduersarijs, uel habebit metum de inimicis: sed si testimonium Mercurij fuerit uice Lunæ, habebit bonum ex parte amicorum, & plures amicos consequetur, & erit completus: at si fuerit infortunatus, accident ei grauamina in prædictis.

Significationes Lunæ reuertentis in reuolutione anni ad locum suum in quo fuerat in radice, uel ad locum aliorum planetarum.

VArios Mercurij mores et casus nõ semper patitur Luna, quæ si in reuolutione anni peruenerit ad locum in quo fuerat Saturnus in radice, & Luna testimonium habuerit in anno, uxorium uinculum contrahet cum uetula & aget cum ea pœnitentiam: & si ad hoc infortunata fuerit, accident ei causæ in quibus impediet se: & si cum hoc infortunio quod passus est, significationem habuerit in anno in octaua domo, habebit metum moriendi in illo anno. Sed si Saturnus testimonium habuerit, uenient ei mala noua à longe, quibus grauabitur & dolebit. Præterea si quãdo Luna in reuolutione peruenerit ad locum in quo fuerat Iuppiter in radice, & Luna testimonium habuerit in anno,

&

& fuerit in bono ſtatu & ab infortunijs libera, faciet itinera & tranſibit per loca ubi erunt aquæ multæ, & habebit in itineribus ipſis bonum & lucrum: ſed ſi fuerit infortunata, accident ei grauamina et infirmitates. At ſi teſtimonium fuerit Iouis, & Luna eũ aſpexerit, naſcetur ei filius. Si quando Luna in reuolutione peruenerit ad locum, in quo fuerat Mars in radice, & Luna teſtimonium habuerit in anno in bono loco & ſtatu recepta, dominium conſequetur in quo habebit metum, & aſſociabitur & habebit quid familiaritatis cum hominibus armigeris, & naſcetur ei filius uel filia ſi fuerit aptus, & accident ei infirmitates calidæ & humidæ ut ſunt à ſanguine: at ſi fuerit in malo ſtatu uel infortunata, hæ infirmitates maiores & affixiores erunt, & accident ei grauamina ex parte regis, & erit in metu moriendi illo anno, uel aliquis filiorum ſuorum ſi quem habuerit. Etiam ſi teſtimonium anni fuerit Martis, accident ei grauamina & labores à rege uel ab eo maiore, & faciet itinera in quibus non habebit bonum. Etiam ſi Luna fuerit in prædicto ſtatu, & in reuolutione applicans ſe ad locum in quo fuerat Mars in radice, & poſtmodum iuncta fuerit cum eodem aliqua die illius anni, uel aſpexerit eum dominus illius reuolutionis aliquo modo, perdet ſanguinẽ illa die, maximè ſi Luna fuerit in aſcendente uel in ſigno applicationis, & Mars dominus illius anni uel mẽſis uel diei: qa tũc erit illa res affixior & firmior atq; maior, & habebit cauſas ac grauamina. Idem ſimiliter ſignificat ſi illa hora aſpexerit locum ſuum. Item ſi quando Luna iuncta fuerit cum Sole in reuolutione, & ipſa habuerit teſtimonium in anno, ſignificat quòd accident ei grauamina & damna à rege & à maioribus eo, ſicut patribus & dominis: ſed ſi Sol habuerit teſtimonium in anno, habebit dominium & bonum, mater in periculo erit & mulieres aſſimilantes ei: & hæ ſignificationes maiores & efficaciores erunt, ſi Luna fuerit combuſtionem ingreſſa uel ſit ingrediens: ſed ſi exiuerit de combuſtione, minus & leuius erit malum. Si quando Luna peruenerit in reuolutione ad locum ubi fuerat Venus in radice, & fuerit recepta & libera ab infortunijs, ſignificat quòd itinera quæ cogitauit illo anno facere diſturbabuntur ei, & fortè nullum iter faciet illo anno, ſed morabitur in domo ſua & cum ſua ſocietate ac lætabitur cum eis, & creſcet ei ſocietas, & erit uitioſus illo anno, lætus & completus & benignus, hæreditates lucrabitur, dabit ſe eis, & quod his aſſimilatur: ſed ſi fuerit infortunata, accident grauitates & triſtitiæ conditionis prædictarum rerum. Et ſi Venus teſtimonium habuerit, honorem & laudem & dominium habebit, faciet bonum ſocietati ſuę, uiſitabit in ſupplicationibus diuos, & mercede facietiter. Si quando Luna applicuerit ad locum in quo fuerat Mercurius in radice, & ipſa habuerit teſtimonium in anno, ſignificat quòd faciet itinera ad loca in quibus nullum ſperabat bonum, & grauabitur ab inimicis uel pro inimicis: ſed ſi Mercurius teſtimonium habuerit illo anno, melior erit ſtatus & negocium eius, & lucrabitur ſubſtantiam & amicos, dicetur bonum de eo, & habebit bonam famam.

Item ſi quando Luna in reuolutione ad locum ſuum in quo fuerat in radice peruenerit, & reuolutio fuerit nocturna, & ipſa in aliquo angulorum & in bono ſtatu, & libera ab infortunijs, ſignificat corporis ſanitatem, & quòd habebit honorem & nomen & dignitatem regis. Ibi rurſum aſpice cuiuſmodi ſignificationẽ habuerit in radice, & in qua domo uirtutem, utrum in domo ſubſtantiæ an fratrum uel in alia aliqua, quia tunc ſignificat meliorem ſucceſſum & bonum in illa re. Quæ ſequuntur naturæ ſunt aphoriſticæ Lunæ maximè, & aliorum planetarum. Si quando Luna uel quiuis alius planeta, locum ſuum in quo fuerat in radice, aſpexerit de quacunque parte uel aſpectu, demonſtrat & renouat ſignificationẽ illam quam ſignificauit in radice, niſi fuerit hic planeta aſpiciens locum ſuũ de quarta uel oppoſitione, quorum oppoſitio peior eſt. Etiam ſi quando aliquis planeta fuerit infortunatus in aliquo loco, & cum ipſo infortunio peruenerit ad quartam uel oppoſitionem loci ſuæ radicis, ſignificat damnum & grauitatem in ipſa eadem die. Item ſi quando aliquis planeta infortunatus in reuolutione anni peruenerit ad locum Lunæ, eſt damnum pro Luna, & ſignificat grauitates & infirmitates fortes, maximè ſi dñs anni fuerit infortuniũ, & in reuolutione fuerit in malo loco. Etiam ſi quando Luna in reuolutione peruenerit ad locũ in quo fuerat infortunium in radice, ſimiliter eſt mala ſignificatio, & ſignificat ut quũ annus applicat ad infortunium. Præterea ſi

quando Luna in reuolutione, siue fuerit fortunata siue infortunata ab aliquo planeta, peruenerit ad corpus ipsius planetæ q̃ fortunauit uel infortunauit eam, uel ad eius radios per athazir, in numero dandi pro quolibet mense unum gradum, aut cuilibet diei unum gradum, significat uel bonum uel malum secundum naturam illius planetæ. In summa si quando per motum suũ Luna peruenerit ad locum radicis, aut ad locum reuolutionis, adducit bonũ illud quod significauerat illa die: similiter factũt alij planetę, si quãdo applicuerint ad loca radicis uel reuolutionis: quoniam adducũt significationes bonas uel malas.

De significationibus domini Circuli. Cap. X.

DIsputationem de domino Circuli dixit Hermes esse præclarissimã, & quam in occultis secretis & abditis reposuerant Babylonij, & indignam omnibus, & solis sapientibus hoc scire merentibus reuelandam, propter insignem eius et inenarrabilem significationẽ, quam denotat in natiuitatibus & reuolutionibus annorum, qui inuenitur hoc modo: Quære primùm dominum horę natiuitatis, & da eum ascendenti & primo anno illius natiuitatis, & à statu eius collige & iudica salutem corporis & infirmitatem eius, sicut facis de domino ascendentis radicis: da prętera horam secũdam natiuitatis domui secundæ radicis & anno secundo, & accipe significationes à statu eius in radice & in eodem anno, & iudica ab eo statum substantiæ & quod ei assimilatur, sicut facis de domino secundæ domus: da deinde dominum tertiæ horæ natiuitatis tertiæ domui radicis & anno tertio, & accipe significationes eius à statu eius in radice & reuolutione, & iudica ab eo statum fratrum & sororum & quod huic assimmilatur, sicut facis de domino tertiæ domus: da dominum quartæ horæ domui quartæ radicis & anno quarto, & accipe significationes à statu eius in radice & in eodem anno, & iudica ab eo statũ parentum & res alias, sicut facis de domino quartæ domus: & sic consequenter per ordinem horarum percurre, dãdo dñm horæ cuilibet domui ex domibus radicis, & cuilibet anno, donec tibi occurrat dominus duodecimæ horæ natiuitatis, & perueniat ad duodecimam domũ radicis & ad duodecimũ annum natiuitatis. Huic autem domino horæ dantur duo nomina, alterũ speciale & alterum generale. Speciale est quando nominatur secundum nomen domus sibi cõuenientis in significatione, ut quũ dominus primæ horæ nominatur dominus horæ ascendentis, & dñs secundæ nominat̃ dominus horæ domus substantiæ, & dominus tertiæ nominatur dñs horæ domus fratrũ, & ille quartæ nominatur dominus horæ domus patrum, & ita in sequentibus secundum significationes domorum. Nomen uerò omnibus generale est dominus orbis, id est, dñs Circuli, et accipitur significatio de domino cuiuslibet horæ istorum in radice et reuolutione boni uel mali, sicut fit de domino anni. Proinde si dominus horæ primæ, qui est dominus ascendentis horæ, fuerit in radice in bono statu, significat salutem & sanitatem corporis in primo anno natiuitatis: sed si fuerit in malo statu, dolores & infirmitates significat illo anno. Similiter si dominus horæ secundæ, qui est dominus horæ domus substantiæ, fuerit in bono statu in radice & reuolutione anni secundi, significat meliorem & bonum statũ in substantia: sed si in malo statu, damnum in ea. Item si dominus tertiæ horæ, q̃ est dominus horæ domus fratrum, fuerit in ambobus temporibus in bono statu, significat restitutionem & bonũ statũ fratrũ & augmentũ, quorũ si signũ fuerit masculinum euenient masculis, si fœmininum fœminis: sed si fuerit infortunatũ, significat destructionem eorum. Prætera si dominus horæ domus patrum infortunatus fuerit & in signo masculino, patris significat malum statum, & si in fœminino matris: & sic consequenter collige de dominis horarum aliarum domorum, & secundum præscriptam modò regulam iudica. Et si q̃n inueneris in aliqua reuolutione annorũ dominum horæ ascendentis radicis, & dominum horæ medij cœli radicis in bono statu & fortunato, significat bonum statum illo anno, & quòd habebit bona fata & profectuosa, & dominium ac lucrum. Similiter si quando inueneris signum applicationis, & dominos horarũ istarum in bono statu, bonum & meliorem successum iudica illo anno: sed si quando eos inueneris in malo statu, contrarium iudica.

De applicatione planetarum ad gradum diuisionis, uel ad gradum applicationis, uel ad gradum ascendentis reuolutionis, uel ad Lunam reuolutionis, uel ad aliquem radiorum, uel ad aliquam partium. Cap. XI.

Diximus

Diximus de reuolutionib. & dño Circuli quantũ ad hoc noſtrũ inſtitutũ neceſſe fuit, ſup eſt ut de eorundẽ planetarũ applicationibus ad gradũ diuiſionis uel applicationis uel ſimilium, qua poſſumus methodo breuiter perſtringamus, tendamuſq; ad finem ſextæ partis huius operis. Si quando ergo aliquis planeta peruenerit aliquo tempore ad aliquem prædictorũ locorum, mouetur illo anno res ſuæ ſignificationis, & res ſignificationis loci ad quẽ applicuit. Etiam ſi planeta reſpexerit ad locũ alterius planetę, quacũq; ex parte aſpectus proueniat, adducit res ſuæ ſignificationis. Similiter ſi quando planeta teſtimoniũ habens in anno, pręterierit in aliquo dierũ per duodenariam alicuius ſigni, uel per duodenariam alicuius planetæ ex planetis habentib. duodenarias, (uerbi gratia: ſi duodenaria quartæ domus ceciderit in ſecunda domo) ſignificat quòd cura eius erit de hæreditatibus, de ſubſtantia uel expenſis aut redditibus. Hæc eſt uia & ſumma ſignificationum præpoſitarum, ad alias ſignificationes quas quilibet planeta habet in alijs rebus ſecundum ſtatum, quem quilibet habuerit cum quolibet planeta per domos, quod hic explanare nolumus, quum facilè intelligat̃ per res prædictas & ſtatum uniuſcuiuſque eorũ in ambobus temporibus. In ſumma omnis res quam ſiue bonã ſiue malam ſignificant planetæ in radicibus & naturis ſuis, apparet quum idem planeta in reuolutione peruenerit ad locum alterius: & ſi planeta ipſe aſpexerit alium in radice, res illa erit per rem antiquam: ſed ſi non aſpexerit in radice, & aſpiciat in reuolutione tãtum, erit illud ex re noua: at ſi eum aſpexerit in ambobus temporibus, in radice uidelicet & reuolutiõe, erit illud ex re antiqua & noua: etiã ſi non aſpexerit eum in aliquo temporum, erit illud ex parte non cognita nec ſperata: ſimiliter ſi fuerit inter eos conuenientia in radice ex parte ſignorum, erit ſignificatio debilis. Nota etiam quòd in applicatione planetarũ in reuolutiõe ad ipſa ſua loca radicis, & in applicatione unius ad locum alterius in reuolutione, ſunt ſignificationes ſubtiles & abſconditæ boni uel mali, & ſignificant durabilitatẽ illius rei ſimiliter. Vtile eſt etiam reſpicere ad eorum loca propria, quia poteſt planeta applicare ad ſignum in quo fuerat in radice, & non ad gradũ ipſum peruenire, ſi eundẽ nõ tranſiuit. Si qñ ergo planeta applicuerit in reuolutione ad gradum ipſum in quo fuerat in radice, erit ſignificatio eius completa. Etiam ſi quando applicuerit ad terminum in quo fuerat in radice, aut eundo ad gradum ſecundum medietatem diametri ſui corporis, uel fuerit ſeparatus à gradu ſecundum medietatem diametri ſui corporis, uel fuerit ſeparatus à gradu ſecundum quãtitatem ipſam, minuitur de ſignificatione eius ſiue bona ſiue mala: & ſi fuerit inter eum & gradum plus medietate diametri, & ipſe iẽs ad gradum, minuetur ſignificatio eius: ſimiliter ſi tranſiuerit gradum in ea quãtitate, minima erit ſignificatio eius, debilis ualdè & parua: quia tunc ſignificat res præteritas, & cogitationes & exiſtimationes & quorum pœnitet. Hoc modo & ſecundum hanc opinionem cõſidera in applicationibus planetarum in reuolutione ad locum aliorum planetarum, ut tibi diximus in prædictis.

Proinde ſi quando aliquis planeta in reuolutione applicuerit ad ſignum & locum, in quibus fuerat in radice, aut ad ſignum uel locum alterius planetæ, adducit tunc ſignificationes ſuas. Similiter age & iudica de aſpectibus aliorum planetarum aſpicientium ipſum planetam, & applicationibus quas habuerit quilibet cum alio. Item ſi acciderit in aliqua reuolutione menſium, q̃ ſtatus planetæ ſit modo prædicto, & aliquis eorum applicet in reuolutione menſis ad locum in radice natiuitatis, uel ad locum in quo fuerat in reuolutione illius anni, uel peruenerit ad locum alterius planetæ, collige in eodem menſe ab eius ſignificationibus ſicut in anno iudicaſti: ſignificationes tamen reuolutionis annorum ſunt firmiores & fortiores reuolutionibus menſium. Etiam ſi quando aliquis planeta in reuolutione peruenerit ad ſuum radicis locum, accipe ſignificationes à tribus partibus: quarum una eſt à naturis ipſorum planetarum. Altera à ſignificationibus aſpectuum planetarum & commixtionum eorum, ut quum in ſignificationibus conjungunt̃ ſicut prædiximus: & quũ applicat fortuna in reuolutione ad locũ in q̃ fuerat fortuna in radice, nã tũc adiuuat fortunã: at ſi infortunũ applicet ad locũ fortunæ, malã facit eius ſignificationẽ: ut cũ fortuna applicat ad locũ infortunij, proſperat eius ſignificationẽ, quẽadmodũ ſi infortunũ applicuerit ad locũ infortunij duplicat dãnũ: & hoc totũ ſecũdũ naturas & ꝓprietates eorum ꝓprias, quas ſignificauerit in radice &

reuolu-

reuolutione. Tertia est, ut aspicias locū in quo fuerat planeta in radice, & si in reuolutione applicuerit ad alium planetam in eodem loco, ibi pones domum primi planetæ secundum ascendens, & aspicies ubi cadat domus alterius planetę qui applicuit ad locum eius, & iudicabis secundum naturas domorum & significationes ipsarum. uerbi gratia: Iuppiter erat in radice natiuitatis in aliquo signo, siue domo sua siue in domo alterius, & in reuolutione alicuius anni applicuit Venus ad eundēmet locū in quo fuerat Iuppiter in radice: ibi ponemus quālibet duarum domorū Iouis sicut ascendēs, & aspiciemus postea ubi cadant ambæ domus Veneris à duabus domibus Iouis, una quaq; scilicet ab alia. Et ut præpositū exemplum perfectè intelligas, posui Taurum sextum à Sagittario, ex quo iudicaui de infirmitatibus: & quia Libra erat eius undecima, iudicaui similiter de amicis & socijs: & quia ambo fuerāt fortunæ, composui & iudicaui quòd euadet ab infirmitatibus, & habebit fortunam in seruis & amicis & socijs. Postmodum posui Pisces sicut ascendens, & quia Taurus erat eius tertium, iudicaui de itineribus: & quia Libra fuerat octaua eius, iudicaui de exequijs mortuorū & morte: unde protuli quòd faciet itinera & erit fortunatus in eis, & habebit lucra & quod eis assimilat̄, & morietˉ aliqs ex adhęrētib. ei. Sic & hoc modo aspice in omnibus planetis, & iudica secundum hanc uiam. Nam si Iuppiter applicuisset ad locum Veneris, posuissemus domum Veneris loco ascendentis, sicut fecimus de domibus Iouis, & animaduertissemus ubi cecidissent domus Iouis ab unaquaq; domorū Veneris, & iudicassemus secundum hunc modum. Quare propter applicationem Veneris ad locum Iouis, habuimus significationes infirmitatis & mortis: & à naturis amborum, quia fortunæ erant, habuimus significationes sanandi ab infirmitate, & habendi fortunam & lucrum in bonis mortuorum. Aspice similiter in proposito exemplo si Venus sit fortior & maius habeat dominium in anno, quia Iuppiter debet ponere domus suas sicut ascendens: & aspice ubi cadat ibi domus Iouis, & iudica secundū illud. Et quum Sol quolibet anno reuertatur ad suummet locum, ponimus domum eius sicut ascendens, & aspicimus quomodo signum eius ueniat ad illam suam domum, & iudicamus iuxta illud in reuolutione. Præterea si quando uolueris tempus anni, in quo apparebit significatio eius, animaduerte & si significatio fuerit per applicationem planetæ ad suummet locum, apparebit in mense uel diebus in quibus idem planeta potētior fuerit dominus anni: sed si significatio fuerit per applicationem alicuius planetæ ad locum alterius, apparebit illa significatio in temporibus illius anni, quibus planetæ cōmixtionē habuerint inter se, siue commixtio sit bona siue mala. Etiam si uolueris scire quantum sit duratura illa significatio, inuenies hoc duobus modis. Primus monet ut diligenter aspicias, & si quando planeta fuerit in radice in aliquo signo, & postea p uenerit in reuolutione ad ipsum idemq; signum, & in eodem ipso loco figuræ in quo fuerat in radice traxerit moram, & significauerit per applicationem suā aliquod damnum, iudica quòd damnum illud durabit quantum reuolutio illius planetæ duplicata: quoniam duplicatur tempus ex eo quòd applicuit ad ipsummet locum in figura, in quo fuerat in radice. Sed si applicuerit in reuolutione ad locum suum in quo fuerat in radice, & non ad locum in quo fuerat in figura radicis, & significauerit damnum, minuitur illud damnum & durat quātum una reuolutio illius planetæ & non ultrà. uerbi gratia: Saturnus fuit in radice natiuitatis in aliquo signorum in septima domo, & peruenit in aliqua reuolutione annorū ad suūmet locum in quo fuerat in radice, & fuit similiter illud signum septimum ab ascendente reuolutionis, aut septimum à signo applicationis, et significauit per hanc applicationem hoc modo factam, grauamina ex parte mulierum & aduersariorum. Dixi etiam quòd hæc res esset duratura quantū reuolutio Saturni duplicata: sed si locus ille fuisset decimus ab ascendente reuolutionis, uel à decimo signo applicationis, uel in alio bono loco pro Saturno, eo non applicante ad illum eundem locum in quo fuerat in figura radicis, dixissemus quòd illa significatio duraret quantum est Saturni una reuolutio, & non ultrà. Sic & hoc modo iudica, quoties aliquis planeta in aliqua reuolutione annorū peruenerit ad locū suū, in q̄ fuerat in radice, & ad illū eundē locum figuræ, & significauerit per hāc suam applicationē ad signū & ad domū figuræ aliq̄d bonum, dicemus q̄ illud bonū durabit quātū est reuolutio illius planetæ duplicata: sed si quādo planeta peruenerit ad signum in quo fuerat in radice,

radice,& ſignificauerit per illã applicationem bonum,& applicuerit in figura ad aliam domum in qua non fuerat in radice,quę demonſtrauerat bonum in illa ſignificatione,dicemus ꝙ illud bonum durabit quantũ eſt una illius planetę reuolutio,& nõ ultrà. Item ſi forte ſcire uolueris quomodo accipiantur hæ reuolutiones in hoc opere,aſpice ad planetam à quo accipitur hæc ſignificatio,& ſi fuerit in ſigno mobili,accipe ſecũdum numerum annorum ſuorum minorũ horas:ſed ſi fuerit in ſigno bicorporeo,accipe ſecundum numerum annorum ſuorũ mediocrium dies;at ſi in fixo,accipe ſecundum numerum annorum ſuorũ maiorum dies:& ſi in aliquo iſtorũ neceſſe fuerit duplicare illum eundem numerum quem habes,duplica & iudica quòd ille tuus numerus durabit in bono uel malo quantũ numerus ille. Etiam diligenter pete in hac ſignificatione ab angulis ſuccedentibus & cadentibus,& ſimiliter ab aſcenſionibus ſignorum illius terræ. Secundus modus eſt,ut ſi planeta ſit in radice natiuitatis in aliquo ſigno,& poſtmodũ applicet in aliqua reuolutione aliquis alius planeta ad illud ſignũ, ſignificat idem planeta qui applicuit ad locum alterius aliquam rem,quæ ſignificatio huius planetæ ſignificata ſecũdum domus reuolutionis,erit ſimiliter conueniens illi quam ſignificauit ſecũdum domũ radicis, ſicut prædiximus,& durabit quãtum reuolutio planetæ reuolutionis una uice: cui adiunge reuolutionem planetæ radicis ſimiliter una uice,& hoc donec fuerit in illo termino,uel non ſit remotus à gradu plus medietate diametri ſui: & ſi planeta radicis aſpexerit planetam reuolutionis in reuolutione,dicemus ſimiliter quòd ſignificatio eius durabit ſecundum quantitatem annorum amborum ſimul iunctorum: ſed ſi ibi diuerſificantur,& ſit applicatio ad ſignum & non ad locum figuræ,ſignificabit quòd durabit quantum planetæ circulus reuolutionis una uice,dummodo nõ ſit remotus ab eo plus medietate ſui diametri:& ſi fortè aliquatenus tranſiuerit,nihilominus tñ de illa ſignificatione reliquiæ remanebunt, duraturæ quantũ eſt circulus planetæ radicis.uerbi gratia:Iup.erat in radice natiuitatis in aliquo ſigno mobili,& fuit ſignum illud ſexta domus radicis:poſtea in aliqua reuolutione annorũ applicuit Ven⁹ ad illud idem ſignum in quo fuerat Iup.in radice,& fuit illud ſignum in reuolutione ſextum ab aſcendente,uel ſextum à ſigno applicationis:ſignificauit autem Venus per ſuam applicationem ad locum Iouis in hac domo, infirmitatem & dolorem in gutture. Dicemus ergo ꝙ hæc ægritudo durabit quãtum anni Veneris una uice:et ſi Iuppiter aſpexerit Venerem in reuolutione, dicemus ꝙ illa ſignificatio durabit quantum anni amborum planetarũ ſimul iũctorum,8. uidelicet Veneris & 12.Iouis, qui erunt dies uel horę longitudinis morbi,Et ſi hoc ſignum caderet in figura reuolutionis in aliquo locorum,qui ſunt boni pro Ioue & Venere, ſicut quinta uel undecima,dicemus quòd ſignificatio durabit 8.horas uel 8.dies,& poſtea minuetur illud,remanebunt tamen aliquæ reliquiæ uſq; ad 12.diẽ. Poſt hoc ſi Venus non reſpiciat Iouem, dicemus ꝙ durabit quantum unus circulus Veneris, & nõ ultrà. Nota quòd poſuimus circulos Veneris & Iouis in horis & diebus,in quibus ambo inueniũtur in ſignis mobilibus, & quia fortunæ ſunt ambo,ſignificat quòd citò ſanabitur:ſecundum quem modũ modò præſcriptum iudicabis de quolibet planetarũ, ſi quando peruenerit ad ſuummet locum in quo fuerat in radice,uel ſi quãdo applicuerit ad locum alterius. Etiã accipies hoc modo iudicium,ſi quando ſignificationes habueris ab hac parte & non ab alia:ſed ſi qñ ſignificationes habueris ab hac parte & ab alijs partibus,alio modo iudicabis. Si quando duo planetæ uel plures in aliqua reuolutione anni applicuerint ad locũ, in quo fuerat unus planeta in radice:uel ſi quando aliquis planeta in reuolutione applicuerit ad locum,in quo fuerant duo planetæ uel plures in radice,iudiciũ & ſignificationem accipies ibi,ſicut accepiſti per applicationem planetarum ſeorſim unius in loco alterius. uerbi gratia:Luna fuit in radice natiuitatis in Cancro, & poſtmodum in reuolutione aliqua alicuius anni,applicuit Saturnus & Iup.ad illum locum in quo fuerat Luna in radice:tibi iudicare debemus ex Saturni applicatione ad locum Lunæ, quòd debet habere triſtitias & grauitates ratione mulierum:ſed quia Iuppiter applicuit ad locum Lunę,iudicabimus ꝙmitigationẽ & aliquã tulũ melius habebit in ſtatu & ſalute ſua, & proſperitatẽ in corpore ſuo ac ſubſtantia,& uenient ei noua à longe ex quib.lætificabit̃,& habebit filiũ uel filiã ſi fuerit aptus. Apparebit igit̃ ſignificatio cuiuslibet horum planetarum in anno illo, in menſe

quo,

quo ille planeta dominium habuerit, aut in illis in quibus dominium habuit, & tristitia siue grauitas illa quam significauit Saturnus, durabit quantum circulus unius anni Saturni, uel quantum Saturnus durabit in illo termino, uel donec Saturnus remouea tur ab illo gradu per medietatem diametri sui. Etiam per significationem horum duo rum planetarum, qui simul iūcti fuerunt a aliam rem significant, sicut monstrauimus in hoc libro, ubi locuti sumus de cōiunctio nibus planetarum. Item si Saturnus & Iup piter ambo fuissent in radice natiuitatis in Cancro, & postea in reuolutione ipsius an ni applicaret Luna ad illum locum, in quo ambo fuerant in radice, dicemus ex Lunæ applicatione ad locum Saturni, quòd uxo rem ducet uel aget cū uetulis, & quod huic assimilaē: & quia Luna applicuit ad locū lo uis, significat q̄ faciet itinera in locis aqua ticis, & quòd ibit de uno loco in aliū. Qua re secundum hanc uiam & modum collatū ad exempla quæ tibi dedimus, iudicabis de omnibus alijs planetis, non minus quàm si tibi dixissemus omnes alias significationes singulatim & unamquanq̄ per se: & aspi ce in his uijs, modis, statu, & commixtioni bus planetarum diligenter, & in reuolutio ne annorum & mensium & dierum iudica bis secundum hoc, nec errabis si Deus uo luerit.

De significationibus ascendentis reuolutio nis anni. Cap. XII.

NEc significationes ascēdentis re uolutionis anni nobis sunt præ tereundæ, sed diligēti inquisitio ne sunt inuestigandæ, ne quid huic nostro operi desit. Inuenies autē eas si quum Sol peruenerit ad gradum & minu tum, in quo fuerat hora natiuitatis, diligen ter inspexeris & aptaueris ascēdens illa ho ra & loca planetarum, et in quo loco cadūt in angulis uel in alijs locis animaduerteris, & ubi cadit signum applicationis illius an ni, & ubi cadunt hylech, & si signorum il lorum unū fuerit conueniens alteri uel nō, & qui planetę fuerint in eis in radice natiui tatis ex infortunijs, & quis aspexerit eos de tertio uel sextili aut oppositione uel quar ta, & alios status eorū similiter collegeris, & qui sint eorum domini de fortunis uel in fortunijs, & qui habuerint dominium in ra dice natiuitatis, & cuiusmodi statū habue rint in locis suis, & si fuerint directi uel re trogradi, & si in suis dignitatibus uel pere grini, fortunati uel infortunati, orientales à Sole uel occidentales, & cuiusmodi statū habeant erga Solem in reuolutione simili ter, & in quo loco figuræ sint, et orientales ne an occidentales, & cuiusmodi in passio ne combustionis uel retrogradationis, & quis sit coniunctus cum eis, & quis planeta rum sit in oppositione uel quarta ipsorum, & si ijdem planetæ sint adiuuantes se uel di sturbantes, & si in suis domibus fuerint aut exaltatione uel terminis: quia omnium op timū est si annus peruenerit ad signū quod est ascendens radicis, uel ad signum aspici ens ipsum, maximè si in decimo uel undeci mo, & si sint fortunæ in signo applicatio nis anni uel aspiciāt ipsum aliquo aspectu, & si sit purum ab aspectibus infortuniorū, et dominus illius signi fortuna, et si sit in ra dice iunctus cum fortuna uel in aspectu e ius, & si sit orientalis & directus & in ali qua dignitatum suarum, & si sit in reuolu tione in aliquo angulorum uel succedenti, & si orientalis extra radios & fortunis con iunctus, aut in earum aliquo aspectu: quia tunc saluationem significat illo anno, cor poris sanitatem, lætitias & gaudia, & in re bus omnibus bonum statum. Quod omne erit secundum locum planetæ & dominiū quod habuerit, & secundum res in quibus habuerit potentiam ac significationem in radice natiuitatis: quoniam in quocūq̄ ho rum statuum acciderit damnum, significat diminutionem illius rei secundum signifi cationem ipsius status, quod tu obseruabis in qualibet conditione horum iudiciorum. Considera postmodum planetam ad quem peruenit diuisio si sit de fortunis uel infor tunijs, & in quo loco fuerit in radice natiui tatis, & in quo loco in reuolutione, & cu iusmodi significationes habuerit in radice, & cuiusmodi statum orientalitatis uel occi dentalitatis aut damni uel profectus, & qua les radij cadant in termino diuisionis in ra dice natiuitatis & reuolutionis, & quorum planetarum sint illi radij: quia melius est si diuisio peruenerit ad terminos fortunarū, & dominus diuisionis in radice natiuitatis sit in bono loco figuræ & orientalis. Quin si in reuolutiōe fuerit similiter in tali statu, melius erit, maximè si reuolutio fuerit in il lo anno, in quo fuit applicatio ad aliquam ex domibus Luminarū: quia dominus di uisionis habebit tunc dominium & poten tiam illo anno, et dominus signi diuisionis similiter, maximè si fuerit in reuolutione il

lius

ſius anni ſecundum ſtatum prædictũ, & fortunæ proiecerint radios ſuos in illo termino. Per proiectionem enim radiorum habebit progreſſionem magnam & augmẽtum in bono, & in illis annis, maximè in illo anno in quo augmentationẽ habuerit ſignum circuli & eius dominus omnib. modis. Omnium autem peſſimum ibi eſt ſi ſint infortunia damnantia in prædictis locis, aut ſi proiiciant radios ſuos in eis in radice & in athazir annorũ: quia ad id quod ſignificant malum ſtatum, inferunt etiam infirmitatem in corpore illo anno, quæ erit pro natura illius infortunij. Etiam quantitas infirmitatis erit ſecundum locum eius in radice, & minabitur mortis periculũ niſi fuerit cum eo fortuna, uel proiecerit radios ſuos ad illum terminum. Aſpice ſimiliter reuolutionem anni ad ſtatum Lunæ, quoniã ipſa magnam & fortem ſignificationẽ habet, idq; ſemper in eſſe corporis, & fortius in reuolutionibus nocturnis: quia ſi fuerit in bono ſtatu ſignificat bonum, & in malo malum. Aſpice ſimiliter ad ſtatum Solis in reuolutionibus diurnis, quia nullus bonum aliq̃d habere poterit, neq; honorẽ neq; laudem, ſi Sol fuerit infortunatus. Aſpice ſimiliter ad ſignũ in quo uerſat̃ pars fortunæ, & cuiuſmodi ſtatus habeat illo anno: quia magnam habet potentiam ſi fuerit fortunatum, & dominus orientalis ab illo ſigno ſuo, & ſi à ſigno applicationis, & à domino eius ſimiliter. Aſpice ſimiliter ad alias partes, ſi eã applicatio ibi uenerit & ad infortunia, & ſi anni applicent ad ſua loca & ad radios ſuos: quia tunc ſignificãt bonum pro natura illius partis, & pro natura planetę q habet dominium in ea, & pro loco ubi fuerit applicatio illius anni. Et ſi applicatio fuerit ad angulos, eſt bonum in potentia ſimul & laude, & in eundo ad regem & in agendis cauſis, excepto quòd angulus terræ, ſi eius dominus infortunatus fuerit, impedimẽta ſignificat, & ſimiliter ſeptimæ, ſed eſt minoris damni. Etiam ſi quando annus peruenerit ad ſignum ſecundæ domus, fortificantur ſignificationes quas habebat in ſubſtantia, quod tu obſeruare debes in applicationibus ad omnes duodecim domos: quia q̃d ſignificauerat in radice illo anno, erit fortius & potentius. Etiam ſi quãdo ſignũ circuli fuerit in ſexta radicis uel duodecima, & ipſum aſpexerit infortunium ſine aſpectu fortunæ, infirmitatem ſignificat. Etiam ſi quando applicatio anni fuerit in domo itineris aut in oppoſito uel quarta eius, & fuerit pars itineris in illo loco, iter ſignificat illo anno: idem ſignificat & gubernator anni, ſi fuerit in angulo occidentis cum Luna, & dominꝰ ſigni ſit in ſuo caſu uel oppoſito domus ſuæ.

De applicationibus ad loca planetarum.

NEc applicationes anni ad loca planetarũ ſunt multitandæ: nam ſi quãdo annus peruenerit ad ſignum in quo fuerat Saturnus in radice, & Saturnus in eodem anno & in ipſo eodem ſigno uel in quarta, uel in eius oppoſito fuerit, ſignificat infirmitates melancholicas, febres cum tremore ac planctu & ſyncopi, maximè ſi fuerit Saturnus in angulo uel ſuccedẽti: ſed ſi aſpectus fuerit de tertio uel ſextili, erit minus. Etiam ſi Mars aſpexerit eum, addit in malo eius & mutat eum de una firmitate in aliam: ſed ſi aliqua fortuna aſpexerit Saturnum, ei proficient medicinæ in illa infirmitate. Item ſi quãdo annus peruenerit ad locum in quo fuerat Iuppiter in radice, & ipſe in reuolutione aſpexerit locũ ipſum de tertio uel ſextili, peruenient ad gradum & honorem & laudem ac lætitias ex ſubſtantia & filijs & amicis, & hoc totum facilè conſequetur & ſine labore: ſed ſi aſpectus fuerit de quarta uel oppoſitione, euenient hęc maiori duricia & labore: & ſi cum eo fuerit infortunium malè affata parte & ex conditione qua aſpicit, & infortunium fuerit in ipſo eodemq; ſigno, derogat quod ſignificauit Iuppiter, & adducit triſtitias & amiſſionem in ſubſtantia & filijs. Præterea ſi quando peruenerit annus ad locum in quo fuerat Mars in radice, & Mars in reuolutione aſpexerit locũ illum de oppoſitione, ſignificat metum & laborem magnũ, & percuſſiones, & uulnera uel inciſiones ferri, aut febres & combuſtiones, maximè ſi Mars in hoc fuerit in angulo uel ſuccedenti: poſſunt & hîc admitti itinera per loca timẽda & laborioſa. Rurſum ſi quando annus peruenerit ad locũ in quo fuerat Sol in radice, & illud ſignum fuerit angulus ex angulis radicis, habebit bonũ ex parte regis aut parentum ſuorum: ſed ſi Sol infortunatus fuerit in reuolutione, accident ei labores & moleſtiæ & triſtitiæ ex parte regis uel ſuorum parentum, aut accident ei infirmitates calidæ & ſiccæ. Etiam ſi quando annus peruenerit ad locum in quo fuerat Venus in radice, aut ad ſignum ſeptimum radicis, uel ad locum in quo fuerat

pars coniugij,uel in quo fuerat aliquis sig/ significator cõiugij, & Iuppiter uel Venus aspexerit in reuolutione locum ipsum,cõ/iugium significat. Similiter si quando in re uolutione anni peruenerit Iup.ad locum in quo fuerat Venus in radice, uel aspexerit eam de domo sua uel domo Veneris de ter tio uel sextili,significat coniugium & gau dia ex mulieribus & filijs. Quin si quando annus peruenerit ad locum in quo fuerat Mercurius in radice,& habuerit ipse Mercurius in radice aliquã commixtionem eũ Ioue uel Venere,& aspexerit aliquem eorũ in reuolutiõe,significat sensuũ acuitates & subtilitates,& profectus ex parte sensus & speculationis:sed si Mercurius fuerit in eodem ipso signo,aut illud aspexerit de tertio uel sextili,& fuerit receptus & liber ab infortunijs, habebit lucra ex mercimonijs & bonam famam,& si fuerit habilis ad haben dum filium, suscipiet eum fortè illo anno. Si quando annus peruenerit ad locũ in quo fuerat Caput in radice, & in reuolutiõe fuerit in eodem loco & Iuppiter cum eo, uel si aspexerit Iuppiter illud uel Sol, significat dominium,laudem,bonam famã,& nomẽ. Etiam si quando annus peruenerit ad locũ in quo fuerat Cauda in radice,& in reuolutione fuerit in eodem,aut eam aspexerit aliquod infortunium de quarta uel oppositione,significat damnum euenturum ei ex uilibus hominibus, ac tristitias & diminutiones in rebus. Tandem(ut finiamus) si quando annus peruenerit ad locum in quo fuerat Luna in radice, & in reuolutione fuerit in eodem loco,uel aspexerit eundem libera ab infortunijs, significat corporis sanitatẽ & saluationem & meliorem in rebus profectum,hilaritates & gaudia ex mulieribus.

De aphorismis ualde necessarijs in hac disputatione. Cap.XIII.

VT in præcedẽtibus fecimus, sic & hîc fini huius sextæ partis appropinquantes faciendũ uidetur:hoc est, aphoristica aliqua subiungemus,ex quibus quis præterita bene animad uersa citra molestiam memoriæ mandabit. Si qua 12. domorum fuerit infortunata,& eius dominus similiter, significat damnum in significationibus suis:sed si domus & eius dominus fuerint fortunati,significãt restitutionem seu meliorem fortunã & bonũ in significationibus suis. Item si aliqua 12. domorum aspexerit dominum ascendẽtis, uel dominus ascendentis cã amico aspectu, adducit significationes ꝓ natura illius domus. Similiter si quãdo dñs ascendentis applicuerit alicui planetæ existenti in aliqua domorũ,aut ille planeta applicuerit de domo illa dño ascendentis, adducit significationes conuenientes sibi pro natura illius domus.Si quãdo Saturnus in reuolutione alicuius anni fuerit infortunatus, significat malum statũ & damnũ in senibus illius progeniei,& in rebus quæ sunt de proprietate Saturni,et in eo quod significat per signum in quo est,& in rebus quæ sunt naturæ domus in qua fuerit.Si quando Iuppiter in reuolutiõe fuerit infortunatus,significat malum statum in uictu & rebus quæ sunt de,ꝓprietate Iouis, & de natura signi ac domus in quibus fuerit. Quando Mars in reuolutione infortunatus est,significat malum statum fratrum,& damnum in itineribus. Qñ Sol in reuolutione est infortunatus, parentum damnũ significat,& maiorũ illius progeniei.Quando Venus in reuolutione infortunata est, damnum significat in mulieribus & cõcubinis & amicis & sociis & bonis & filijs,& disturbationẽ in uitijs & appetitu.Qñ Merc. est infortunatus in reuolutione,significat impedimentũ de quo nescit sibi consulere,ignorantiam ac damnum intellectus & in filijs atq; seruis. Si quando Luna fuerit infortunata in reuolutione, significat malum statũ & damnum in corpore, diminutionem salutis et damnum in matre ac sororibus.Quando dominus ascendentis est in quarta domo sine ullo aspectu, significat ꝙ ille natus itinera non faciet illo anno,& minuetur motus ipsius: & si hoc modo fuerit in septima,coniugium significat: & in decima,significat ꝙ ibit ad regem: in tertia uel in nona,significat iter: in duodecima & sexta & octaua, significat infirmitatem & malum statũ,tristitias & carceres & occupationem ab inimicis: in undecima, significat bonum statum,& ꝙ perueniet ad res quas concupiscit & diligit: in quinta fortè filium habebit,& ad eum uenient munera & xenia. Similiter si quando aliarum domorum domini fuerint in alijs domibus sine aspectu,significant modo prædicto: et si quando fuerit ibi applicatio,accipe primò significationem ab eo,& postmodum à loco in quo uertatur,& ab aspectu quẽ habet, misce significationes & iudica secundũ arbitrium tuum.Si quando in radice natiuitatis fuerit aliquis planeta in ascẽdente,& postea in reuolutiõe alicuius anni peruenerit in

in duodecima domo, significat quòd dabit se ad perquirendū substantiā, & solicitabit in hoc. Si quando in ascendente radicis fuerit aliquis planeta peregrinus, & in reuolutione anni peruenerit ad nonam uel tertiā ab ascendente illius anni, faciet itinera: sed si peruenerit ad quartam, stabit quietus & hæreditatibus & possessionib. se dabit. Si quando in radice natiuitatis fuerit in secunda domo planeta peregrinus, & postea peruenerit in reuolutione ad ascendens, significat quòd ad eum perueniet lucrum & substantia à locis, de quibus spem nullā habet: & si fuerit in nona uel tertia, lucrabit substantiam extra locum, uel per aliquem consanguineorū aut fratrum suorum: & si fuerit in quarta, habebit à parentibus uel hæreditatibus: & si in quinta, ex mercimōijs aut seminatione aut xenijs aut ex parte filiorū: et si in sexta, ex seruis aut bestijs: et si in septima, ex parte mulierum: & si habuerit seruos, uxorem ducet maior pars eorū. Et sic consequenter & per hunc modū iudica per omnes domos. Si quando in tertia domo radicis fuerit aliquis planeta, & postmodum idem fuerit in ascendēte alicuius reuolutionis, significat quòd alicunde ueniet frater ad eum uel similis fratri: & si fuerit in secunda, accidēt ei rixæ cum fratribus suis & causæ: & si in tertia, fratres habebunt bonum à patre: et si in quarta, nascet ei frater, si pater ad hoc fuerit habilis, uel amicum lucrabitur similem fratri: & si in quinta, nascetur filius fratri: & si in sexta, fratres ægrotabunt: & si in septima, uxores ducent: & ita consequenter per alias domos. Nota quòd in his prædictis iudicijs non considerauimus applicatiōes nec aspectus, sed sola loca planetarum in radice, & loca eorum in quibus reuertūtur in figura reuolutionis anni. Dico etiam ego quòd quando in reuolutione anni coniunguntur significationes ei qui habuerit maiorem potentiam in ascendente radicis, & in figura reuolutionis in ascendente, & si iunctæ sint significationes uni planetæ in radice & reuolutione, quod aptius & cōueniētius est iudicare per illum ☿ per dominum anni: quia figura natiuitatis est radix, & figura reuolutionis est ramus. Vnde quando radix fortificatur & affirmatur, fortificatur & affirmatur ramus: & quādo radix debilitatur & damnatur, non proficit potentia nec fortitudo rami, quandoquidem radix malè affecta est. Nam dominus radicis refert similitudinem regis, cuius mandatis obediunt populares: & dominus rami est sicut uicarius regis, cui populus obediet ex præcepto alterius: unde quæ fiunt ex mādato regis, firmiora sunt ijs quæ fiunt ex uicarij mandato.

Aphorismi ueluti claues significationum reuolutionis anni.

QVandoquidē ad finem huius partis properamus, placuit aliqs prioribus ueluti claues quasdam Aphorismos significationū reuolutionis anni subiūgere, ex quibus progrediens quis facilè totius artis scientiam consequatur. Incipiens ergo respice ad significatorē anni, cui coniunguntur significationes & testimonia & uirtutes anni, & cuiusmodi status in figura illius anni, & cuius status fuerit in figura natiuitatis, & si eum inueneris in ambobus locis in bono statu & receptū, iudica illi cuius est reuolutio illo anno nobilitatē & honorē, bonū & meliorem in suis rebus successum ac bonam famā, utilitatē & lucrum. Etiam si in radice fuerit fortis & receptus, & in reuolutione similiter fortis & fortunatus, significat bonum statum, & quòd annus bonus erit, hilaris & utilis: nam potentia radicis firmat bonū & auget in fortuna. Sed si ambas significationes inueneris in ambabus figuris in casu malè afflicto & infortunio laborante, erit illa significatio mali damni, laborum & anxietatum in illo anno. Vtile est tibi quum facis anni reuolutionem, aspicere ad quod signum applicuerit annus, & quis fuerit dominus illius signi, & cuiusmodi habuerit in potentia & debilitate, in fortuna & in infortunio, & quis planetarū bonorū uel malorum fuerit in eo, & ad quem locum reuolutiōis peruenerit idem planeta, & misce statum illorum planetarum cum statu Lunæ in potentia & debilitate, fortuna & infortunio, & si sit in dignitatib. suis uel peregrinus diligenter considera, & iudica secundum quod collegeris tuo intellectu, ac inueneris in potentia figurarum & significationum & testimoniorum ipsorum. Omnium pessima est reuolutio, si dominus anni fuerit in aliquo angulorum infortunatus à planeta infortunante ipsum sine receptione de quarta uel oppositione, & si iunctus fuerit cum eo corporaliter in radice: quia tunc in illo anno habebit natus anxietates, labores, molestias, & amissiones multas. Sed si quando dominus anni remotus fuerit ab angulis, damnū & malū eius erit

mitius,& significabit metus & impedimẽ tum mitius & debilius altero. Si quando dominus anni fuerit infortunatus & domi nus radicis similiter, & fuerit retrogradus uel combustus, & Luna similiter fuerit in fortunata à loco, in quo nulla sit receptio, significat quòd ille cuius est reuolutio seip sum interficiet illo anno,aut committet rẽ propter quam occidetur,uel propter quam recipiet magnũ damnũ & grauitatem,ma ximè si fortunæ remotæ fuerint & cadẽtes ab eo:sed si ibi fuerit aliquod testimonium fortunarum,aliquantulum remouebunt et iuuabunt euasionem & extricationem ex illis impedimentis & anxietatibus. Etiã in reuolutione anni aspice ad signum applica tionis, & si in eo inueneris infortuniũ aut in eius oppositione uel quarta, erit significatio mala multa adducens illi cuius est re uolutio,molestias & impedimẽta magna, nisi fortè per receptiones eius, & aspectus in radice & reuolutione remoueantur ea. Similiter si Lunam inueneris uacuam cur su,& dominum anni cadentem ab ascendẽ te, est significatio mala, quia significat ua cuitatem,lassitudinem,& pigritiam in om nibus rebus:similiter etiam si Luna non a spexerit domum suam,et applicuerit plane tæ,debili fortunandi & fortificandi eam po tentiam non habenti. Si quando dominus anni aspexerit ascendens uel signũ applica tionis de oppositione uel quarta,est sicut si aspiceret infortuniũ malũ, & malũ signifi cat illo anno:quia planeta nõ aspicit de op positione uel quarta nisi aspectu inimico et maleuolentiæ,et quũ planeta uult malũ,nul lus potest auferre p aspectũ uel fortunã id ipsum: sed si aspectus fuerit de tertio uel sextili,bonum uel fortunã et potentiã signi ficat.Omnis planeta proijciens lumen suũ de forti et firmo loco, illo lumine ꝓficit et fortunat,uel si planeta ille fuerit fortuna et lumen illud fuerit in dño ascendentis uel in dño anni: sed si planeta fuerit debilis et re motus ab angulis,non potest habere forti tudinẽ in bono uel malo nec potentiã. Nul lus planeta qñ est cadens et peregrinus,po tentiã habet nec ipse nec eius radij.Nota ꝙ si qũ annus peruenerit ad quartã domũ ra dicis,accidet nato subsannatio illo anno et uilipensio.Etiã si in radice uel reuolutione fuerit infortuniũ,cõtinget impedimentum et periculũ in corpore nati: sed si ibi fuerit fortuna uel eius radij, dissoluit̃ maior pars huius,et accidet nato illo anno aliqua deri sio uel depressio,tamẽ lucrabit̃ substantiã, & abiectionẽ habebit à parentibus uel hæ reditãtibus. Si qñ annus peruenerit ad locũ in quo fuerat Cauda in radice, malũ est, qa significat ꝙ erit in potentia inimicorũ suo rum,aut potẽtiores eo erunt,uel fugiet aut abscondet se ab eis.Si quando annus perue nerit ad sextam radicis uel septimam uel o ctauam siue duodecimam, similiter malum est, maximè si fuerint in his locis in radice infortunia, uel in reuolutione, aut ipsa in fortunata fuerit uel malè afflata. Et appli catio ad 7. separatim,si testimonia infortu niorum ibi fuerint, rixas & contrariatores significat,causas & molestias ex parte mu lierum & coniugij:sed si ibi fuerit testimo nium fortunarum, significat coniugium & gaudium ex coniugio & mulieribus,& as sociabitur cum suis æqualibus, ex quibus sibi bonum eueniet & gaudium. Quando planeta in anno est fortis & dominator,& firmus in angulis ac fortunatus & recep tus, dat summas significationum suarum secundum proprietatem & naturam suam, & naturam loci ubi uersatur: sed si fuerit in mediocri statu & communi, dat mediocri ter secundum posse suum: & si fuerit debi lis & infortunatus,malè affectus & cadens, demonstrat damnum in rebus quæ sunt de natura & proprietatate sua:misce ergo na turas & proprietates signi in quo fuerit cũ illis. Si quando aliquod infortunium rece perit Lunam de tertio uel sextili in reuolu tione anni,significat bonum & profectum de proprietatibus & naturis ipsius infortu nij: sed si receptio illa fuerit de quarta uel oppositione, non durabit ille profectus,& erit eius finis in malo & damno. Si quan do in reuolutione fuerit applicatio ad ali quod signũ, in quo fuerat in radice aliquis planeta fortuna uel infortunium, & postea in reuolutione eadem ipse planeta aspexe rit ipsum signum, uerificat & affirmat res quas significauerat in radice siue bona siue mala: sed si non aspexerit signum & fuerit cadens ab eo, illæ significationes eius siue fortunæ uel infortunia, quæ dederat in ra dice, non apparebunt in illa reuolutione, nec in illo anno. Omnium optima reuo lutio annorum est si planeta dominator il lo anno intret angulos, & receptus in eo dem angulo, proijciat suos radios ad for tunam quæ sit ascendens & fortis:quia hoc significat bonum, meliorem successum,& prosperitatem,& fortunam bonã illo anno: sed

ſed ſi planeta dominator fuerit infortunatus & ſeparatus ab angulis, & remotus à receptionibus, habere nō poteſt in ſignificationibus ſuis ullum bonum, ſed accidet illi cuius eſt reuolutio in illo anno impedimentum, depreſſio, & infortuniū in rebus ſuis donec idem planeta intret ſignum, à quo aſpiciat locum ſuum primū aſpectu amico: tunc enim fortificatur dominus reuolutionis, & dirigitur res eius, cauſæ, uictus, honor, & apparebit eius fortuna. Quando dominus aſcendentis radicis natiuitatis eſt infortunium, & poſtmodum in reuolutione peruenit ad ſignum aſcēdentis, & idem planeta eſt dominus & ſignificator anni illius, & aſpicit illud ſignum applicationis in reuolutione de quarta uel oppoſitione, ſignificat illi nato infirmitates & dolores & triſtitias pro natura illius ſigni, & pro natura illius planetæ & ſigni in quo uerſatur, & à quo aſpicit illud ſignum. Si quādo planeta in radice natiuitatis applicuerit alteri planetæ fortunanti eum & fortificanti, & in reuolutione fuerit uacuus curſu & ſine radijs aliorum, demōſtrat quòd ſignificauerat in radice, ſuā uidelicet potentiam & fortunā, nec obeſt ei neq; uacuitas neq; caſus in quo eſt in reuolutione, niſi Luna cadēs fuerit in radice & reuolutione ſimiliter, et à fortunis remota: ſignificat enim illi cuius eſt reuolutio, quòd erit illo anno uacuus & tardus & piger in rebus ſuis. Si quando dominus domus ſubſtantiæ fuerit in reuolutione applicans ad dominum aſcendentis, habebit ſubſtātiam facilè & ſine labore: ſed ſi dominus aſcendentis applicuerit ad dominū domus ſubſtantiæ, laborabit pro ſubſtantia & perquiret eam: at ſi dominus domus ſubſtātiæ ſeparatus fuerit à domino aſcendentis, non lucrabitur ſubſtantiam: nec ſi dominus aſcendētis ſeparatus fuerit à domino domus ſubſtantiæ, ſollicitus erit de ſubſtantia procuranda. Etiam hoc modo & uia iudica de fratribus & filijs & alijs domibus ſecundū applicationes & ſeparationes, & certificaberis cum Deo. Si quādo Luna in aliqua reuolutione applicuerit alicui planetæ ac det ei uim ſuam, ſignificationem accipe ab illo planeta, & iudica ſecundū quòd eum inueneris in potentia uel debilitate, aut in fortuna uel infortunio habere: & ſi planeta ille qui eſt receptor diſpoſitionis Lunæ, dederit alteri potentiā ſuam & ille alteri, ſemper accipe ſignificationē à poſteriori, neq; cures Lunam neq; de receptione eius. Nota quòd ſi quādo Luna cadens fuerit, & dederit uim ſuam planetę firmo & forti ac in bono ſtatu, uel applicuerit ſignificatio tali planetæ, non obeſt damnum nec caſus Lunæ. Etiam ſi Luna fuerit fortis & fortunata, & dederit uim ſuā planetæ malè affecto & infortunato & cadenti, uel applicuerit ſignificatio ad talem planetā in tali ſtatu, non prodeſt potentia nec fortuna Lunæ. Si quando Sol peruenerit in reuolutione ad domū parentum, uel ſi quando Saturnus ſimiliter ad domum ipſam peruenerit, & ille qui applicuerit ibi fuerit dominus illius anni, uerificantur & patefiunt res, quas ſignificauit in radice de cauſis parentum in bono uel malo, fortuna uel infortunio. Similiter ſi quando annus peruenerit ad ſignum domus ſubſtantiæ uel domus fratrū aut domus parentum, aut filiorum uel mulierum, patefiunt res quas ſignificauerat in radice de natura illius domus, ſiue ſit bonum ſiue malū, ſiue damnum ſiue utilitas. Si quando Luna in reuolutione anni fuerit in angulo, et habuerit ibi dignitatem & potentiā, & fuerit ibi uacua curſu, facit & demonſtrat ſuas proprietates integras: & ſi applicuerit alteri planetæ, patefacit & demōſtrat naturas illius planetę, ſi fortis fuerit: ſed ſi debilis fuerit idem planeta, reuertitur ſignificatio eius ad Lunam & ad ſuas naturas: ueruntamen habebit idem planeta participationem aliquam cum Luna in ſignificatione, quia Luna dat ei uim ſuam: quod eſt ſimile redditus luminis in quæſtionibus: nam ſi redditor fuerit debilis & applicans fortis, non obeſt applicanti debilitas redditoris, poſtquam applicans habet potentiam tollerandi: ſed ſi redditor fuerit fortis & dator debilis, non perficit ſignificationem propter debilitatem & infortunium alterius. Planeta qui fuerit in aſcendente radicis, habet potentiam et ſignificationem in illa natiuitate ſimilem potentiæ domini aſcendētis & Lunæ: quia poteſt eſſe dominator in illa natiuitate per formam & naturam. Etiam ſi quando in reuolutione alicuius anni, planeta idem fuerit in aliquo ſignorum eiuſdem reuolutionis, ſicut in domo ſubſtantiæ tertia uel quarta, demonſtrat ſignificationes ſuas pro natura ſigni in quo uerſatur, & ſecundum potentiam & fortunam, receptionem & ſtatum quem habuerit in illo loco: quia ſi fuerit in bono ſtatu fortunatus & fortis, demonſtrat ſignificationes ſuas ex illa natura in bono & fortuna: ſed ſi fuerit infortu-

natus & cadens in malo statu, demonstrat significationes suas in eadem natura malas & abhorribiles, & secundū quod Deus uoluerit & ordinauerit. In summa si quādo aspicere uolueris in aliqua reuolutione, aspice ascendens radicis & ascendens illius anni, et in quo statu sint omnes uirtutes planetarum & eorum radij, & eorū fortunia & infortunia, & eorū status in ambabus figuris in antiqua & noua: postmodū aspice in rebus & causis nati illo anno, & iudica secundum quod inueneris ualidos signorum in fortitudine aut casu dominos, in potētia & debilitate, fortuna & infortunio, & per eum quē inueneris receptū et fortunatū & fortem, iudica bonum & utilitatem & prosperitatē illo anno in rebus quæ sunt de natura illius domus: & si quem remotū & male affectum inueneris, per eum iudica debilitatem & damnum ac modicam utilitatē in rebus quæ sunt eiusdem naturæ. Quādo in reuolutione anni in ascendente est infortunium, uel in signis aspicientibus ascēdens, significat impedimentū & tristitias pro natura ipsius infortunij & signi in quo fuerit. Similiter si quando ibi fuerit fortuna, misce cum eo planetas recipientes & aspicientes ipsum, quia si fortuna aspexerit fortunam, auget in bono profectu & fortuna sua: & si infortunium, infortuniū auget malū & damnum suum: etiam infortunium minuit de fortuna in bono & profectu suo, & fortuna minuit infortunium in malo & damno suo. Si quando Iuppiter peruenerit ad domum fratrum, demonstrat & uerificat res quas significauerat in ratione legis, laudis, itinerum, et aliarum rerum conuenientium sibi. Similiter si quando ipsemet peruenerit ad secundam domū, uerificat utilitates substantiæ, fortunarum, & rationum suarum. Similiter si quando Venus peruenerit ad septimā domū, uerificat quod significauerat de rebus conuenientibus sibi. Etiā illud idē collige, si quando Sol peruenerit ad decimā domum. Quando significatio infortunij cōuenit significationi signi, malū significat in illa natura & in illis conditionibus: sic ut Mars qñ est in septima domo, significat rixas, inimicitias, contrarietates & causas: etiam hoc modo significat Saturnus in in octaua & sexta. Quāuis ad distinguendū hanc rationē cōuenirent longiores & maiores ratiōes quas hīc posuerimus, scientes tamen intelligenti & sapienti sufficere quę dicta sunt in aspectibus naturarū, & ꝓprietatibus planetarū & signorū & domorum, & de ratione iudicandi secundū sensum & intellectū ad ea remittere lectorē satius uisum est, quā prolixa dū putatiōe diutius hīc eum remorari. Si qñ dñs anni cōbustus fuerit sub radijs Solis, accident illo anno impedimēta & anxietates & fortes dolores pro natura illius planetæ, qui fuerit dñs anni cō mixto cū natura Solis. Similiter si planeta idem ad hoc ꝙ cōbustus sit, fuerit auctus lumine & numero, malū & impedimētum & infortuniū minuit. Similiter si fuerit in domo sua, uel in aliq̄ eorum locorum in qbus fortificat uirtus eius, minuit de suo malo: si tamen fuerit in casu suo et cadens ab angulis, et in locis in qbus debilitat eius natura, crescit in malo et impedimento suo. Si quādo dñs anni fuerit Mercurius, et ipse cōbustus, accident ei anxietates et impedimēta in cōputationibus et mercimonijs. Etiam si Iuppiter fuerit hoc modo, significat dānum in lege sua, et accidēt ei res turpes et malę. Etiam hoc modo de natura Saturni et Martis et Veneris iudicabis: ut si qñ annus peuenerit ad radiū infortunij de mala natura, inimicum et aduersariū dñi illius anni, siue in radice siue in reuolutiōe, significat ꝙ anno illo erit in periculo magno, et accidēt ei magna dāna: quod fit quum dñs anni peruenit ad eundē planetam damnantē eum, nisi transiuerit per fortunā bonam et fortē antequā applicet ad illum planetā, qui recipiet ipsum: nam si sic transiuerit per lumē alicuius Luminarium, euadere poterit ab ipso impedimento, et indemnis exire post frequentē motū et anxietatē magnā. Si quando dñs ascendentis radicis natiuitatis intrauerit sub radios infortunij, eo non recipiente ipsum, periculum et impedimentū significat: tamen si tunc applicuerit dominus anni ad fortunam fortem et recipiētem eum, remouet illud malum, et euadet ab illo periculo, et exibit de illo infortunio ex Dei beneuolentia.

De cognitione substantiæ patris per natiuitatem filij. Cap. XIIII.

SAepe accidit per obliuionem maiorum et senum, ut fatum patrum non facilē inueniatur sine natiuitate filij indicantis id quod petitur: quod hic addere uolui, quò nostrum hoc opus integrū et perfectum inueniatur. Si quando ergo in natiuitate inueneris dominum quartæ domus Solem et Saturnum, ac partes parentum fortes et altas ac in bono statu, fortuna-

fortunatas & liberas ab infortunijs & impedimẽtis & damnis, uel fuerit maior pars earum in prædicta potentia & fortuna, patri nati proſperitatem ſignificat donec poſt illum alius naſcatur filius: tunc enim permutabit in ſignificatione nati. Similiter iudica de matre ac fratribus, accipiendo iudicium à ſignificatoribus ſuis. Aſpice ſimiliter in reuolutionibus eo modo quo in natiuitatibus inſpexiſti, & iudica ſecundũ potentiam ac debilitatem radicis, commiſcendo hoc cum ea reuolutione anni, & certificaberis Deo uolente.

De modo diuidendi dies & menſes. Cap. XV.

SEquitur ultimum caput & finis ſextæ partis, de modo ſcilicet diuidendi dies & menſes, ualdè neceſſarius uolentibus hanc ſcientiam exercere, & inde ſibi quæſtum comparare, ut intuẽtibus patet. Si quando ergo alicuius mẽſis uolueris initium ſcire ex mẽſibus reuolutionis, aſpice q̃ menſes completi ſint præteriti, & in tabula inquire talem numerũ in regula menſium, quo peracto accipe quod inueneris in directo tabulæ dierum & horarum & fractionũ, & q̃d inueneris adiunge diebus & horis & fractionibus horæ radicis natiuitatis aut reuolutiõis, anni eius ſcilicet quẽ incipere uolueris, & ex eo toto quod exierit, fac menſes latinos, (quia cum illis eſt radix reuolutionũ) & incipe ab eo menſe in quo fuerat natiuitas uel reuolutio, ſcilicet ab illo eorum à quo incepiſti, & eijce menſes perfectos, & quod tibi remãſerit de diebus & horis & fractionibus aſpice, quia in tot diebus menſis latini erit reuolutio menſis quẽ poſtulaſti. Numera etiã p̃ ordinẽ ſignorũ ab applicatione illius anni & à q̃libet hylech, & da cuilibet mẽſi cõpleto unũ ſignum (uoco aũt hylech, Aſcendẽs, Solẽ, Lunã, Partẽ fortunæ, & Mediũ cœli) & ſignũ ad quod q̃uenerit numer⁹ erit gubernator illius menſis, incipiẽdo à q̃libet ipſorũ locorum: ſecũdum cuius ſigni ſtatum iudicabis in illo menſe de unaquaq; dictarũ rerum.

Tabula reuolutionis menſium.

Menſes	Dies	Horæ	Fractiones
1	28	2	17
2	51	4	35
3	64	6	52
4	112	9	10
5	140	11	28
6	168	13	45
7	196	16	3
8	224	18	20
9	252	20	37
10	280	22	55
11	309	1	12
12	337	3	30
13	365	5	47

Si uolueris ſcire gradus ſignorũ q̃ gubernãt in unoquoq; die menſis, intra cũ diebus cõpletis quos de menſib. reuolutionũ trãſiuiſti, tabulã additiõis dierũ, & quod in eius directo inueneris de gradib⁹ & minutis accipe, & adiũge illud gradibus ſigni cuiuslibet hylech menſis illius, & ex eo quod exierit accipe ſigna menſiũ, dando cuilibet ſigno 30. gradus, & in quo gradu illius ſigni finierit numerus, erit numerus quem poſtulaſti, & ille gradus erit gubernator cuiuslibet hylech. Etiam aſpice ſi quis planetarũ fuerit in illo loco, quid habeat participationis & potentiæ in loco ſuo, & qui planetæ ſint gubernantes & habentes potentiam in illo ſigno, & iudica ſecundum illud adhibendo tabulam ſequentem.

Tabula additionis dierum.

Dies	Horæ	Minuta
1	13	13
2	27	26
3	41	38
4	55	52
5	69	5
6	83	17
7	97	30
8	110	43
9	124	56
10	138	9
11	152	22
12	166	35
13	180	48
14	194	1
15	208	14
16	222	27
17	236	40
18	249	53
19	263	5
20	277	18
21	291	31
22	305	44
23	319	57
24	333	10
25	347	23
26	0	36
27	14	54
28	28	2
0	30	11

Alij sapientes diuiserunt annum in duodecim menses secundū motum Solis, & posuerūt initiū cuiusq; mensis in totidē gradibus, quot Sol pererrauerat in signo suo in radice, & dixerūt: Aspice quantū remot⁹ sit Sol à suo loco in gradibus, & adde tantū ascendenti natiuitatis & cuilibet aliorū hylech: rursumq; aspice ubi cadat in gradib. illorū signorum, quoniam ille erit gradus illius diei: illud idem quoq; facies in signis applicationum annorum. Alij sapiētes dixerūt: Aspice quantū est à Sole in Lunā quolibet die, & q fuerit minue ab ascendēte natiuitatis, & pone hoc sicut partem fortunę, & per illud iudica illo die. Alij dixerūt: Aspice loca planetarū in hora natiuitatis & reuolutionis, & da planetæ qui fortificatur in gradu ascendētis, uel in gradu signi applicationis, secundū motum Solis omni die donec applicet alteri planetæ ipse uel radij eius, & in alijs illud idē facito ad huius exēplar. Dixerunt alij sapiētes antiqui de reuolutione annorū: Incipe in reuolutione anni iudiciū tuum in radice natiuitatis, & à radice scies opus nati, & eius substantiam ac ualorem, augmentum & decrementū precij & ualetudinis in temporibus uitæ eius. Scies etiā à planetis dominis triplicitatū de ætate, in qua uersatur idem natus: quoniā hi habent magnam significationē & radicatam in nobilitate ac abiectione, & maiorem quàm de eis appareat in reuolutione: significatiōes etiam reuolutionū aptant, & meliorem efficiunt statum uel eum damnant, secundū q fuerint loca planetarū in radice. Etiā in natiuitate quæ significauit in sua radice magnā amplitudinē & altum statū, si in reuolutione habuerit significationes concordantes in hoc, crescere faciūt & augent illud. Etiā si quādo ibi habuerint significationes contrariandi illud, non auferunt multū sed aliquantulū minuunt in substātia, uel habebit potestatē uacandi, aut ibit extra locū suum, uel non operabit opus suum illo anno, nec in nobilitate & gradu minuit multū, quandoquidem radix est firma. Similiter natiuitates quæ non significauerūt altitudinē in radice neq; nobilitatē, non multum meliorem faciunt significationē reuolutionis, q fuerint bonæ, nisi q aliquantulū adaugent in eo quod significauerat in radice: & malæ significationes in reuolutione auferūt multū ibi, si in radice nō fuerint bonæ. Vnde si bene cōsideraueris in his reb⁹, & aptaueris eas, & subtiliter deferas per athazir & s. hylech sicut in principio tibi dixi, & expositū est in tabulis nostris quę nominatæ sunt tabulæ dissoluendi nodos & explanādi aspectus: & si applicuerint ad fortunas & earum radios, significant meliorē successum & additamentū in illis rebus: sed si quando applicuerint ad infortunia & eorū radios, damnum & impedimentū in illis rebus significant, maximē si radij fuerint de quartis uel oppositionibus. Nota quòd trini & sextiles infortuniorū minus damnum demonstrant, & fortunarū multum augent in bono & fortuna. In summa si bene respexeris ad omnia quæ tibi narrauimus, & aspexeris naturas & tēpora annorū, & ordinationes natiuitatū & reuolutionū, & applicatiōes planetarū & eorū radios, iudicabis bonum & malum in illa re & quolibet anno secūm q inueneris, & certificaberis Deo faciente.

ALBOHAZEN HALY
filii Abenragel libri de iudiciis astro-

rum pars septimā, quæ diuiditur in centum & tria capita, quibus electiones rerum cōprehenduntur.

PROEMIVM INTERPRETIS.

HALY Abēragel filij in principio suorum librorū semper dixit: Gratiæ agantur & laudetur Deus omnipotens, dominus boni & benignæ largitionis, sapiētiarum & scientiarum: quoniam ipse est factor & creator omnium rerum, idemq; rector & gubernator eorū quę libera uoluntate cōdidit. Est & principium omnium rerum, temporū permutator, cœlorum rector, terræ depressor, omnium naturarum & animalium quæ uersantur in aēre & supra terrā & in aqua natant creator, scrutator cordium & occultorū cognitor, finis & principium sine fine, dator uitæ omnibus, largitor omnium bonorū, solus bonus, perfectus & incorruptibilis, cui laus et gloria ut summo sit per omne æuum.

Proœmium

PROOEMIVM AVTHORIS.

QVANDOQVIDEM hic liber cõtinet omnes ſtellarũ electiones, & rerum principia collecta & ſtabilita, pro tenuitate noſtri ingenij & intellectus, quammaxime fieri potuit, & ſuis rationibus comprobata: ſubmonendus mihi uiſus es, optime lector, & docendus quare ſapientes antiqui non minus diſcordes fuerint in hac diſputatione, quàm in præcedentibus, ut ſuis locis uiſum eſt. Diſſident inter ſe (ut dixi) authores, dũ pars electiones admittit & earum profectus ſeu euentus comprobat, alia rurſum eaſdem ipſas ut inutiles pernegat, nullorumq; iudiciorũ authrices eſſe perſeuerat. Quod mediusfidius me deterruiſſet de earũdem conſcriptione, niſi ſimili modo diſſidentia antecedentia compoſuiſſem in principio huius operis, in prima parte uidelicet, ubi agitur de quæſtionibus, quas non leuibus rationibus comprobaui: idem uel hîc facturus ex dictis ipſorum, ſeligendo quæ maximè ſana & ueridica uidebuntur. Exordiens ergo dico quòd electionum aliæ ſuos habent euentus ſine contradictione, & manifeſtos profectus et ſuum bonum: aliæ horũ nihil habent quod appareat, nec dictorum recipiunt ſignificationes. uerbi gratia: Homo aliquis habuit in natiuitate ſua ſignificatiões manifeſtas, ueridicas & firmas, quòd non eſſet ſuſceptурus filium, uel ſi habuerit quòd non uiuet nec nutrietur, quia habuit domum & ſignificatores filiorũ nocentes, uel habuit in natiuitate domũ & ſignificatores coniugij maleficos: ut ſi Venus & alij ſignificatores eſſent combuſti, uel in ſuis caſibus, aut in malis locis remoti ab aſpectibus ſignificatoris nati, uel ſi infortunia dominentur in domo itineris in radice natiuitatis, & ſignificatores illius domus infortunent ſignificatorẽ nati. Hîc ſi harũ ſignificationũ aliqua fuerit in radice natiuitatis maleſica, filiorum puta uel coniugij uel itineris, & uolueris electionem facere de ſuſceptione filiorum, uel electione coniugij aut itineris faciendi, non apparebit in hac electione profectus, quia electio non eſt tantæ potentiæ ut remorari ualeat, uel remouere id q̃d planetæ ſignificauerunt in radice natiuitatis: cuius contrarium ſpera & intellige in bono & fortuna. Apparent autem electiones & cõmoditatem accipit quis de eis, ſi in natiuitate habeat ſignificatores quòd poſſit haberi filius, uel ſi ſint ſignificatores mediani, cõmunes, uel boni: quia ſi electio fuerit bona, & ſignificatores radicis mediani, uel non multum nocentes, dirigit electio & cõuertit hoc in bonũ. Et ſi boni fuerint ſignificatores, & electio bona, affirmat bonum & auget, & ipſum erigit in magno gradu: quoniam bonitas electionis adiuuat ſignificatores radicis. Etiã ſi fuerint in radice ſignificatores boni & potentes. bonũ ſignificant: ſimiliter in electione, ſi fuerit potens & bona & fortunata, creſcit illa res & potens efficit & affirmat, & apparet in ea fortuna & omne bonum omnino. Itaq; ſecundum hanc uiam & opinionẽ eſt intelligenda illa de electionibus ſemita, quę affirmatur per dictum Ptolemæi dicentis in ſexto uerbo libri centeſimi Sententiarum: Tunc dierum prodeſt & horarum electio, quum tempus à genitura bene conſtitutum eſt. Si enim contrarium eſt, nequaquam profecerit, quamuis bonum fortaſſe exitum reſpexerit. & hoc eſt illud quod ueridicum iudico, & cum quo concordo & operor. Adhortor te ne facias electionem ei cuius natiuitatem ignoras, ſed eius cuius natiuitatem ac reuolutionem anni cognoueris, & erit ei bona & præſtabilis ex beneplacito Dei. Nam ſi quando feceris ei electionem, cuius natiuitatẽ ignoraueris ac reuolutionẽ anni eius, uel ſaltem nõ habueris eius quęſtiõis aſcendens nec natiuitatẽ cognitã, periclitaberis & eris in periculo ne q̃n accipias aſcẽdens inimicum & contrariũ radici natiuitatis, ac des ei pro aſcendente duodecimã uel octauam uel ſextam ſuæ radicis, ſicq; fortificentur eius inimici, & deſtruant uel interficiant eum, uel fortè moueas ei damnum & malum, quod emendare non poterunt fortunæ quas ei collegiſti, uel fortè illæ fortunæ erũt inimicæ & cõtrariæ radici, uel erunt domini locorum malorum & infortunatorum, uel illud infortunium quod cadere feciſti & cõciliaſti in electione tua, fortè erit ſignificans & maleficum in radice, te hoc neſciente. Nec minori ſtudio aut ſolicitudine tibi cauendũ ſuadeo, in faciẽdo electionẽ alicuius uiri maligni & inimici, nihil unquã quidquã meditantis niſi quomodo noceat & damnum inferat, niſi ſcieris natiuitatẽ eorũ bene, capiẽs exemplũ de illis qui faciunt iter per mare uel terram: nam hi omnes quãuis exeãt in una die & ſimul applicent

plicent ad uillam ad quam uadunt una hora, eorum tamen aliqui cito reuertũtur cum lucro & bono, & in statu & fortuna bona, aliqui tardant, aliqui reuertũtur infirmi, aliqui nihil lucrantur, nec ullam capiunt utilitatem ex illo itinere, aliqui perdunt quod habebant, & aliqui se perimunt & destruũt in illo itinere. Similiter exemplum cape de illis qui simul nauim intrant una hora, quorum aliqui fortè necantur, aliqui exeunt: et si fortè omnes applicẽt ad locum ad quem uadunt una hora, eorum tamen aliqui reuertentur ad uillam & locum suum cum lucro & bono, aliqui reuertẽtur sine lucro, aliqui sic iacturã facient ut nunquã sint reuersuri ad locum suum: quod nõ accidit nisi propter discordiam natiuitatum eorum, nec proficit eis exitus quem simul fecerunt in una die & hora. Similiter homo aliquis incipiet iter die infortunato & malo, & liberabitur de omni malo & lucrabitur. Rursus aliquis exibit die electo & fortunato & bono, & impedietur & perdet: quod non accidit nisi propter discordantias natiuitatũ eorum. Etiam sunt aliqui quibus fortunæ afferunt bonum & utilitatem, infortunia malum & damnum. Rursum alij quibus infortunia afferunt bonum & utilitatem, & fortunæ malum & damnum: quod totum accidit propter uoluntatem & potentiam supremi Dei, qui sit benedictus. Scito quòd Deus benedictus facit omnes creaturas de quatuor naturis seu elemẽtis, & totum quod est in terra & in mundo de generatione et corruptione, quod rationabile & motũ habet, mobile & fixum, applicare fecit ad cœlum, & posuit in eis causas & proportiones subtiles, quas intelligunt & sciunt huius scientiæ sapientes, & alij naturarum & philosophiæ prudentes & nobiles sciunt causam & proportionẽ subtilem, quam posuit ipse omnipotens inter magnetem & ferrum, & inter patrem & filium, & inter amantẽ & amatũ: unde intellige & adhibe mentẽ tuã in hoc. Etiam scias quòd per cõcordantiã quæ est inter duas proprietates, supremas uidelicet & imas, temperanẽ & diriguntur res, et per discordantiã & disconuenientiã earundem proprietatũ diminuũt res & destruunt. Scito quòd fortunę sunt tẽperatarũ naturarũ & bonarũ cõplexionũ, infortunia uerò sunt prauarum & fraudulentarũ complexionũ, & licet recipiant non tamen tutum prædicunt à malis suis proprietatibus & fraudulẽtis naturis: quia sunt tanquã latrones & mali homines. Scito quòd libri electionũ sunt multi, quorũ antiquissimi sunt lib. Dorothij & Vuellij, & aliorum suprà nominatorũ, ubi locuti sumus de discordãtijs sapientũ in prima parte huius libri, & quomodo quilibet sapientum Maurorũ secutus sit & dilexerit unam semitã antiquorũ, & abhorruerit aliã secundũ intellectũ & cognitionẽ suã in eo quod apparuit ei ueridicũ & rectum, & aliud prætermisit. Et ego sum de numero eorum qui taliter fecerunt, quia processi per semitã quæ mihi uisa est ueridica & sana, & alias prætermisi. Vidi electiones omnium, & ex dictis eorũ accepi quod mihi uisum est ueridicum & rectum, & quod uidi uerificari posse per rationẽ uel experientiã. Fecerunt autem libros electionũ, Messahala, Abimegest, Theophilus filius Thomę, Alhayat, & Alkindus. Isti enim fuerunt maiores eorum qui susceperunt huiusmodi tractationem, & qui melius locuti sunt et res melius distinxerunt. At Abuezabẽ, Zael, Benbriz, Albumasar, Haly filius Hamet, Benbrany, & Alohaz filius Zaet, nõ sunt tam bene locuti ut alij: collegi tamen meliores rationes cuiuslibet eorum, & eas adiunxi illi quod mihi uisum est & ueridicũ & rectum. Ideoq; rogo Deum omnipotẽtem ut me dirigat in semitam ueritatis.

De regulis & radicibus quæ necessariæ sunt in hac ratione, & excusari non possunt. Cap. I.

ET hic sicut in præcedentibus fecimus, regulæ quædam uniuersales & aphoristicæ sunt præmittendæ electionibus, ex quibus tanquã ex generalibus principijs prodeũtes, quę sequuntur recto filo deducantur. Vtuluxius ergo dixit: Si quando excusare nõ potes electionem, & Luna infortunata fuerit, pone infortunium illud dominum ascendentis: & si quando nõ poteris omnes significatores aptare electionis, apta semper & dirige dominum ascendentis. Si qñ fuerit fortunata in angulo maximè in medio cœli, nõ cures de alio. Modica est utilitas quæ prouenit de bona electione anni, reuolutiõe existente mala & contraria. Non facit Mars damnum iter facientibus per aquam, sicut Saturnus non multũ subeuntibus iter per terrã. In itineribus abominabilia sunt signa fixa, sicut dilecta & amabilia q̃ sunt mobilia. Damnũ infortunij qñ ab ãgulo remotũ est & pegrinũ, & in signo diuerso & pnicioso suę naturæ, diminuere nemo põt neq; restituere nisi

unus

unus Deus. Multum potentes ſunt Venus & Luna in quarta meridionali, & multum debiles in quarta orientali. Quando infortunium recipit fortunam nō multum lędit, maximè ſi ab aſpectu inimicitiarū fuerit liberata. Multum creſcit infortunium planetarum, ſi qñ fuerit in locis extraneis. Non conuenit depopulari ullam, ſi quando ſignificator fuerit dñs aſcendentis reuolutionis anni mundi. In omni initio cōuenit cœlum ponere cōueniens naturis ſignificatorum, & ſignificatores cōuenientes illis quæ cōmiſcentur cum eo. Melior electio & magis fortunata & perfecta eſt, ſi ſint planetæ diurni orientales à Sole, & in ſignis maſculinis, & nocturni occidentales à Luna & in ſignis fœmininis. Abhorrendæ ſunt applicationes Lunæ ad Martem de domibus Veneris, & ad Iouem de domibus Mercurij & ad Solem de domibus Saturni. Illi magna poterit eſſe fortuna, cui dominus undecimi ab aſcendente ſuo, et dominus undecimi à ſua Luna, & dominus undecimi à ſua parte fortunæ fuerit in haiz, uel fuerint fortunæ potentes. Si quando euenerit quòd dominus termini cōiunctionis uel præuentionis, quæ fuit ante initium, fuerit fortunatus, illud initium erit fortunatū & completū. Si quando dominus termini cōiunctionis uel præuentionis, quæ fuit initium, fuerit in bonis locis & in bono ſtatu & in domibus ſuis, & naturæ eius conuenientes fuerint naturis rei, durabilis & fixa erit res illa, & tempore longo durabit.

De principijs factorum. Cap. II.

QVemadmodum in præcedētibus aphoriſtica quædā præpoſuimus rebus dicēdis, ſic uel hìc dicimus in initijs faciendorū utile eſſe aptare ſeu collocare aſcendēs et eius dñium in fortuna. Eſt aūt fortuna ſi ſit aſcendens de natura ſimili & cōuenienti rei in qualitate & ratione. Qualitas eſt ut cùm eligimus initineribus, quę uolumus cito fieri & ptici, quę cōterūt & habent leues motus: uel ſigna ignea, qñ petim⁹ rationē uel honorē à rege. Ratio eſt, ut cū eligimus in litibs ſigna Martis, neceſſe eſt aptare locū domus, & dominum rei, & dominum domini rei: quia locus rei ſignificat id quod erit in initio rei, & dñs rei mediū ſignificat, & dñs dñi rei finē rei ſignificat. Similiter aſcēdēs ſignificat initium illius cuius eſt res, & dominus aſcendentis mediū, & dñs domini aſcendentis ſignificat finem illius cuius eſt res. Similiter inſpicies ad partem fortunæ & eius dñm, & ad dñm dñi ſui: quia ſi eos omnes meliores facere poteris & fortunare, eſt cōplementū. Fortunabis aūt eos ponēdo fortunas in eis per aſpectū uel applicationem, & per conuenientiā naturarum, & ſi ab iſtis locis ejcias infortunia. Caue autem ne ſit dominus aſcendentis retrogradus, quia retrogradatio eius impedimentū & phibitionē & tarditatē ſignificat in rebꝰ: & licet omnes ſignificatores ſint boni & effectū rei ſignificent, dūmodo aſcendentis dominus ſit retrogradus, erit aliqua diffidētia in re & tarditas, nec cōplebitur niſi cum labore. Caue præterea ne Cauda ſit cum alt quo Luminarium quum eſt in coniunctione uel oppoſitione, uel ut Luminaria non ſint in cōiunctione uel oppoſitione. Etiam caue ne Cauda ſit in aſcendente, nec in loco rei, neq; cum parte rei: quia res facit uiles, diffidentia plenas & laborem. Etiam ſtude ponere fortunam in aſcendēte, uel in loco rei, aut in angulis. Scito quòd fortuna prima eſt in omnibus rebus potens, & in omnibus rebus quas uolumus meliores fieris & fortuna minor eſt potēs in omnibus causis ludorū, gaudiorum, uitiorū, ambitionū, amicitiarum, & horum ſimilium. Caue in omnibus rebus ne ponas Lunam in aſcendente, quia inimica eſt aſcendentis. Sol uerò non eſt contrarius aſcendēti, res tamen detegit & expandit, & diſſoluit quod ſolutum eſt. Caue inſuper diligenter & quantum poteris, ne ſint infortunia in aſcendente nec in aliquo angulorum, & maximè ne imperium habeant malorum locorum: quoniam ſi infortunia habuerint imperia octauæ domus, ſignificāt damnationē per mortes & auxiliatores aduerſariorum, & per magnas captiuitates. Sed ſi imperium habuerint ſextæ domus, ſignificat damnum ex parte inimicorum, ſeruorum, infirmitatum, ablationum membrorū, carcerum breuium, & quadrupedum. Etiam ſi præſint duodecimæ, ſignificant damnū ex parte laborum, diffidentię, inimicorū, & carcerum mediocrium. At ſi dominent 2. ſignificant occaſionem ex cupiditate diuitiarū, uel ex cauſa auxiliatorū, uel comedendorū & bibendorū, in quibus caueas tibi quantū poteris. Procura in die aſcendens de ſignis diurnis, in nocte de nocturnis, & ꝙ ſit de ſignis directè aſcendentib. & nō de tortuoſis, & ſi fieri poteſt ut Luminaria ſint in ſimilibus,

bus signis,& sint domini horum prędictorum locorum,sicut prædiximus, potentes. Potentia diuiditur in duas partes,altera naturalis,altera accidentalis. Naturalis est si sit planeta apparens extra radios & orientalis,& in domo sua uel exaltatiõe & termino & triplicitate,uel facie sua, & si sit septẽtrionalis in motu latitudinis,& directs uel dirigens se. Accidẽtalis est si sit planeta fortunatus à fortuna stabili & firma per cõiunctionem uel per trinum, aut per quartã uel per oppositionẽ, aut per sextilem aspectũ, & si sit saluus & liber ab infortunijs & eorum omnibus aspectibus. Quædam pars sapientum dixit quòd ad fortunandũ finem rei sunt inspiciendæ quinque res: prima est dominus quartæ domus, secunda dominus domus Lunæ, tertia postremus planeta ad quem uadit Luna in signo in quo est, quarta dominus domus partis fortunæ, quinta signum quartum in quo est Luna. Alij dicunt quòd similiter inspiciũt ad dominum quarti signi à loco in quo est pars fortunæ. Messahala & socij eius dicunt quòd Luna in ascendente est mala & abhorrenda,quod & Alkindus probat, & addunt causam q̃ sit frigida & humida,licet sit fortuna,& ascendens calidum & non conueniens: sed Albumasar non abhorret Lunam in ascendente, & uidetur adhærere dicto Ptolemęi dicentis quod sit calida & humida,propter quam causam eam nõ tenet contrariã ascendẽti. Ego autem dico quòd est ibi mala & abhorrenda,nec concordo cum dicto Albumasar: quoniam & ipse sibi dissentit in suis met dictis. Nam cùm loquitur de athazir & hylech & facultate abscisſorum, dicit quòd abscindit Luna in ascendente & tollit uitam: & ibi non abhorret eam:unde discordantia est in sensu,& damnum & debilitas in ratione. Insuper etiam mala est in itineribus, quia est paucorũ itinerũ,quamtus sint eius significationes in alijs principijs: quare debes eam ponere in loco sibi conuenienti, ut quæ fortunat ascendens per aspectum. Illi qui abhorrẽt Solem in ascendente uel in domo rei, dicũt quòd Sol in cõiunctione & oppositiõe infortuniũ est,nec in hoc omnes concordant. Nota quòd res ex qua multũ crescit fortuna initiorum, & melior fit gradꝰ accessu & magna fortuna, quæ similiter inuenit in natiuitate & omnibus electionib. est locus cõiunctiõis (in hora cõiunctionis si initiũ fuerit cõiunctionale) uel locus oppositionis,(in hora oppõis si initiũ fuerit oppositionale) si fuerit liber ab infortunijs & damnis & fortunatus, & similiter dominus signi coniunctionis, uel dominus signi oppositionis. Nota etiam q̃ signum oppositionis est signum Luminaris quod inuenitur super terram. Et si fuerit unum Luminare in angulo oriẽtis & aliud in angulo occidẽtis, locus erit illius qui fuerit in oriente. Quando Luna separat̃ à cõiunctione uel oppositione, & uadit ad infortuniũ, caue tibi in omnibus inceptionibus: quia omnia initia quæ fiunt hoc tempore mala sunt & abhorrenda, propterea quod locus coniunctionis uel oppositionis si fuerit infortunatus, significat quòd initium rei erit malum. Quando Luna separatur à coniunctione Solis uel oppositione,& uadit ad infortuniũ, significat quòd finis illius initꝫ erit malus et abhorrendus. Postmodum si quando locus coniunctionis uel oppositionis fuerit bonus & fortunatus, & separans se Luna ab eo applicet infortunijs, significat quòd initium illius rei erit bonum,& finis illius malus. Etiam si quando locus coniunctionis & oppositionis fuerit infortunatus,& Luna separãdo se inde applicuerit fortunis,significat q̃ initium illius rei erit malũ & finis bonus. Præterea si quando locus cõiunctionis uel præuentionis fuerit fortunatus, & Luna separando se applicuerit fortunę,significat q̃ principiũ & finis,ambo scilicet erunt fortunati. At si quando in loco coniunctionis uel præuentionis fuerit infortunium,& Luna separãdo se inde applicuerit infortunio, significat q̃ principium & finis rei erũt mali & abhorrendi. Item si quando coniũctio aut præuẽtio uel dominus eius fuerit in succedenti,significat q̃ bonum & auctarium quod apparebit in re illa,erunt in fine & cõplemento suo. Ad hæc si fuerit coniunctio aut oppositio cadens ab angulo ascendentis,hoc est, de ascẽdente principij illius rei uel electionis aut natiuitatis, significat q̃ res malè affecta erit & nullum bonũ habebit: & hoc est dictũ Alkindi, quod & ego confirmo. In summa stude in omnibus principijs meliorem efficere locum coniunctionis aut præuentionis qui ante principium est,& similiter dominum domus illius coniunctionis uel præuentionis. Scias q̃ dominus domus coniunctionis aut præuẽtionis est propior quàm dominus quartarum anni,& dominus quartæ anni est propior domino anni: quæ omnia si meliora reddere

poſſes, erit melius & firmius. Albumaſar dixit, ꝙ ſi qñ fuerit dñs electionis dñs ſigni Luminariũ in reuolutione anni mũdi, uel dominus ipſius anni aut dominus aſcendẽtis eius, & fuerit fortunatus in reuolutione & electione, ſignificat altitudinem & nobilitatem in re illa incepta, et in omnibus ſuis factis. Etiam dixit quòd ſi quãdo dominus aſcendentis anni mundi nullum habuerit teſtimonium in principijs uel in loco Luminarium, nec in medio cœli, res illa uilis erit & ſpreta. Atabari dixit: Si quando locus coniunctionis uel præuentionis & eorum domini fuerint in bonis terminis & in bonis locis, res illa erit firma & durabilis: ſimiliter ille qui tunc naſcetur, & qui in tali conſtellatione intrauerit aliquam dignitatem hora inceptionis, uel ſi ſit hoc ſecundũ aſcendens natiuitatis illius hominis. Alkindus dicit: Si quãdo dominus domus cõiunctionis uel præuentionis, quæ fuit ante illud principium, oriẽtalis fuerit hora principij, & fuerit in ſuamet domo, uel aſpiciat ſuam de tertia uel ſextili, meliorem ſtatum ſignificat et bonam fortunam in re illa, ſed ſi non aſpexerit nullum bonum ſignificat. Studeas etiam meliora reddere principia à dominis triplicitatis Lunæ in hora coniunctionis uel præuentionis, quia in natiuitatibus & principijs potentiam habent: quoniam ſi fuerint recepti & fortunati hora principij, bonum ſignificant: ſed ſi hora initij fuerit in diuerſo ſtatu, malum ſignificat. Promouet in bono & bona fortuna aſcendens ſi ſit electionis ſignum, in quo fuerat fortuna in anni reuolutione, & ſi ſint fortunæ in angulis, & maximè in aſcendente uel medio cœli, aut in ſuccedentibus & in loco rei. Alazmin dixit: Si quando Luminaria ſe aſpiciant bono aſpectu, ſignificãt bonum & meliorem ſucceſſum in omni re incepta, & maximè ſi quando fuerit Luna in initio ſui gaudij, hoc eſt, ſi ſit in ſigno in ꝙ fuerat Caput. Meſſahala dicit: Planetæ corroborant & firmant ſe quum ſunt occidentales à Luna, ſicut ſtabiliũt ſe quum ſunt orientales à Sole: dominium enim Lunæ ſic eſt de nocte, quemadmodum dominiũ Solis de die. Atabary dicit: Si quando in inceptionibus & electionibus non poteris melius efficere aſcẽdens & Lunã uel ambos, et ſi electio fuerit de die melius fac primò aſcendens, maximè ſi Luna fuerit ſub terra, nec cures de ea: ſed ſi electio fuerit de nocte, meliorẽ redde primò Lunam, maximè ſi fuerit ſup terrã, nec cures de alio: & ſi ſpaciũ habueris in electiõe ſtude meliores reddere ambos ſcilicet aſcendẽs & Lunam omnibus modis. Si quando Luna fuerit de die ſub terra & de nocte ſuper terrã, creſcit potentia & bonum aſcendentis. Etiam ſi quãdo feſtinatam electionem habueris, nec ſpacium habueris meliorem efficiendi Lunam, pone Iouem aut Venerem in aſcendẽte uel medio cœli: quia in re faciunt magnum ſucceſſum. Cui rei occurrentes ſapientes antiqui dicunt, quòd hoc ultimum concedi poteſt in rebus quæ non ſunt durabiles, neque longo tẽpore manere debẽt: quoniam in rebus quas durare uolunt & longo tempore manere, ſicut coniugium uel ædificiũ eſt & his ſimilia, neceſſe ſit meliorem efficere Lunam: quæ ſi fortè malefica fuerit, procura eam ponere in loco cadenti ab angulo & ſuccedenti: & ſi hoc non poteris, deduc ſaltem eam ab angulis, & ſpecialiter & omnino effice ne Luna aſpiciat aſcendens nec dominum eius, nec dominũ domus rei nec eius dominum, nec planetam ſignificãtem rem illam ex natura et proprietate ſua. Et ſi eam nequeas abducere ab omnibus iſtis locis, retrahe eam ab omnibus ijs quæ poteris. Alazmin dicit: Melius eſt meliores efficere ſignificatores quàm meliorẽ Lunam in ſuo capite. Atabari dicit: Melius eſt meliorem reddere dominum domus quàm Lunam uel aſcendens uel alium locum: quod ego non concedo, nec cõceſſit Alambrim qui fuit ante me: & ſine aliqua dubitatione plus eſt cuſtodire ſpiritum & corpus quàm perficere rẽ, quia res conſequitur uitam. Si quando Luna fuerit in tardo motu & ſimili motui Saturni, hoc eſt, ſi qñ in una die & nocte mouetur minus duodecim gradibus, ſignificat tarditatem & inuolutionẽ & impedimentũ in rebus. Alhayat dicit: Si quando feſtinatam electionem habueris, & Luna fuerit ad planetam infortunatum, pone illud infortunium dominũ aſcendẽtis: ſed ſi fuerit clara & in bono ſtatu, erit melius: & ſi in eam de aſcendente receperit, ſimiliter erit melius. Caue tibi ne ſignificatores ſint applicãtes infortunijs de oppoſitione uel quarta: ſed ſi applicatio fuerit de tertio uel ſextili, non eſt malum, maximè ſi fuerit cum receptiõe. Meſſahala dicit quòd aſpectus infortuniorũ de tertio uel ſextili ſunt boni & fortunati, cum quo nõ concordo; imò dico quòd tales aſpectus non fortunant nec infortunant, nec prohibent malũ

& damnum suum. Etiam utile est tibi si caueas à coniunctione Solis, quia multū mala est & damnabilis. Neq; etiā cōcordo cū illis qui dicunt quòd tasim est bonus: imò dico q̄ est peior & maioris damni. Caue tibi similiter de quarta & eius oppositione, nam si fuerit ibi receptio, erit minoris mali & damni. Caue etiam tibi ne sit ascendens signū in quo fuerat infortunatū, aut in quo fuerat infortunatum in reuolutione anni. Similiter abhorret si anguli sint cadentes: uerbi gratia, si signum 10. ab ascendente ueniat per computationem in undecimā per æquationem domorum, & has tales nominat retrogradus: tamen si remotæ fuerint eundo ad anteriora, est bonū cōpletum, ut quum decima domus per computationem uenit in undecimam per æquationē domorum: hoc̄q; nominat auasamentum. Caue etiam tibi ne sit dominus ascendentis, aut planeta cui iungitur Luna, occidentalis occidendo post Solem: quia talis planeta aßi milatur semifesso. Hermes dicit de signo lōgitudinum, quòd ascendens et medium cœli & qui in eis uersanē, similes sunt iuueni, septimum est simile antecedenti senem, & quartum est simile seni. Etiā dicit tibi q̄ planeta dat, & id quod crescit in illo dono similiter tuetur. Abhorrendus est Sol in ascendente, nisi sit in Leone uel in Ariete: & in ascēdente cum Satur. infortunat res, nec permittit eas compleri nisi cum magna molestia & labore, & in itinerib. maris: & certè sunt abhorrendi in ascendente. Saturnus cum Luna in ascendente, significat cogitatus, infirmitatem magnam, mortem et damnum proueniēs ex parte regis, & perditionem substantiæ & destructionem consanguineorum & societatis, etiā significat iter non longum. Si Iuppiter fuerit in ascendēte cum Sole, significat tristitias, cogitatus, modicum boni, & permutationem de uno loco in alium: sed si fuerit in ascendente cū Luna, significat multas aquas, iuuenes, cōcubinas, coniugium, & honorem. Si Mars fuerit in ascendente cum Sole, significat tristitiam & anxietatem, dolores ex parte inimicorum & paucam perfectionem ex parte amicorum, perditionem, & mortem subitaneam per ferrū uel ignem: sed si fuerit in ascendente cum Luna, significat contrarietatem consanguineorum, quia significat uictoriā & potentiam per fraudem & proditionem. Quando Venus est in ascendente cum Sole, significat pigritiam, lassitudinem, spes & petitiones uanas, accusationes amicorum & consanguineorum, etiam significat res fœdas in rebus & causa mulierum: sed si fuerit in ascendente cū Luna, significat sanitatem corporis, felicē successum, & utilitatem ex parte mulierum, nisi q̄ in hoc erunt turpia & suspecta facta. Si Mercurius fuerit in ascendente cum Sole, tristitias & dolores significat: sed si fuerit in ascendente cum Luna, significat multa opera in bono, præterquam q̄ significat diffidentiam inter consanguineos & amicos. Si Luna fuerit in ascendente cum Sole, significat grauitates, diffidentias, exponere ac destruere, & dolorem in oculis. Caueas si sapis à signis mobilibus in omni re quam uis firmam & durabilē: similiter caueas à signis fixis in rebus quas uis esse momentaneas, & quas uis citò transire. Similiter caueas à signis directarum ascensionum in rebus, quas non uis esse durabiles, sed q̄ citò transeant. Similiter caueas à signis tortuosis in rebus quas uis directè & æqualiter prouenire, quia hæc signa sunt dura in omnibus factis & omnibus quæstionibus.

De signis & eorum significationibus. Cap. III.

DOcuimus in præcedēti capite electiones faciendas in initijs agendorum, nunc de signis subiungimus nō minori perspicacitate et diuisione: quæ uaria cùm sint, à mobilibus incipiemus hoc modo. Signa mobilia obiter significant mutationem rerum, & non affirmant nec durant significationes suas per aliquam conditionem: bona sunt ad seminandum, emendum, uendendum, & ad faciendum sponsalia. Si quis aliquo morbo corripit in eis aut liberabitur aut morietur citò, nec causæ in eis prolongantur, & qui fugit citò reuertitur, bonum est in eis iter facere, promissio facta in eis non complebit, & somnia & rumores in eis sunt mēdaces. Caue etiam ne plantes in eis aliquam plantam, nec ædifices in aliquo loco, quia malū est: et omne quod in eis inceperis, etiamsi durare uolueris, non erit durabile multum: omne uerò minime durabile quod facere uolueris quaq; die in his fac, quia bonū est. Signorum præterea mobilium leuiora sunt Aries et Cancer, et hæc eadem magis tortuosa et quæ citius permutantur: Libra uero et Capricornus sunt magis firma et stabilia et magis tēperata. Signa fixa sunt conuenientia et bona rebus omnibus quas durare uolumus, et longo tempore manere:

ideoq;

ideoq; bonum eſt in eis ædificare, matrimonium confirmare poſt ſpōſalia facta in mobilibus: ſi aliqua mulier in eis dimiſſa fuerit à ſuo marito, nunquam reuertetur ad eum: nec itinera in eis nec lites nec principia poſſunt eſſe bona, niſi habuerint multa teſtimonia fortunarum; ſi quis captus fuerit in eis, prolongabitur eius carcer: qui in eis incurrit odiū alicuius, non reconciliabit amorem ipſius: & pacta quæ fient in eis bona erunt, fundamenta & ædificia in eis ſunt bona. Scorpio eſt leuior ſignorum fixorum, Leo magis eſt fixus, Aquarius eſt deterior, & Taurus magis temperatus. Signa communia ſunt bona ad participationem & amicitias & fraternitates, & res quę fiunt in eis multotiens reuertuntur: quare emptiones & coniugia quæ fiunt in eis non multū durant, ſed accidit illis deceptio: qui fuerit in eis accuſatus de aliqua re, quæ per ſuſpitionem ei imponitur, liberabitur de ea: ille qui captus fuerit in eis, non durabit in carceribus. niſi propriè in Piſcibus, quia eſt modicę authoritatis: qui extractus fuerit in eis de carceribus, iterū reducetur ad carceres: ſi capiatur aliqua res fugitiua in eis, iterum fugiet: ille qui in eis ſe coram aduocato uel iudice prę ſentabit, rationem uel firmum iudicium non habebit: non intres nauim in eis, quoniam ſi intraueris de illa re mutabis in aliam: ei cui promittit aliquid in eis, non complebitur illa promiſſio: recipe dona in ipſis, & præbe ea: ſi quis morbo corripiat in eis, ſanabitur, & patietur poſtmodum recidiuam: quicquid acciderit homini in eis ſiue bonum ſiue malum, res illa ei iterum reuertetur: ſi quis moriatur in eis, alius de eodem loco ad paucos dies morietur poſt eū: ſe in eis permutare de uno loco in aliū eſt bonum, in eis bonum eſt abluere caput, purificare aurum & argētum, tradere pueros pædagogis & aliis artium magiſtris in eis eſt bonum & capitale. Vnde ſi quando uolueris incipere aliquam rem de rebus iam tibi prædictis, pone Lunam in aſcendente in ſignis cōuenientibus illi rei quam petis, & fac Lunam applicare fortunis cū receptione in illis ſignis: (Nota tamē quod ſigna diurna meliora ſunt in factis diei, & nocturna in factis noctis) poſtea pone Lunam & aſcendens in eis. Signa uolatilia bona ſunt pro illis qui uenantur per terrā & mare. Signa regalia ſunt bona pro regibus. Signa uociferantia ſunt bona pro buccinatoribus & cantatoribus & ſonatoribus inſtrumentorum. Signa ignea bona ſunt & cōueniūt ueritatib. iuribus & iuſticijs. Signa diuerſa, ut ſunt ea in quib. incipit diuerſificari nox à die, ſunt bona in rebus quæ permutantur de una domo in aliam. Poſtmodum inſpice cuius naturæ ſit res illa quam incipere uis, & quod ſignorū cœli conueniat illi naturę, & fac applicare Lunam & dīm aſcendentis illi naturæ, & meliorē effice naturam illam & fortifica eam quāmaximè potes in hora inceptionis. Vt ſi quando uolueris aliquam rem à rege uel potente, uel dño ciuitati, uel ab homine potēte & ſimilibus, quibus gentes reuerentiā exhibent, adhęre Soli: ſed ſi eam uolueris ab aliquo nobili, adhære Ioui: ſi uerò eam uolueris à laboratoribus uel hominibus uilibus, adhære Saturno: quemadmodū ſi eam uoles à iudicibus ſeu militibus uel hominibus armorū, adhære Martī: & ſi eam uoles à mulieribus, aut ad uendendū aut emendū, uel ad cauſas agēdas, adhærebis Veneri: et ſi eā uolueris à ſcriptoribus & mercatoribus, adhærebis Mercurio: & ſi eam uolueris à mulieribus quæ habeant dominium, adhæreas Lunæ.

De impedimentis Lunæ.

NEc inutile erit, puto, addere impedimēta Lunæ, & breuiter percurrere quibus in ſtatibus maximè ſint uitāda, & quomodo ſine nocumentis uel minimis, ſi nō omnibus, effugiant. Si quando ergo uoles aliquod opus incipere, melius redde aſcendens & eius dominum, & Lunam & dominū domus eius, cauendo & fugiēdo à malis ſtatibus Lunæ, ſicut dixit Dorothius & alij ſapiētes, in omnibus inceptionibus & in omnibus factis. Sūt aūt decē mali ſtatus. Primus eſt, quādo combuſta uerſatur ante Solem per 12. gradus, & totidē poſt: poſt Solem tñ eſt minoris malt. Secundus quando eſt in gradu ſui caſus. Tertius quādo eſt in oppoſitione Solis. Quartus quando eſt iuncta infortunijs corporaliter, uel de quarta uel oppoſitiōe. Quintus eſt quādo cum Capite uel Cauda eſt infra 12. gradus, q eſt terminus eclipſis. Sextus quando eſt in ultimis gradibus ſignorum, qui ſunt termini infortuniorū. Septimus quando eſt cadens ab angulis, uel qñ eſt uia combuſta: (ut eſt finis Libræ & initiū Scorpionis) & hoc deterius eſt ex oīmbus infortunijs Lunæ, maximè in coniugijs & omnibus cauſis mulierum, & in emendo & uendendo, & in itineribus. Octauus quādo duodenaria Lunæ eſt cū infortunijs, uel

quando est contraria domui suæ,uel si non aspiciat domum suam aliquo aspectu.Nonus quando est tardi motus,quē nominant sapientes motum Saturni, quādo uidelicet mouetur in una die & nocte 12.gradib. uel minus.Decimus est id quod dixit Messaha la & alij post eum, quando uidelicet uacua est cursu.Stude itaq; quantum potes meliorem & mitiorem Lunam reddere,nec unquam ponas eam in ascendente, quia mala est ibi,& significat dolores & occasiones in corpore,nisi Luna fuerit ualdè fortunata à fortuna firma et libera ab infortunijs et remota:sic enim non est mala in ascendente in emendo & uendendo.Pone autē Lunam & dominum ascendentis aspicientem ascendens,quia quando planeta non aspicit domum suam,est sicut homo situs in loco,ubi non potest facere utilitatem suam, nec damnum remouere à se:nam si planeta aspiciat domum suam, est sicut homo existens in domo sua & custodiens eam,et qui sunt in domo timēt eum, & qui sunt extrà similiter timorem habent ingrediēdi eam. Sed si dominus ascendentis fuerit infortunium,pone eum aspicientem ascendens de tertio uel sextili: & caue ne ponas dominū ascendentis,nec dominum domus Lunæ, si infortunia fuerint,aspicientes Lunā ab angulo,nec eos similiter ponas in aliquo angulorum quamuis non aspiciant eam.Nec etiam ponas partem fortunæ cadentem in aliquo initio uel facto,non remotam ab aspectibus nec à coniunctione Lunæ, nulla prorsus adhibita cura de domino partis, nec de eius aspectibus ad Lunam. In summa stude ponere dominum ascendentis cū parte,quia est magna restitutio in rebus & earum utilitatem multiplicat. Nūquam etiam ponas Lunam in secunda domo, sexta uel octaua uel duodecima à parte,qa ista constellatio est abhorrenda. Præterea semper in omni principio pone ascendens in signo directę ascensionis,quia signa directarum ascensionum salutem in rebus significant in ascendente,& quarta domus ab ascendente & eius dominus finem illius rei inceptę significant. Postea considera fortunas & infortunia,& quomodo stent in potentia & debilitate. Dorothius dicit: Si qñ uideris Lunam maleficam, & habueris aliquam rem festinantem, quam remorari nō poteris,ne des Lunæ aliquam partem in ascendente,sed fac eam cadere ab eo & angulis suis,& pone in ascendente fortunam,& fortifica ascendens & eius dominum quātum potes. Nec obliuiscaris domini horæ in aliqua electione,quia in electionibus manifestam potentiā & significationē habet.

De prima domo & eius electionibus. Cap. IIII.

IMpedimentis Lunæ absolutis,sequuntur domus dicendæ suo ordine & suis sublequētibus capitulis suæ domui correspondentibus. Ponitur autem domorum singularum contentum in principio, quod post diuisim suis capitibus explicat: quod dicendum uisum est, antequam ad earum declarationē ueniatur. Sic enim & dubium omne tollitur,& ordo interpositorū capitum intelligitur. Electionis primæ domus sunt intrare balneum, tondere capillos,minuere sanguinem,ponere uentosas seu cucurbitulas,et incidere ungulas.

De ingressu balnei. Cap. V.

SAnitatem præcipuū hominibus thesaurum nemo negat. Hanc ergo integram ut conseruarent antiqui sapientes,nō modò naturalia perferutati sunt,sed & externa & quæ præter naturam medici uocant:quorum unum est balneum. Quod commodè nostris corporib. quomodo adaptet,solicitè quæsiuit maior pars sapientum astrologorum cùm dicit: Electio balnei est si Luna sit in una domorum Martis, Luna non applicante Saturno nec Veneri. Et si nō fuerit in domibus Martis,sit saltem in domibus Iouis,uel in domo Solis,uel in suamet domo, modò non sit in aliqua domorum Veneris nec Mercurij. Ego uerò dico q̄ omnium melior electio ingressꝰ balnei est,si sit Luna in signis aqueis maximè si fuerit in Cancro & applicet Ioui,uel in Scorpione & applicet Veneri: & qui diu morari uelit in balneo, ponat eam in Cancro applicantē Ioui de tertio uel sextili,aut Veneri: quia applicatio ad Venerē significat formositatē ei qui intrat balneū, & uenustatem siue augmentū bonæ habitudinis: ei uerò q ex ipso citò exire uoluerit, pone Lunam in signis mobilibus. Nec uelis intrare balneū Luna existente in signis calidis & siccis,nisi hoc feceris ut libereris ab humiditatibus & paralysi: sic enim expedit si sit applicās Soli aut Marti de tertio uel sextili. Sed si uolueris balneum ad abluendum corpus tantum & ad delectationē, accipe signa istis contraria, & planetas his cōtrarios. Etiam si qñ uolueris facere balneū ad inungendū corpus tuū cū aliquibus rebus odoriferis, est bona electio si sit Luna

sub

ſub radijs ſeparās ſe à Sole, & applicans alí cui fortunæ. Etiam ſi fuerit in aliqua domorum Iouis, aut Martis, aut Solis, uel in ſuamet domo, bonum erit.

De tondendis capillis. Cap. VI.

CVrioſitatem antiquorū quis ſatis mirabitur, cùm nec tonſionē ſine excuſſione præterierint? Omniū tondendi crines (dixerūt) optima eſt electio, ſi Luna ſit in Libra aut in Sagittario aut in Aquario aut Piſcibus, & applicans Ioui uel Veneri: Venus tamē in hac re eſt cōmodior, quia ſignificat maiorē perfectionem comptionis, & creſcit tardius. At ſi applicuerit Marti uel Saturno, nō eſt bonum. Caue etiā ne applices ferrū capiti tuo quū Mars eſt in aſcendente & Luna ſimiliter, nec ſi applicuerit Saturno uel Marti, & maxime ab angulis: qa talis applicatio ad Saturnū, ſignificat quòd dum creſcēt illi capilli, ſemper habebit aliquas cogitationes & triſtitias: & ad Martem ſignificat aliquā occaſionem ferri, uel errorem in tondente.

De phlebotomia & ſcarificatione. Cap VII.

PAbulum uitæ & alimentū ſanguinem, quis non carens ratione libenter effluere ſinet, aut nō fluentē præter rationem euacuabit? Cum ergo uenam uis tundere, aut cucurbitulas cùm leues tum cum ſcarificatione affigere, aſpice ſi ſit aſcendens & Luna in ſignis aëreis uel igneis, & ambo fortunati & recepti exiſtentes in ſuis luminibus, & domini eorū ſimiliter: quoniam hęc omnium optima eſt occaſio. Caue etiā enixiſſimè ne ponas uel tangas membrum ferro, Luna exiſtente in ſigno membrum illud ſignificāte, nec ſi dominus aſcendētis fuerit in tali ſigno. Si cōplexio illius, cuius uis plenitudinē minuere, declinans fuerit ad ſanguineitatē, ſigna terrea ei ſunt commodiora: & ſi fuerit choleri cus, aquea ei ſunt meliora: ſi fuerit flegmaticus, ignea: ſi melancholicus, aërea. Caue etiam ne dominus octauæ domus cōmiſcea tur cum Luna, uel cum domino aſcendētis, nec cum aliquo dominorū ſuorū, nec ſit in aliquo angulorum. Etiam procura ut dñs medij cœli ſit fortuna, uel aſpiciat Lunam uel dominum aſcendētis. Caue inſuper ne ſit Luna in quarta domo, nec dominus aſcēdentis. Generalibus his præmiſſis regulis commodè ſubiungitur differentia inter cucurbitulā ſeu uētoſam, & diminutionē ſanguinis per uenam, quæ talis eſt. Si quando uolueris extrahere ſanguinem cucurbitula adhibita, bonū eſt ſi ſit poſt oppoſitionē in ultimo mēſis: ſed ſi uolueris tundere uenā, melius eſt ſi ſit in primo medio menſis, aſpiciendo ſemper in ambobus etiam conſtellationes & fortunas modò dictas. Aſſero ītea, non debere diminui, ſi Luna ſit in ſignis cōmunibus, quia chirurgus uteī pluribus una percuſſione, uel neceſſe erit repetere eandē breui tempore poſt. Similiter non eſt bona diminutio, Luna eunte ad Martem ex oppoſitione uel ex aliqua quadratura, quarū oppoſitio deterior eſt, qa ſignificat ꝙ uena truncabiī, uel ꝙ plus ſanguis exiet quàm debeat, uel ꝙ eum reſtringere nō poterūt: applicatiōes tamē de ☽. uel ☿ extili nō ſunt malæ. Applicatio Lunæ ad Satur. per corpus aut de quarta uel oppoſitiōe, ſimiliter eſt abhorrēda, qa ſignificat ꝙ nō facilè exibit ſanguis, uel ꝙ congelabiī uel attraheī uena, uel tunſor habebit malitiā & malos cogitatus. Apperi uenam uel adhibe cucurbitulas, quum Luna eſt in Ariete uel Libra applicās Veneri aut Ioui uel ambobus: ſignificat eñ tum ꝙ ille qui patiī minutionem, nō habebit timorē nec cogitatū de ea minutione, & ſentiet ſe leuē ex ea qa erit ei utilis, & ſupplebiī quod ei ablatū eſt de ſanguine longo tēpore duraturū, nec faciet ei malum ꝙ poſt minutionē ſuppletio tardet: nam exibit de eius corpore malus ſanguis & recuperabiī bonus. Si qñ Luna applicuerit ad Martē uel ad dñm aſcendentis, ſignificat ꝙ poſt minutionē illā mouebiī cholera: & ſi applicuerit ad Satur. mouebiī melancholia: & ſi Luna fuerit curſu uacua, mouebitur flegma. Etiā uide in minutione per uenam, ne ſit Luna in aſcendente & aſcendens ſint Gemini: & in minutione cū uentoſa, ne ſit in aſcēdēte & aſcendēs ſit Taurus.

De abſcindendis unguibus. Cap. VIIII.

NEc unguiū ſuperflua ſunt temerè abſcīdenda & ſine aſpectu aſtrorū, ſi uelis eas regenerari, & ſine nocumēto abſciſſionem terre. Cōmodè aūt abſcinduntī ſi Luna ſit aucta lumine & numero & recepta, & non ſit in Geminis neq; in Piſcibus, nec aliq̄d iſtorū ſignorū ſit aſcendēs: etiā remoue Lunam & dñm aſcendentis ab aſpectib. dñorum ſignorū iſtorū, (ſunt autem Iup. & Merc.) qa illi ſunt deteriores omniū ad incidendū ungues, & ſignificāt ꝙ dum ungues renaſcunt, ille q̄ facit eas incidi, erit in cogitationibus & triſtitijs. Ponas autē Lunam in una domorum Veneris uel Martis, uel in Cancro aut Leone, quia ſunt conuenien-

tia pro incisione unguium.

De domo secunda & eius electionibus.
Cap. IX.

PRimam domum sequitur secunda, cuius electiones sunt deponere substantiam, petere substantiã & debita, emere ac uendere, uendere prouentus, dare summam totius, accipere summam totius, migrare de una domo in aliã, operari Alki seu Alkimia. In summa scito quòd omnes casus substantiarum generaliter, & quidquid facultatum, mercium, emptionũ & uenditionum est, refertur ad domum secundam & eius dominum, ac Iouẽ & partem fortunæ: quia horum est magna & euidens in hac domo significatio. Animaduerte ibi diligenter ꝙ ea quæ quis sibi reseruat & separatim seponit, uolunt habere ascẽdens et alios angulos signa fixa, & ꝙ non sint de angulis remotis, sicut prædiximus, sed sit recta figura quælibet dom⁹ & eius signum: in rebus uerò quas homo uult & emere & uendere, & ut merces uenditioni exponere, inspice cõtrarium huius meliores reddendo radices & electionem, & fortunando eas cum Ioue quemadmodum diximus.

De administratione & custodia facultatum, & petitione ac exactione debitorum. Cap. X.

FAcultates & prædia si diligenter gubernari uelis, fortuna primũ domũ secundam & eius dominum, & Lunam & eius dominum, adhibẽdo locum & partem fortunæ & partem substantiæ: & remoue Martem ab his omnibus, ponendo eum in locis quę sunt cadẽtia ab istis significatoribus substantiæ, ut diximus: qa damnũ Martis in causis substantiæ est ualdè magnum, similiter & damnũ Caudæ: dãnum uerò Saturni in substantia minus est. Pone etiam significatores in signis quæ accipiũt & dãt, quia bona sunt in hac domo. Porrò si gubernare uelis res cõmestibiles, pone & Lunam in ascendente & in signis multæ cõmestionis, ut sunt Aries, Taurus, Leo, & ultima medietas Sagittarij & Capricorni & Pisces, nec sit Luna neq; ascendens in locis Saturni.

De emptione & uenditione. Cap. XI.

IN emptionibus & uenditionibus scito ꝙ ascendens & eius dominus, & planeta ad quem applicat Luna, sunt significatores emptoris: septima & eius dñs, & planeta à quo separat̃ Luna, sunt significatores uẽditoris: decima & eius dominus sunt significatores precij: quarta & eius dominus sunt significatores rei quę uendit̃, etiã Luna est significatrix precij: unde si quẽ istorũ meliorem effeceris in uenditione & emptione, melior etiã illa inueniet̃: et si quẽ damno affeceris, dãnum sentiet res illa. Ergo si uolueris emere aliquã rem, apta partẽ fortunæ & pone eã in domo Iouis, & applica fortunis: quia ita melius eueniet, ꝙ ementę & pro uendente. Sed si Luna fuerit in signis directæ ascensionis & aucta lumine et numero, & applicans fortunis: in re quæ emitur illa hora perdet rei dominus, & melius erit pro uenditore & pro emente. Etiã est necesse ut sit Mars cadẽs à Mercurio & à loco Lunæ: quia Mars in emptionibus & uenditionibus & in debitis, significat ꝙ ibi erit timor & rixa & placita, similiter facit Cauda: unde necesse est ut eã remoueas à Luna, tametsi multò minus mali inferat ibi & Mars. Etiam si uolueris uẽdere, pone Lunã in exaltatione uel triplicitate sua separãtem se à fortunis, & aspicientẽ infortunia, non tñ applicãtem eis. Nusil dicit: Si qñ uolueris emere aliquã rẽ, pone partem fortunæ in una domorum Iouis applicantẽ: quia emptor habebit in hoc bonũ. Sed si qñ uolueris uendere, pone Lunã in exaltatione uel triplicitate sua, et cadentem infortunijs & non aspicientem ea, & remotã à fortunis, qa hoc modo complebitur uẽditio ad uoluntatem tuã. Item si qñ uolueris aliquã rem emere in bono foro, eme eã quã Luna est in secunda quadratura Solis, et signo diminuto, & ipsa sit lumine diminuta & numero, & coniuncta Merc. & ambo liberi ab infortunijs: & si cõiuncta nõ fuerit Mercurio, sit saltem Mercurius liber ab infortunijs. Si quando Luna fuerit in prima quarta Solis, res quæ ementur in illo tempore, erũt emptæ iusto precio & eo ꝙ ualent, et omne pactum quod contrahit̃ in ea Luna, erit secundum ueritatem & iustitiam: & si Iup. aspexerit Lunã, existẽte Luna in iã dicto loco, habebit bonã fortunã in rebus quæ uendunt̃. Sed si Luna transiuerit hanc quartã, & eundo uenerit ad oppositum, tũc est melior pro uenditore, & pro eo q petit placitũ siue causam, eo incipiẽte petitionem. At si Luna separãs ab oppositione uadit ad quartam secundam Solis, est pro emptore melior. Etiam si Luna separãs ab hac quarta uadit ad coniunctionem, est bona pro uolentate eme-

ti emere aliquam rem abſconditam uel cx/latam,quam non uult ab aliquo ſciri, maxi/mè ſi fuerit à fortuna proſpecta. Item ſi q̃n Luna fuerit in duabus quartis occidentali/bus,ut eſt à decima ad ſeptimam,& à quar/ta domo ad aſcendens, & dominus aſcen/dentis fuerit diminutus in ſuo motu,& do/minus medij cœli liber ab infortunijs, om/nium commodiſſimum denotat pro emen/te rem æquo precio. Porrò ſi uolueris mitte/re theſaurum ad lucrum,apta Lunã & Mer/curium,uel dominum domus ſubſtantiæ,et gradum domus fiduciæ,& aſpice in quo lo/co ſit dominus unius eorum, & da Mercu/rio partem in eo,& ipſum fortifica: da etiã Lunæ aliquam commixtionem cum aliqua fortunarũ,& quantũ poteris remoue Mar/tem ab eis: ſit præterea Mercurius directus, & in domo uel exaltatione aut gaudio ſuo euaſus ſub radijs Solis, nec habẽs aliquam commixtionem cum Marte neq; Saturno, nec ſit in caſu ſuo neq; in terminis infortu/niorum,qui ſunt fines ſignorũ. Et ſi nimia celeritas mittendi bona tua aut ſubſtãtiam urgeat & Mercuri⁹ fuerit retrogradus,nec poſſis expectare donec dirigatur, pone eũ ſpecialiter liberum à Marte, & iunge eum corporaliter cum Ioue aut Venere, & eum applica illis: apta etiam Lunam, quia eã ne/gligere nõ potes Mercurio retrogrado exi/ſtẽte,& fac ut dominus termini gradus do/mus fiduciæ, uel dominus domus fiduciæ ſit fortuna aſpiciens Mercurium, & nõ ſit cadens ab eo,neq; fortunæ ſint ab eo caden/tes. Etiam Vuelius & Cadorus dixerunt: Si quando uolueris mittere pecuniam ad lu/crum, dirige & apta Mercurium & gradũ partis fortunæ,& gradum domus fiduciæ, & caue ne Mars habeat aliquam commix/tionem cum eorum aliquo.

De uenditione prouentus. Cap. XII.

NEceſſitas ſæpe impellit laborio/ſos agricolas ad uenditionẽ pro/uentuum nõdum maturorum,q̃ cùm facere uolueris paupertate preſſus, fac id ipſum in quarta ſecunda mẽ/ſis,& Luna ſit creſcẽs in motu & in ſignis creſcentibus et tortuoſis, ſit etiam figura in aliqua duarum quartarum aſcendentium & maſculina, & dominus aſcendentis ſit quoq; in aliquo horum locorum, & mediũ cœli & eius dominus ſalui,& Luna cũ Mer/curio ſalua & leuis motus.

De ſumma totius ſoluendæ. Cap. XIII.

COntractus uariè fiunt: alij eñ præ/ſentem ſolutionem expoſcunt, a/lij tempora ſtatuta concedunt, a/lij ſtatuto tempore ſummã totius exigunt,quod aliqui capitale dicunt. Si er/go ſummam totius ſeu capitale ſine aſtro/rum inſpectiõe facere nolueris, ſcitò quòd aſcendens & eius dominus ſunt ſignifica/tores domini ſubſtantiæ qui dat capitale,et ſeptima & eius dominus ſignificatores ac/cipientis illud,& Luna & Mercurius ſigni/ficatores capitalis. Si ergo fuerit conuenie/tia inter dominum aſcendentis & dominũ ſeptimæ,& fuerit Luna & Mercurius in aſ/cendente uel cum eius domino fortunati, res illa cõplebitur facilè & bene. Sed ſi fue/rit Luna ſub radijs Solis, illud totum malè afficitur,quia Sol cõburit Lunam, quæ eſt ſignificatrix capitalis. Etiam ſi quando Lu/na fuerit in uia cõbuſta,uel fuerit in latitu/dine ad partem meridionalem, uel fuerit in primis gradibus Leonis aut Geminorũ uel Sagittarij, aut aſcendens in iſtis gradibus, non eſt bonum pro datore exponere talẽ quid,ſed pro accipiente. Dicit aliqua pars ſapientum q̃ non eſt bonum dare capitale in hora Saturni, nec in hora Solis: & q̃ Sol ſit ſignificator dantis capitale,& Luna ac/cipientis,quũ Luna ſemper à Sole recipiat.

De acceptione capitalis ſeu ſummæ totius. Cap. XIIII.

HOmines libentius ſemp accipiũt q̃ dent,& patiuntur iſti ſuperiori contrariũ, contrariã quoq; habẽs agendi rationem. Ille qui uult acci/pere capitale,aſpiciat ſi ſit Luna in Leone, Virgine,Scorpione,Sagittario, uel Aqua/rio,& ſi ſit lumine diminuta aſpiciẽs Vene/rem aut Iouem aut Mercurium,& ſi ſit aſcẽ/dens unum ex ſignis prædictis, & ſi ſint do/minus aſcẽdẽtis & dñs ſeptimę liberi ab in/fortunijs, & ſi habeant conuenientiam in/ter ſe. Pars quædã ſapientum abhorret in hoc horam Martis,& horã Solis ſimiliter.

De migratione de una domo in aliam. Cap. XV.

VArij uaria ſemper cùm habeãt ex di/uerſa irradiatione planetarũ tempe/ramẽta; alijq; uel totos dies domi deſideãt, alij non domos tantum ſed & ciuitates &

regiones crebra uagatione ꝓmutent, uolui uel super hac re ſimilē habēte inſpectionē diſſerere, & admonere idem dici de omnibus iter facientibus & ingredientibus locū aliquē. Quibus in permutationibus pone in quarta domo Taurū uel Leonem, quia hoc ſignificat ſplendorem domus & bonitatē loci, & ꝙ ſit à reptilibus innocua: nam ſi fuerit ibi Scorpio, ſignificat ꝙ multa reptilia ibi erunt & uenenoſa, maximè ſi aſpexerit ibi Saturnus uel Mars. Etiam caueas ne ponas infortuniū in quarta, nec ibi aſpiciat inimico aſpectu. Et quamuis in hoc caſu melius ſit ſi Venus inueniatur in quarta, tamen radix electionis de mutando ſe de una domo in aliam, & de una habitatione in aliam, eſt ſi ponas aſcendens & ſeptimā domum libera ab infortunijs, & Lunam ſimiliter, maximè ſi Luna ſit applicans fortunæ, & illa fortuna ſit aſcendens ſeptentrionalis & creſcens, & Luna creſcens in lumine & in numero, & dñs octauæ dom⁹ & dominus ſecūdæ liberi ab infortunijs, & ſi dominus ſecūdæ ſit in aſcendente uel quarta, aut in domo fiducię: quia ſic eſt oīm melius q̄ poſſunt euenire in hac re ex auxilio Dei.

De opere Alkimiæ. Cap. XVI.

SI quando uolueris te dare operi Alkimiæ, uel alicui alio indigenti igne, uel facto quod uolueris multotiēs reiterari, aſpice ſi ſit Luna in ſignis communibus libera ab infortunijs, & aſcendens ſimiliter, & accommoda ſeu adapta diligēter planetas uim habentes in materia prꝫpoſita: ut ſi opus fiat ex auro, adapta Solē quāmaximè potes, & cęteros planetas ſimiliter ſuis metallis: quoniam ita omnium commodiſſimum eſt in hoc negocio.

De tertia domo & eius electionibus. Cap. XVII.

TErtiæ huius domus electiōes ſunt habere amicitiam cū fratribus & conſanguineis, & docere ſcięntias legis. In fratrum amicitia apta domum tertiam & dominum eius aſpiciendo ad radices electionū, & ꝙ ſit dñs huius domus applicans ad dominū aſcendentis de tertio uel ſextili cum receptione, & ꝙ aſpiciat aſcendens bono aſpectu. Etiam eſt bonum ibi ſi ſit dñs aſcendentis in decima uel undecima domo, & Luna aſpiciat eas. Item ſi res fuerit cum fratribus maioribus, bonū eſt aptare Saturnum ibi aſpicientem bono aſpectu et cum receptione: ſed ſi negotium fuerit cum fratribus mediocribus, aſpiciat Mars uice Saturni: at ſi res agenda fuerit cū fratribus minoribus, pone Mercurium uice Saturni: & ſi negotium fuerit cum ſororibus, apta Venerem ſecundum hunc modum prædictum. Iſto quoq; modo collige electionem in amicitijs patrum, faciēdo de quarta domo quod diximus de tertia, & in filiorum amicitia faciendo ſimiliter de undecima domo, quod diximus de tertia.

De initio docendi ſcientias legis. Cap. XVIII.

OMnium prꝫcipuū & hominibus in primis conueniens eſt, diſcere & docere quæ in omni uita degē da utilia ſunt & accōmoda: quod in hoc capite ſubmoneo, & iubeo primùm aptare domum tertiam & eius dominum, Iouē & Luminaria, quæ ſi fuerint in aliqua domorum Iouis, meliorem nobis efficient ſucceſſum. Et ſi uolueris addiſcere ſubtilitates & decreta, apta Mercurium ſimiliter, & pone ſignificatores dictos ita ut unus aſpiciat alterū bono aſpectu, ſimiliter ut unus aſpiciat domum alterius de bonis aſpectibus, & adde plures iſtorum ſi potes facientium ad hoc inſtitutum.

De quarta domo & eius electionibus. Cap. XIX.

QVartę huiuſce domus electiones uerſantur in principio factionis ſeu inceptionis fundamentorū ciuitatum & caſtrorū & domorū, & in extrahendis aquis, & in curſu riuorū, et in fodendis terris, et in emēdis prædijs & eorū cultu. Docet etiam facere molendina, ſeminare & plantare arbores, accipere terras ad pēſionem & domus coopertas ſimiliter, & expellere ſeu eiicere diabolum de domo.

De fundamentis uillarum & domorum et aliorum iaciendis. Cap. XX.

CIrca architecturam ualdè ſolliciti eſſe debent qui pollent ingenio, quoniam ea ualdè uſui eſt regib. & claris hominibus, & diuitibus extruentibus ciuitates cùm nouas tum ruentes, & magnas domos. In quarum ædificatione electionem ſi facere uelis, aſpice primùm in quo loco eam uelint extruere, & conſidera in quoto climate ſit, & qs planeta ſit dñs illi⁹ climatis, & in qua partitione ſigni cadat ille locus, & qs ſit dominus illi⁹ ſigni, & ſi ſit fortuna uel infortuniū, & ſi cum eo habeat aliquem participationem uel non, & quales ſint domini triplicitatis illius

illius ſigni,& quis ſit locus eius partitiõis. Poſtea ſi fortè ſit dominus illius loci Saturnus,non timeas de eo,ſed adpone Iouẽ corporaliter iunctum eis in initio illius operis, uel pone eum in aliquo angulorum ſuorũ: adpone etiam Lunam cum Ioue creſcẽtem in lumine,uel cum Venere uel in medio eorum,ſeparantem ſe à Saturno;fac etiam Saturnum habere firmam partitionem in medio cœli,& in aſcendente in principio fundamenti ciuitatis. Item ſi poteſt,ſit aſcendens una domorum Iouis, ſed ſi nõ poteſt fieri,ſit alius unà cũ aſcendente liber à Marte:ſit etiam Mars cadens & remotus à Luna,& ab aſcendente,& à domino horæ initij,& à domino termini aſcendentis; & q̃ ſit hic dominus termini aſcendentis fortuna & directus in ſuo motu & creſcens. Caueas etiam ne ſit retrogradus,& q̃ ſit dominus aſcendentis in exaltatione ſua uel gaudio præuide,& Sol in ſigno leui & directæ aſcenſionis. Procura etiam ut pars fortunę & eius dominus ſint in domibus fortunæ, & pars aſpiciat Lunam: quia à ſtatu partis & eius domini,& à ſtatu Lunæ & aſpectu eius cum parte, colligetur ciuitatis fertilitas & bonitas domini eius & ſuæ gentis, & diuitiæ & bonum quod habebitur in ea, & lucra & profectus qui aliunde uenient in ciuitatem. Remoue etiam Martem à parte fortunæ,& adapta Saturnum quantum potes:quia ſi quãdo Saturnus fuerit dominus partitionis domus,ſicut diximus, & meliorem reddiderimus eum per cõiunctionem Iouis uel per bonos aſpectus eius, ſicut diximus,ſignificat durabilitatem ciuitatis lõgo tempore,& quòd erit magna gens in ea & multus populus, & quòd habebunt inter ſe pacem & conuenientiam,& quòd nõ depopulabitur. Fertilitas autẽ ciuitatis erit ſecundum potentiam Iouis & Lunæ ac Solis:quia Saturnus non debilitat Iouẽ in hoc loco, ſi Iup. fuerit corroboratus & Luminaria meliora facta,ſed ſignificat q̃ ciuitas durabit,& q̃ hæreditabunt eã ſuæ gentis p̃ ſucceſſionem poſteri. Caue etiam in ædificandis ciuitatibus quãtum potes Martem: quia omnes ſapientes dicũt quòd ſi habuerit aliquam participationem cum domino loci ciuitatis,uel ſi habeat partẽ in dñio loci,uel commixtionẽ cũ Ioue & Luminaribus in hora inceptionis operis ciuitatis,ſignificat q̃ erunt in ciuitate multa impedimẽta,& q̃ ipſa & eius populus ſemper erit circundatus & obſeſſus. Etiam ſi Mars applicuerit ad partem fortunæ & eius dominũ, & fuerit inter eos aliqs aſpectus uel aliqua commixtio,ſignificat caritatẽ annonæ & diminutionem fertilitatis, & q̃ dominus q̃ ibi dominabitur ſemper erit prauus & iniquus ſuæ genti. Bericus & alij ſapientes antiqui cum eo dixerunt,q̃ inuenerunt ciuitatem quandam ceptam extrui in hora in qua Mars fuerat coniunctus Ioui et Veneri corporaliter,omnibus exiſtentibus in ſuccedẽti aſcendentis illius uillæ: unde per hunc locum damnauit Mars regem illius ciuitatis, & fecit eum malum,moleſtum, factorũ malorum,& multarum extorſionum à populo illius ciuitatis. Procura ergo quãtum potes in inceptionibus ciuitatum ponere eũ cadentem,& ſi non potes debilita eum in illo loco,& fortifica Iouem ſuper eũ, & Luminaria ſimiliter & partem fortunæ:quia ſi quãdo debilitatus fuerit in ſuo loco,& Iuppiter fortificatus ſuper eũ, & Luminaria etiam fortificata & pars fortunæ, non patietur ciuitas magnum damnũ. Nihilominus tamen accident in ciuitate rixæ & labores. Etiam ſtudebis quantum potes ut dignitas duodenariæ Lunæ cadat in termino fortunę,aut in bono loco cœli uel iũcta fortunę: quoniam hęc eſt ualdè bona ſignificatio inceptionis ciuitatũ. Alſadal filius Zadel dixit,q̃ omnium melior electio ad incipiendum fundamenta ciuitatum uel alterius operis eſt,ſi ſit Luna ab infortunijs libera,& longè à cõiunctione uel oppoſitione & cõbuſtione & uia combuſta, nec ſit uacua curſu,nec meridionalis deſcendens in latitudine,nec in fine ſigni, nec in primis gradibus alicuius ſigni,nec in caſu ſuo, nec in gradu putido, nec ſit dominus domus ſuæ non aſpiciens eã,nec ſit Luna in ſexta domo,nec in duodecima,nec in aliquo duorũ nodorũ in quibus nulla eſt latitudo: ſed ſit creſcens in lumine & motu,& aſcẽdens ad ſeptentrionem per latitudinem, & q̃ ſit in ſua exaltatione uel in exaltatione Iouis, & ſit Iuppiter aut Venus directus cum ea et in aliquo angulorũ aſcendentis initij,& maximè in aſcẽdente uel in decima domo exiſtẽte in dignitatibus ſuis in ſuo haiz. Eſt etiã bonũ ibi ſi aſcendens & Luna ſint in ſignis terreis,maximè in Tauro & Virgine. Similiter ſi quãdo Caput fuerit cũ Ioue in aſcendente,& Luminare temporis in medio cœli,ſignificat q̃ ciuitas lõgo tẽpore durabit, & gentes proficient in ea,& habebũt in ea bonũ finem. Itẽ ſi qñ aſcẽdens fuerit ſignũ commu-

commune, significat q̃ erunt ibi gẽtes multæ & multarum conditionũ, maximè si multi planetæ aspexerint ascẽdens & Lunam. Et si acciderit q̃ in initio alicuius ciuitatis Mercurius sit Caudæ cõiunctus, significat q̃ ibi erunt multa mendacia, fraudes & placita inter eos: sed si Iuppiter fuerit cũ Cauda, damnum erit in nobilibus ciuitatum: at si Sol fuerit cum Cauda, damnũ erit in dominio ciuitatis: si uerò fuerit Venus cum Cauda, erit malum & damnum in mulieribus: si fuerit Mercurius cum Cauda, erit dãnum in senibus & seruis: & si fuerit Mars cum ea, erit damnum in omnibus armigeris: si Luna fuerit cum Cauda', erit dãnum in face populi ciuitatis uel in plebe. Præterea si euenerit ut in inceptione ciuitatis aliquis horum planetarum sit in bono loco constitutus, & in bono statu, bonam fortunam significat & profectum in illa parte quæ ad ie pertinet secundum hanc partitionem modò dictam. Nota præterea quòd ascendens ciuitatum est significator uitæ suæ gentis, & eius secunda domus est significatrix substantiæ & ualoris & sui uictus, & tertio legis, & quarta significatrix finis illius operis quod fiet & ad quid deueniet eius causa, & locorum absconditorum quę sunt in ciuitate, sicut sunt thesauri & similia. Quinta domus significat filios quos habebunt gentes ciuitatum, & sexta seruos q̃ ibi morabuntur & infirmitates quæ accident gẽti ciuitatis, & septima significat eorum coniugia & causas, & octaua suas maiores domos & suos collaterales. Nona autem domus significat mores & itinera subeunda, & decima significat magisteria et opera et eorũ dominos, et undecima amicos & auxiliatores, & duodecima domus significat animalia & militias & inimicos. Vnde in quacunq̃ domo fuerit infortunium, uel cuiuscũq̃ domus dominus fuerit infortunatus, iudica malum et damnum in illa talium significatione: & in quacunq̃ earum fuerit fortuna, aut cuiuscunq̃ domus dominus fortunatus in principio ciuitatis, iudica bonum & potentiam in illa eorum significatione. Item si quãdo Saturnus fuerit in aliquo angulorum ciuitatis per se & separatus, significat tarditatem in illo opere & in factis illius ciuitatis: sed si ibi fuerit Mars, significat malificia, prædationes, damna, et combustiones aëris. Præterea si quãdo Saturnus & Iuppiter fuerint in principio ciuitatum orientales, altero aspiciente alterum bono aspectu, & fuerint in bonis locis firmi & benefici, est bona significatio q̃ ciuitas erit firma & fructifera multis temporibus & lõgis. Harzet dicit: Melior electio pro incipiendis ædificijs & optima, est si ascendens & eius dominus & Luna sunt in signis terreis uel aqueis, & Luna crescens lumine à 7. diebus usq̃ ad 14. & crescẽs in motu & numero. Similiter etiã si ascendens septentrionalis fuerit per latitudinem & per declinationem suam eat de casu suo ad exaltationem suam, & applicet planetæ fortunæ existenti in suamet ipsa exaltatione aut in exaltatione Lunæ, orientali & libero ab infortunijs: & sit Luna super terram de nocte & sub terra de die, applicãs planetæ fortunæ in dextro ascendentis: & quòd sit in signis longarum ascensionum, ut est à Cancro usq̃ ad finem Sagittarij: quos status iã enumeratos si habere potes completos melius accipe, quoniã ita melius est, alioquin quos habere potes. Caue etiam ne Luna sit à Cauda usq̃ 90. gradus. q̃a tũc est in oĩm peiori statu, ut quæ est in sua latitudine descendens meridionalis: hoc iã dicto etiã ir radiabit si sic habens deterius fuerit in Virgine usq̃ ad Libram, quia erit similiter descendens in declinatione: quo deterius multò influet si ita habens fuerit minuta lumine & motu: qui status modò enumerati si aggregantur Lunæ, infortunant eam multum. Similiter caueas ne sint infortunia in ascendente nec in quarta domo: quoniam si ibi fuerint, significant q̃ ædificium illud damnum feret per aquas & pluuias et aquę ductus, postquam cõpletum fuerit: etiam significat tarditatem & labores in principio operis, idq̃ si Saturn⁹ fuerit nocẽs: sed si malè afflans fuerit Mars, significat q̃ cõburetur aut diruetur uel destruetur ab inimicis. Et dixit Nufil per dictum aliorum sapientum se præcedentium: Si quando uolueris ædificare domum pro te & tua progenie, apta Lunam & ascẽdens & eius dominum & partem fortunæ: quia hi sunt magis necessarij significatores ad parandum diuitias & complementum & durabilitatẽ domus. Apta similiter Mercurium, et stude quantũ potes remouere Martẽ ab omnib. istis significatoribus: et si non potes, fac ut Ven⁹ sit in bono loco figuræ, & robora eã et statue supra Mar. de tertio uel sextili suo, aut q̃ sit in angulo subleuata sup eũ. Etiam remoue Sat. ab ea quantũ potes, (nã Mars cũ Ven. modicũ dãni infert, q̃a habet cũ illa gaudium

gaudium & hilaritatem ſemper: & cum Luna ferè nihil adfert mali, quãdo aſpicit eam bono aſpectu) quia quando Saturnus habet commixtionem cum Venere creſcit in ſuo damno, uel quum aſpicit eam de forti loco & de locis in quibus habet dignitatẽ. Fac etiam ut Luna ſit creſcẽs lumine & motu, & q̃ Iuppiter & Venus ſint corporaliter iuncti cum ea, aut in trino uel ſextili uel quarta eius. Remoue præterea Saturnũ & Martem ab ea, quia Satur. eſt ſignificator conſtitutionis operis & eius ordinationis & durabilitatis ac finis, et q̃ factum eius tardabitur, & q̃ fatigabitur in ea: Mars autem ſignificat q̃ diruetur aut cõburetur, uel male afficietur à latronibus uel malis hominibus. Cum quibus dictis & cum qua electione Hazet concordat ſuam.

De puteis fodiendis, riuis ducendis ſeu zequis faciendis. Cap. XXI.

PArauimus in præcedenti capite ædificia, modò ꝺns ipſis aquas potabiles quærimus & ad irrigandum idoneas: quarum inueniendarũ & ducendarũ electio bona erit, ſi Luna ſit ſuper terram in ſigno fixo, & in domo tertia ab aſcẽdente uel in quinta, & aſcendens & eius dominus ſint immaculati ab infortunijs & fortunati, & Saturnus orientalis: ſed ſi Luna fuerit ſuper terram, ſit in duodecima domo. Etiam ſi Saturnus fuerit in undecima domo bonum erit, modò non ſit iũctus Lunæ per corpus: apta etiam Iouem, nec ſit in medio cœli infortunium. Si Luna fuerit in principio quartę Solis erit bonũ. Etiã, procura quantum potes ut ſit Luna fortunata & recepta in angulo, nec ſint remoti anguli p̃ numerũ figuræ, ſicut prædiximus, & quòd ſit dominus aſcendentis orientalis & in alia dignitatum ſuarum & in angulo, uel iens ad angulum, & aſcendens in ſigno aqueo ſit & fortunatum ex firma fortuna. Similiter Luna & pars fortunæ ſint illius conditionis, & apta locum cõiunctionis & oppoſitionis, quæ fuit ante initium operis.

De emendis hæreditatibus & prædijs. Cap. XXII.

SEquuntur hæreditates & prædia emenda & ſimilia, in quibus omnibus oportet ut aptẽ domus hæreditatis quæ eſt quarta ab aſcẽdente, aptando ante res prædictas: & ſi hęreditas fuerit habitatio, puta domus & ſimilia, ſit Luna in domo uel exaltatiõe ſua, uel in medio cœli aſpiciens dominũ aſcẽdentis; & remoue Martem ab eius aſpectibus, et ſit quarta domus ſignum fixum, et domini angulorũ ſint orientales creſcẽtes in ſuo motu, et aſcendentes ad ſeptentrionem. Etiam in emẽdo omnem conditionem hæreditatis fac ut fortunæ habeant in angulis dignitates, et maximè in aſcendente et quarta, et q̃ Luminaria aſpiciant aſcẽdens et quartam domũ de bono aſpectu, nec ſit in angulis planeta retrogradus, nec ſint eorum domini retrogradi. Alkindus dicit: Nec in nona nec in quinta nec in undecima nec in quarta domo ſit ſignũ igneũ, nec in ea planeta igneꝰ, maximè ſi planetę infortunia fuerint firmata in illa domo. Nec aſpiciat Saturnus quartam domũ, ſi fuerit ſignum aqueum, etiã ſi medium cœli fuerit infortunatum, erit malum. Nota q̃ aſcendens et eius dominus ſignificant rem et emptorem et profectũ eiuſdem prædij, et habitationes: et mediũ cœli et eius dominus ſignificant res quæ proueniunt ibi ſuper faciem terræ, ſicut ſunt arbores et ſimilia: et quarta et eius dñs ſignificant prædia et habitatores et illos qui ſeruiunt domino prædij: dicatur etiam q̃ ſignificẽt herbas et eius uegetabilia: et ſeptima et eius dominus ſignificant fertilitatem terrę, et ſeminationes quę ibi fiunt; quare ſi qs horum ſignificatorum fuerit nocens, ſignificat damnum in illa re: et ſi quis eorum fuerit beneficus, ſignificat meliorẽ ſucceſſum in illa ſua ſignificatione. Atabari dicit: Iuppiter et planeta à quo ſeparatur Luna, ſunt ſignificatores illius qui emit prædiũ: et planeta ad quem applicat Luna, eſt ſignificator finis, et illius quod eſt in illa hæreditate et ad emptionem pertinet.

De prædiorum ſeu hæreditatum cultu. Cap. XXIII.

IN omni prædiorum cultu et præfectura ſtude ut Luna ſit recepta à fortuna, et illa fortuna ſit in angulo uel ſuccedẽti, et ſit dominus aſcendentis et dñs domus Lunæ in bonis ſtatibus. Etiam procura ut ſit aliqua fortuna in domo ſubſtantiæ libera ab infortunijs et ſalua, uel ſit ibi dominus partis fortunæ. Alkindus dicit: Sit ibi dominus partis ſubſtãtiæ, et facit locus coniunctionis uel pręuentionis ſit in angulo, et quòd Luna quando ſeparauerit ſe à coniunctione uel præuentione, ſit applicãs fortunæ ſtabilitæ in angulo uel euntì ad angulum, et q̃ ſit dominus coniunctionis uel præuentionis fortuna, et ſimiliter domus Lunæ et dominus quartæ domus.

De

De molendinis extruendis. Cap. XXIIII.

MOlendinum extruere si uelis, cura ut sit ascēdens & Luna in Ariete uel Libra uel in fine Virginis, & caue ne sit Luna in Cancro uel Capricorno: quoniam sunt signa in quibus diuersificantur dies & nocte. Etiā si quando Luna & dominus ascēdentis fuerint in prædictis signis incontaminati ab aspectibus infortuniorum, erit bona electio pro hoc opificio. Etiam si electio fuerit facienda pro alia materia molendini, accipe hanc eandem electionem.

De seminatione & plantatione. Cap. XXV.

DE satione & plantatione dicturi, uolumus primùm sationem docere, pòst plātationem prosequi. Si ergo electio sit facienda super rebus seminandis, quæ habeant portare fructum illo anno, sicut sunt hortensia, triticū & similia, & quamlibet earum in suo tempore conuenienti: fac ut sit Luna in signis mobilibus. Etiam si fuerit in Capricorno aut in Cancro uel Virgine erit bonum, modò sit Luna aucta numero: & similiter in Pisc̄ib, est bona. Sed si fuerit electio tua pro plantādo arbores, fac ut sit Luna in signis fixis, & specialiter in Tauro uel Aquario, & ꝙ sit Satur. in bono statu uel in succedenti uel in aliqua dignitatū suarum, & ꝙ habeat testimonium in ascēdente aliquod, & quòd sit ascendens aliquod signorum prædictorum, & quòd sit Iuppiter aspiciens Saturnū de bono aspectu, & de loco in quo habeat aliquam dignitatem. Et omnino in his caueas Martem. Præterea nota quòd maiorē potentiam habet dominus exaltationis in plantādo arbores quàm dominus domus. Alhayath dicit: Sit dominus domus Lunæ aspiciens Lunam in signo aqueo. Etiam si ascendens non fuerit fixum, sit cōmune, & dominus eius orientalis ascendens in latitudine sua.

De locandis terris seu prædijs. Cap. XXVI.

SI quando uolueris locare agros & prædia, primùm fortunæ ascendens & eius dominus, & ascēdentis dominus sit iens ad angulum in signo terreo, & Luna similiter uel sit in angulo terræ, & planeta à quo separatur Luna sit fortuna libera ab infortunijs, quia significator est domini cuius est terra: et sit dominꝰ septimę fortuna, & habeat cū domino ascēdentis aliquam conuenientiam: similiter planeta cui applicat Luna, habeat aliquam conuenientiam cum planeta à quo separatur. Eandem hanc quoq; electionem accipies in locandis riuis & terris postulandis. Nota quòd ascendens & eius dominus & planeta à quo separatur Luna, sunt significatores domini cuius est terra uel ager, & quarta domus & eius dominus significatores ipsius agri, & septimā & eius dominus & planeta ad quem uadit Luna, significatores illius qui accipit terram ad pensionem: unde diligenter apta quem horum locorū magis uolueris proficere.

De locandis domibus & prouentibus ad pensionem. Cap. XXVII.

SCias quòd ascendens est significator domini domorum, & septima significator illius qui moratur in ea, et mediū cœli significator loci, et quarta domus finis rei: unde apta illum cuius significationem uolueris meliorem fieri. Nā si ascendens fuerit infortunatum, significat quòd dominus domus faciet proditionem: & si domus septima fuerit infortunata, significat quòd ille qui tenet eas ad pēsionem faciet proditionem. Etiam planeta ad quē applicat Luna, est significator domini inquilini: & planeta à quo separatur Luna, significator est illius qui recipit inquilinum: & dominus Lunæ significator finis rei. Atabari dicit: Conuenit in hoc negotio apta re Iouem & Saturnum, & quòd unus aspiciat alterum bono aspectu.

De remouendo dæmonium et phantasmata de domo. Cap. XXVIII.

SI quando Dæmonium fuerit in aliqua domo uel loco, seu res aliqua de qua homines expauescunt, uel aliquod signale quòd terreat illos de domo, uel sit molestum morantibus in ea: & de domo remouere ac fugare rem illam uolueris per incantationem uel aliquo alio modo, aut per aliquod magisterium quod ibi facere uolueris, caueas ne sit Luna in ascendente, nec sit ascendens Leo nec Cancer nec Scorpio nec Aquarius, nec Luna sit in aliquo istorum signorum dictorum, sit tamen in alijs signis separans se ab infortunijs & applicans fortunæ.

De domo quinta & eius electionibus. Cap. XXIX.

QVatuor domibus explicatis pro tenui nostra scientia, consequens est ut & quintam exponemus, cuius electiones sunt iacere cū mulieribus propter prolificationem

nem, dare infantem nutrici, remouere eum à nutrice & à lacte depellere, baptizare, circuncidere, veſtire nouum indumentum, xenia mittere & accipere, mittere curſores, de chartis ſcribendis & promiſſionibus earū, uerſari in comeſtionibus & potationib. & in rebus odoriferis, de mittendis columbis ut alios alliciāt, & extrahere creaturā mortuam de uentre matris.

De iacendo cum muliere ut habeat filium.
Cap. XXX.

DElectationem ex mulieribus non propter titillationē ſolam à natura inditā tradunt philoſophi, ſed ad prolificationē & generis conſeruationem. Cuius electionē ſi facere uis, pone aſcendens ſignum maſculinum & directarum aſcenſionum, & angulos ſigna fixa, & dominū aſcendētis in aſcendente uel in medio cœli aut in undecima, & primus planeta qui trāſiuerit per gradū aſcendētis in horizonte ſit fortuna, & apta Luminaria quammaximè potes in hac electione, et in primis Luminare temporis, nec ſit infortunium in aliquo angulorum: ſit tamen ibi fortuna ſalua & fortis. Etiam conuenit in hoc aſpicere ad dominū aſcendētis, & eum cuſtodire ne infortunetur in nono menſe à tēpore conceptionis: quoniā illud erit tempus natiuitatis. Et ſi eum cuſtodire poſſis, ne infortunetē à ſeptimo menſe nec in decimo à conceptione, melius erit: quia natiuitas eſſe poteſt in iſtis tribus tēporib. modò dictis: unde neceſſe eſt ut ſit in iſtis temporibus fortunatus & potens, & ſimiliter Luminaria. Caue etiam à domino ſeptimæ uel octauę domus quando infortunati ſunt, ne habeant aliquam cōmixtionem cum ſupra dictis ſignificatoribus: etiam ab infortunijs & Cauda. Alhayath dixit: Omnium optimum in hoc negotio eſt ſi Luna ſit in aſcēdente in tertio Solis. & ſubiunxit: Caueas tibi à uia combuſta, & apta Venerem: quia ſi Venus malè affletur, infert damnū ſuper matrem, ſed ſi Luna ſimiliter afficiat dāno, damnū in corpore creaturæ erit. Etiam apta quintā domum & eius dominū, quod fieri debet in horis imparibus diei & noctis, ſicut eſt prima, tertia, quinta, & ſimiles. Præterea ſi acciderit quòd aſcendens ſit Libra, eo exiſtente ſaluo & domino eius ſimiliter libero, quia eſt ſignum rationale, bonum erit: quoniā medium cœli erit Cancer, quod eſt ſignum multorum filiorum: & ſunt ſignificatores in ſignis maſculinis, quia hoc ſignificat quòd conceptio erit ex maſculis. Neceſſe eſt etiā ut promoueas hoc negociū factis naturalibus quæ fiunt per phyſicam, & ex eorum bono colligere quod cōuenit huic rei: quia facta cœleſtia complentur & apparent ſecundū quod recipiūt noſtræ cōditiones. Nota etiā quòd qñ planetæ ſunt orientales, reputandi ſunt maſculini: & quando occidētales, fœminini: & qui fuerint in duabus quartis maſculinis, reputamus maſculinos: & qui in quartis duabus fœmininis, fœmininos.

De dando natum nutrici. *Cap. XXXI.*

NAtus infans ſtatim debet nutrici dari, non citra electionem, ſed ſi ſit Luna coniuncta Veneri per corpus, & ambæ ſint ſaluæ: etiā ſi fuerit Venus deſcendēs in ſua latitudine, erit melius. Et in eo toto quod diximus conuenit aptare primū radices electionū, ſicut prædiximus, & aptare Lunam, & cuſtodire eam ab infortunio & cōbuſtione, & eam applicare fortunis.

De diſiunctione nati à mamilla. *Cap. XXXII.*

PVuerum à māma diſiungere quum uis, aſpice ſi Luna longè ſit à Sole applicante domino domus eius, & ſi aſcendens ſit domus fortunæ. Scito etiā quòd una pars ſapientū abhorret ibi domos Veneris. Alij ſapientes dicunt quòd ſi quum mamilla tollitur, Luna fuerit in manſione quæ eſt dicta azarfa, nō erit moleſtus infans pro mamilla, nec eam petet. Alij ſapientes dicunt quòd ſi dominus aſcendentis & Luna fuerint in ſignis ſignificantibus uegetabilia quæ naſcuntur, aſpirabit natus reb. quę naſcunt, & nō curabit de mamilla.

De tempore circuncidendi & baptizandi infantem. *Cap. XXXIII.*

INfantem ſi circumcidere uel baptizare uelis, ſtude ut Venus ſit exaltata ſuper Venerē, & Venus applicet Ioui. Cuſtodi aſcendens & eius dñm, & Venerē & Lunam ab omnibus aſpectibus Saturni, & ſeparatim Lunam & aſcendens: quia Saturnus ſignificat quòd oportebit eum alia uice incidere, & quòd ſuperueniet ibi multū uenenum. Effice etiam ut dominus aſcendentis ſit aſcendens in latitudine, & Luna & eius dominus in ſignis ſeptentrionalibus & in ſuccedentibus: & caue ne ſit Mars in angulo nec in aſcendēte, nec Luna in Scorp.

De incidendis & induendis nouis ueſtibus. *Cap. XXXIIII.*

FOrtunatè induūtur nouę ueſtes (intel-

ligo autẽ quicqd amicit̃,)& incidunt̃ si Luna sit in signis mobilib⁹ fortunata,nec si fuerit in cõmunibus est malũ. Caue studiose ne Luna sit in coniũctione Solis nec in eius oppositione, & q̃ Sol non sit in ascendẽte nec eius opposito. Caueas similiter à signis fixis in principio inciſiõis, nisi sit uestis militaris:quia in hac fixa mala non sunt. Etiã pone Solem in medio cœli,& Luna sit crescens lumine,& apta domum & eius dominum horæ emendi pannos, & incidendi ac etiam induẽdi. Sit etiam Luna cum indues in signo mobili. Inter omnia autem signa fixa deterius est Leonis.

De xenijs transmittendis. Cap. XXXV.

TAmetsi regalius sit dare quã accipere,malunt tamen hodie omnes accipere quã minimũ sui hospitibus erogare: q̃ feliciter succedet, si aptaueris quintã domum et eius dñm horæ qua uis mittere xenia: idem hoc facies quoq; in recipiendo ea. Etiam aspice in mittendo xenia, electiões quas diximus in capitulo dandi capitale seu totius summã. Etiam in recipiendo xenia est bonum ponere dominum ascendentis subleuatum sup dominum septimæ domus.

De cursoribus transmittendis. Cap. XXXVI.

NEc cursores usquã mittas sine electione optima futura, si Luna sit applicãs planetæ qui fuerit significator illius ad quẽ mittis nuncium, puta si fuerit rex, Soli applicabit, si iudex aut mercator,Ioui:& sic de alijs:nec sit Luna nec ille planeta cadens ab angulis, & sint ab infortunijs liberi.

De scribendis chartis. Cap. XXXVII.

QVando uolueris scribere chartã, fac ut sit Luna applicans Mercurio, & ab infortunijs libera, & q̃ Mercurius sit potens, non infortunatus,nec retrogradus, nec maleficus:& quòd ascendens & eius dominus sint liberi ab infortunijs & eorũ radijs.

De cibarijs. Cap. XXXVIII.

NEc gula abesse uoluit à nostro opere, quin sibi adscriberet hoc & duo proximè subsequentia capita,multum facientia ad iucunditates regum & sublimiũ uirorum, & diuitum & hominum otiosorum:nam alij qui labore quotidiana sibi sufficiunt sustentacula,non indigent huiusmodi præscriptionibus. Qui ergo aggrauantur ex nimia & inordinata cõmestione, in primis obseruẽt cursum Lunæ.Nam si ea fuerit in Tauro applicans Veneri, non nocet caro bouina cõmesta: nec si quando fuerit in Piscibus applicans Ioui, nocet comedere pisces recentes et salsos: quemadmodũ si fuerit in Libra uel Aquario recepta, non nocet lac & quicquid sit de eo. At si fuerit in Virgine infortunata à Marte,nocet comedere caules coctos & crudos. Si uerò fuerit applicãs Marti de tertio,aut Soli de tertio, non nocet comedere de diuersis commestionibus: sed si applicuerit Saturno, caueas tibi à cõmestione antiquarum carnium & salsarum: & si quando applicuerit Veneri, non nocet comedere de diuersitatibus frugũ. Nec signa sunt negligenda,nam si fuerit in Ariete uel Capricorno applicans Ioui, non nocet diuersitates castratorũ comedere, nec capras & paruas & magnas. At si quando fuerit in quarta Saturni & eius oppositione & eius coniunctione,non est bonũ comedere carnes aliquas morticinas. Nec similiter si quãdo fuerit in Leone, bonum est comedere carnes aliquas uenationum. Nec similiter si quando fuerit in Virgine applicãdo Marti, nocet comedere aliquam speciem caulium. At si quando fuerit in Geminis & eorum triplicitate applicãs Mercurio,est malum comedere carnes auium calidæ complexionis. Etiam si quando fuerit in Leone & applicuerit Saturno, malum est comedere omne cibarium frigidum. Et si quando applicuerit Marti, nocet comedere omne cibarium calidum.

De uino & compotationibus. Cap. XXXIX.

QVandoquidem computatio nulla uerè est iucunda sine bono uino & merace, tuq; propterea uelis uinum facere de uuis maturis uel passis, aspice si Luna sit in Piscibus uel in Tauro applicando Veneri, quia hoc significat quòd uinum fiet bonum,quod sic factum bibetur cum delectatiõe & gaudio & bona fortuna. Caueas autem ne infortunia aspiciant Lunam, quia si Saturnus eam aspexerit, significat uini corruptionem & quòd fiet acetosum, nec quũ bibetur habebit saporem uini, uel bibetur in tristitia & cogitatu uel dolore. Etiam si Mars aspexerit eam, significat q̃ fient in uino fumi,& q̃ uas in quo recõditur frangẽt, & quũ bibetur accidẽt rixæ & labores. At aspectus Iouis et Mercurij boni sunt in hoc negocio,similiter & aspectus Solis si fuerit de trino uel sextili.

De conficie-

De conficiendis rebus odoriferis & unguentis.
Caput XL.

SI quando unguenta & compoſitiones odoriferas facere uoles, aſpice ſi Luna ſit in Ariete uel in Leone aut Sagittario, uel ſi ſit aſcendens unum ex his ſignis, & ſi Venus ſit in aſcẽdente & Luna in decima applicãs Veneri. quia hoc ſignificat quòd confectio erit boni odoris, & quòd ille qui facit eam lętabitur in illa: tamen ſi quando ſuffumigationes facere uolueris ſeparatim, animaduerte ſi Luna ſit à Marte recepta uel à Sole, quia res quæ illo tempore fit per ignem, bonũ ſucceſſum cõſequetur. Etiam ſi quando aliquam confectionem odoriferam feceris, & Luna fuerit in Geminis applicans Mercurio, ſignificat quòd bene & completè fiet res illa.

De immittendis columbis ut alias ducant & pelliciant. Cap. XLI.

SI quãdo uolueris mittere columbas ut alias pelliciant & redeant ad ſuos nidos, aſpice ſi Luna applicet planetæ qui citò non cõburatur, quia hoc ſignificat quòd ibunt & ſaluę redibunt. Sed caue ne Luna applicet Mercurio, quia eſt multarum occaſionum, & ſæpe ei accidunt combuſtiones & retrogradationes, quorũ ſi quid ei eueniret, non ſeruarentur columbæ ſaluæ nec ſecuræ à captione. Etiã ſi quando miſeris aues alias, eſt bonum ſi Luna ſit in ſigno aqueo & applicans Veneri, & Venus ſit in ſigno directarum aſcenſionum: quia hoc ſignificat quòd non errabunt in uia, nec in uia deficiet eis aqua. At ſi miſeris eas Luna applicante Marti, fugient & recedent, maximè ſi ſignum fuerit aëreum.

Etiam ſi Luna applicuerit Saturno, errabunt in uia & diſpergentur propter ſitim, uel propter aliquod ſimile. Quidam ſapientes in hoc experti, dixerunt quod aues redeunt ad nidos ſuos illa die, qua Luna reuertitur ad ſignum illud, unde fuerat progreſſa, uel illa die qua applicabit rurſum illi planetæ alia uice.

De extractione fœtus ex utero matris.
Caput XLII.

SI quando mortuum fœtum extrahere uelis ex utero matris, aſpice ſi ſit Luna lumine diminuta, & deſcendens meridionalis in latitudine & declinatione, aut in earum una, & ſi ſit Luna in aſcendente, & dominus aſcendentis in aſpectu Iouis & Veneris: ex quibus omnibus meliora ſigna ſunt fœminina & directarum aſcenſionum.

De ſexta domo & eius electionibus.
Caput XLIII.

QVintæ domus electiones ſunt enarratæ, ſequitur nunc ſexta tales habens electiones, ſanare infirmitates, operari clyſtere, ſanare oculos, accipere medicinã laxatiuã, accipere medicinas reſtrictiuas per nares, facere gargariſmos, puocare uomitus, emere captiuos & ſeruos, dare ſtatutũ ſiue legẽ ſeruis & captiuis, domare equos, emere beſtias magnas & paruas.

De medicatione infirmorum. Cap. XLIIII.

SI quando uolueris antiquã infirmitatem ſanare, pone Lunam in Tauro aut in eius triplicitate, ſed Taurus eſt melior, quum ſignificet infirmitates terreas: ſit autẽ Luna libera ab infortunijs, & in aliquo angulorum aſcendentis: quoniam Luna ſic conſtituta erit potentior, & maiorem ſecuritatem pollicebitur curationis, & quòd infirmitas non faciet recidiuã poſt ſanationẽ. Caueas autem ab applicationibus Lunæ ad Saturnum, quia ſemper ſignificat longitudines in rebus & tarditates. Meſſahala dicit: Aſpice quo in loco corporis ſit infirmitas, & ſi fuerit in partibus capitis aut gulæ uel in pectore, incipies operari quando Luna eſt in Ariete uel Tauro uel Geminis, quia ſunt de parte corporis ſuperiori: ſed ſi infirmitas fuerit in partibus uentris uſque ad pendile, incipe operari quando Luna eſt in Cancro uel Leone uel Virgine, aut in Capricorno uel Aquario ſeu Piſcibus, quia iſta ſunt de parte media corporis: at ſi fuerit infirmitas in parte inferiori corporis, operare in ea quãdo Luna eſt in Libra uel Scorpione aut Sagittario; item ſit in omnibus iſtis locis applicans fortunis & aucta lumine & numero, paulò poſt ſubiunxit: Etiam omnis infirmitas & dolor qui fuerit à capite uſq; ad pendile ſanabitur, exiſtente Luna ab angulo terræ aſcendendo uſque ad angulum decimæ domus, ſecundum aſcẽſionem cœli: quæ pars iam dicta eſt nominata Pars aſcendentis. Etiam ſi fuerit infirmitas à pendili uſque ad pedem, ſanabitur quãdo Luna à medio cœli fuerit deſcendendo ad angulum terræ: quæ pars deſcendens appellatur Pars depreſſa.

pressa. Etiam conuenit si sit fortuna in ascendente, quia significat bonum & meliorem successum. Itē si uolueris sanare incantatum uel maleficiatū, fac ut Mercurius sit in suomet termino. Idem hoc quoq; facito si uolueris dæmoniacum sanare.

De iniectione clysteris. Cap. XLV.

SI uolueris inijcere clysterē, pone Lunam in Libra uel Scorpione, quod magis placet, & dominus ascendentis non habeat aliquem aspectum cum domino sextæ domus, & Luna sit applicans Veneri: quoniam hæc constellatio significat quòd utilis erit iniectio, & quod bonum finem consequetur.

De curatione oculorum. Cap. XLVI.

SI quando uolueris liberare oculum ab infirmitatibus ei accidentibus, sicut est uisus diminutio, uel albedo in oculo, uel caro superflua quæ exigat incisionem, uel aliqua alia infirmitas, aspice si sit Luna crescens lumine ac numero, & ab infortunijs libera & maximè à Marte, (quia malignus est & magni damni in infirmitatibus oculorum) idque maximè si in augmento sit Luna: Saturnus tamen etsi eam aspiciat auctam lumine & numero in principio mensis, non inferet ei damnum. Etiam si quum separatur ab oppositione Mars eam aspexerit de tertio, ea applicāte fortunis, non faciet Mars magnum damnum in oculorum infirmitatibus, tametsi cōcordent omnes sapiētes quòd Mars sit magnus læsor omnium membrorum capitis. Similiter etiā domini animaduertendi sunt in omni opere ferri, quod adhibetur ad restitutionem corporis, & respiciendum est ad signum significans illud membrum, & non tangere membrum illud ferro, nec ponere ascendens in eo. Similiter quoque caueas nec tangas ferro aliquem locum corporis, Luna existēte in signo communi uel mobili.

De ingestione medicinarum laxatiuarum. Caput XLVII.

SVper ingestione medicinarum laxatiuarum discordant sapientes: nam Ptolemæus dicit quòd hæc est bona electio, si Luna fuerit in triplicitate humida, quam faciunt Cancer, Scorpio, & Pisces. Hoc idem dixit Hermes qui fuit ante ipsum. Etiam Vuellius, Feytimus, & Atabari ex modernis, cōcordant cum eis, & dicunt quòd ad hoc negocium sunt boni Taurus & Virgo, Scorpio & Pisces. In qua opinione est & Messahala, Alhayat, Minegeth, & multi alij ex astrologis modernis. Alkindus tamen habet opinionem quam ego sequor, licet omnes alij iam nominati bene dixerint & nō errauerint: quia illi qui eligunt signa aquea, hoc faciunt ut custodiant corpus, & ut purgent ipsum à superfluis humoribus sine dolore & infirmitate: alij uerò qui ab istis signis discedūt, hoc faciunt ut infirmitatem euellant & impedimenta ex corpore, & euacuent illum humorem superfluum separatim. Tamen opinio Alkindi, cum qua ego cōcordo, est ut sit Luna in medio posteriori Libræ aut in medio priori Scorpionis, & ut dominus domus sit potens & fortunatus, orientalis & in angulo, & planeta fortunans eum similiter sit in angulo & orientalis, & ut sit dominus ascendentis talis esse. Et ut remoueantur infortunia similiter à Luna primò & ab ascendente & ab angulis, & applicatio Lunæ sit ad Venerem, (nam Venus in hac re melior est & magis profectuosa quā Iuppiter, & significat maiorem laxationē, & quòd lætabitur ille qui bibit: quia Iuppiter fortificat spiritum & prohibet nimiam laxationem) & Luna sit recepta à fortuna, & si eius dominus fuerit infortunium, recipiatur de tertio uel sextili. Item si uolueris purgare aliquod membrum corporis separatim, custodi res istas quas prædiximus, & pone fortunas in signo significāte membrum, fortificando signum quantum potes, & apta dominum quartæ domus similiter. Et si id quod facis fuerit pro infrigidando uel calefaciendo, aut pro humectando uel pro desiccando, pone Lunam & dominum ascendentis in uno illorum signorum quæ sunt illius naturæ ād facere paras, semper fortunando eam: & caue ne aliquis significatorum uel ascendentis sit in aliquo signorum ruminantium, quia hoc significat medicinæ uomitionē antequam operetur. Dico etiam quòd si dederis medicinam trahentem melancholiam, bonum est si sit Luna applicans Ioui: & si purges choleram, applicet Veneri: si uerò purges phlegma, applicet Luna Soli. Caueas etiam ne planeta cui applicat Luna uel dominus ascendentis sit retrogradus, quia similiter significat

medicinæ

medicinæ uomitionem. Præterea ſi medicina fuerit potio, melior eſt Scorpio: ut ſi fuerit electuarium, melior eſt Cancer: & ſi fuerint pillulæ, melior eſt Piſcis. Et ſi Luna fuerit in aſcendente in recipiendo medicinam, ſignificat apoſtema. Etiam caueas ne ſit Luna & dominus aſcendentis in quarta domo, quia ſignificāt deſtructionem, ſimiliter etiam in octaua. Caueas etiam hanc cōſtellationem in minutione ſanguinis per uenam. Item ſi uolueris purgare per ſuperiora & inferiora, pone ſignificatores in ſignis ruminantibus, ſemper fortunando ſignum & ſignificatores, ſicut diximus: & caue quantum potes ne ſignificatores ſint cadentes nec infortunati, nec ſit infortunium firmum: quia hoc ſignificat malum magnum. Caueas ſimiliter quantum potes ne dominus domus mortis ſit in aliquo angulorum, nec habeat commixtionem cum aliquo ſignificatorum, nec habeat ibi potentiam magnam: quæ omnia ſi diligenter ſeruaueris, habebis de medicina id quod uolueris.

De oblatione medicinæ reſtrictiuæ.
Cap. XLVIII.

MEdicinam laxatiuam quum alicui offers, ſit Luna in gradibus ſuæ exaltationis iuncta Ioui per corpus, aut applicans ei: eſt etiam bonū in hoc negotio ſi ſit Luna & planeta cui applicat tardi motus ſine retrogradatione. Etiam ſi Luna & planeta cui applicat & dominus aſcendētis fuerint aſcendentes ad ſeptentrionem, eſt pro hoc negotio melius & præſtabilius: ſed caue ibi Martem & Venerem.

De irrhinis offerendis, uomitorijs, & gargariſmatis. *Cap.* XLIX.

IRrhina naribus indenda, & uomitum prouocātia, & gargariſmata rectè offeruntur, ſi aſcendens & Luna & ſignificatores ſint in ſignis ruminantibus, attendendo conſtellationes & electiones dictas in capite de ingeſtione medicinarum. Atabari dixit quòd bonū eſt ſi ſit Luna diminuta lumine & in Tauro, & deſcendens in latitudine. Alſayat dixit quòd bonum eſt ſi ſit Luna & dominus aſcendētis in Cancro uel Leone aut Virgine, & ſi ſit applicās fortunis Luna, nec applicet planetæ damnato. Alij dixerunt quod bonum eſt ſi ſit Luna in Ariete uel Tauro, lumine diminuta & applicans fortunis. Et omnino caueas à quarto aſpectu Iouis, maximè in Ariete: quia nocet propter caliditatem Solis.

De emptione ſeruorum. *Cap.* L.

SI ſeruus quem uis emere fuerit aliqua in arte inſtitutus, aſpice faciem conuenientem miniſterio eius, & fortuna eam ac pone in aſcendente, uel in loco Lunæ, ambobus exiſtentibus fortunatis. Sed ſi fuerit agricola, pone eas facies in ſignis ultimis in fine Sagittarij, uel in Geminis exiſtentibus fortunatis: & Aquarius ſimiliter eſt bonus, excepto quòd ſignificat deceptorem & ſapientem morum. Et ſi ſeruus fuerit maſculus, pone loca ſignificatorū & ſigna in locis maſculinis: ſi fuerit fœmina, pone ea in fœmininis. Item ſi uolueris ſeruam concubinam & ut habeas filium ex ea, pone Virginē ſpecialiter pro hoc, & remoue ab eis infortunia & eorum lumina, & fortifica dictas facies fortunis & earum luminibus. Et ſi uolueris in ea melius qd efficere uel reſtituere aliquod membrum, pone Lunam in ſigno illius membri fortunatam à luminibus fortunarum. Alij dixerunt: In emptione ſeruorum fac ut ſit aſcendens & Luna in ſignis fixis & directarum aſcenſionum & figuris domeſticis, & ſimiliter dominus aſcēdentis, & apta quartam domum & eius dominum, & ſit applicans domino aſcendentis de bono aſpectu cum receptione: apta ſimiliter Lunam & eius dominum, & dominum domus ſeruorum, & caue ne ſit aſcendens nec Luna domina ſextæ domus in Leone: quoniam melius iſtorum ſignorum eſt Taurus & finis Sagittarij. Alij dicunt: Fac ut ſit Luna & dominus aſcendentis in ſignis humanis & in alijs ſignis exiſtentibus fortunatis, excepto Ariete, Scorpione, & Capricorno: & quòd ſexta domus & eius dominus ſint cōuenientes aſcendenti & eius domino. Alij dicunt: Sit ſeruus ſecundum naturam ſigni & animalis à quo eſt nominatū, ſicut ſi ſit Piſcis, qui ſignificat potētiam, & hoc modo de alijs: & eſt bona cōcluſio. Etiam dicunt. Si quādo infortunia fuerint ſub terra, ſeruus erit fallax. Sagittarius uerò ex ſua proprietate ſignificat quòd ſeruus erit bonus & fidelis.

De tempore dandi legem ſeruis & captiuis, & de equis domandis. *Cap.* LI.

SEruis & captiuis quum legem dare uis, aut equum domare, apta aſcendens & eius dominum: quia aſcendens eſt ſignificator domini, & ſeptima illius cui dat ſtatutum uel legem, &

medium cœli significator occasionis pro qua dat ei statutum uel legem, & quarta significatrix finis ipsius statuti, & cuiusmodi statum habeat in eo: unde si Luna fuerit infortunata & septima domus, significat ꝙd forte ad seruitudinem reducetur sicut fuerat ante. Zahel Benbriz dixit: Vtile & ibi si sit Luna libera ab omni dãno, & crescens in lumine et numero, et applicans fortunis, et si sit illa fortuna orientalis et crescẽs: ꝙniam si fortuna fuerit crescens et occidentalis, significat quòd bonũ habebit, possunt tamen accidere ei dolores et infirmitates nũquam inde separabiles, donec moriatur: at augmentum luminis Lunæ corporis salutem significat, et augmentum numeri significat quòd lucrabitur prospere. Etiã est bonum ibi si sit Sol & signum medij cœli minimè tactus ab infortunijs: nã si isti fuerint infortunati, significant quòd accidet domino aliquod impedimentũ pro natura illius signi. Etiam est bonum in hora dandi statutum uel legem seruo, si sint Luminaria se aspicientia de tertio uel sextili: qa hoc significat quòd erit amor inter seruũ & eius dominum, & quòd habebit bonum ab eo: tamen aspectus quadraturæ in hoc est mediocris, & aspectus oppositionis significat ꝙd ille seruus habebit placita uel causas cũ domino suo. Etiã cuiuis seruo uel captiuo cui datur ordinatio, si Luna infortunata fuerit, seruitus erit melior. Est etiam bonum ibi Lunam ponere in signis fixis.

De emptione animalium. Cap. LII.

QVando uis emere animalia magna & parua, pone Lunam applicantem fortunis, existẽte illa fortuna directa & orientali & ascendẽte in latitudine: & caue ab applicatiõibus infortuniorum, quia significant perditionem animalis. Et si iumẽtum ꝙd uis emere fuerit domatũ, & iam sit equitatum, emas id existente ascẽdente in signo communi, & Luna in signo fixo, exceptis Aquario & Scorpiõe. Sed si planeta cui applicat Luna fuerit directus et ascendens in latitudine, significat quòd iugale habet in corpore aliquam læsionem, tamen uel sic lucrabitur de eo. At si fuerit directus & descendens, significat quòd corpus eius est cõpletum & sanum, non tamen consequetur ex eo precium enumeratum. Item animal ꝙd uis emere si fuerit paruũ & nunꝗ sit equitatũ, fac ut ascendẽs sit signũ mobile applicando ei fortunam, & custodi radices electionum quas diximus in principio capitis. Alij dixerunt: Vtile est ibi si ascendẽs & Luna sint in signo simili eidem animali quod emere uis, siue sit animal ad equitandum siue uacca siue pecus siue sus uel aliꝙd aliud: aut in signo quod maximè accedat ad eius naturam, & quòd sit fortunatum à domino illius signi uel ab alio, si ille non fuerit receptus: etiam si dominus illius signi non fuerit fortuna, non faciet tamen malum eo aspiciente de aspectu amicitiæ & cum receptione. Præterea si bestia fuerit masculina, pone significatores in signis & gradibus masculinis: & si fuerit fœminina, in signis fœmininis: & apta sextam domũ & eius dominum. Bonum est etiam si ascendens & significatores sint in Leone uel in fine Sagittarij. Et si fuerit uacca, meliorem facere debes Taurum, & si pecudes Arietem, & si capra Capricornum: et sic de alijs animalibus zodiaci, adaptando semper in qualibet domo suum simile, & fortunando eum cum fortunis & remouendo infortunia. Nota quod quando Luna separatur à fortuna & applicat infortunio, & illud infortuniũ est in signo fortunæ, quòd illa bestia erit mala & mordebit & feriet: & si infortunium fuerit in signo humano, erit bestia expauescibilis, uel non permittet se reframari. Omnino si Luna applicuerit infortunijs, accident ei secundum hunc modum res enumeratæ post emptionem.

De septima domo & eius electionibus. Cap. LIII.

SEptimæ domus (absoluimus em̃ sextam) electiones sunt coniugia, lites, mutuæ insultationes, facere pacem cũ inimicis, diruere castra & uillas, facere instrumẽta bellica, participationes, & omnem rem quæ fit inter duos, inquirere fugitiuum, facere ut latro confiteatur ueritatem, uenari per terram & per mare, emere arma & instrumenta bellica, ludere ad scacchos & tabulas, & similia.

De coniugijs. Cap. LIIII.

CONiugium uolens contrahere scito quòd ascendens & eius dominus & Sol sunt significatores uiri, & septima & eius dominus & Venus significatores mulieris, & medium cœli et eius dominus significatores eius ꝙd euenit inter eos bonum uel malum, et quarta domus significatrix finis, et eius dominus et

nus et planeta à quo ſeparatur Luna uiri, et planeta cui applicat mulieris petulcę. Etiam ipſa Luna per ſuos bonos ſtatus uel malos, ſignificat bonũ & malum quòd habebit quilibet eorum: & Mercurius ſignificat filium quem ex ſeſe habebunt. Vnde ſi quãdo fuerit cum fortunis, ſignificat quòd habebunt citò filium. Etiam ſi quando Luna & Venus fuerint in ſignis mobilibus, ſignificant quòd gaudiũ eorum nõ erit durabile. Et ſi mulier fuerit uidua, ſignificat ꝙ fecit fraudem præterito marito quo uſa eſt. In hac meteria quandoquidem inter ſe certarunt ſapientes uarijs opinionibus, placuit ſummatim oſtẽdere quę ſigna ſint bona in hoc negotio coniugali, & quæ mala: ſicq; finem huic capiti imponere, authorũ nominibus omiſſis. Aries totus eſt malus. Taurus à primo gradu uſque ad uigeſimũ eſt bonus, reliquum malum. In Geminis prima medietas eſt bona, & alia medietas mala. Leo eſt bonus excepto quòd unus decipiet alterum in ſubſtantia. Virgo bona eſt ad contrahendum coniugium cum uiduo, ſed pro uiro non eſt bona, quia ſignificat quòd perdet citò primum maritum. Libra bona eſt ad deſponſandum, ſed mala ad coniungendum. Prima medietas Scorpionis bona eſt ad contrahendum coniugium cum uirgine, quia ſignificat quòd ipſa erit obediens uiro ſuo & bona & iuſta: medietas uerò ultima eius eſt mala, quia ſignificat quòd nõ durabunt in amore, & forte mulier fornicabitur cum ſeruo ſuo. Luna in Sagittario pro coniugio bona eſt, excepto quòd mulier erit ſapiens morum. Luna in principio Capricorni mala eſt, in medio & in fine bona, & ſignificat ꝙ mulier erit obediens marito ſuo: & melior eſt pro uidua quàm pro uirgine, excepto quòd ſignificat paucos filios. Luna in Aquario non eſt bona pro coniugio, quia ſignificat quòd mulier habebit uoluntatem & appetitum uiri. Luna in Piſcibus eſt bona, quia ſignificat ꝙ mulier erit bona & iuſta, ſed uanæ loquęlæ & garrulitatis, propter quam maritus eam odio habebit. Hoc totum ꝗd diximus, intelligitur de Luna exiſtente in aſcendente in aliquo horum ſignorum hora coniugij. Nota quòd Venus habet ſummam potentiam in coniugijs, nec eſſe poterit bonum coniugiũ Venere exiſtente coniuncta infortunijs uel aſpicięte ea, uel ſi ſit in ſuo caſu uel cadens ab angulo uel retrograda aut combuſta. Poſt hoc omniũ optimũ eſt, ſi ſit Luna in domo fortunę & in termino fortunæ, & ſi ſit Iuppiter aſpiciẽs Venerem & Lunam. Etiam tempus pro coniugio ualdè accõmodum eſt ſi ſit Iup. ſubleuatus ſuper Venerem de quadratura dextera in domo decima ipſius Veneris, & Ven⁹ etiam illa hora aſcendat ſuper Lunam in decima domo ipſius Lunę: ſic enim erit Luna in oppoſitione Iouis: quod quũ euenit denotat ualdè bonam electionem, quia ſignificat multos filios & multum bonum ex beneplacito Dei. Similiter bonum tempus eſt pro coniugio, quando Iuppiter, Venus & Luna aſpiciunt ſe mutuò de tertio, & ſignificat multorum filiorũ bona & unanimitatem. Item ſi quando acciderit in coniugio, quòd Venus ſit in ſigno maſculino & Iuppiter in ſigno fœminino, ſignificat quòd illud matrimoniũ erit melius pro uiro quàm pro muliere: & ſi fuerit contrariũ, huius cõtrarium ſignificat. Etiam eſt bonum in coniugio ſi Luna ſit creſcens in lumine & numero. Vtile inſuper eſt in coniugio reſpicere ad natiuitates uiri & mulieris, ſi eas habere poſſis: & ſi inuenis in eorum natiuitatibus fortunas in medio cęli, ſignificat quòd habebunt prolem in primo anno coniugij: ſed ſi dominus medij cœli fuerit poſt medium cœli, ſignificat ꝙ nõ cõcipiet primo mẽſe coniugij. Præterea ſi inueneris in natiuitate mulieris & uiri, fortunam in eodem loco ambarum natiuitatum, ſignificat quòd ambo diligent ſe. Idem hoc iudicabis in natiuitate hominum. Item ſi uolueris ſcire uter eorum magis confidat in alterum, aſpice & ſi inuenias in duodecima domo alterius Lunam alterius, iudica quòd ille cuius Luna eſt in domo alterius magis ſperat ſuper alterum. Etiam bona conſtellatio pro coniugio eſt, ſi ſit fortuna in aſcendẽte uel aſpiciat ipſum. Non eſt bonum facere coniugium exiſtente infortunio in aſcendente, nec ſi aſpiciat ipſum: ſed bonũ eſt facere & contrahere coniugiũ Luna creſcente in numero ſuo. In coniugio in quo fuerit Luna coniuncta cum infortunio in aſcendente, ſignificatur quòd uir & illa mulier erunt ſemper in rixa & litigio & ſuſpicione mutua. Similiter ſi talis cõſtellatio fuerit in eorum natiuitate, ille horum qui hoc habuerit uincet, & ſuam ſpem conſequetur ab altero. Et ſi locus Lunæ natiuitatum talium in hora coniugij fuerit ſuper terram, conuenire eos & pacificare rurſum faciet poſt rixam ſimul habitam et ſimultatem.

De electionibus litis. Cap. LV.

IN litibus suscipiendis utile est ponere ascendens aliquam domum trium planetarum altiorum, & magis firmæ & idoneæ ad hoc sunt domus Martis, & si sit Mars in sextili ascendētis uel eius trino, & si sit dominus ascendentis in ascendente aut in undecima uel decima. Omnino autē caue ne sit in quarta nec in septima necocta ua: similiter ne sit cōbustus nec cadēs ab angulo, nec applicās planetæ cadēti ab angulo, nec si recipiat eū: & pone dñm septimæ domus applicantē dño ascendentis, uel in ascendēte uel in 2. domo ab ascendēte. Item si uolueris q̄ in se mutuò insultent, uel iungant se & sit inter eos bellum, pone Martē in angulis, et applica ei fortunā quę habeat dignitatē in ascendēte, & quæ sit de natura ascendentis: nec unquā uadas ad litem nisi habeat dominiū in lite, & sit ipse dñs ascendentis, & potens in bono loco, non malè afflatus nec suspectus nec cōbustus, et sit in signo directæ ascensionis. Nunquam etiam ponas eum nisi in parte ascendentis, quia tunc erit eius auxilium à parte filius qui uadit ad litem, & societatis & militiæ eius, & saluabuntur & uincent ex auxilio Dei. Etiam fortunes secundā domum & eius dominum pro militia illius qui uadit ad litem, & octauam et eius dñm pro militia inimici, nec ponas dñm secūdæ in septima uel octaua, sed pone dñm octauæ in secunda domo ab ascendēte, & partem fortunæ & eius dominum in ascendente uel in secunda, & remoue eos à septima uel octaua. Etiā caueas ne Luna nec dñs domꝰ eius sint malefici antequam negotium sit inceptum. Similiter custodias dignitatē duodenariæ Lunæ. Etiam est necesse in causis bellorū aptare planetas belli, Martē dico, Mercuriū, Lunam et dñm domus in qua est Luna: nec ullo modo aliquem eorū obliuione præterire, quia sunt radices bellorū. Nota q̄ quilibet duorū exercituū qui mouerit, uel q̄ exiuerit in ea constellatione uel electione quam diximus, & se oppoſuerit ad litigandū, q̄ eorū ille uincet qui natus est de nocte, uel qui habuit in sua natiuitate Martem in meliori loco: quoniā Mars est significator & dñs bellorum: & fortè cōuenient simul & inter se pacem ferient, propter constellationē quā ambo habuerūt in exitu ad litem: hoc̄q̄ totum est dictū Zahel Bembriz, qui bene dixit & fuit in hoc toto certus. Filius Hebeteth dixit: Si quando uolueris electionē facere pro lite, dirige ascendens, & fac partē litis quæ accipitur à Marte in Lunā, & proiicitur à Sole: & caueas ne pars ista cadat, neque dominus domus eius in quarta domo, nec septima: nam si hæc pars ceciderit in aliquo horū duorum locorū, significat q̄ uincet inimicos: quia quarta domus significat depressionē, & septima significat impedimentum. Caueas etiam ne sit in octaua, qa significat ibi debilitatē & tarditatē. Fac similiter partem uictoriæ, quæ accipit à Sole in Martem & proiicit ab ascendēte. Etiam caueas ne ipsa nec eius dñs cadāt ab aliquo dictorū locorū. Etiam caueas ne uadas ad litigandū cum inimicis, q̄n Luna est in Tauro cōmiscendo se Marti, quia hæc est mala significatio & mala constellatio pro incipiente: tamē si q̄n Luna fuerit in Geminis uel in Cancro, pone eam in tertio Martis: & si ambæ fortunæ aspiciant eam, & incipias litigare cum quo uolueris, uel incipias causari cum quo uolueris, succedet: qa in hac cōstellatione uincet incipiens. Non incipias litigare q̄n Luna est in Virgine uel in Capricorno, sed caueas te ab inimico tuo, nec inuadas eum in tali constellatione. Rursum caueas similiter ne Saturnus sit cum Luna in aliquo dictorum signorū. Porrò si q̄n uolueris electionē facere pro aliquo homine, qui uult inuadere suum inimicū, aut ei facere malum, uel diripere potentiā eius, aspice in hoc casu si Luna sit incōtaminata ab infortunijs, & aspiciat fortuna: quia hoc significat q̄ inceptor alterū uincet, & accipiet ei potentiā suam, & durabit & fortificabit̄ idem inceptor. Etiam si q̄n ire uolueris ad litigandum, pone ascendens domū planetæ alti, & eius dñm in ascendente uel in 10. aut in 11. & caue ne sit in 7. uel octaua, nec combustus nec applicās planetæ cadenti ab angulo qui recipiat eū, nec planetæ qui intret cōbustionē: etiam fac ut alterū duorū Luminariū uel ambo applicēt dño ascendentis, quia significat̄ q̄ uincet dñs huius electionis. Alfadal filius Zahel dixit: Bonum est ut mittas illum qui uadit ad litigandū in die Iouis et eius hora, uel in die Veneris & eius hora, uel in die Solis & eius hora: & pone ascendens domum fortunæ, & sit illa fortuna orientalis in ascendente, uel in medio cœli uel in undecima, et dominus horę cum ipsa uel alia fortuna. Etiam si quando fuerit in ascendente fortuna, significat illi qui uadit saluationem corporis & lucrum. Similiter si quando fuerit fortuna corpora-

liter

liter cum Luna iuncta ſignificat gaudium. Item ſi foruna fuerit applicans Lunę, et ipſa aucta lumine, ſignificat agilitatem in itinere ac bonam fortunam in illo negocio, maximè ſi aſcendens & Luna fuerint in ſignis directarum aſcenſionū. Et hæc ſunt ſigna quę unanimiter eligunt, Dorothius & omnes ſapientes de Babylonia, quum dicūt q̄ ſigna tortuoſarum aſcenſionum ſignificāt labores, maximè eorū mobilia, quæ magis affirmant labores, & deſtruūt omnem rem quam homines uolunt perficere. Pręterea ſi qñ Sol fuerit in aſcendēte in tali electiōe, ſicut p̄diximus, audaciā, et potentiam magnam & cōplementū negocij ſignificat, excepto q̄ eſt malus in lucrando & habendo utilitatem ex negocijs: quia fortè ille inanis & uacuus reuertetur, maximè ſi acciderit in ſigno fœminino, aut in ſuo caſu, uel aſpectus fuerit ab aliquo infortunio. Etiā ſi Luna fuerit in aſcendēte uel in medio cœli, & electio fuerit nocturna, & fuerit applicans fortunæ & ab infortunijs libera, ſignificat eleuationem & potentiam magnam, & propriè ſi fuerit in exaltatiōe ſua, uel dominus exaltationis eius innocuus fuerit à combuſtione & retrogradatione. Ego dico quòd bonum eſt ponere aſcendens unum de ſignis fixis, & maximè ſi fuerit directæ aſcenſionis, & ſi dominus aſcendentis ſit in aſcēdente uel in decima aut duodecima, nec ſit ſignum aſcendens de communibus, niſi habueris magnā feſtinantiā in eligendo, quia ſi ibi fuerit, ſignificat quòd incipientē pœnitebit litis: nec ſit de mobilibus, quia ſignificat quòd incipiens nō complebit quod uolet. Etiam ponas partem fortunę in potentia incipientis, ut eſt aſcendens, ſecunda, decima & undecima: & caueas ne ſit in potentia inimici, ut eſt ſeptima, octaua, quarta, & quinta. Illud idem facias quoq̄ de dño partis fortunę, quia ille erit uictor in cuius potentia erit. Dico rurſum quòd expedit cauere à ſignis mobilibus in omnibus litibus, & maximè ab Ariete & Libra. Nota q̄ ſi qñ debilitaueris dominum ſeptimę, eundemq̄ infortunaueris, debilitabis inimicos tuos, & eorum milites, & eos qui ſunt in itinere deſtrues: ſed ſi fortunaueris hæc loca, fortificabis tuos inimicos & eorum adiutores. Minus damnum duorum infortuniorū eſt Martis, maximè ſi fuerit Venus in aſcendēte applicans ei & dans uim ſuam. Etiam ſi aſcendens fuerit Cancer, eſt ualdè malum pro incipiente, quia eſt mobilis, & dominus aſcendentis erit Luna quę inferior eſt omnibus, & dñs ſeptimæ erit Saturnus qui eſt altior omnibus, & quòd Luna eſt multarum mutationum & diuerſitatū & multorū impedimentorū. Etiam Capricornus pro aſcendente eſt melior omnibus mobilibus, et maximè ſi poſueris Lunam in ſecunda quæ eſt Aquarius: ſed ſi non poteris ibi eam ponere, pone ipſam in Sagittario infortunatā & dantem uim ſuam Saturno. Dico pręterea quòd ſi qñ dñs ſeptimę domus fuerit infortunium, non eſt bonum q̄ ſit in aſcendēte, cùm non ſignificet ſecuritatem niſi ſit in ſuo caſu uel cōbuſtione aut in altero eorū. Si quādo inueneris horā qua inimicus tuus exiuerit ad inuadendū te, dñm aſcendentis in angulo corroboratū, & uidēt quòd uincet, da electionē tuam ei qui uoluerit exire contra eum aſcendens ſignū mobile, & dominum aſcendētis in ſigno fixo uel cōmuni & receptum, & pone dominū ſeptimę et planetam cui applicat Luna cadētes ab angulo. Etiam ſi fuerit dñs ſeptimæ domus infortunium & directus in ſuo motu uel oriē talis, aut habuerit in eius loco potentiā uel dignitatē, fac ut ſit Luna ſeparans ſe ab eo, & caue ne ſit dñs aſcendentis in ſeptima.

De emptione armorum bellicorum. Cap. LVI.

ARma bellica ſi fortè emere paras, uide ſi ſit Luna in domo uel exaltatione ſua, aut in triplicitate coniuncta Martī in fine menſis: quia omnes ſapientes dicunt quòd Luna cum Marte in principio menſis eſt mala, & cum Saturno ſimiliter in fine menſis, & quòd debet caueri ab ea in iſtis ſtatibus.

De indictione belli & pacis pactione. Cap. LVII.

INdictiones bellorū aduerſus rebelles & eorum apparatus, non uult fieri Alkindus temerè, dicens: Vtile eſt regi uel ei cui aliquis factus eſt rebellis, non litigare cum eodem rebelle donec Luna fuerit fortunata: qa Luna & dñs aſcendētis ſunt ſemp illius qui factus eſt rebellis. Etiam cōuenit rebelli ut caueat ſibi à litigio, qñ Luna eſt infortunata, ſed petat bellum quādo fortunata, & maximè ſi dominus aſcendentis ſimiliter fuerit fortunatus et in aſcendente. Similiter caueat ſibi à litigio, quando dominus aſcendentis uel aſcendens eſt infortunatū. Item ſi ille qui factus eſt rebellis fuerit iens ad partes orientis, committere conuenit ei bellum Luna exiſtente in partibus occidentis: ſi autem fuerit uerſus occidens,

ponat

ponat Lunam in oriente: & si fuerit uersus meridiem, ponat eam in septentrione: & si fuerit uersus septentrionem, ponat eam in meridie. Præterea utile est illi qui uult inuadere illum qui factus est rebellis, si incipiat inuadere quando Mars est in partibus orientalis cœli, & à decimo gradu Tauri usque ad decimum gradum Leonis, & à decimo gradu Scorpionis usque ad decimum gradũ Aquarij: facies hoc si ille qui factus est rebellis fuerit à parte orientis. Si uerò fuerit à parte occidentis, incipe eum inuadere quando Mars est in partibus occidentalis cœli, à decimo gradu Leonis usque ad decimum gradum Scorpionis, & à decem gradibus Aquarij usque ad decimum gradum Tauri. In summa utile est unicuiq; partium, si caueat incipere negocium in malis horis & combustis, ab hora scilicet qua coniungitur Luna Soli in uno minuto donec transeant duodecim horæ: quia hæ horæ sunt abhorrendæ in omni claro facto, & omni re nobili. Similiter etiam à duodecim horis quę incipiunt post nonaginta sex horas, ad duodecim horas, quæ nominantur comburẽtes: & similiter à centũnonaginta duab. horis ad alias duodecim horas, quæ sunt à nonagintasex de illis duodecim primis: & sic consequenter donec cõpleantur omnes horæ mensis. uerbi gratia: Pone quòd cõiunctio Solis & Lunæ fuerit in die dominico in prima hora diei, existente medietate corporis Solis in ascendẽte: istæ horæ debent computari pro horis temporalibus quæ sunt inæquales. Vnde omnes horæ diei dominicæ sunt combustæ, & in nocte diei Lunæ sunt separatæ & in combustæ, & sunt bonæ horæ à principio illius noctis & totius diei Lunæ, & noctis eius & diei Martis, & totius noctis sequentis, & totius diei Mercurij. Postea incipiunt horæ combustæ in prima hora noctis quæ sequitur diem Mercurij, & usque ad diluculum diei Veneris sequentis durant. Postea die Veneris & nocte, & die sabbati & nocte incipiunt rursum cõbustæ, similiter & mane diei dominicæ, & complẽtur in toto die usq; ad principiũ noctis. Similiter incipies à nocte diei Lunæ, & facies sicut antè feciſti sic eundo et faciendo donec compleatur totus mensis, & incipiat alia coniunctio. Incipies autem ab hora coniunctionis in quacunq; hora sit, & extrahes cõbustas secundum hunc modum & numerum modò præscriptũ. Et si aliqualis fuerit incepta in istis horis, significat quòd inceptor litis erit destructus, uel quòd accidet ei impedimentũ in corpore, perditio in auxiliatoribus eius & societate ac rebus, ita quòd si incipiat in quatuor horis duodecim primarũ, erit destructus, & si in quatuor secundis, habebit impedimentum in corpore: & si inceperit in quatuor postremis, erit damnum in societate & auxiliatoribus eius.

De pace paciſcenda cum inimicis.

DE pace ineunda cum inimicis cõsulit Alkindus dicens: Inspice et si inueneris dominum ascendentis & dominũ septimę in uno signo, & fuerit inter eos aliquis planeta fortuna, significat quòd aliquis homo aget de pace inter eos: & si idem planeta fuerit in aliqua dignitatum suarum, significat quòd homo ille est cognitus & ex illa ciuitate natus, cuius status erit secundũ statum uersantis planetæ in illo loco orientali siue occidẽtali, aut in retrogradatione uel directione, secundum quem locum iudicabis de statu illius hominis & eius potentia. Et si ille planeta fuerit peregrinus in illo loco, significat quòd homo ille est extraneus illius terræ, si pegrinatio illius planetæ fuerit de domo uel exaltatione et nõ ultrà. Sed si habuerit triplicitatẽ, terminũ & faciem, significat quòd est natus in illa terra, non tamẽ ex parentibus ibi genitis. Porrò si uolueris scire quam ambarum partium magis diligat ille homo, aspice in quo signo habeat idem planeta plures dignitates, in signo ne ascendẽte an in signo septimæ, & in quo eorum habuerit maiorem dignitatẽ, iudica quòd ad partem illius declinat magis & eam plus diligit. Præterea si uolueris scire officium illius hominis, aspice naturam illius fortunę quę uersatur inter duos significatores, & si fuerit Iuppiter, dic q; est homo legis & iusticię & intellectus: sed si fuerit Venus, est homo uitiosus & honoratus & clarus. Cõmisce etiam cum eo naturam alterius planetæ qui commiscetur cum illa fortuna, sicut diximus in multis locis huius libri: ut si fuerit Saturn⁹, erit ex senibus uel his similibus: si fuerit Iuppitet, erit ex hominibus legis, iudex & aduocatus aut honoratus, uel his similibus: si fuerit Mars, erit homo bellicus: si fuerit Sol, erit de stirpe regum & clarorum uirorum: si fuerit Venus, erit de natura prophetarum & homo grauis: si fuerit Mercurius, erit de negociantib. & mercatoribus

catoribus uel ſcriptoribus: ſi fuerit Luna, erit de hominibus uerboſis & fabulas dicẽtibus. Poſtmodum aſpice ad quod ſignum domorum cœli habet maiorem & meliorẽ aſpectum, & iudica ſecũdum naturam illius domus: ut ſi aſpexerit domum aſcendentis & habuerit dignitates in ſigno aſcendentis, ille homo erit cõſanguineus & propinquus illius qui litem incepit, uel homo quẽ reputat ut ſeipſum: ſi fuerit in ſecunda, erit aliquis auxiliatorum ſuorum: ſi in tertia, erit aliquis conſanguineorum uel amicorũ ſuorum: ſi in quarta, erit conditionis parentum uel auorum aut his ſimiliũ: ſi in quinta, de filijs uel ad ſimilitudinem filiorum ſuorum erit: ſi in ſexta, de hominibus inferioribus quàm ipſe ſit, aut erit de ſeruis ſuis & his ſimilibus: ſi in ſeptima, de ſuis aduerſarijs erit: ſi in octaua, de auxiliatoribus inimicorum ſuorum erit & de ſuis aduerſarijs: ſi in nona, de hominibus legis & qui iam itinera fecerunt cum eo dicetur: ſi in decima, de natura regis inuenietur: ſi in undecima, de auxiliatoribus regis erit & amicis eius: ſi in duodecima, erit de ſuis inimicis. Similiter etiam aſpicias, & ſi ille planeta qui eſt mediator in ſigno inter dominum aſcendẽtis & dominum ſeptimæ, fuerit infortunium, ſignificat quòd inter illum qui factus eſt rebellis & alium interueniet homo, qui perfidioſè aget fraudulẽter & peruerſè damnabit. Et ſi fuerit Satur. erit homo ſenex uel deceptor profundarum cogitationum: ſi fuerit Mars, erit homo iracundus, ſanguinolentus & magnarum proditionũ, & ſecundum naturã Martis. Commiſce etiam cum eis naturã planetæ, quem aſpicit de domo ſua meliori aſpectu.

De diruptione caſtrorum & uillarum inimicorum. Cap. LVIII

CAſtra & uillas inimicorũ diruere ſi uelis, incipe à cõtrario extructionis ædificiorum dictorum, nihil addens neq; duminuens, & pone aſcẽdens ſignum aëreum uel igneum, & q̃ ſint Luna & dominus aſcendentis in talibus ſignis. Atabari dicit: Sit aſcendens ſignũ directarum aſcenſionũ, & ſit dominus aſcendentis occidentalis, & primus planeta qui habet aſcendentem poſt aſcendens ſit diminutus in motu, & applicãs planetæ tali eundo ad eius caſum, & remotus ab angulo, non ſit tamẽ retrogradus. Bonũ eſt etiam ſi Luna ſit orientalis, & motu & lumine diminuta, & remota ab angulo, & applicans planetę qui ſimiliter ſit remotus & iens ad eius caſum, uel ad caſum Lunæ. Etiã ſi Luna fuerit ſuper terram, fac quòd applicet planetæ qui ſit ſub terra, nec ſit dominus aſcendentis retrogradus. Eſt etiam bonũ ſi fiat hoc in quarto poſtremo menſis, & non aſpiciat Luna dominũ domus ſuæ nec Solem. Hæc eſt electio ꝑ caſtro inimici, & in tali electione corroborabis te ſuper caſtrũ & deſtrues illud. Sed ſi alia fuerit deſtructio, per aliam conditionẽ quoque leuior electio fieri poterit, aſpiciendo ſcilicet & meliorem reddẽdo radicem electionum, ſicut docuimus in omnibus rebus.

De præparatione armorum & inſtrumentorum bellicorum & triremium. Cap. LIX.

IN præparatione armorũ & claſſis utile eſt habere aſcendens ſignum fixum, & ſi omnes quatuor anguli fuerint ſigna fixa & directarum aſcenſionũ, erit melius. Eſt etiam bonum ſi Luna & dominus aſcendentis ſint in angulis, & ſi ſit in medio cœli fortuna potens & orientalis, & in ſuis dignitatibus ac uelocis motus, & ſi ſit Luna in maiori ſuo motu. Apta etiam Martem quàm potes maximè, ſimiliter dominũ coniunctionis uel præuẽtionis quæ fuit ante illud factum, & quòd prima applicatio, quam fecit Luna poſt ſeparationem ſuam à dicta coniunctione uel præuẽtione, ſit ad fortunã. Etiam ſi dominus aſcendentis fuerit intrans angulum, erit bonum. Eſt etiam bonum ſi aſpiciat quartã domũ, quia quarta domus eſt locus nauis & quod aſſimulatur ei: & poſtmodũ meliorem reddere quartam domum, & ponere ibi ſignum fixum. Alij ſapientes dicunt quòd bonũ eſt in hoc negotio, ſi ſit Luna in Tauro uel Geminis: quia figura & forma riui eſt in illis ſignis. Etiam caueas ibi ab aſpectibus Martis. Etiã eſt bonum ſi ſit Luna ſuper terram. Etiam ſi quando hæc nauigia uolueris ponere in aquam, aſpice aliam talem electionem qualis eſt illa.

De participatione & omni re quæ ſit inter duos. Cap. LX.

GEenerale dictũ in omni re quæ euenit inter duos, eſt ſi ſit aſcendens ſignificator incipiẽtis rẽ, & ſeptima domus ſignificatrix alteriꝰ, & 10. illiꝰ qui intercedit inter duos: quo in negocio ſi fuerit lis aliqua, erit hęc domꝰ ſignificatrix

catrix uictoriæ similiter, & domus quarta finis rei, & Luna est significatrix illius qui intercedit inter eos, & planeta à quo separatur Luna est significator illius qui incipit, & planeta cui applicat Luna significator alterius, & dominus quartæ domus significator finis. Etiam aspicias si domum ascendentis uel domum septimæ magis aspiciat & meliori aspectu dominus medij cœli, & in qua ipsarũ duarum domorũ habeat maiores dignitates, & iudica quòd ille erit magis stabilis & firmus in re. Aut in participatione sine societate bonum est si sit ascendens signum cõmune, & Luna in signo cõmuni. Etiam Leo bonus est in hac re, qa Sol & eius domus sunt boni in societate: quoniam Sol dat partẽ Lunæ & alijs planetis de lumine suo. Non est bonum ibi si sit Luna in ascendente in signis mobilibus, excepto solo in Capricorno, q bonus est in hoc: nec in fixis nisi in Leone solo, qui bonꝰ est in hoc. Etiam abhorretur applicatio Lunæ ad dominum ascendentis, & maximè si fuerit Mars.

De inquisitione fugitiui. Cap. LXI.

ELectio ad inquirendum fugitiuum debet aspici pro maiori parte, sicut aspicitur in electione inimicorum: unde si fuerit conditionis illius qui factus est rebellis, accipe electionem, sicut diximus, à septima domo & eius domino, & à Luna, debilitando & faciendo eos cadentes secundũ constellationes prædictas. Sed si fugitiuus fuerit de alijs inimicis, accipe electionem à duodecima domo & eius domino. At si fugitiuus nõ fuerit in his duabus conditionibus comprehẽsus, aspice de eo sicut prædiximus. Alfayat dicit: Sit Luna applicans infortunijs, nec ponas eã nec planetã cui ipsa applicat in quarta domo. Messahala dicit: Vtile est si dominus ascendentis & dominus septimæ sint applicãtes inter se. & subiunxit: Si Luna fuerit applicans alicui planetæ in duodecima uel sexta domo, significat q ille fugitiuus destruetur & perdetur.

De confessione latrocinij. Cap. LXII.

SVper latrone nolente fateri latrocinium Albumasar dixit: Bonũ est in hoc si sit Luna & planeta cui applicat Luna, in signis rationabilib. humanarum formarum. & in hoc dixit bene & bonam opinionem habuit. At ego dico quòd similiter bonum est in hoc, si sint isti & ascendens in signis directarum ascensionum, ut confiteantur ueritatem et nõ aliud.

De uenatione per terram & per aquam. Cap. LXIII.

VEnari (per uenationẽ intelligo & piscationem & aucupationem) si quando cupias & uelis habere electionem, pone Lunam in Tauro uel in eius triplicitate. Sapiẽtes dixerũt: Ei qui uoluerit uenari super terram conuenit, si ponat Lunam in Ariete uel Leone uel Sagittario, applicãtem Martí de tertio uel sextili cum receptione: quia hoc significat q habebit quicquid uoluerit de uenatione, & q fortificabuntur canes & alia animalia cum quibus uenatur, quocunq fuerint in uenationibus. Porrò si quando uenari uolueris, conuenit ut applices Lunam fortunis, & ponas in ascendente fortunam, in septima infortunium, & q illud infortunium sit Mars, quia significat sanguinem: uerum tamẽ si illud infortunium fuerit Saturnus, significat quòd uidebunt uenationem sed non capient eam. Sed in piscatione procura ut sit Luna in medio cœli applicans Veneri in septima domo, quia hoc significat q capient quicquid uoluerint. Tamen si uenari uolueris bestias habẽtes ungulas, sicut uulpes, lepores, & his similia: fac ut sit Luna à Marte recepta, & alter eorũ in medio cœli. At si tuæ intentionis fuerit capere bestias, sicut sunt lupi, apri, & his similia: caueas quantum potes, ne sit Mars in aliquo angulorum, quia si fuerit ibi non erit uenator tutꝰ à malo bestiæ uel ferę. Similiter est pessimum uenari si sit ascendens de signis quadrupedum, cuiusmodi est Aries et Leo & Sagittarius, quia bestia interficiet quitaturam uenatoris. Etiã si Luna fuerit à Marte infortunata in ascendẽte, significat illud idẽ. Ego expertus sum multis uicibus, nec unquam uidi uenatorem qui exiuerit uenatum ascendente Tauro uel Geminis aut Scorpione, & retulerit rem aliquã licet bonos canes haberet & his similia, & esset bonus uenator. Etiam omnium quos uidi exire uenatum ascendente Tauro, nullum uidi qui non intraret latorinas uel aspera loca & alta, ex quibus non potuit habere uenationem. Et omnibus, quos uidi exire uenatum ascẽdente Capricorno, uenatio abscondebatur in sarcialibus et locis asperis, nec poterant eam habere. Hoc totũ quod hucusq diximus, est de uenatione ferarũ, bestiarum, & maximè quadrupedum. Item si fuerit tuæ intentionis uenari aues, est bona ele-

na electio ſi ſit Luna in aliquo ſignorum aëreorum, cuiuſmodi ſunt Gemini & Libra & Aquarius, & ſit applicans Mercurio, & Mercurius fortis & recipiens Lunam: quia hoc ſignificat q̃ capiet de auibus quicquid uoluerit. Tamen pro coturnicibus & perdicibus magis et ſpecialiter conuenit, ut applices Lunam Mercurio & Veneri: pro aliis uerò auibus ſufficit applicatio Lunę ad alterum eorum ſemper, ſcilicet ad Mercurium uel ad Venerem, Luna exiſtente in ſignis aëreis, ſicut prædiximus. Si quando Luna fuerit in iſtis ſignis & fuerit applicãs Saturno, nõ capiet uenationem quam uolet: imò capiet fortè aliquã bubonem uel auẽ malam, in quibus non eſt utilitas. Venãdo tamen aygrouum uel aſtardam eſt melius omnium ſi ſit Mercurius cum Marte. Si autẽ capere anates & alias aues aquaticas uelis, conuenit ut ſit Luna in ſigno aëreo applicans planetæ exiſtẽti in ſigno aquatico: quia iſta eſt bona electio ad hoc, & ſignificat q̃ capies quicquid uolueris: ſi tamen aucuparis cum aſture, utilius eſt tibi ſi ſit Luna in Geminis. Et in aucupatione cum ſpraueriis aut ſmerilis, eſt melius ſi ſit Luna in Aquario applicans Marti de tertio uel ſextili. In piſcatione maris prętera eſt optimum ſi ſit Luna in Cancro iens ad Iouem, Ioue in Piſcibus exiſtẽte: nam hæc eſt melior electio quæ poſſit haberi in uenatione maris, & ſignificat quod capiet multum. Et ſi quando Iuppiter fuerit orientalis, capiet piſces minutos: & quum occidentalis, piſces magnos. In omni uenatione maris aſpice applicationes Lunæ ad Venerem, qa multum bonum eſt in hoc, ut dictum eſt in præcedentibus. Item ſi quando uolueris docere canes ad uenandum, aſpice ſi ſit Luna in Ariete Marti coniuncta, quia hoc ſignificat q̃ bene addiſcent uenari & quòd bene interficient: ſed ſi Iuppiter non aſpexerit, ſignificat q̃ canes impediẽt uenationem, & ſi aſpexerit Iuppiter ſaluabunt eam. Prætera ſi quando uolueris docere leopardos, cõſidera ſi ſit Luna in Leone applicãs Marti exiſtenti in Ariete, quia hæc electio eſt omnium melior ex his quæ in hoc negocio poſſunt haberi: ſignificat enim quòd erunt potentes ad uenandum & ſaluandum uenationem. Sed ſi Luna fuerit in Leone applicando Marti, & Mars in Scorpione, ſignificat q̃ leopardi capient uenationem cũ magna moleſtia & labore, nec ſaluabunt eam. Item ſi quando uolueris docere auſtures aut accipitres uel falcones, aſpice ſi ſit Luna in Aquario applicãs Marti, & Mars in Scorpiõe, quia hæc eſt melior & fortior electio in hoc caſu. Porrò ſi quãdo in uenatione applicuerit Luna planetæ retrogrado, ſignificat q̃ nihil capiet, & habebit moleſtiã & laborem in uenatione. Etiã ſi quando Luna fuerit in aſcendente, ſignificat magnam agilitatem in uenãdo. Similiter ſi q̃n Mars fuerit in medio cœli, ſignificat quòd aues & beſtiæ cũ quibus uenatur idẽ experiẽtur. Etiam ſi quando Luna fuerit in medio cœli à Marte infortunata, ſignificat q̃ uenator perdet auſturem, & ibit eum quęrẽdo. Vtile eſt ei qui uoluerit uenari cũ aquila ſpecialiter, ſi ſit Luna in Ariete applicãs Marti exiſtenti in Capricorno, quia tunc ſignificat q̃ uenabitur per terram & aërem quãtum uoluerit. In ſumma & generaliter in oĩ uenatione bona electio eſt, ſi ſit aſcendens ſignum mobile, & Luna in medio cœli fortunata à Ioue, & lup. in aſcẽdente, & Mars in ſeptima domo, & Saturnus cadens uel non aſpiciens aſcẽdens, & Venus in aſcẽdente uel in medio cœli, & Luna applicans ei: quia ille qui equitauerit ad uenationem in tali conſtellatione, fortificabitur eius equitatus, & lætabuntur animalia cum quibus uenatur, & capiet quicquid uoluerit: nec remorabitur eum nec laſſabitur ipſe, nec eius equitatus nec eius ſocietas, & ſanus & hilaris reuertetur ſine laſſitudine & alio tædio.

De luſu tabularum & ſcacchorum & taxillorum & his ſimilibus. Cap. LXIIII.

LVdorũ etiã electio ſit: nã ſi uolueris in principio ludi ut citò finiatur ludus, pone aſcendens ſignum mobile, & Lunam ſimiliter in ſigno mobili: ſed ſi uolueris ut duret ille ludus, pone aſcendens ſignum fixum, & Lunam ſimiliter in ſigno fixo. Item ſi quãdo Luna applicuerit fortunis, ille qui primò luſit lucrabitur: ſed ſi applicuerit fortunæ & poſtmodũ infortunio, ſignificat q̃ qui primò luſit in initio lucrabitur, & poſtea perdet. Etiam ſi applicuerit infortunijs perdet qui primò luſit. Sed ſi applicuerit infortunijs et poſtmodum fortunis, in principio perdet & poſtmodum lucrabitur. Etiam in ludendo ſeparatim ad ſcacchos, bonũ eſt ſi Luna applicet Merc. & poſtea Marti: qa in ſcacchis ſunt diuerſæ formæ, & ſi ambo recipiãt Lunam: & ſi aſcendens fuerit ſignum commune, ſignificat q̃ neuter lucrabitur quidq̃ ab

altero. Prēterea in ludēdo ad taxillos bonū est si Luna applicet Veneri uel Mercurio, & si quando in ascendente fuerit fortuna, lucrabitur incipiens ludere: sed si fuerit infortunium in septima, alter multū perdet. Etiam si dominus ascendentis fuerit in medio cœli, lucrabitur ille qui incepit. Adhæc si dominus ascēdentis aspexerit dominum septimæ de oppositione, significat quòd unus furabitur alteri. Etiam si Luna separans à Mercurio applicuerit ad dominum ascendentis, accidet incipienti ludum ut ostendatur ei. Etiam si quando Luna separatur à Mercurio applicuerit ad dominum septimæ, accidet alteri ut ostendatur ei. Quin si quando dominus ascendentis fuerit retrogradus, significat quòd incipiens ludet cum fraude. Etiam si quādo dominus ascendentis & dominus septimæ ambo corroborati fuerint in medio cœli, significat q dimittent ludum æqualiter. Sed si quando Mercurius fuerit in ascendente & Luna cū eo, significat quòd habebunt multa uerba et rationes supra ludum. Similiter si quādo Mars fuerit in ascendente, significat quòd in illo ludo dicentur multa mendacia. At si quando Saturnus fuerit in ascendente, nō lucrabitur unus ab altero, & tædio affecti separabunt se à ludo. Quin si quando Iuppiter fuerit in ascendente, separabunt se cū ira. Si quando Venus fuerit in ascendente, separabunt se hilares & de bona uoluntate. Etiam si quando Luna fuerit in ascendente, significat quòd citò lucrabitur ille qui debuit lucrari. Præterea si quādo luseris Luna in ascendente existente, caueas tibi ne incipias ludum, quia citò lucrarentur tibi. Item si quando ascendens fuerit signum cōmune & dominus ascendentis in signo cōmuni, significat quòd alij post illum ludum in eodem ludo ludent post eos. Messahala dixit: Si quando ludere uolueris aspice in qua parte sit Luna, & si sit in oriente uel occidente aut in meridie uel septentrione, & pone te ad sedendum sic ut facies tua sit cōtra faciem Lunæ, & lucraberis. Nota quòd oriens adiuuat septentrionem, & occidens meridiem. Similiter si quando uideris duos ludentes, et scire uolueris quis eorum lucrabitur, aspice quis eorum habeat faciem suā contra faciem Lunæ, quia ille lucrabitur: tamē in ludis scindulæ uel omnis rei quæ proiicitur, aspice si sit Luna in signis mobilibus, & caueas à Tauro uel signis communibus. Est etiam bonum si Luna applicet fortunis, & si applicuerit Marti de aliquo loco in quo habeat triplicitatem, bonū est similiter. Omnino caue ne Saturnus habeat aliquam commixtionem. Item si quando uincere uolueris. fac tibi quod dixi de taxillis, & trahe tuam faciem ad partē in qua fuerit Luna. Etiam cum exis domum tuā uolens ire ad ludum, hoc modo pone dominum ascendentis applicantem fortunis, & quòd sit in medio cœli aut in undecima domo, et cum hoc toto pone eum super terram ab infortunijs liberum & à combustione: quoniam si hoc feceris lucraberis.

De dormitione cum mulieribus. Cap. LXV.

QVando iacere uis cum mulieribus, aspice in illis signis quæ delectationem habent in illo negocio, (sunt autem Aries, Capricornus, Leo, & Libra) quia hæc significant magnam potentiam in hoc negotio, & quia non cessabunt. Et si Luna sic habens applicuerit Veneri & Marti, erit melius: quia Venus significat gaudium quod inuicem habebunt & delectabiles rationes, & Mars significat multum sperma. Caue aūt ne Luna applicet Saturno, quia significat frigiditatem, tædium & fastidiū illius facti. Etiam si Luna applicuerit Soli cum receptione, significat magnam delectationem & conuenientiam amborum in illo negocio. Caue præterea ne sit Luna in Piscibus, quia significat quòd accident ibi infirmitates. At si Luna fuerit in Geminis, Libra, Aquario (quæ sunt signa humana) est bonum in hoc casu, quia significat delectationem & gaudium. Etiam si Luna applicuerit Ioui, significat quòd mulier defendet se ab illo negocio ratione regis. Item si uolueris facere cum muliere ut non concipiat, pone Lunam in Geminis, Leone, uel Virgine: et quòd applicet Veneri, & non habeat aspectum ad Iouem. Caue etiā quū uis iacere cum muliere ut non concipiat, ne sit Luna in Cācro, uel Scorpione uel Piscibus, quoniam hæc sunt signa multorum filiorum. Etiā si Luna aspexerit Martem, prohibebitur generatio. Etiam si quādo Venus fuerit in ascendente in Libra uel Piscibus, habebit multum gaudium & delectationem. At si quando Saturnus fuerit in septima, accidet discordia inter eos.

De octaua domo & eius electionibus. Cap. LXVI.

OCtaua domus nō admodū multas habet electiones, quū præter testamēta

&

& cauſas ex teſtamentis prouenientes, hoc eſt, hæreditates ſuis hæredibus dandas, ſeré nihil complectatur.

De teſtamento mortui. Cap. LXVII.

TEſtamentum ægrotus ſi condere parat, non faciat ipſum quãdo aſcendẽs & Luna ſunt in ſignis mobilibus, quia hoc ſignificat quòd illud teſtamentum non ſeruabitur: eſt tamẽ in hoc bonum ſi ſit Luna deficiens numero & creſcens lumine, & ſi nõ applicet planetæ ſub radijs exiſtenti, quia ſignificat q̃ citò morietur, maximè ſi fuerit Luna coniuncta Martí, nec ſit in quadratura nec oppoſitione eius: nec ſit Mars in aſcendente uel nõ aſpiciat ipſũ malo aſpectu, qa ſignificat q̃ homo ille nõ mutabit teſtamentum illud, & q̃ morieẽ ex illa infirmitate, nec ſeruabiť teſtamentũ, ſed aut perdeẽ aut furabitur. Sed ſi Saturnus habuerit cum aſcendente & Luna cõſtellationes quas diximus de Marte, ſignificat quòd homo ille adhuc uiuet, & quòd illud teſtamentum erit cuſtoditum & obſeruatũ in ſua uita, & etiam poſt mortem eius. Etiam ſi Iuppiter aut Venus fuerit cum Luna & cum domino aſcendentis in talibus conſtellationibus, ſignificat quòd ille qui facit teſtamentum adhuc uiuere debet, & quòd in poſterum faciet aliud teſtamentum. In ſumma bonum eſt ad faciendum teſtamentum ratum & firmum, ſi aſcendens & eius dominus ac Luna ſint in ſignis firmis & fixis, quia ſignificant firmitatem teſtatamenti.

De cauſis reddituum mortuorum. Cap. LXVIII.

IN cauſis reddituũ mortuorũ utile eſt, ſi ponas in octaua domo aliquam de domibus Veneris aut Iouis, aut quòd ipſa domus & eius dominus ſint liberi ab infortunijs, & quòd idem dominus octauæ ſit in ſuccedenti: qui ſi fuerit in duodecima domo, erit melius exiſtentibus in octaua et eius domino ſaluis, ut prædiximus. Etiam bonum erit ſi gradus octauę domus ſit terminus Iouis aut Veneris ſi poteris, & ſi aſpiciat dñm octauæ domus bono aſpectu.

De nona domo & eius electionibus. Cap. LXIX.

NOna domus complectitur electiones omnium itinerum, uidelicet iter ad deferendum aliquid, iter ex quo celeriter quis redire cupit, iter clandeſtinum, iter nauigabile & quæ huic ſubijciuntur, ut eſt emptio nauis, aſcenſus nauis, & ſolutio nauis ſeu nauigatio, projcere nauem in aquam: docere etiã (nam & hæc quodammodo ſubijciuntur) ſcientias & magiſteria, cantus & uariationes locationũ, introitum ciuitatis eius qui uenit ex itinere.

De electione itineris. Cap. LXX.

VTile eſt præceptũ, q̃d̃ agis prudẽter age & reſpice finẽ: id eñ faciẽs quis nõ ingrediẽť iter niſi ſecundũ natiuitatẽ ſuam, & ſecundum reuolutionem anni ſui, uel ſecundum aſcendens figurę quęſtionis ſuæ, ſi non habuerit eius natiuitatem, Itaque ſecundum iam dicta apta Lunam & aſcendens natiuitatis, uel aſcendens reuolutionis aut quæſtionis eius, et apta domũ in qua eſt res pro qua uadit. Caueas autem ne aſcendens eius ſit cadens ſecũdum aſcendens exitus eius. Et ſi eius iter fuerit ad regem, pone decimã eius natiuitatis aſcẽdẽs exitus: ſi fuerit pro mercib. pone undecimã natiuitatis eius aſcendens exitus: & ſic de alijs ſecundũ hanc rationem & domum in qua fuerit eius quæſtio, illud ſignum ponas aſcendens exitus eius. Etiam eſt bonum ſi ſit Luna in decima aut quinta aſpiciens dominum domus ſuæ. Caueas autem ne ſit infortunata nec ab infortunijs aſpecta: ſed fortuna eam fortunis firmis & robuſtis, & ſit creſcens in numero, & Mercurius euaſus à radijs & liber ab infortunijs. Etiam caueas ne ſit Luna in ſexta uel duodecima, quia ſignificat damnũ & tarditatem in itinere. Item ſi Luna fuerit creſcens lumine, ſignificat quòd citò applicabit ad locum ad quem uult ire ſaluus et quietus. At ſi Luna uel Saturnus aut ambo fuerint in aſcendente uel in ſeptima, aut eorum alter in aſcendente & alter in ſeptima, accident in itinere aut in loco ad quem uadit infirmitates maximæ, rixæ, interfectiones, & perditiões. Sapiẽtes dicũt: In die ſi et qui exit in itinere aſcẽdens fuerit Aries, obuiabunt latrones: etſi ſi inuaſerit eos, ipſos uincet. Et ſi exitus fuerit pro eundo ad obſidendum caſtrum uel ciuitatem, capiet eam. Item ſi aſcendens fuerit Taurus hora exitus, lucrabitur pecora, capras, porcos, ceruos, & his ſimilia, & lapides præcioſos. At ille qui exiuerit aſcendẽtibus Geminis, lucrabitur arma uel ſeruos ſciẽtes magiſteria: ſi aſcendente Cancro, erit ſaluus & ſanus & bene fortunatus in rebus & omnibus factis ſuis: ſi aſcendente Leone, uincet & lucrabiť, & alteri ueniet malum pro eo:

si ascendente Virgine, erit alacer & lucrabitur seruos: si ascēdente Libra, erit mediocris in bono & malo: si ascendēte Scorpione, laborabit & non habebit quod petet, et accident ei tristitiæ, postmodum lucrabitur modicum lucrum: si ascēdente Sagittario, applicabit ad id quod uoluerit & lucrabitur equos & arma, & res faciet de quibus habebit magnam mercedem: si ascendente Capricorno, fatigabitur & tædiosus erit, nec habebit quod uolet, & lucrabitur peccata, & recipiet tædium ab inimicis: si ascēdentibus Piscibus, lucrabitur lapides pretiosos, & habebit quod uolet, & erit sanus suo corpore. Zaradest dixit: Ascendens illius qui facit iter est in puncto quando exit domum suam, & ascendens introitus itinerantis est in puncto, quando eius uisus cadit uel aspicit domum suam. Alhatsen filius zahel dixit: Melior electio pro incipiendo iter, est si sit Luna crescēs lumine & numero & ab infortunijs libera, nec sit in secunda domo nec octaua nec sexta nec duodecima, & sit à fortunis aspecta, & Mercurius sit euasus combustionem & ab infortunijs liber, et dominus ascendentis non sit combustus nec infortunatus, & sit in bono loco figuræ, & sit in ascēdente fortuna uel in angulorum aliquo: quia talis electio significat saluationem corporis & agilitatem uel gaudium in itinere, bonam fiduciam, & applicare ad id quod uult. Verumenimuero si hoc totum habere non poteris, ponas Lunam aspicientem ascendens, & similiter dominum ascendentis, & sint ambo intacti ab infortunijs. Etiam si Luna fuerit coniūcta Ioui aut Veneri per corpus, uel in eorum aspectibus trino uel sextili, summam prædicit prosperitatem. Ptolemæus dicit: Si quum Luna separatur à gradu coniunctionis Solis, statim aspexerint se cum Saturno de tertio uel sextili, & post eum aspexerint se cum aliqua fortuna, significat quòd res quæ incipientur in illo tēpore cōplebuntur, & erunt durabiles, & gaudebit eis dominus illarum, et durabunt quantum sunt anni minores Lunæ de numero annorum aut mensium uel dierum: & si hoc transierint, durabunt quantum sunt anni minores Saturni similiter in numero annorum mensium uel dierum; & hoc quia Luna applicet Saturno in principio mensis. Nota quòd ascendens est significator uillæ à qua separat ille qui facit iter, & septima est significatrix terræ ad quam uadit, & decima significatrix uiæ uel itineris eundi de domo sua, & quarta domus significatrix itineris reditus ad domum suam. Vnde si quis istorum locorum melior et fortunatior fuerit factus, significat bonitatem in illa sua significatione: & si quis fuerit malè afflatus & nocens, significat damnum in illa sua significatione. Caueas etiā ne Luna sit coniuncta cum infortunijs per corpus, nec in quarto uel opposito aspectu eorum, quia aspectus infortuniorum ad ascendens infert minus mali quàm ad Lunā, & hoc propriè in itineribus: quia aspectus Lunæ ad Martem in principio mensis, significant latrones & damnum pro parte regis. Caue præterea ne unquam ponas Lunam in quarta domo, (quoniam ibi est pessima) sed ponas eam in quinta, quia magnam fortunam significat, & quòd citò reuerteretur ab itinere suo, & habebit quod uoluerit, & successus bonos, & multa lucra, & salutem & saluationem corporis, & agilitatem in factis. Similiter abhorribilis est Luna in ascendēte tam in introitu quàm in exitu, quia significat in itinere infirmitatem & magnum laborem. Item si uolueris ire ad regem, applica Lunam Soli uel domino medij cœli de tertio uel sextili, & pone Solem in bono loco figuræ in ascēdente uel in decima uel undecima, quia si cadens fuerit nullum bonū habebit. Similiter si fuerit in septima uel in quinta, significat laborem & modicum boni. Etiam si fuerit in occidente uel quarta, significat modicum boni, & magnum & longum laborem. Præterea si uoluens ire ad nobiles homines, uel ad aduocatos uel iudices uel homines legis, applica Lunam Ioui, existente Ioue in angulis uel in bono loco figuræ, sicut diximus de Sole. Adhæc si uolueris ire ad præpositos uel homines armorum uel litium, applica Lunam Marti de tertio uel sextili: caue tamen ibi coniunctionem eius, nec ponas eum in angulo, sed in succedenti. Etiam si uolueris ire ad senes uel homines uilis progeniei, applica Lunam Saturno de tertio uel sextili, nec ponas eum in angulo sed in succedenti. Porrò si exitus tuus fuerit ad mulieres, applica Lunam Veneri existēti in signo masculino: & si potes pone Lunā in locis modò de Ioue dictis. Deniq; si exitus tuus fuerit ad scriptores & mercatores aut sapientes, applica Lunam Mercurio, & aspice ne Mercurius sit sub radijs, nec retrogradus nec aspiciens infortunia: quia si quando

planeta

planeta cui applicat Luna, uel qui aſpicit aſcendens, aut dominus ſeptimæ fuerit tardi motus aut retrogradus uel infortunatus ſignificat duritiam & moleſtiam in itinere.

De itineribus ex cauſa ſpaciandi.

Cap. LXXI.

IN itineribus ex cauſa ſpaciandi ingreſſis, utile eſt ponere Lunam ſeparatam à fortuna & applicantẽ fortunæ: ga hoc eſt bonũ, & ſignificat q̃ lætabit̃ cum illis quibus obuiabit, nec habebit triſtitiam ex illis quos relinquet poſt ſe. Et ſi acciderit Lunam eſſe in medio cœli, erit honoratus in illo ſpaciato tẽpore & alacer, & gaudebit in locis in quibus intrabit, & in locis per quæ tranſibit. Et ſi hora qua ſe mouet ut eat ſpaciatum, Luna fuerit curſu uacua, & poſt exitum eius de illo ſigno & introitum alterius, applicuerit Veneri per aſpectum uel coniunctionem, ſignificat quòd mouet ſe quidem & ſpaciatur, tamen non habet magnam delectationem in deambulatione, ſed poſtq̃ nactus fuerit ſocios & ioculatores exhilarabitur in illa ſua deambulatione: & ſi in exitu ad locum ſpecialem & notum Luna & aſcendens fuerint in ſignis communibus, & Luna applicuerit fortunæ, & fuerit in aſcendente fortuna, ſignificat quòd gaudebit in loco ad quem uadit, & quòd mutabitur de illo loco in alium in quo lætabitur & ſpaciabit̃ plus quàm in primo. Etiam ille qui ſe mouet ut eat ſpaciatum, Luna exiſtente in ſigno terreo & applicante Veneri, & aſcendens ſit ſimiliter ſignum terreum, & Luna & Venus ambæ aſpicientes aſcendens, habebit plura ſolatia & plura loca & bonas uiſiones: & ſi aſcendens fuerit ſignum fixum, ſpaciabitur in pulchris laboribus & operibus palatiorum. & illud eius ſolatium habebit bonum finem. Item ille qui exit ſpaciatũ Luna coniuncta cũ Marte per corpus, uel applicãdo ei de malo aſpectu, ceſpitabit in itinere uel cadet, & ibit per altitudines & ualles. Omnium deterrimus eſt ſpaciandi aſpectus, ſi Luna ſit aſpiciens Saturnum ex aliqua parte, quia ſignificat quòd erit ſolitarius & triſtis. Etiam malum eſt ſi ſit Luna ſeparans ſe à fortuna & applicãs infortunio, ga hoc ſignificat quòd maius ſolatium habebit in loco à quo ſeparatus eſt, quàm in loco ad quem uadit. Porrò pro eo qui uult ſpaciari per aquam, utile eſt ſi ponas aſcẽdens in ſigno aqueo in introitu aquæ, & ſi Venus ſit in aſcendente uel in medio cœli. Etiam ſi uolueris multum ſtare ſuper aquam aut diu ire per eam, pone aſcendens ſignum fixum, & Lunam in medio cœli, quia hoc ſignificat quòd multum durabis in aqua & habebis bonum ire & bonos uentos: & ſi Venus fuerit applicata cum Luna de ſigno communi, gaudebũt cum eo homines qui adiungent ſe ei in illo itinere. At ſi uolueris prolongare illud iter, nec multum durare ſuper aquam, pone aſcendens ſignum mobile & aliquam fortunam in eo, & caue ne infortunium ſit in eo: nam ſi fortuna ibi fuerit, ſignificat quòd exibunt inde ſani & læti: ſed ſi fuerit infortunium ibi, fortè exibunt inde cum timore & fugiendo: at ſi fuerit Mars in aſcendente, ſignificat quòd accident iræ, & non habebunt puras uoluntates inter ſe. Præterea ei qui uult ire ſpaciatum per terram, pone aſcendẽs ſignum terreum, & ſit fortuna in eo: & ſi uolueris q̃ duret illud iter, pone aſcẽdens ſignum mobile, quia melius eſt pro mouendo: ſed ſi uolueris ſtare & quieſcere ibi propè, pone aſcendens ſignum fixũ, quod bonum eſt pro durando et pro habendo amplitudinem et latitudinem ſpaciandi. Ad hæc ei qui uoluerit ſatis durare in ſuo deporto, & eſſe ſanus & ſaluus & ſecurus, pone Iouem in aſcendente uel medio cœli, quia eſt planeta ponderoſus, & ſignificat ſtationem, ſaluationem, bonum & fortunam, et ei qui uoluerit habere in ſuo deporto multa gaudia, & quærit ne habeat in eo triſtitiam nec laſſitudinem, pone Venerem in aſcendente aut medio cœli. Item illi qui exijt ſpaciatum ſi aſcendens fuerit ſignum aqueum, et Luna in aſcendente, et Venus in medio cœli, non poterit eſſe talis, quin habeat impedimenta ratione pluuiarum & aquarum. Omnium ſummum in eũdo ſpaciatum, eſt ſi ſit Luna à Venere ſeparata & uacua curſu, nec habeat applicationem niſi in alio ſigno, & illa applicatio ſit ſimiliter Veneris: quia ſi ſic fuerit, ſignificat quòd prolongabitur illud deportum in bono gaudio & uitijs. Etiam ſi quãdo ſeparet ſe ab illo deporto & intret in aliud, ſignificat ſolatium & gaudiũ cũ mulieribus, uel cum his ſimilibus, de quo gaudebit ex beneplacito Dei.

De eo qui citò redire cupit de ſuo itinere.

Cap. LXXII.

SI celeriter & ſtatim redire uelis ex itinere, pone Iouem in quadratura Solis, &

Venerem in eius sextili uel iuncta cum ea, & pone Lunam inter ambas fortunas separantem se ab una & alteri applicantem, & quòd sit aucta lumine & numero: quia hoc significat quòd reuertetur citò saluus & cum lucro.

De itineribus clandestinè faciendis.

Cap. LXXIII.

DE itineribus clãdestinè faciendis diuersa protulerunt authores, inter quos Ptolemæus dicit: Pone Lunã in tali re sicut est hæc, sub radijs Solis separatam à Sole & applicantẽ fortunæ, & liberam ab infortunijs, & maximè si non sint in eius angulis: quia multum damnificant eam. Nimageſt dicit: Si quãdo uolueris priuatum facere aliquod negociũ, & quòd nunquam discooperiatur nec appareat, incipe ipsum quum Luna est in Scorpione & sub terra. Alij dixerunt: Bonum est in clandestino negotio si Luna sit sub radijs Solis, & sit semper (sicut dixit Ptolemæus) applicans fortunis & libera ab infortunijs. Alhazen filius Zahel dixit: Si quãdo facere uolueris aliquam rem in occulto & clàm, pone Lunam uel dominum ascendentis sub radijs Solis non combustos, sed remotos à corpore Solis, & fortunatos & incõtaminatos ab infortunijs, nec aspiciat ascendens Luna neq; Sol, neq; unus aspiciat alterum aliquo aspectu. Porrò si uoluris saluationem in illa re, fortuna dominũ ascendentis & Lunam, ipsis existentibus sub radijs, & alter eorum aspiciatur à fortunis: sed si negocium sit ad inferendum damnum, infortuna eos. Semper cum Luna & significator rei est in angulo terræ uel sub terra, significant res occultas.

De uentis per aquam seu nauigatione.

Cap. LXXIIII.

ASCẽsus nauium & nauigationes & earundem constructionem, omniũ summam exigere diligẽtiam & solertem considerationem nemo dubitat: quum radices electionum sint sequendæ, & principia rei attentam poscant examinationem solis in hac scientia peritis cognitam. Facilis est res si bene animaduertatur, & qui nititur facere electionem nauigationis, sciat excutere quæ omnib. in hac scientia uersantibus sunt nota, ascẽdens uidelicet (nam hæc est omniũ maxima & prima radix in hoc negocio) in quo incepta est nauis extrui. Dixi ascẽdens cõstructionis nauis primum & summũ, quia inde colligitur quanto tempore habeat durare nauis, & quàm prospere sit nauigatura ipsa et eius ascensores. Nec est spernenda hæc inquisitio, quum sæpe audiuerim de uiris fide dignis, & ipse uiderim nauem (ut quod dixi exemplo probem) quę decem annos et plures in mari egerat sine ullis molestijs & periculo crebro accidente cùm ex tempestatibus cœli, tum ex mordaci crudelitũ piratarum cupiditate. Quod ego nihili fecissem, nisi alię naues cùm tempestates tum in uastationes crebras ab aduersarijs ijsdem annis & eodem in tempore fuissent passæ, & earum quædam funditus pessumdatæ suis gubernatoribus ultimũ finẽ sua submersione adtulissẽt. Quod ibi admonere uolui ac dicere quod ascendens est prima & maxima radix ijs qui electiones facere uolunt, quiq; solerter hanc diuinam scientiam profitentur. Secunda radix est hora qua emittur nauis, tertia radix ualida admodum & fortis est hora qua ponitur in aquam, quarta radix est hora qua intrat homo nauem, quinta radix est hora qua mouetur nauis, & hæc similiter ut tertia & prima est multũ fortis radix. Omnes hæ radices obseruandæ sunt diligenter: quoniam ego uidi homines ascendentes nauem Luna existente ꝯ fieri potuit fortunatissima & coniuncta loui per corpus in Piscibus, quod est signum aqueũ, & Venus aspiciebat eos bono aspectu, et infortuna cadentia erãt ab eis: quo in tempore nulla nauigandi dabatur facultas, neq; nautæ ullam parabant, ut solent, nauigationem propter uẽtum omnino quiescentem, nullaq; ex parte flantem. Fuit etiam illa uentorum quies causa, quòd ibi moram traxerunt nautæ, celeri tametsi præscripta & destinata ad quæ cupiebant nauigatione, plurium dierũ. Quibus finitis ortus est uentus secũdus, prosper, benignus, & qualem nauigantes maximè cupiunt in alto mari & loco omni illisione carente & bene noto periculo. Quo tempore soluta est prora, rudentes collecti, & nauis uentis tradita pansis uelis se commisit pelago, in die Mercurij tertia hora diei, Luna existente in Scorpione, & ascendens & loca planetarum erant ad eundem modum, cuius sæpe & exemplum & mentionem feci: de quibus si nobis minus credas, ipse accepto instrumento & facta diligẽti calculatione diligenter perpende, & examina quę uel ego

uel

uel alij huius scientiæ sapientes dixerunt. Nec hoc contentus exemplo ibi de diligẽti huius disciplinæ animaduersione desistã, sed adferã tibi aliud & uisum & à me diligenti cura probatum, & lectum in Secũda parte libri Naturarum, qui maximè tractat de iudicijs horarum, (sunt enim ex in primis animaduertendæ, ut radices & principia omnium subsequentium.) quòd ille qui nauigationem parat, & nauigans suo nauigio uel alieno mare ingreditur in hora Saturni, ex submersione morietur, aut ex prædonum inuasione seu aliorũ perdetur, aut mare æstuans et impetuosum proijciet eum in terram, ubi naufragium patietur, uel in longinquas insulas & fortè ei incognitas periculosè deferretur. Quod re uera accidit illi nauí omnino, & sicut ille liber continebat. Vnde conuenit omni astrologo uolenti facere electionem ad eundum per mare, primò aspicere electionem faciendi nauem, & postea quando fuerit empta, deinde quando posuerint eam in aquam, & tandem quando intrauerint in eam, deniq; quãdo mouerint. Et si has electiones non nouit facere seu non potest habere, nullam penitus faciat electionẽ illi nauí: quia magni errores possunt accidere ibi. Quin cùm nauis illa modò memorata moueretur in hora Saturni, dixi uni meo socio qui aliquid intelligebat in hac scientia: Homines isti perditioni traditi sunt, & trãsacto tẽpore modico omnes perierũt.

De nauis emptione, ascensu, et eius motu. Cap. LXXV.

IN capite quinquagesimo nono docuimus electionem faciẽdi nauem, modò ostendere uolumus electiones emendi nauem, & ascẽdendi eam ac ipsam mouendi: quæ omnes similes sunt & cõiunctę, una scilicet alteri. Dorothius dixit: Si quando uolueris emere nauem uel eam facere, incipe existentibus Ioue & Venere in angulo terræ in signo aqueo, aut in signo de natura Iouis uel Veneris. Etiam bona signa pro Luna sunt in hac re Taurus uel Gemini, aut principium Cancri, aut Virgo uel Sagittarius, uel ultimi gradus Capricorni: quia initium Capricorni est terreum & eius finis aqueus. Et quamuis optimum sit si Luna uel ascendens fuerit in Piscibus, tamen in hoc negotio melius ex omnibus signis est Taurus, postmodum Pisces, deinde Gemini, & tandem ultimi gradus Capricorni. Vtiliter præterea his iã enumeratis subiungitur Sol, si sit in trino fortunarũ, & Luna aucta numero & motu & lumine aclatitudine, & aspecta ab aliqua fortunarũ. Caueas autem ne sit Mars aspiciens ascendẽs neq; Lunam, quia si Mars infortunauerit alterum horũ, significat q; nauis habebit malum finem ex occasione ignis uel spoliationis & his similibus. Item cùm incipitur nauis si Luna fuerit in Aquario, & Mars & Sol coniuncti cum ea per corpus uel aspicientes eã de quarto uel opposito, significat q; illa nauis proijciet in aquã de suo onere, p liberandis hominibus à morte, uel comburetur aliquando, uel accidet ei magnũ damnũ uel magnus timor: sed si Luna nõ fuerit in Aquario sed in alio signo aqueo, & in aspectibus Solis & Martis modò enumeratis, significat q; perdetur illa nauis, et omnes qui intrauerint in eã submergentur & ibunt usque ad fundum terræ. Etiã si Luna nõ fuerit in signo aqueo, sed fuerit in signo ficco, & in aspectibus Solis & Martis modò dictis, significat q; nauis frangetur in mari illisa in aliqua rupe petrosa, uel quod ei assimilatur: periclitabitur in mari & perdet maior pars rerum quæ fuerint in ea. Etiam si Luna non fuerit in signo ficco sed in humano et in prędictis aspectibus Martis & Solis, significat q; illa nauis obuiabit latronibus & inimicis, qui interficient illos qui sunt in nauí, & ita perdetur & submergetur nauis.

De proiectione nauis in aquam. Cap. LXXVI.

SI hora qua nauis, prius in aq̃ Luna fuerit in Ariete uel in principio Arietis, & hac aspexerit eã fortunæ, et nõ infortunia, significat q; bene et sine labore ibit: sed si Luna fuerit in Tauro modo prędicto, significat q; habebũt multas undas in mari: & si eã aspexerit infortunia, significat q; pdet. Etiã si Luna fuerit in Geminis transactis octo gradibus, erit bonũ & significat prosperũ & bonum iter, excepto quòd longum iter denotat, & quòd tardè reuertentur. Etiam si Luna fuerit in Cancro, significat quòd habebunt paucas undas, & q; bene ibunt & proficiẽt & lucrabũtur in illo itinere. At si quando Luna fuerit in Leone, significat q; eis accidet damnum in mari: & si eam ibi aspexerit infortuniũ, dãna ex diuersis modis & rationib. significat. Etiã si fuerit in Virgine, significat q; tardè reuertentur. Sed si fuerit in Libra trãsactis 10. gradibus, significat nõ bonum, quia malã significationẽ habet in itineribus maris & terræ. At si fuerit in

Scorpione, significat quòd habebunt bonum iter, & quòd accidet eis aliquis timor. Sed si fuerit in Sagittario, significat quòd habebunt damnum per undas. Etiã si fuerit in Capricorno transactis nouem gradibus eius, bonum erit & significat bonum, habebunt tamen aliquem laborem. Etiam si quãdo fuerit in Aquario, significat quòd tardabunt & habebunt laborem in itinere, finis tamen erit bonus. At si Luna fuerit in Piscibus, significat dãna & anxietates. Nota quòd hæ dictæ significationes intelliguntur de Luna existẽte in signis sine aspectu aliquo fortunæ uel infortunij. Nam si quando Luna fuerit sub terra cum infortunijs uel fortunis, malum est: quia quãdo est sub terra, si Saturnus qui põderosus est fuerit cum ea, significat quòd accident hominibus qui sunt in illa naui, magna dãna & labores, & quòd habebunt malos uẽtos & fortes undas, & aqua intrabit nauẽ, & morientur propterea & perdentur. Etiam Luna si quando fuerit sub terra, & Saturnus fuerit stationarius aspiciens eam de tertio, significat quòd maiorem partem rerũ quas portant in naui proiicient in mare quò ipsi se seruẽt, & post multas molestias & labores liberabuntur. Etiam si Luna fuerit sub terra & Saturnus aspexerit eam de tertio, sicut prędiximus, & nõ fuerit stationarius, significat quòd euadent post multos labores & anxietates & pericula, erit tamẽ hæc minus quàm illud, quia Saturnus stationarij aspectus est deterior: tamen si constellatio fuerit sicut diximus, & Mercurius cum Saturno fuerit, minuitur damnum illud & debilitatur. Similiter fortunæ si aspexerint Saturnum, minuitur malum & damnũ eius, maximè si fuerint fortunæ in bonis locis & firmæ, & aspiciant Saturnum. Nota quòd quando ponit̃ nauis in aqua, quam uis Saturnus non fuerit in prædictis cõstellationibus damnãs Lunam, ut prędiximus, accidat tamen quòd sit in signo in quo fuerat in natiuitate illius hominis, uel in quarto aut opposito uel triplicitate eiusdem signi, quòd similiter malum & damnum significat. Similiter si quando Mars fuerit, ut diximus de Saturno, sub terra & Luna super terram, & ipse malè afflans eam, significat ꝙ accident illi naui anxietates & malũ & periculum ex importunitate undarũ & uẽtorum, sicut diximus de Saturno, & quòd inter illos qui sunt in naui accident rixæ & interfectiones & maleuolentia, & inimici eorum offendent ipsos, & extrahẽt eis sanguinem ferro & his similibus. Quæ modò dictæ significationes peiores & magis affixæ erunt, si Mercurius fuerit cum Saturno, & Saturnus & Mercurius ambo aspexerint Lunam, & Luna fuerit super terrã: quia talis constellatio significat damnũ inuitabile. Illud idem significat & Mars, si fuerit cum Mercurio. Et si Saturnus & Mars ambo aspiciant, alter Solem & alter Lunam, similiter significat labores & pericula magna, quæ peiora erunt si aspectus illi fuerint de oppositione: tamẽ si Sol & Luna fuerint liberi ab infortunijs, & Iuppiter in quarta Lunæ, & posita fuerit nauis in mari illa hora, bonum erit & significat agilitates bonas & fiducias & profectus & lucra. Etiam si Sol similiter aspexerit Iouem uel Lunam aut Venerem, Ioue aspiciente Lunã, sicut diximus, melior erit & semper magis quæstuosa. Item si quando Luna fuerit cum planeta aut aspexerit eum, siue fortuna siue infortuniũ fuerit ille planeta, fortificat eum omnibus modis Mercurius in eo quod est. Etiam si Luna fuerit super terram & Venus per se aspexerit eam, significat saluationem & bonum, lucra & profectus & bonã fortunam quæ cõtingent in illo itinere: accident tamen labores & molestiæ ex occasione undarum & uentorum, quia aspectus Veneris in suo capite nõ est talis, qualis est quando Venus & Iuppiter ambo aspiciunt, quia Venus per se debilis est. Etiam si Luna & Iuppiter ambo fuerint super terram, & Venus sub radijs, significat quòd non accident eis unde neq; labores in itinere, & quòd nauis ibit salua & cum bono quò uoluerit. Item si Venus & Iuppiter aspexerint Solem & Lunam, & Mercurius fuerit cum altero eorum, melior omnium quæ haberi potest pro ponendo nauem in aquam erit cõstellatio, nec ea melior inuenietur. At si quando in ascendente fuerint infortunia, & fortuna fuerit cũ Luna, uel fuerit fortuna in ascẽdente & infortunium cum Luna, significat quòd accidẽt pericula & labores in mari, tamen euadent ab eis. Præterea si Luna nõ fuerit aspecta à fortuna nec ab infortunio, & fuerit in angulo & in bonis signis, quæ prædiximus in principio huius capituli, bonũ erit pro ponendo nauem in aquam. Similiter si ascendens fuerit uacuum à fortunis

& infortunijs,& fuerit unum ex ſignis prædictis in quibus eſt bonum eſſe Lunam, erit bonum. Porrò hora quàm debemus inſpicere ad ponendum nauem in aquam, eſt hora qñ trudentes homines ſeparant ſe ab ea. Etiam homo debet cõputare ſuũ iter in pũcto quo ponit pedẽ in naui. Et initiũ motus debet computari, quando nauis fuerit tota completa & armata omnibus ſuis neceſſarijs,& incipit ſe mouere & mare ſulcare,à qua hora debẽt computare eius iter. Præterea ſi qñ uolueris ire p mare ſiue p terram diligenter aſpice: nam ſi p terrã fuerit profectio,& Luna nõ fuerit in ſigno ſicco, & infortunia fuerint in ſignis fixis uel malè aſſlent ſigna ſicca,remoue te ab illo itinere,quia non eſt bonum. Item ſi uolueris ire per aquam,& Luna non fuerit in ſigno aqueo uel ſimili aquæ,& infortunia fuerint in ſignis aqueis,non erit bonum illud iter, quia labores & damna ſignificat. At ſi Luna aſpexerit infortunia, & fuerit in ſigno humido uel ſicco, quod aſpiciant fortunæ, non ſignificat damna in illo itinere, ſed q̃ homo ille,niſi moriatur ex perfectione dierum ſuorum,adhuc reuertetur ad domum ſuam. Peſſimum omnium in infortunijs in hoc negotio eſt ſi ſint ſtationaria: ſimiliter Mars in terra malignus eſt,& Saturnus in aqua,& peiores omnium ſignificationes habent,ſi non aſpicit eos Iuppiter.

De addiſcere ſcientias & documenta.
Cap. LXXVII.

SCientias & documenta ſi quando libet addiſcere, uide ſi aſcendens ſit ſignum humanum,& Luna in ſigno humano, & dominus aſcendentis in medio cœli uel intrans medium cœli, & dominus medij cœli & medium cœli habeant conuenientiam cum domino aſcendentis, & Luna ſit coniuncta cum Mercurio uel applicans ei de bono aſpectu,& ſit Mercurius in bono ſtatu fortunatus & fortis. Etiam bonum eſt in hoc negotio ſi Mercurius aſpiciat dominum aſcendentis, & Luna non ſit lumine diminuta nec deſcendens in latitudine. Apta etiam nonam domum quantum poteris. Pro addiſcendo tamen ſcribere inſpiciendum eſt quod diximus, & aptanda eſt decima: quoniam ſignificatrix eſt magiſteriorum,& in ſcribendo eſt ſcientia & opus magiſterij,propterea non debet poſtponi in ſcientijs & magiſterijs.

De addiſcere cantus & alias iocationes.
Cap. LXXVIII.

SI quando uelis diſcere muſicam & alias facetias,aſpice Lunam & Venerem & Mercuriũ,(quia iſti ſunt radices huius rei) & ſi Venus ſit in aliqua dignitatum ſuarũ, & Mercurius ſimiliter applicans ei, & Luna ſimiliter ſit in aliqua dignitatum ſuarũ, aut in Piſcibus,aut ſeparans ſe à Mercurio & applicans Veneri: & aſcendens ſit ſignum conueniens huic rei,& habeat Venus dignitatem in eo. Et ſi Venus & Mercurius ambo dignitatem habuerint in gradu aſcendentis, ut ſi eſſet domus unius & terminus alterius,optimum erit. Nec ſit Venus nec Luna nec Mercurius remotus ab angulis, niſi ſi eſſet Luna in nona domo, (quia eſt domina ſcientiæ) & ibi fortunata & fortis: quoniam talis conſtellatio non ſignificat malum neque damnum in hac re, ſed complementum rei, alijs ſignificatoribus exiſtentibus fortunatis & firmis,ſicut prædiximus. Similiter ſi dominus aſcendentis fuerit in nona fortunatus & fortis, optimum erit. Aliqui ſapientes dicunt q̃ pro addiſcendo cantum & quod ei aſſimilatur,bonum eſt ſi ſit Luna in Capricorno. Etiam pro addiſcendo tamburum & eius ſimile,bonum eſt ſi ſit Luna in fine Leonis: & pro addiſcendo tubam & omne inſtrumentum quod tangitur ore, bonum eſt ſi ſit in ſignis non habẽtibus uocem, uel quæ muta ſunt. At pro addiſcendo cantus notatos uel legere, bonũ eſt ſi ſit in ſignis habentibus uocem,& ſpecialiter in Geminis & Virgine. Etiam cum toto hoc apta nonam domum & eius dominum, & ex illis quos intẽdere uideris ad conditionem magiſteriorum. Apta ſimiliter decimam domum & eius dominum,quia bonus eſt pro omni initio magiſteriorum.

De illius ingreſſu in ciuitatem qui uenit extiterit. *Cap.* LXXIX.

INgreſſum alicuius peregre ueniẽtis in ciuitatem ſi ſcire uelis,apta domum ſecundam & eius dominum iſto modo: Pone in ea fortunam & eius dominum ſuper terram,& Lunam in tertia aut quinta uel undecima applicantem planetæ recipiẽti eam, ſiue ſit fortuna ſiue infortunium. Multũ abhorribile eſt ſi ſit Luna in angulo terræ,uel in octaua uel ſexta uel duodecima. Similiter etiã ſi aptaueris & poſueris in

hoc

hoc Lunam in secunda receptam & fortunatam, non est malum. Item si ille qui intrat uoluerit multũ in illo loco morari, pone dominum secũdæ & Lunam in angulis: etiam si Luna habuerit cum Saturno receptionem de bono aspectu, bonum est in hoc. Sed si intrans citò uoluerit exire de ciuitate, pone Lunam in tertia uel quarta receptam, quia hoc significat quòd inde citò exibit cum eo quod uult: etiam si posueris dominum secundæ in ascendente, bonum est ibi: & dominus ascendentis in secunda similiter est bonus. Porrò si intrans uoluerit aliquid impetrare à rege, apta medium cœli: & si uoluerit procurare uel impetrare licitam mercationem, apta dominum undecimæ & secundæ. Generaliter dico de omnibus intrantibus cuiuscunq; conditionis sint, ut aspicias secundam domum et eius dominum, & uideas si sint liberi ab infortunijs & radijs & casibus: nam si dominus secundæ fuerit combustus, significat quòd intrans in illa ciuitate morietur & in illo ingressu. Similiter pessimum est si dominus secundæ fuerit in septima, & eo magis si fuerit infortunium, quia significat intranti damnum in corpore & bonis, & quòd habebit multas contrarietates & multos qui mouebunt ei causas & rixas, & malum statum facultatum & societatum suarum. Etiam si Luna fuerit in angulo terræ, significat quòd intrans morietur in illa ciuitate antequam exeat inde. Melior electio quę inuenitur pro introitu, est si sit Iuppiter dominus secundæ, & si sit in undecima uel secunda habens applicationem cum Luna. Non obliuiscaris partis fortunæ, quin ponas eã in angulis, aut in undecima uel quinta: quia optima est significatio pro salute corporis, & pro causa substantiæ, & pro intrante ut habeat suas petitiones faciles. Similiter est bonum si hæc pars applicet domino domus Lunæ, & hæc est bona significatio propter finem.

De decima domo & eius electionibus.
Cap. LXXX.

DEcimæ domus electiones sunt, intrare dignitatem & exire de ea, recipere alcaydiam, id est, uitæ & mortis potestatẽ, creare alcaydos uel iudices, recipere reddit⁹ uel facere almuxeris, ire cum rege, intrare ad regem, monstrare regi causam uel rationem suam, addiscere magisteria, addiscere arma tenere seu pugillare, addiscere natare per aquas.

De ingressu ad dignitatem. Cap. LXXXI.

DE dignitate subeunda cõsulit Alfayat, dicens: Caueas tibi in hoc negotio à Luminaribus, & purga ea ab infortunijs, & pone ea recepta in suis locis, et pone fortunas in ascendente & eius angulis, ipsis existẽtibus directis, quarum melior est Iuppiter: & q̃ Sol sit in domo sua liber ab infortunijs. Item si quando infortunia potentiora fuerint quàm fortunæ, & libera fuerint à retrogradatione, & fortunæ fuerint malè afflatæ, operare per infortunia, quia non erit malum in hoc. Nec faciąs aliquam dignitatem quæ sit de ratione & cõditione armorum, quin facias Martem participem, & fortem seu firmum & in bono statu, uel sit dominus ascendentis non nocẽs. Caueas etiam ne sit auxilium Martis in alio loco quàm in ascendente, uel da ei partem in alio loco. Alhasen filius zahel dixit: Si quãdo uolueris aptare dignitatem, apta Lunam et dominum domus suæ, & pone eam in bono loco ab ascendente, et dominum ascendentis in bono loco figurę, & in aliqua domorum Martis uel Iouis, & aspiciat Iuppiter ascendens de tertio uel sextili, (quia melius erit) & pone in ascendente signum fixum, & sit dominus septimæ liber à retrogradatione & combustione & ab infortunijs: & talis electio significabit quòd ille qui recipit dignitatem erit potens, legalis et ueredicus in factis & rebus suis. Alfadal filius zahel dixit: Bonæ electiones ad recipiendum coronas & regna & magna dominia sunt, si sit Luna clara & salua, & non sit in signis domorum infortuniorum: quia si ibi fuerit, significat quòd erit fortis, & quòd faciet iniusta & malefacta: similiter etiam si sit in Cancro, significat damna & iniustitias: & his deterius est si dominus ascendẽtis fuerit in Cãcro, uel in aliqua domorum infortuniorum. At si quando ascendens fuerit signum fixum, & Luna in bono loco figuræ in angulo uel succedenti fuerit fortunata, significat q̃ illud regnum uel dominium longo tempore durabit, maximè si fuerit in Leone uel in eius triplicitate. Etiam si fuerit in ascendente fortuna, significat bonitatem illius regis, & bonos mores & bona facta. At si ibi fuerit infortunium, iudica malum: quia Mars significat prauitatem & retentionem longæ iræ & deceptiones, & Saturnus significat ibi uilitatem

litatem & res minimas & tarditatem in factis. Sed ſi quando Sol fuerit in aſcendente, ſignificat multas militias & multos auxiliatores, alcam & magnam famã & quòd longè nominabitur, magnum dominium & clarum regnum. Verumenimuero ſi Iuppiter fuerit in aſcendente, ſignificat quòd erit rectus & rectorum morum, rectorum itinerum & iudiciorum, & amator boni & legis & victorioſus, & quòd multos habebit amicos. Sed ſi Mercurius ibi fuerit, ſignificat quòd ſtabit ſolitariè quia nollet iocunditates, & erit ſapiens & bonorum morum, & ſciet facere ſua facta per mores & magiſteria bonarum cogitationum, & in ſe magni precij. Etiam ſi Venus ibi fuerit, ſignificat quòd habebit multam ſuperbiã & multas delectationes, hilaritates & gaudia, & erit lætus & agilis. Et ſi Luna ibi fuerit, ſignificat audaciam & bonum nomen. Præterea ſi Caput ibi fuerit, ſignificat altum ſtatum & dominium & victoriam de ſuis inimicis, & maximè ſi fuerit cum fortunis. Omnium optima ſignificatio ad obtinendum magnam potẽtiam eſt, ſi ſit Iuppiter ſubleuatus ſuper Solem, id eſt, in decima à Sole, uel ſuper Lunam aut ſuper aſcẽdens de ſigno regali, & ſi Sol ſit in ſigno regali. Et ad habendum nomen & famam bonam melius eſt, ſi ſit Iuppiter cum hac conſtellatione quam diximus in ſigno mobili: quia ſigna mobilia ſunt exaltationes planetarum, & ſignificant famoſitatem. Etiam ſi fuerit in communibus, ſignificat permutationem & reuolutionem in cauſis & factis ſuis: ſed ſi fuerit in fixis, ſignificat durabilitatem & firmitatem lõgum tempus. At ſi quando Iuppiter cadens à Sole fuerit & Luna ab aſcendente, & non aſpexerit aliquem eorum in principio regni, ſignificat malum. Sed ſi in principio regni Mars fuerit in bono loco figuræ, aut in domo Iouis receptus ab eo, ſignificat quòd erit audax & uanæ gloriæ, & uolet ſua mandata perfici, ut victor bellorum ſuorum & litium, & cuſtos cauſarum & rerum ſuarum: idq; maximè ſi initium fuerit de die, & Sol eum aſpexerit ab aliquo angulo aut de loco forti. Etiam ſi Saturnus fuerit in tali conſtellatione, ſicut diximus de Marte, & in talibus ſtatibus, ſignificat quòd ille rex ꝓpagabit ciuitates, & erit audax & potens: & ſi fuerit in talibus melioribus ſtatibus & receptionibus, ſicut prædiximus, & fuerit in undecima & pars fortunæ cum eis aut pars audaciæ, multum erit melius & eo fortius, ſi Mars in hac conditione fuerit: quia ſignificat magnum honorem, potentiam & utilitatem. Etiam ſi quando acciderit quòd in decima ab aſcendente, uel in decima à Luminaribus temporis ſit fortuna, & domini horum locorum duorum fuerint in bonis locis figuræ, & in ſuis haiz et dignitatibus & in ſuis exaltationibus, aut orientales firmi & fortes, ſignificat potentiam & bonitatem fortunæ, & perfectionem & lõgum tempus. Etiam ſi iam dicti domini habuerint aliquam dignitatẽ in coniunctione uel oppoſitione, quæ fuit ante initium illius domini, uel fuerint in ſuis angulis ſubleuati, & aſcendentes in ſuis latitudinibus uerſus ſeptentrionem & creſcentes in eorum motibus, & planetæ ipſos aſpicientes & conuenientes eis nõ ſint ſimiliter diminuti, nec in gradibus putidis nec tenebroſis, ſignificat maiorem potentiam & quammaximũ eſſe poteſt in hac re bonum. Aſpice etiam quis planetarũ ſit ſignificator illius dignitatis ſecundum naturas et proprietates planetarum et dignitatum: quia ſi fuerit regnũ erit Sol, ſi fuerit capitalis dignitas uel iudicis erit Iuppiter, ſi fuerit dignitas capitalis uel militiæ uel tenẽdi comarchã erit Mars, ſi fuerit dignitas terrarum aut legis erit Saturnus, ſi fuerit dignitas cancellariæ uel ſcribarũ erit Mercurius, ſi fuerit dignitas graduum populi erit Luna. Aſpice etiam cuiuſmodi dominium uel potẽtiam habeat ille planeta in natiuitate illius, qui conſequutus eſt dignitatem, et in hora qua recepit dignitatem: quia ſi fuerit ille planeta in hora dignitatis in ſumitate ſuæ augis, uel aſcendens ad eam & aſcendens ad ſuum epicyclum, & aſcendens ad ſeptentrionem in latitudine & creſcens in motu, ſignificat magnam potẽtiam illi qui recipit dignitatem, & maximum honorem & laudẽ, & quòd uincet oñes inimicos ſuos, & uix unquam uinci poterit uel contradici in dicto uel præcepto: quia omnes planetæ obediunt & dant ſuas uirtutes planetæ qui fuerit in tali ſtatu, ſicut prædiximus, ſiue ſit ex altis ſiue ex inferioribus. Etiam ſi fuerit orientalis, ſignificat quòd habebit bonam dignitatem & firmam ſine moleſtia: ſed ſi fuerit combuſtus, ſignificat multos labores et terrores. Etiam ſi fuerit fortuna uel fortunatus, ſignificat quòd tenebit iuſtitiam ille qui recipit dignitatem. & populus habebit bonũ ſub eo: ſed ſi fuerit infortunatũ uel

infortũ

infortunatus, significat quòd erit prauus et malefactor, et populus erit in laboribus sub eo. Pręterea si sciueris eius natiuitatẽ, & inueneris quòd ille planeta habuerit dominium in natiuitate, aut in eius decima domo, uel habuerit dominiũ super uillam aut clima in quo debet præesse, confirmabuntur hæ significationes & erũt magis fixæ & probatę. Etiam si quãdo in medio cœli fuerit fortuna, quæ sit in exaltatione Solis uel Lunę uel Iouis, significat multum boni, potentiam & honorem, altitudinem & laudem. Similiter si quando ambo Luminaria uel alterum eorum fuerit in gradibus lucidis, & infortunia fuerint in domo decima, & Iuppiter & Venus & Mercurius & Caput ibi fuerint, uel aliquis eorum, & alii aspexerint ibi, & signum fuerit domus fortunæ, multum boni significat, potentiam & fortunam, & quòd illa dignitas erit fixa & durabilis ei & eius filijs & nepotibus, id qúe maximè si signum fuerit domus Iouis uel Mercurij, & ipsi aspexerint ibi: quia isti significant filios & nepotes. Ad hæc si negocium fuerit diurnum, & Saturnus fuerit in undecima in sua exaltatione, & Iuppiter habuerit commixtionem cum eo ex aspectu uel coniunctione, significat durabilitatem in illo bono, & quòd ædificabit ciuitates & terras, & quòd erit potens in suo dominio: erit tamen debilis corporis & infirmi. Similiter si negocium fuerit nocturnum, & Mars fuerit in undecima in exaltatione sua, & habuerit commixtionem cum Ioue per coniunctionem uel aspectum, significat magnam potentiam et uictoriam et longinquam famam, quia erit sapiens & fortunatus in administrationibus militiarum & litium & regnorum et dominiorũ: & si pars fortunæ cum eo fuerit, significat maius posse & maiorem audaciam in interfectionibus, & habebit maiorem delectationem in armis & equis & militibus, & in faciendo itinera. Similiter aspice ad partem fortunæ & ad partem nobilitatis, quæ accipitur in die à gradu Solis in gradum ipsius exaltationis, & in nocte à gradu Lunæ ad gradum ipsius exaltationis, & proijcitur ab ascendente. Aspice etiam partem regni & uictoriæ, quæ accipitur in die et nocte à gradu Solis in gradum Lunę, & proijcitur à gradu medij cœli. Postea si quando hæ partes uenerint in bonis locis & fortunatis & cum fortunis, significat magnam nobilitatem & honorem illi domino. Postmodum aspice unamquamque duodecim domorum, & in qua inueneris fortunam, iudica bonum et fortunam secũdum significationem illius domus & eius naturam: ut est habere fratres & filios et seruos, & his similia: similiter et secundũ hunc modum iudicabis quoque de infortunio iuxta quod inueneris ipsum. Septima domus (ut modum agendi proponamus) significat eius aduersarios & litigatores, illud idem quoq; significat planeta qui fuerit ibi. Quarta domus & planeta qui in ea fuerit, significat parẽtes & auos, & de qua stirpe sit ortus, & terram & uillã de qua est, & loca quæ adscribuntur eius dominio. Item si quando infortunium fuerit cadens & sub terra maximè, significat debilitatem inimicorum & depressionem et uilem eorum æstimationem, quo in loco melius erit si sit dominus ascendentis et dominus decimæ in angulis. Nec etiam postponas inspicere eius hylech et planetam cui conuenit esse alcochoden, et si inueneris eum in angulo uel in decima aut undecima aut quinta, significat quòd durabit in illo dominio quantum sunt anni minores illius planetæ: sed si non fuerit in aliquo horum locorum sed in succedenti, significat secundum illum numerum menses. Etiam si fuerit cadens, tamen aspicies ascendens, quod similiter significat menses. At si fuerit cadens ab ascendente et ab angulis et aspectibus eius, numerum dierum significat. Aspice similiter planetas aspicientes eum, illos scilicet qui addunt numerum et qui minuunt, et fac in hoc sicut fecisti in uitis natiuitatum. Etiam fac athazir graduum hylech ad corpora fortunarum et infortuniorum, et ad radios earum. Similiter etiam facies gradum medij cœli, et scito cuiusmodi radij cadant ibi, quoniam inde inuenies quo tempore eueniat ei bonum siue malum. Alij sapientes dicunt: Si quando uolueris aptare dignitatem domino militum, pone Lunam in aliqua domorũ Martis, et Mars aspiciat eam de tertio uel sexto, similiter fortunæ aspiciant eam, et pone in ascendente signum fixum. Sed si fuerit dignitas exaltandi regem, pone Lunam in aliqua domorum Iouis, aut in aliqua Solis fortunatam, pone et ascendens similiter, et caue ne sit dominus ascendentis, nec dominus domus Lunæ retrogradus; quia hæc retrogradatio minueret potentiam et famam eius.

De

De electione facienda pro dignitate terræ uel ciuitatis, aut pro redditibus, aut pro lege. Cap. LXXXII.

DIgnitates ciuitatū & reddituum & legum, quàm optimę & durabiles ſint ſi ſcire cupis, pone Lunā in aliqua domorū Saturni applicantem Saturno de tertio uel ſextili, & ſit in principio menſis, & fortunæ aſpiciāt eā: quia hoc ſignificat fortunam illius rei, & ꝙ multum durabit. Scies autem durabilitatē eius à terminis in quibus fuerint iſti planetæ, quia ſi ambò fuerint in terminis fortunarum, & ambo planetæ fuerint fortunati, ſignificant annos ſuos minores de numero annorū. Etiam ſi ſignū mediį cœli hîc fuerit ſignum fixum, ſignificat quòd illa dignitas quam habet, aut illud officiū erit bonū, quandiu in eo durauerit. Sed ſi illud ſignū fuerit commune & fortunatum, & aſpexerint idipſum fortunę, ſicut diximus, ſignificat quòd habebit duo officia, uel trāſibit de uno officio in aliud. At ſi ſignum fuerit mobile, accident ei in eo metus & labores multis uicibus, & eum non impedient nec damno afficient, medio cœli exiſtente corroborato & fortunato per exiſtentiam fortunarum in eo, aut per earum aſpectum, ſicut diximus.

De dignitate alcaydiarum ſeu poteſtatum uitæ & mortis. Cap. LXXXIII.

IN dignitate alcaydiarum ſeu iudicū utile eſt, ſi Luna ſit in aliqua domorum Iouis aſpicientis eam de tertio uel ſextili, Venere fortunante ambos.

De dignitate cancellariæ aut ſcribarum, aut eorum qui ſeruant libros computationum. Cap. LXXXIIII.

DIgnitas cancellarię aut ſcribarum & eorum qui libros computationum ſeruāt, poſtulat ſibi poni Lunam in aliqua domorum Mercurij, & ipſe aſpiciat eam de tertio uel ſextili, & ambæ fortunæ aſpiciant eos & gradum mediį cœli ſimiliter de ſignis fixis, & ſit medium cœli ſimiliter ſignum fixum. Item ſi quādo acciderit in principio alicuius rei Venerem eſſe in fine ſuæ latitudinis in ſeptentrione, uel in motu ſuo maiori, uel in ſua maiori potentia, quiſquis planata eam aſpiciat de ſuperioribus uel inferioribus, erit ei obediens: & cuicūq; acciderit in hunc modum & fortuna in ſua dignitate, ſignificabit̄ magnus honor & magna potentia & obedientia à populo, maximè ſi homo ille fuerit à parte occidentis: quia Venus eſt ſignificatrix occidentis & ſuorum regum. Etiā quiuis planeta cui acciderit, in quauis aptatione cuiuſuis dignitatis, ſi fuerit in ſummitate augis uel in gradu ſuę exaltationis, ſignificat ꝙ ille planeta erit magis nominatus & magis firmus quàm alį. Etiam ſi eadem applicatio fuerit de nocte, & Luna applicuerit huic planetæ, obedient ipſi planetæ alį planetæ nocturni: ſed ſi applicatio ipſa fuerit diurna, & Sol applicuerit dicto planetæ, obedient eidem planetę diurni planetę. Cùm loquitur autem ibi de obedientia planetarum, innuit quòd gētes quæ ſunt de natura illorum planetarum, et in quibus idem planeta uirtutem ſuam habet, magis erunt obedientes illi domino. Et ſi ille planeta ꝙ fuit hora dignitatis, in tali ſtatu habuerit teſtimonium & potentiam in natiuitate illius domini, res erit firmior & durabilior. Etiam ſi in reuolutione anni mundi habuerit teſtimonia, & ſignificationes huius multiplicantur, & affirmatur potentia & ſignificatio.

De electione facienda inter æquales ſuper creatione præfecti uel ducis. Cap. LXXXV.

HOc caput ualdè neceſſarium & utile cùm omnibus hominibus, tum maximè regibus intuētibus & examinantibus fidelitatem ſuorum præpoſitorum ac præfectorum, & cùm ſcire cupiunt quis ſuorum ſeneſcaldorum ſit fidelior & integrior in functione ſui ſuſcepti muneris. Opus habent certè illi multa ſolertia & diligentia cùm præficiūt aliquē ducem ſuo excercitui, aut alicui multitudini, in cognoſcendo inter plures quis ſolertius & prudentius & integrius id ſuſceptū & datum ſit adminiſtraturus. Quod diſcernendum ſi fortè tibi offeratur, aſpice aſcendēs & dominos triplicitatis eius, & da quē libet eorum unicuiq; illorum hominum ſecundum ordinationem quam nominauit tibi quæſitor, primum ſcilicet primo, ſecundum ſecundo, tertium tertio: et aſpice quis eorum habeat maius poſſe et maiorem dignitatē in loco in quo eſt, et ſi ſit fortuna uel infortunium. Et ſi adfuerit infortunium, et fuerit illud Mars, & Luna fuerit infortunata et uacua fortunis, et alį duo domini triplicitatis fuerint debilitati in ſuis locis, iudica ꝙ ille cuius ſignificator fuerit Mars, erit potentior et integrior ac melior in illa quā uult electionē: ſignificat tamen ꝙ non poterit perficere id propter quod ipſum elegerunt,

runt, nec applicare ad id quod præceperũt ei: sed si illud infortuniũ fuerit Saturnus, significat longinquitatẽ & tarditatem in illa re pro qua electus fuit. Postmodum cõsidera si fortunę aspiciant illud infortuniũ q̃d fuit dñans unius partis illius triplicitatis, & cu cuiusmodi potẽtiã habeat illud infortuniũ in suo loco, & in quo termino fortunæ uel infortunij, & fortunam aspicientem ipsam cuiusmodi potẽtiã uel dignitatẽ habeat in termino suo: & per hanc uiam iudica secundum q̃ inueneris. Etiam si quãdo tres domini triplicitatis fuerint æquales in potẽtia & bonitate locorũ suorum, & in fortunis quę habent, & nullus eorum fuerit melioris status altero, iudica quòd primus est secundo, & secũdus tertio. Et si planeta qui fuerit potentior duobus dominis triplicitatis fuerit fortuna, & non fuerit infortunatus, significat quòd facilè perficiet id pro quo uadit litigatum, uel illud propter quod fuerit missus, & q̃ erit legalis & bonæ obedientiæ ac purę uoluntatis ei qui misit eum. Sed si fuerit infortuniũ, & habuerit meliorẽ statũ sociorum suorum, significat quòd homo ille præteribit mandatũ dñi sui, & quòd res faciet quæ non erunt ad beneplacitũ dñi sui. Etiã si fortunę aspexerint eum de locis fortibus & bonis & cõuenientibus, significat quòd uincet & complebit, tamẽ per uiolentiam & mala facta. Etiam si planeta fuerit fortunatus & infortunia cadentia ab eo, & ipse in bono & forti loco, significat q̃ uincet & facilè adimplebit per bonum modũ, & q̃ erit obediens dño suo, & cõplebit uoluntates ipsius. Nota q̃ si Mars aspexerit dñm triplicitatis in hac re, & fuerit ipse qui fuit ratiõe litiũ et interfectionũ, & aspectus fuerit de tertio uel sextili, nõ damnat. Similiter si Luna ibi aspexerit de tali aspectu. Etiã si q̃n dñs triplicitatis primus & secũdus ambo infortunia fuerint & firmi, & fortunæ aspexerint eos ab angulis, iudica bonitatem illorum quorum significatores sunt, & propriè in significationibus litium, et eo magis si Mars sit decernendus. Item si quando homines qui offerunt tibi electionẽ fuerint plures quàm tres, scias ascendẽs, ut prę diximus, & post accipe planetam qui habet maiorem dignitatem in ascendente, & aliũ postea qui sequitur eum in dignitatibus, & ita donec cõpleas hos planetas qui habuerunt dignitatem in ascendẽte per ordinem, & aggrega eos tribus qui sunt dñi triplicitatis, & considera uirtutem cuiuslibet eorũ in suo casu, & iudica secundum quod inueneris in cuiuslibet potentia & fortuna & infortunio, & secundum uiam quam prædiximus de dñis triplicitatis. Similiter aspice in hac re applicatiões Lunæ, quia si fuerit applicãs planetæ cadenti aut malè afflato, iudica q̃ ille qui prior est in petitiõe, nõ est bonus. Et si post eum applicuerit planetæ qui sit remotus ab angulo aspicientis tamẽ ascendens, iudica quòd secundus in quæstione non est malus, sed erit debilis potentiæ & pauci nominis. Etiam si quando applicuerit planetæ in angulo existenti, significat quòd ille cuius significator fuerit illa applicatio, erit bonus & firmus, & complebit illud pro quo fuit electus.

De eo qui uult ire cum rege uel alio domino.
Cap. LXXXVI.

SI quando uolueris ire cum rege uel cum alio domino per terram suam, pone louem in ascendente uel in septima, quia hoc significat bonum eunti in illo itinere, & q̃d placuerit ei. Caue autem ne ponas louem in quarta, quia est abhominabile in hac re: & ne sit Luna aspiciens eum de aliquo angulorum, nec Venus similiter. Caueas etiã ne Saturnus uel Mars, aut aliquis eorũ sit in ascẽdente, nec in aliquo angulorum nec cum Venere, nec sit Luna sub radijs nec cũ Cauda, nec cum infortunijs: quia est mala constellatio, & qui facit iter in tali non reuertetur, & qui cœperit in eo ægrotare morietur, & qui fuerit ad litigandum occidetur uel uincetur.

De positione regis in domo sui dominij.
Cap. LXXXVII.

SI quando uolueris ponere regem in domo sui dominij, pone ascendens signum fixum, & dñm finis similiter signum fixũ, & dñm medij cœli in loco claro & puro ab infortunijs, & dñm ascendentis in bono loco & receptum, & dñs decimæ non aspiciat undecimã aspectu inimico, & Luna aspiciat amicabiliter dñm domus suę, & dominus quartę domus aspiciat fortunas. Sed si hoc totum obseruare nõ queas, sit Luna recepta & dñs quartæ domus in bono loco aspiciens fortunas: & si talis non fuerit, remoue eum ab ascendente et a suis aspectibus, & fac quòd fortunæ aspiciant dominũ finis & medium cœli, & hoc sufficiet ex beneplacito Dei.

De eo qui uult ostendere rationem suam coram rege. Cap. LXXXVIII.

RAtionem si quando feliciter uelis dare co-

reco-

re coram rege, pone Leonem pro aſcenden te, & Solem in medio cœli, & Lunã in aſcẽ dente appplicantem ad fortunas & ad do minum medij cœli.

De petendo à rege ſui defenſionem.
Cap. LXXXIX.

SI quãdo uelis impetrare à rege ueniam eundi aduerſus inimicũ, pone Lunam auctam lumine, & ſit ipſa & aſcendens libe ra ab infortunijs, & dominus aſcendentis in bono loco & in bono ſtatu ab aſcenden te, & in aliqua dignitatũ ſuarum, & directus & liber ab infortunijs, ſiue ſit fortuna ſiue infortunũ: etiam pone dominũ ſeptimæ in malo loco ab aſcendente, nec aſpiciãt eum fortunæ nec aliquod Luminariũ. At ſi alius ex uenia regis te diſturbare uelit, & tu ue lis computare coram rege rationem tuam, pone Lunam lumine diminutam, & aſcen dens & eius dominũ & Lunam infortuna tos: etiã pone dominũ ſeptimæ fortunatũ in bono loco ab aſcendente & firmum, quia hoc modo erit tua ratio melior & fortior.

De addiſcere magiſteria. *Cap.* XC.

SI quando uelis facere electionẽ pro edi ſcendo aliquod magiſteriũ, apta 10. do mum quæ eſt ſignificatrix magiſteriorũ, & eius dominum & Lunam, & pone planetã qui eſt ſignificator illius magiſterij per na turam ſuam & proprietatem in aliqua dig nitatum ſuarum & firmũ, puta Martem qui eſt ſignificator fabrorum & curatorum & linteaminũ, aut Solem qui eſt ſignificator omnis magiſterij purgandi aurum & argen tum & his ſimilia: & ita conſequẽter de om nibus alijs. Quibus omnibus ita conſtitu tis da partem & applicationem Mercurio, quia principalis ſignificator eſt totius ma giſterij, & maximè ſubtilium operum, ſicut eſt facere aſtrolabium, perforare perlas & depingere: unde neceſſe eſt ut ſit in bono ſtatu, & ꝙ Luna ſit in aliqua dignitate ipſi⁹, & quòd applicet planetæ qui eſt ſignifica tor illius operis de bono aſpectu & cum re ceptione. Et ſi fortè inueniat in domo pla netæ ſignificantis illud magiſteriũ, erit me lius. Et ad hoc melius erit ſi fuerit in domo ſignificante illud magiſterium ſecundum ſi gnificationem domorũ. Etiam pone aſcen dens in ſigno conuenienti illi magiſterio. Sed ſi illud magiſterium fuerit de rebus ter reis, pone Lunã in ſignis terreis: & ſi fue rit de ſignis aqueis, pone eam in ſignis a queis: & ſic de alijs.

De pugillatoria & arma tenere.
Cap. XCI.

PVgillatoriam & armis uti diſcere ſi uelis, fac ut aſcendens & Luna ſint in triplicitate Arietis, & ſit Mars aptatus in bono loco & ſtatu, & ſit Luna in ſuo caſu, maximè in addiſcẽdo ar ma tenere equum inſidẽs. At ſi Luna in hoc caſu fuerit in exaltatiõe ſua, multò melius erit. Similiter optimum eſt ſi dominus aſcẽ dentis ſit in exaltatione ſua: ſed ſi eũ ibi ha bere non poteris, pone ipſum in medio cœ li uel intrantem ipſum. Aliqui ſapientes di cunt quòd in addiſcendo lucrari, ſpeciali ter bonum ſit ſi Luna in Geminis ſepara tim inueniatur.

De addiſcendo natare per aquas. *Cap.* XCII.

NAtare diſcitur commodè ſi Lu na ſit in ſignis aqueis, & domin⁹ aſcendentis in medio cœli uel in trans in ipſum & fortunatus, & Luna ſit aſcendens in ſeptentrione, & in alí qua dignitatum ſuarum: & melius ſignum in hoc negocio eſt Cancer.

De undecima domo & eius electionibus.
Cap. XCIII.

VNdecima domus meritò ſequitur decimã, cuius electiones ſunt, incí pere res per quas homo conſequi tur bonum nomẽ & bonam famã, poſtulare quamuis petitionẽ, cõplere pro milliões, ambire amorẽ & amicitiã alicui⁹.

De rebus ex quibus paratur nomen bonum & fama. *Cap.* XCIIII.

BOnum nomen & famam parabis ti bi ſtudendo rebus ingenuis & cla ris, quas cùm incipis apta principi um domus undecimę ac eius domi num, & pone aſcendens aliquod ſignorum Iouis. Melius etiã erit ſi ponas Iouem in un decima domo uel in aſcendente, uel aſpici entem eos de bono aſpectu. Conuenit etiã ſi Iuppiter ſit firmus & liber ab infortunijs. Et ſi dominus undecimæ fuerit in aſcenden te, aut dominus aſcendentis in undecima, ſi militer eſt bonum. Etiam eſt bonum ſi Sol ſit liber ab infortunijs & in decima, & Lu na applicans ei de tertio uel ſextili. Etiam ſi Luna ad hoc fuerit ſeparans ſe à domino undecimę uel à Ioue, erit melius: quia ſigni ficat quòd res erit nominata & manifeſta et completa. Etiã ad hoc totum conuenit ſi ſi gnificatores ſint aſpicientes ſe mutuò de bo nis aſpectibus, & ſpecialiter Luminaria & aſcendẽs & decimam, & quòd ſint recepti.

Sed si omnes aptare non potes, apta quem cunq; eorum poteris, custodiendo semper radices electionum.

De complendo promissiones & postulando petitiones. Cap. XCV.

VOlentem petere aliquid decet stare promissis & ea complere, quæ si diligenter feceris, habebis semper qui tua uota audient & concedent quæ cupis. Vt autem id diligentius & felicius facias, apta undecimam domum & eius dominum, partem fortunæ & eius dominum, & ambo uel alter eorũ aspiciat ascendens, & dominus ascendentis & Luna sint recepti à domino undecimæ & à planeta significatore rei quæsitæ: nam ascendens & eius dominus sunt significatores quærentis, & septima & eius dominus illius à quo petitur, (utile est ergo si sit septima domus salua, alioquin perdet petitionẽ) & Luna est significatrix rei quæsitæ. Postea si petitio fuerit à senibus, uel alicuius eorum qui sunt de natura Saturni, pone gradum 11. domus dignitatem Satur. Sed si petitio fuerit scribæ uel à significationibus Mercurij, pone undecimã domum dignitatẽ Mercurij, scilicet exaltationẽ uel domũ uel terminũ. Apta inquam planetã significatorẽ illius à quo quæritur, ita ut si fuerit senex apta Saturnũ: & secundum hanc rationem facies de omnibus planetis. Atabari dixit: Vtile est in hoc negotio si Merc. sit applicans Ioui & Veneri, & dñs medij cœli sit cõueniẽs dño ascendẽtis. Porrò si quæstio fuerit pro substantia, apta sctam & dñm ascend. sic ut inter dñm 2. domus & dñm ascendentis sit applicatio amicabilis, & nullũ infortuniũ abscindat inter eos, et aspiciat eũ dñs 11. & dominus fortunæ similiter de bonis aspectib. Sed si qñ fuerit ex causa mulierũ aut coniugij, fac de domo 7. & eius dño ꝙd diximus de secunda domo & eius domino; & sic cõsequenter de alijs domibus.

De ambitione amoris & amicitiæ alicuius. Ca. XCVI.

CVm ambis amorẽ et amicitiã alicuius, uide si Luna sit aptata, & similiter 11. dom⁹ & eius dñs, & si ambo sint recepti à Venere de trino. Etiã si receptio fuerit de domo uel exaltatione, melius erit. Sed si nõ fuerit talis, et sit aspectus de trino & Luna sit à Ioue recepta uel à dño domus suæ. Etiam si Luna talis nõ fuerit, nec in aliqua dignitatũ Veneris, sit salua. ✱ Porrò si amicitia fuerit ratione lucrandi substantiã, sit pars fortunæ in ascẽdente: si hæreditatẽ consequendi, sit in quarta domo: & sic consequẽter de omnibus alijs domibus.

De 12. domo & eius significationibus. Cap. XCVII.

DVodecima domus antecedentes omnes claudit ut ultima, cuius electiones sunt, cursu equorum uincere, & horam inuenire qua quis rex suum inimicũ ut minus potentem capiat, uel alius aliquis in dignitate constitutus.

De cursu equorum. Cap. XCVIII.

DE cursu equorũ dixit quidam sapiens: Qui uult uincere cursu equorum, cùm incipit exire de domo sua, ponat dñm horæ in ascendente. Alkindus dixit ꝙ uincet si ad iam dicta semper obseruet radices electionum. Nam si dominus horæ fuerit in decima, curret in medio primorũ & posteriorũ. Sed si fuerit in 7. curret cum posterioribus: at si fuerit in angulo terræ, erit posterior & remanebit retro. Caueas autem ne dominus horæ sit in suo casu, quia significat ꝙ bestia cadet. Alkindus dixit quòd est bonum in hac re si sit Luna in Sagit. uel in medietate Lib.

De modo inueniendi horam, in qua rex uel alius quispiam capiat inimicum ut minus potentem. Cap. XCIX.

HOra in qua rex uel alius quispiam præfectus capiet suũ inimicũ erit, si sit domus duodecima infortunata, & eius dñs similiter infortunatus & debilis. Etiam si infortuniũ fuerit à domino ascendentis, erit melius. Sed si hoc nõ fuerit, principiũ intrandi iter fac quã Luna est à Sole infortunata, & Sol in bono loco. Etiam si ab aliquo infortunata fuerit & non à Sole, erit melius. Atabari dixit: Si qñ rex uel alius uoluerit capere inimicum qui sit minoris ualoris eo, statuat Lunam in cõiunctione aut oppositiõe uel in uia combusta, aut cum Capite uel cum Cauda, aut sit in ascendente: & hoc pro eo ꝙ ascendens est ei inimicũ secundum oppositionẽ eius: uel quòd sit in aspectu infortuniorũ, aut ante suam ecclipsim per tres dies: & Sol sit saluus & purus ab infortunijs, & in medio cœli sint fortunæ. Etiam si quando magis infortunata fuerit Luna, erit peius & maius damnum pro illo inimico: quia Luna est significatrix populi & gentis minutæ ac seruorũ. Hîc complentur electiones acceptæ secundum duodecim domos, propter quod laudatus & benedictus sit Deus in sæcula sæculorum.

De signi-

De ſignificationibus horarum.
Cap. C.

SIgnificationes horarū accepim⁹ ex lib. Abablez filij Zaëd, & ex li. Albumaſar qui nominatus eſt Liber naturarum, quas hic poſui ne noſter liber mancus eſſet neq; deficeret in aliquo dictorum eorū quæ ſapientes dixerunt. Subiunxi autem poſt horas ſimiliter electiones Lunæ ſecundū māſiones, quia magna pars Arabum utuntur & operātur per eas, & radices ſunt acceptæ ab Indis ex libris uidelicet Dorothej. Non habēt autem hæ electiones horarū & manſionum uim tantā neq; tātam uirtutē, quantā electiones prędictę, quę acceptę ſunt à locis planetarū & abaccidentibus eorum: ſunt tamen & hæ nobis utiles, ut quæ ſignificationes habent non ſpernendas.

De hora Solis.

HOra Solis infortunata eſt in omni re, niſi in ingreſſu ad regem: nec tum ſemper, quia cùm occidit ualdè uitandus eſt acceſſus ad eū, nec ea hora induas ueſtimentū nouum, nec tibi minuas ſeu aperias uenā, nec des alicui ſubſtantiam cauſa mercādi ſeu faciendi aliquā rem, nec incipias facere ædificia, nec emas beſtias, (petes tamen in ea ſapientias & dominium & documentū) nec iaceas cum muliere, ſed emes arma, & equita equum, & exi de terra tua cauſa uenandi, & ſi extrà fueris non intres domū tuam. Bona eſt hæc hora ad recipiēdā dignitatē, & ad nègotiū habēdum cum rege uel cum dño, & ad accipiendum ſecuritatē ratiōe facultatū quę nunq̄ petent à quopiam, & ad lucrandum. Item ſi capitale ſeu ſummam totius dederis in ipſa hora, morietur ille qui accipit ipſum, & capitale perdetur. Si quis corripit morbo ea hora, patiet fortē febrem, & multis uicibus cadet in animi deliquium, quod nō leue detrimentum adferet.

De hora Veneris.

IN hora Veneris bonum eſt equitare equum, ſed non intres nauem aliquam: inquire in ea dominiū, & da te iocationib⁹ & gaudijs: in ea lude ad ſcacchos, & cum mulieribus uade ſpaciatum, & exi de terra tua. Si uerò extrà fueris non intres domū tuam, et contrahe cum muliere coniugium, & bibe medicinas & ſpecies. Non minuat tibi nec aperiat uena, nec utere uentoſis. Non plantes arbores nec ſemines aliquod ſemen, nec percutias tuum ſeruū nec ſeruā, nec inſcidas ueſtimēta, nec dormias ſi abſtinere poteris. Qui incipiet iter facere ipſa hora, bonum & utilitatē ex parte mulierum habebit, uel id ſimile. Bonum eſt in ea facere quicquid ad mulieres pertinet, & omnes pannos depictos & pulchros, & facere cum mulieribus, & eſſe audax & proteruꝰ. Nam qui capitale recipit, diſperdet illud cū mulieribus et in uitijs et delectationib. Qui corripitur morbo ea hora, patitur illam infirmitatem ex occaſione anxietatū uel alicuius erroris qui accidit ei, uel alicuius maleficij ꝗd obtulit ei mulier, uel huiuſmodi.

De hora Mercurij.

IN hora Mercurij equita omnem beſtiā, mulam, & aſinam: ſcribe etiam chartas, mitte nuncios, da tuam ſubſtantiā pro mercibus, & mutua quicquid uolueris mutuare, & recipies quod tibi debetur. Bibe medicinas, planta arbores, intra ad regem: tamen nō contrahas cum muliere cōiugiū, nec emas prædiū nec terrā, nec intres domū tuam ſi fueris extrà, nec emas ſeruos, nec te permutes de una domo in aliam, nec extrahas de carceribus aliquē. Incipe omne ædificiū, fode puteos & foſſas, nulli pete rem aliquam, bonum eſt incipienti iter, quia inde bonum & utilitatem habebit: duc puerum ad omnem diſciplinā, ſicut ad literas, ad ſcriptionē, & ſimilia. Mercaturā facere, nūcios mittere, cauſari, dare & recipere bonū erit: qui accipiet capitale ſoluet illud bene & bono modo, ille qui dabit ipſum cōtentus erit de eo & ille de altero.

De hora Lunæ.

IN hora Lunæ non incipias aliquod ædificium, nec emas aliquam medicinā pro medicando, nō inſcindas pannos, nec emas pecudes, nec porcos nec his ſimilia. Incide arbores, eme fructus, fode foſſas & puteos, equita equos, honora mulieres, da filiū tuum ad addiſcendū literas & ſcribere, proſequere tuum inimicū, exi de terra tua, ſed non intres in eam. Etiam dicitur quòd qui facit iter in hora Lunæ, habebit bonum in illa occaſione mortis alicuius hominis ſuæ ſocietatis: tamen ſi Luna fuerit in ſigno tereo, damnatur hoc iudicium. Qui dabit capitale in hac hora, habebit magnum laborem ad recuperandum, & tandem diffidet de ipſius recuperatione, poſtea tamen recuperabit illud ſed non totum.

De hora Saturni.

IN hora Saturni ne bibas medicinā, nec inscindas nec induas pānos nouos, nec abradas caput, nec circines tibi capillos, nec intres aliquod nauigium: exeas tamen de domo tua si reuerti uolueris illa die. Etiam inquiras inimicum tuum & fugitiuum, emas arma, sed non emas seruos nec seruas. Cōueni societatē tuam, scribe chartas, equita omne genus asinorum uel mulorum, nullum pete lapide uel sagitta, non desyderes homicidium, nec habeas placitum cum aliquo, nec minuas tibi aperiendo uenam, nec adhibeas uentosas. Eme omnem conductum & omne cibarium, recipe xenium: qui exibit ad faciendum iter, feret magnum periculum uel carcerem multarum anxietatum, aut in itinere tarditatē. Et si fuerit iter per mare, habebit multas undas & uentos diuersos, qui eum proijcient ad loca alia sibi nota. Bonū est locare ad pensionem terras, cauare fossas, arare. Ille qui accipit capitale perdet substātiā, & fortè morietur qui illud accipit, uel eū interficiet dominus substātiæ: & qui corripietur morbo in ea, prolōgabitur eius infirmitas, & post modum morietur.

De hora Iouis.

IN hora Iouis honora reges, & contrahe cum mulieribus coniugium. Non percutias seruum tuum nec seruā, sed inscindas in ea pānos equi paratos ad equitatū. Nō bibas malas species, sed exeas de terra tua. Non emas arma, caueas abigne & eius flammis. Non fodias fossas, sed semines omne semen, & plantes omnem arborem, incipias oīne ædificium. Pone te ad sedendum cum regibus. Non emas bestias sed emas aues, nō intres nauem, nec petas aliquem lapide uel alio, loquere cum rege, nec minuas tibi aperiendo uenam uel adhibendo uentosas. Qui exiuerit pro itinere faciendo, habebit bonum lucrum in substātia & suo negocio, utilitatem à parte qua non suspicabitur & gaudia. Bonum est intrare ad regem & alcaydos & iudices. Qui dederit capitale habebit idem bonum & lucrum, & amorē cum socio participet, et qui in morbum incidit citò sanabitur.

De hora Martis.

HOra Martis abhorrenda est in omni re & initio & facto.

De electionibus secundum motum Lune per mansiones. Cap. CI.

ILnath à principio Arietis usque ad duo decimū gradū, 11. minuta & 20. secūdas est mansio prima. Indi dicunt: Si quādo Luna fuerit in hac mansione, bonū est bibere medicinas, ponere bestias ad pascendū, iter facere in illa die, nisi in 2. hora diei. Doroth. dixit: Non est bonum cōtrahare coniugiū quando Luna est in hac mansione, nec etiā in toto Ariete, nec emere seruos in illa: qa mali erunt & inobedientes uel fugient. Bonum est tamen bestias emere domatas & curatas, & facere iter maximè in naui: quia significat q̄ bene nauigabit & bono modo. Non est bonum facere societatē in ea, quia non durabit sed recedet iratus quilibet ab altero. Dicit etiam q̄ qui capitur in ea, fortem & malum habebit carcerē. Item si à te quæsitū fuerit pro furto, Luna existente in Ariete, dic q̄ est res solita poni super caput uel faciem, uel laborata manu. Bonum est in ea facere arma, plantare arbores, tōdere capillos, incidere ungulas, pannos nouos induere: & hoc totū existente Luna ab infortunijs libera. Albethain. A 12. gradibus 11. minu. 20. secundis Arietis usq; ad 25. gradum, 22. minut. 52. secunda, est secunda ipsius. Indi dicūt: Si qñ Luna fuerit in hac mā sione, bonum est seminare, itinera facere. Dorothius dicit q̄ non est bonum contrahere coniugium, seruos emere: & de seruis in naue & captis idem dicit q̄d in Alnath. Athoraie. A 25. gra. 22. minutis, 52. secundis Arietis usque ad octauum gradum, 34. minuta, 18. secundas est prima Tauri. Indi dicunt: Si quando Luna fuerit in hac mansione, bonū est mercari ac uindicare se de suis inimicis: est etiā mediocris pro itinere. Dorothius dicit: Non est bonum in ea coniugium contrahere, bonum est in ea emere bestias domitas, & qui in itinere est aquæ subibit metus & pericula. Non est bonum facere societatem in ea, maximè cum potentiori: quia non poterit ab eo separari nisi cum labore & molestia. Etiam dicit q̄ qui capitur uel qui captus est in ea, fortem & longū habebit carcerē occasione substantiæ, quæ auferetur ei & exibit de carcere. Bona est pro omni re quæ fit per ignem, & pro uenatione animaliū, & pro faciēdo bonum. Mala uerò pro emendo uaccas & gregem, & pro plantādo arbores & seminādo, & pro induendo pannos nouos. Addauennam. Ab octo gradibus, 34. minutis, 18. secundis Tauri usq; ad 21. grad. 44. minut. ipsius protenditur. Indi dicunt: Si quando Luna fuerit in hac mansione, bonum est seminare;

panno

pannos nouos ueſtire, & mulieres & ornamenta ipſarũ accipere, omne ædificiũ dirue re & aliud incipere, facere iter niſi in tertia parte illius diei. Dorothius dicit: Non eſt bonum in ea cõtrahere coniugiũ, quia mulier appetet coire cum alio: & ſubdit quòd bonum eſt emere captiuos, quia fideles & legales erunt: & ædificiũ quod fiet in ea firmum erit ac durabile, bonum eſt emere beſtias domitas. Etiam dicunt quòd qui faciet iter per aquam, magnas habebit undas, & quòd ſocietas in ea contracta eſt mala, maximè cum potentiori eo, quia non ſeparabitur ab eo niſi cum labore ac moleſtia: & qui capitur in ea longam captiuitatẽ habebit, & q̃ propter facultates captus fuerit, euadet pro ſubſtantiæ largitione & bono modo. Etiam eſt bona pro omni modo ædificiorũ, & pro fodendo canales, & emendo ſeruos & ſeruas & beſtias, ac ſtando cum regibus & alijs dominis claris, pro recipiendo dignitatẽ aut dominiũ: in quibus omnibus laudat eam Dorothius, niſi quòd in coniugio ſpecialiter eã abhorret. Alhathaya. A uigintiunis gradibus, & quadraginta quatuor minutis, uſque ad quartum gradum, 17. minuta & 10. ſecundas Geminorum. Indi dicunt: Si q̃n Luna fuerit in hac manſione, bonum eſt contrahere coniugium, ponere pueros ad addiſcendũ leges uel ſcripturas uel ſcribere, & ad faciendũ medicinas, & ad eundum iter, Luna exiſtente libera ab infortunijs & cõbuſtione. Dorothius dicit, q̃ eſt bona pro emendo ſeruos, quia erunt boni & legales, & pro ædificãdo & eundo in aquã: nõ tamẽ bona eſt pro ſocietate. Qui captus in ea fuerit lõgum habebit carcerẽ, tamen ſi pro facultate captus eſt ſoluet illud & euadet. Bona eſt pro abluẽdo caput, & pro omni conditione abluttonũ & tondendo capillos. Etiam dicit q̃ bonũ eſt emere ſeruos, quãdo Luna uel aſcendens eſt in ſignis humanis, maximè ſi Luna ab infortunijs ſit libera. Alhana & dicitur Atabuen. A quarto gradu 17. mín. & 10. ſecundis Geminorũ uſq̃ ad 17. grad. 30. min. ipſorũ peruenit. Indi dicunt: Si q̃n Luna fuerit in hac manſione, bona eſt pro regibus ad indicendum bellũ, ad conſcriptiones excercitus et equitatus. & pro equitibus appetentib. mutationẽ felicioris ſtipendij, & pro felici obſeſſione ciuitatũ: etiam pro inſecutione inimicorum & malefactorũ. Ad ſeminationẽ uerò non eſt bona, nec in petitione mutui, neq̃ in alicuius depoſitione. Dorothius dicit q̃ bona eſt pro faciendo iter aquaticum, quia nauis ubi uolet appellet bono modo ſed tardet: bona eſt in ea ſocietas & profectibilis, & ſocij cõuenient inter ſe & erunt fideles ac ſibi mutuò integri. Etiam ille qui captus in ea fuerit, niſi ad tres dies liberetẽ, prolongabitur multũ carcer eius. Bonum eſt in ea uenari: non tamen in ea medicinas bibas nec ſpecies, nec uulneribꝰ mediceris, panni noui qui induentur, citò frangentur. Addirach. A ſeptemdecim gradibus, triginta ſex minutis Geminorum, uſque ad finem eorum ſe extendit. Indi dicunt: Si quando Luna fuerit in hac manſione bona eſt pro ſeminando omne ſemen & arando, pro induendo pannos nouos, et pro ornamẽtis mulierũ, & pro equitatu: nec eſt bona pro itinere niſi in ultima tertia illius noctis. Doroth. dicit; Qui fecerit iter aquaticum in illa, ibit ſicut uoluerit bono modo: tamen in reditu ſuo tardabit, & ſocietas in ea bona & utilis erit, & ſocij erunt legales & conuenientes inter ſe. Etiam ſi quis capietur in ea, niſi euaſerit ad tres dies, in carcere morietur. Item ſi quis factum fecerit de quo metum habeat & euaſerit, adhuc in illud incidet altera uice. Bona eſt ad abluendum caput, ad tondendum capillos, ad induendum ueſtes nouas, ad emẽdum ſeruos & beſtias, ad percutiendum inimicũ ſuum, ad faciendũ pacẽ cum inimicis: pro his quidem omnibus bona eſt: eſt tamen mala in emptionibus terrarum, & deditionibus medicinæ. Aluayra. A principio Cancri uſq̃ ad duodecimum gradum. undecim minuta & uiginti ſex, ſecunda ipſius ſe profert. Indi dicunt: Si q̃n Luna fuerit in hac manſione, bona eſt ad utendum medicinis, & pro inſcidendis ueſtibus nouis, & pro ornamẽtis mulierum, & eis induendis. Etiam dicũt quòd ſi pluat Luna exiſtente in ea, utilitatẽ adferet & non damnum: nec eſt bona pro itinere niſi in tertia parte poſteriori noctis. Dorothius dicit quòd coniugia quæ contrahuntur in ea, aliquantulum durabunt in concordia & poſtmodum diſcordabunt. Seruus qui emetur in ea erit accuſator domini ſui, deceptor ac fugitiuus. Etiã ſi quis nauem intraverit ſaluus erit, & ibit quo uoluerit citò & bono modo, & celeriter reuertetur: & in ſocietate quæ in ea contrahitur, ab utraque parte fraus committetur, & captus in ea in carcere multum ac diu morabitur. Attraaif. A duodecimo gradu, undecim minut. & uiginti ſex ſecũdis Cancri uſq̃ ad 25.

gradum uigintiduo minuta, & septuaginta quinq; secundas ipsius inuenietur. Indi dicunt: Si quando Luna fuerit in hac mansione, non est bonum semen aliquod seminare, nec iter facere, nec alicui aliquam rem deponere, nec in ea malum alicui procurare. Dorothius dixit: Si quis mare ingrediatur in ea euadet cum naui, & ibit quo uoluerit, & bene ac celeriter reuertetur. Si societas fiet in ea, socij fraudē sibi mutuò parabunt: & qui captus fuerit stabit multum in carcere. Non est bonū tondere capillos, nec incidere pannos nouos, & qui uestes nouas induit fortè morietur submersus cum eis. Bona est ad firmandum portas & ad faciendū seraturas. Etiam ad mutandū triticum de uno loco ad alium, & ad faciendos lectos & ipsis adaptandum cortinas super eos. Algebhe. A uigiutiquinq; gradibus, uiginti duobus minutis, & quinquaginta duobus secundis Cancri usq; ad octauum gradum & triginta quatuor minuta Leonis progreditur. Indi dicunt: Si quando Luna fuerit in hac mansione, bonum est contrahere coniugium & azucharū, & quòd fit de eo. Nō est bona pro itinere nec pro deponendo aliquid, nec pro induendo uestes nouas, nec pro ornamentis mulierū. Doroth. dicit, q; ædificium quod fiet in eo, durabile erit, & societas bona: quia socij simul & inter se lucrabuntur. Etiam qui capietur, captus erit ex mandato alicuius clari uiri, uel pro magno facto, & habebit fortem & longum carcerem. Azobrach. Ab octauo gradu & triginta quatuor minutis Leonis usq; ad gradum 21. & minuta cōueniētia ipsius protenditur. Indi dicunt: Si quando Luna fuerit in hac mansione nō est bona pro dimittendo captiuos, sed bona est pro obsidēdo uillas, & pro seminando & plantando: uerum in mercibus & itineribus est mediocris. Dorothius dicit quòd ædificia & fundamenta quæ fiunt in ea durabilia erunt, & in societate quæ fit, socij multum lucrabuntur. Et si qs captus fuerit, significat quòd captus est ex mandato alicuius magni uiri, & q; longum habebit carcerē. Est etiā mala pro uestibus nouis, & bona pro tondendo capillos. Azarfa. A 21. gradibus & ✶ minutis Leonis usque ad quartum gradum & septem minuta Virginis dilatatur. Indi dicunt: Si quando Luna fuerit in hac mansione, bona est ad incipiendū omne ædificiū, & pro locandis terris, & pro plantatione & seminatione, & pro faciendo coniugium, & pro induendo uestes nouas, pro ornamētis mulierum, pro faciēdo iter, tamen in prima tertia parte illius diei. Dorothius dicit quòd qui dederit mutuum nō recuperabit illud, & si recuperauerit erit cum magno tædio & labore: & qui nauem ingressus fuerit, periculum & laborem habebit, & post longū tempus euadet. Bona est pro emendo seruos & bestias, sed postquam Luna exiuerit de Leone, quoniam Leo magnus comestor est. Et si quando multum comedit, patitur in stomacho & in uentre, & est potens & audax, nec uult alicui obedire. Aloce. A quatuor gradibus & septemdecim minutis Virginis usq; ad 17. gradum & octo minuta ipsius posidet. Indi dicunt: Si quando Luna fuerit in hac mansione, bonum est seminare, arare, iter & coniugiū facere, liberare captiuos, & captos dimittere in tota illa die. Dorothius dicit quòd contrahere matrimoniū cum muliere corrupta non est malum, & si quis duxerit uxorem urginē durabunt modico tempore, & seruus qui emetur erit bonus & legalis ac integer, & qui nauem intrauerit multum tardabit reditum suum, & qui captus fuerit habebit in carcere damna, postmodū bonum finem consequetur. Bona est ad bibendū medicinas, inscidendum pannos nouos, incipiendū ædificium, dandū se delitijs & locationibus, intrandum ad regem & clarum hominē. Etiā bona pro ablutiōe capitis & capillorū tonsura. Azimech. A septemdecim gradibus & octo min. Virginis usque ad finem eius occupat. Indi dicunt: Si quando Luna fuerit in hac mansione, bona est pro coniugijs mulierum non uirginum, pro medicando, seminando & plantando: nō est bona pro itinere, nec pro deponendo aliquid alicui. Dorothius dicit: Qui matrimoniū contrahit cum muliere uirgine, nō durabit cum ea longo tempore, & cum corrupta nō est mala. Seruus qui emitur bonus erit & legalis & diliget dominum suum. Bona est pro introitu nauis, & qui associauerint se plurimum lucrabuntur, & in concordia bonum habebunt, & qui captus fuerit citò euadet. Algarf. A principio Libræ usque ad duodecimum gradum, undecim minuta, & uigintisex secundas ipsius occupat. Indi dicunt: Si quando Luna fuerit in hac mansione, bonum est fodere puteos & canales, malū pro itinere, bonū est mederi infirmitates quæ sunt ex uentositate specialiter & nō aliæ. Doroth. dicit q; coniugiū q̄d fit in ea

non

non durabit in concordia niſi modicum tempus,et qui mutuauerit pecuniã non recuperabit eam:abhorrenda eſt in omni itinere maris et terræ. Etiam ſi qui ſocietatẽ inierint defraudabuntur et diſcordabũt inter ſe. Bonum eſt migrare in domum nouã de una alia,& hinc in aliã,aptando ſecundam domũ & eius dñm ac locum eius. Bonũ eſt emere & uendere, & bonum factũ petere. Non emas beſtias,nec tõdeas capillos, ſed emas ſeruos,quia eſt ſignum humanũ. Azebone. A 12. gradu 11. minutis & 26. ſecundis Libræ uſq; ad 25. gradus 22. minuta & 52 ſecũdas ipſius poſſidet. Indi dicũt: Si quando Luna fuerit in hac manſione, nõ eſt bona pro itinere, nec pro medicando, nec pro aliqua merce, nec pro ſeminando, nec pro ornamentis mulierum, nec pro induendo, nec pro inſcindendo nouas ueſtes. Dorothius dicit quòd mala eſt pro coniugio, & q̃ coniugium in ea modico tempore durabit in concordia. Seruus qui emitur bonus & legalis erit ac integer: & qui ſocietatem inierint diſcordabuntur inter ſe & ſuſpicabuntur de ſeſe,& qui captus fuerit citò exibit de carcere,ſi Deus uoluerit. Alidil. A 25. gra. & 12. minutis Libræ uſq; ad 8. grad. & 34. minuta Scorpij occupat. Indi dicunt: Si quando Luna fuerit in hac mãſione, bonum eſt gregem emere ac beſtias,et eas trãdere paſcuis:bonum eſt etiam ueſtire ornamẽta noua,& obſidere uillas. Dorothi⁹ dicit: Qui accipit uxorẽ,purã nõ inueniet eã, ædificium quod fiet firmum erit & durabile, qui nauem intrauerit anxietatem & triſtitias habebit & euadet, qui ſocietatem inierint erunt in diſcordia. Bonũ eſt componere lites inter duos & amorem conciliare, & amor in hac manſione penitus firmus & durabilis erit ſemper. Bona eſt pro oñi medicina. Non tondeas capillos, nec emas ſeruos. Alcalb. Ab 8. gradu & 34. minutis Scorpionis uſq; ad 21. gradus 25. minuta et 24. ſecundas ipſius protenditur. Indi dicũt: Si quando Luna fuerit in hac manſione, bona eſt pro omni ædificio, pro locandis terris & eas emendis, pro recipiendo dignitatem & dominium: & ſi cœperit pluere erit completa pluuia, utilis atq; bona, in itinere bona eſt eunti uerſus oriens. Dorothius dicit: Si quis duxerit uxorem, & Luna fuerit in hac manſione cum Marte, non inueniet eam uirginem. Mala eſt ad emẽdum ſeruos & ædificia quæ fient firma erũt, qui nauem intrauerit euadet, ſocietas in ea facta diſcordabit. Bona eſt ad plantandum,& mala pro ueſtibus nouis & tondendis capillis. Etiam eſt bona ad bibendum & operandũ medicinas. Yenla. A 21. gradu 25. minutis & 42. ſecundis Scorpionis uſq; ad quartũ gradum & 17. minuta Sagittarij occupat. Indi dicunt: Si quando Luna fuerit in hac manſione, bonum eſt obſidere uillas & caſtra, ac litigare cum inimicis, & facere iter. Non eſt bona pro deponendo aliquid alicui. Etiam eſt bona pro ſeminando & plantando arbores. Dorothius dicit: Si quis uxorem ceperit, non inueniet eam uirginẽ. Mala eſt pro emendo ſeruos, & pro introitu nauis, quia ſignificat quòd nauis frangetur: & qui ſocietatem inierint diſcordabũt inter ſe, & eſt multum mala pro capto. Alimain. A 4. gradu & 17. minutis Sagittarij uſq; ad 17. gradũ & octo minuta ipſius protenditur. Indi dicunt: Si q̃n Luna fuerit in hac mãſione, bonum eſt emere beſtias, & pro itinere eſt mediocris: & ſi pluerit bonum erit, nec faciet malũ. Dorothius dicit quòd bona eſt pro emẽdo beſtias paruas, ſed eſt mala pro ſocietate & capto. Albeda. A 17. gradu & 8. minutis Sagittarij uſque ad finem eius inuenitur. Indi dicunt: Si quando Luna fuerit in hac manſione, bonum eſt incipere omne ædificium & ſemen, & emere terras & beſtias & gregem, & emere & facere ornamenta mulierum & ueſtes: ſed eſt mediocris pro itinere. Dorothius dicit quòd mulier quæ dimittetur, uel quæ uiduabitur nunquã maritabitur: in emendo ſeruos eſt mediocris, & ſignificat quòd ſeruus multum de ſe ſentiet, nec humiliabitur domino ſuo. Sahaddadebe. A principio Capricorni uſq; ad 12. gradum 11. minuta 26. ſecundas eiuſdem occupat. Indi dicunt: Si quando Luna fuerit in hac manſione, bona eſt pro medicando & faciendo iter, niſi in poſteriori tertia parte diei. Bonum eſt induere pannos nouos. Dorothius dicit: Si quis uxorem ſponderit, dimittet eam antequam coniungantur, & morietur homo ante ſex menſes: uel erũt inter ſe diſcordes & malo modo habebunt, et uxor malè tractabit uirum. Mala eſt ad emendos ſeruos, quia malũ facient domino ſuo, uel fugient, aut erunt tædioſi uel mali. Bona eſt pro introitu nauis, excepto q̃ accidẽt ei magnæ perturbationes animi ex magna cupiditate redeundi, et ſimilia. Eſt bona pro ſocietate, quia in ea erit lucrum et utilitas magna: et qui captus fuerit citò euadet. Zadebolal,

bolai. A duodecimo gradu, undecim min. & uiginti sex secundis Capricorni usque ad uicesimũ quintũ gradum, uigintiduo mi. et quinquagintaduo, secũda ipsius inuenit̃. Indi dicunt: Si quãdo Luna fuerit in hac mãsione, bonum est medicare & induere ornamenta & uestimenta noua: non est bonum deponere aliquid alicui, sed bonum est pro itinere in mediana tertia illius diei. Dorothius dicit: Nõ est bona pro coniugio, quia uxor malè tractabit uirum, nec multum simul morabuntur. Mala est pro emendo seruos, & pro introitu nauis, uolẽti facere breue iter: sed bona est pro societate, & qui captus fuerit citò euadet. Zaadescod. A uigintiquinq; gradib. uigintiduob. min. et qninquagintaduob. secũdis Capricorni usque ad octauum gradũ & trigintaquatuor minuta Aquarij occupat. Indi dicunt: Si quando Luna fuerit in hac mansione, non est bona pro mercimonijs neque pro ornamentis, nec pro uestibus induẽdis, nec pro uxore ducenda: in ea tamẽ bonum est pro medicãdo, & pro militibus & excercitibus mittendis: & est mediocris pro itinere. Dorothius dicit quòd non est bona pro coniugio, quia modicum durabit. Seruus qui emitur fortis erit & legalis & bonus. Nõ est bona pro introitu nauis: & est mala pro societate, quia magnũ damnum & discordiam in fine significat: & si qs captus fuerit citò liberabit̃. Sadalabbia. Ab octauo gradu & trigesimoquarto minuto Aquarij usque ad uicesimumprimũ gradum & uigintisex minuta, ipsius protenditur. Indi dicunt: Si quando Luna fuerit in hac mansione, bona est pro obsidendo uillas & castra, & pro inquirendo rixas & insequendo inimicos & faciendo eis mala. Etiam bona est ad mittendum nuncios, sed non est bona pro coniugio nec pro seminatione, neque pro mercimonijs, neque pro emendo bestias & gregem. Bonum est iter facere uersus meridiem. Dorothius dicit, quòd non est bona pro coniugio, quia modicum durabit alter cum altero. Sed bona est pro emptione seruorum, quia erit fortis & legalis & bonus. Aedificium quod fiet in ea, erit firmum & durabile. Etiam est bona pro introitu nauis, nisi quòd tardabit. Mala est pro societate, quia significat malum finem & damnum: & seruus euadet. Fargalmocaden. A uicesimoprimo gradu et uicesimosexto minuto Aquarij usq; ad quartum gradum & septemdecim minuta Piscium occupat. Indi dicunt: Si quando Luna fuerit in hac mansione, bonum est facere iter, tamen in prima tertia illius diei, quia reliquum totum ipsius diei non est bonum pro itinere, nec pro aliquo initio. Dorothius dicit quòd non est bona pro coniugio, quia modicum durabit. Seruus qui emetur erit legalis & bonus, & si aliquod ædificium fiet erit firmum & durabile: bonum est intrare nauem & intranti significat tarditatem. Mala est pro societate, & qui captus fuerit multum stabit in carcere. Alfargamahar. A quarto gradu & septemdecim minutis Piscium usque ad decimumseptimũ gradum & octo minuta ipsius intelligitur. Indi dicunt: Si quando fuerit in hac mansione, bonum est seminare, & pro mercimonijs est utilis: tamen non est bona pro deponendo aliquid alicui, nec pro dando aliquid mutuo. Bona est pro coniugio, mediocris pro itinere, nisi in mediana tertia parte illius noctis, in qua nullo modo facias iter. Dorothius dicit, quòd intranti nauem euenient damna & pericula & labores. Etiam si quis societatem inierit, habebit in principio bonum, in fine damnum & discordiam: & qui captus fuerit à carcere non euadet. Non emas seruum, quia erit malus. Bathnealoth. A decimoseptimo gradu & octo minutis Piscium usque ad finem eius intelligitur. Indi dicunt: Si quando Luna fuerit in hac mansione, bona est pro mercimonijs & seminationibus & medicationibus: non autem ad deponendum aliquid alicui, nec ad dandum aliquid mutuum. Bona est pro coniugio & mediocris pro itinere, nisi in tertia mediana parte illius noctis, quæ est mala. Dorothius dicit, quòd seruus qui emetur erit malus & iracundus & multum superbus, & societas quæ initur in principio bona erit, & in fine mala: & qui captus in ea fuerit de carcere non exibit.

De temporibus in quibus habetur spes, & creditur quòd petitiones fiant.
Cap. CII.

IN determinãdis rerũ temporibus sunt diuersitates animaduertendæ & colligendæ secundum diuersas iudicum sententias, & secundum eorum in ferendis sententijs suspẽsiones & festinatiões. Nam quemadmodum ipsi causas festinæ iudicationis habent & tardę pronunciationis, sic hîc in temporibus sunt res & fortunæ quæ diem crastinam prestolari nequeũt, & quæ crastinam

craſtinam & ſequentem diem admittunt, & quę menſes & annos ferunt: quarum maximam & extremam diligentiam expoſcunt, quæ tranſeunt ad annos. Dixi ſolerti diligẽtia opus eſſe ei qui uelit ſcire & determinare tempora petitionũ, quia nullus hanc materiam conſequetur, niſi ſit ingenij acutiſſimi, et in aſtrologia bene uerſatus, & in prõptũ habeat naturas & fortunas planetarũ, & ordinationes quęſtionum & earundem naturas, quas partietur & aptabit ex ſua promptitudine, ut oportet & conuenit bebe uolenti pronunciare. Conſequetur autem facilè tam dicta tempora quis, ſi diligẽter animaduertat quæ ego ex tenuitate mei ingenij conſcripſi in uſum omnium iſtius ſplendidę ſcientię ſtudioſorum. Dorotheus dicit quòd tempora ſeptem modis petuntur: quorũ primus eſt ab eo quod inter unum & alterũ ſignificatorẽ inuenitur. Secundus à conuenientijs quæ ſunt inter duos ſignificatores. Tertius ab athazir unus eorum ad locum alterius. Quartus ab eo quod eſt ab uno ſignificatore uſq; ad locum rei quęſitæ. Quintus à rebus quę ſaluant domum planetę, & quę addunt & minuunt. Sextus à conuenientia ſignificatoris cum loco rei quæſitæ. Septimus eſt athazir planetę ad locum conuenientem rei per naturam. Alij, excepto Ptolemæo, dicunt quòd hę res determinantur quinque modis. Alij dicunt quatuor modis, & hoc ſecundum diuerſitates intellectuum & ſenſuum & opinionum ſuarum. Quarum diuerſarum opinionum ego hîc quę meliores uidentur adferam, diuino prius auxilio implorato in directionem mei intellectus & ſenſus, ſic exordiens: Tempus in quo apparere debent res, & ſignificationes quas planetæ ſignificant in natiuitate ſiue bonas ſiue malas, eſt quando idem planeta dominium habet in diuiſione, aut defert eum per aliquem numerum annorum ſuorum minorum aut mediocrium uel maiorum, uel per aſcenſiones ſigni in quo eſt, dando cuilibet gradui annum unum ſecundum aſcenſiones quas habet in illo loco ubi eſt in cœlo. Poſtmodum ſi acciderit ut ſit planeta qui ſignificauit in radice bonum uel malum, dominus applicationis anni, & in illo anno peruenerit ad aliquam ordinationem de tribus ordinationibus annorum eorum, uel ad numerum aſcenſionum ſigni, apparebit & fortificabitur tunc ſignificatio illa quam ſignificauerat in radice, ſiue bona ſiue mala. Et ſi duo planetæ uel tres ſimul coniungantur in ſignificando rem aliquam, ipſis exiſtentibus in uno ſigno uel in ſignis ſe aſpicientibus, & concordantibus in una ſignificatione, iungantur omnes anni minores eorum, & fiat ex hoc unum tempus, in quo debeat expectare complementum illius ſignificationis in quo concordauerint. & ad annos minores duorũ ſuorũ nec plures. Similiter erit tempus ratio attendendi rem, & anni minores cuiuslibet eorum ſeparatim ſimiliter ſunt tempus, & anni cuiuslibet eorum ſeparatim cum aſcenſionibus iunctis ſimiliter ſunt tempus, & aſcenſiones ſigni cum annis duorum uel trium planetarum iunctæ ſimiliter ſunt tempus. Omnes hi modi fiunt per annos minores planetarum & non per alios. Etiam ſi anni duo uel tres planetarũ qui ſignificauerunt rem, coniunxerint ſe & acceperint medietatem illorum, ſimiliter ſunt tempus. Et ſi iungantur aſcenſiones ſigni huic medietati, ſimiliter eſt tẽpus. Et re uera per omnes hos modos operati ſunt ſapientes antiqui, & iudicauerunt, & ſecundum uirtutes ac debilitates quas habuerunt planetæ in locis ſuis, apparuerunt eorum ſignificationes. Porrò aſcenſiones ſigni accipiuntur, ſecundum q̃ conuenit loco planetæ per exiſtẽtiam eius in angulo uel in alijs domibus, ſicut prædiximus in hoc noſtro libro. Probatũ etiam eſt per exiſtẽtiam uſualẽ, quòd ſignificatio eſt planetæ fortioris in loco ſuo, & ſecundum proprietatem eius in fortuna & in infortunio: & poſt hunc planetam ille qui ſequitur eum in potentia, & ſic per alios ſecũdum hanc ordinationem. Cæterum ſi quando alter duorum planetarũ qui ſunt de natura alicuius bebeniæ, habuerit dominium in diuiſiõe natiuitatis, uel in ſigno applicationis, aut in fridaria, tunc erit tempus quo apparebit ſignificatio eius: & duorum horum planetarum qui fortior fuerit in loco ſuo & in ſeipſo, eius ſignificatio potentior erit. Etiã dicitur in libro Endenadeyg Perſarum: Si quando pars fortunæ fuerit in aliqua natiuitate à fortunis uel infortunijs proſpecta, & per hoc ſignificauerit bonũ uel malum, & uolueris ſcire quo tempore appareat illa ſignificatio, aſpice ad planetam aſpicientem eam, per quem habuit ſignificationem, & unde aſpiciat ipſam: & ſi aſpexerit eam de oppoſitione, iudica quòd ſignificatio apparebit ad ſeptem annos: ſi uerò aſpexerit eam de tertio dextro,

apparebit

apparebit ad nouem annos: si de tertio sinistro, ad quinq; annos: si à quarta dextra, ad decem annos: si de quarta sinistra, ad quatuor annos: si de sextili dextro, ad undecim annos: si de sextili sinistro, ad tres annos. Item si planeta fuerit in duodecima à parte fortunæ, & ambo fuerint in duobus gradibus æqualium dierum & æqualiũ ascensionum, apparebit illa significatio ad duodecim annos. Etiam si planeta fuerit in secunda à parte fortunæ, & similiter fuerint in prædictis gradibus, apparebit eius significatio in secũdo anno: quia significatores qui sunt in his gradibus æqualium dierum & æqualium ascensionũ, ut dicunt. ✶ Habent unam applicationem sed non naturalem. uerbi gratia: In gradibus dierum æqualium intelliguntur, ut cùm unus significatorum est in uicesimo gradu signi Geminorum, & alter in decimo Cancri: quoniam hi duo gradus & alij qui sunt eis cõuenientes, habẽt æquales dies & æquales ascensiones. Dicunt etiam quòd si dominus partis fortunæ, fuerit in radice nativitatis in Ariete fortunatus uel infortunat⁹, significatio illa boni uel mali apparebit ad nouemdecim annos: si in Tauro, ad quindecim annos: si in Leone, ad duodecim annos: si in Virgine, ad octo annos: si in Libra, ad triginta an. si in Scorpione, ad quindecim annos: si in Capricorno, ad quinquaginta annos: si in Aquario, ad triginta annos: si in Piscibus, ad quindecim annos. Etiam modus significationis & occidentis boni uel mali, scietur à natura signi & significationum illius domus, in qua fuerit secundum domorum ordinem. Etiam dicũt sapientes de Layraz, q̃ ratio propter quam posuerunt hos ordines annorum in signis, est quòd si quando dominus domus fuerit in aliquo gradu alicuius signi in aliquo die alicuius mensis solaris, non reuertetur ad illum eundem gradũ, nec eodẽ die ipsius mensis per medium cursum suum, uel per motum suum directum, nisi in tot annis quot terminati sunt in hoc loco, & ab eis accepti sunt secũdum annos minores signi. Porrò ratio annorum maiorum planetarum, est quando planeta iungitur cum Sole in uno gradu: non enim iungitur cum eo in ipsomet gradu, nisi ad tot annos quot anni sunt minores planetæ. Nam anni maiores sunt secundum numerũ graduum terminorũ illius planetæ per omnia signa. Anni uerò mediocres planetæ sunt in medietate maiorũ cum minoribus aggregat i, & hoc in quinq; planetis: excipiuntur enim Luminaria. Præterea quod ibi dixit: Si dominus partis fortunæ fuerit in Capricorno, erit significatio eius quinquaginta annorũ. ea ratione dixit quia aggregauit ambas reuolutiões Saturni, quę sunt sexaginta anni, & minuit ex eis fridariã Solis, quæ est decem annorum, eò quòd Sol est una radix partis fortunæ, & exaltatio & casus eius sunt in quarta Capricorni. Etiam quod dixit: Si eius significatio in Piscibus, sunt quindecim anni, fecit ex eo, quia lupp. est masculinus, dedit ei reuolutionem domus suæ masculinæ, & adiunxit ei quod est inter ambas illas domos: sunt aũt tria signa: dando ergo cuilibet signo unum annum efficit̃ numerus quindecim annorum. Etiam dico quòd fortuna & infortunia accident nato, quando fortunatores uel infortunatores sunt in p̃dictis locis à parte fortunæ. Etiã si q̃n dñs partis fortunę fuerit in signis fortunatus uel infortunat⁹, apparebit eius significatio secũdum numerũ annorũ p̃dictorũ per quodlibet signum, & significabit secũdum statum quem habuerit. Atq; hoc est illud quod dixit ille qui fecit librũ Endemadeyg Persarũ. Tempora præterea quibus apparent significationes ecclipsium, colliguntur hoc modo: In ecclipsi lunari quot fuerint horæ, tot erunt menses: & in ecclipsi solari, dabis pro qualibet hora unum annum. Etiam si q̃n ecclipses fuerint in ascendente, earũ significationes statim incipiẽt. Etiã si in medio cœli, incipient in medietate huius temporis terminati ratiões. Sed si in occidente, apparebunt in fine horum terminorum. At si apparuerint inter ascendens & decimam, numera quot sunt horæ ecclipsis, & postea considera quantum est à loco ecclipsis usque ad gradum ascendentis per gradus æquales, & aspice cuiusmodi proportio est de centesimooctauo, & similem proportionem accipies de horis ecclipsis, quę fuerit lunaris, et cõgregabis ex eis menses: si solaris, annos: & isto modo temporis erit significatio ecclipsis. Etiam si acciderit inter medium cœli & occidens, facies hanc eandem proportionẽ, & adiunges eam medietati termini, & si menses menses esto: si anni, anni: & ubi peruenerit numerus per quemcunq; modum uolueris, eo modo erit temporis significatio apparens & fortis. Haomar filius Atabari dixit: Si quãdo infortunium nocens fuerit in aliqua nativitate bona in aliquo augulorũ, maximè Mars in diurna,

in diurna, uel Saturnus in nocturna: & fuerit in aſcendẽte uel decima, retinebit & tardabit fortunam illius nati, qui erit in miſera uita, donec tranſierint anni minores ipſius planetæ, uel donec tranſeat numerus aſcenſionum ſigni in quo erat. Et ſi hi duo tranſierint & non apparuerit fortuna natiuitatis, addendo annos minores numero aſcẽſionũ illius ſigni, ſimiliter erit tẽpus. Etiam ſi quando in natiuitate mala fuerit fortuna in aliquo horum duorum locorum, ſeruabit natus bonum & proſperitatẽ naturæ cuius fuerit, quantũ ſunt anni eĩ⁹ minores, uel quantus eſt numerus aſcenſionum ſigni in quo fuerit, uel amborum ſimul iunctorum. De tempore autem athazir & hylech in natiuitate, & graduum quibus fit athazir, iam locuti ſumus in prima parte natiuitatis, in capite de hylech & alcochodẽ. Et unus ex modis eorum eſt, quòd ſi quando obuiauerit corpori fortunæ uel radijs eius, uel ſi qñ intrauerit terminum fortunæ, quòd tunc ſignificat bonum de modo & proprietate eius: ſimiliter ſi quando obuiat corpori infortunij uel radijs eius, aut intrat terminum infortunij, ſignificat malũ de natura & proprietate eius. Etiam ſi qñ obuiat abſciſſoribus, abſcindit ſimiliter uitã & tempus, dando in hoc toto cuilibet gradui aſcenſionũ unum annum, & quibuslibet quinq; minutis unum menſem. Alhaſen filius Zaël dixit: Tempora ſunt quatuor, horæ, dies, mẽſes & anni: & ſimiliter ſigna ſunt quatuor naturarum, ignea, aërea, terrea, & aquea: quorum leuiora ſunt ignea, poſt hęc aërea, poſtea aquea, tandem terrea. Horum rurſus leuiora ſunt mobilia, poſtmodũ cõmunia, & tandem fixa. Similiter leuiora in ſuis conditionibus ſunt maſculina, & ponderoſa ſunt fœminina. Præterea quod eſt ab aſcendente ad medium cœli, eſt leue & de natura horarum: et à medio cœli ad occidens, eſt magis põderoſum & de natura dierum: & ab occidente ad angulum terræ, eſt ponderoſius & de natura menſium: & ab angulo terræ ad aſcendens, eſt multum ponderoſius & de natura annorum. Etiam Luna quia eſt leuis & uelox, eſt de natura horarum, Mercurius & Venus de natura dierũ, Sol & Mars de natura menſium, Iuppiter & Saturnus de natura annorum. Quorum (Lunæ dico & aliorum planetarum) maior uelocitas eſt quando ſunt orientales, & eorundem maior tarditas & ponderoſitas qñ ſunt occidentales. Porrò omnia tempora in omni iudicio quinq; modis conſiderantur: quorum primus ſit aſpiciendo gradus qui inueniuntur inter planetam qui applicat, & alterum cui applicatur, ſiue ſit applicatio per radium ſiue per corpus, ponẽdo eos gradus annos uel menſes uel dies uel horas, ſecundum loca in quibus fuerint in figura, & ſecundũ ſigna in quibus fuerint, per ordinem modò dictũ de leuitate & ponderoſitate. Secundus modus ſit conſiderando planetam qui inuenitur in tali gradu & minuto, in quali eſt planeta cui applicat. Tertius ſit aſpictẽdo quantũ ſit inter duos planetas per gradus æquales nõ per aſcenſiones, ponendo numerũ illum dies. Quartus ſit aſpiciendo tempus in quo ſeparatur planeta applicans à planeta cui applicatur per gradum & minutum. Quintus modus & ultimus ſit aſpiciendo quantus ſit numerus annorum minorũ planetæ, qui fuit dominator in figura & habuit maiorem ſignificationẽ in ea, ponendo eos dies uel menſes uel annos, ſecundũ ordinem dictum de leuitate & ponderoſitate: ex quibus iudicabis quòd illa ſignificatio erit & apparebit, ſecundũ quod inueneris in leuitate & ponderoſitate planetarum. & ſecundum leuitatem & ponderoſitatem ſignorum, & ſecundum ponderoſitatem & leuitatem locorum figuræ: quæ omnia commiſcebis inter ſe, & ſecundũ quod inueneris determinabis horas, dies, menſes, uel annos: & certificaberis Deo fauente. Etiam ſi quando planeta dans & planeta recipiens, ambo fuerint in quarta cœli, (quæ eſt ab aſcendente ad medium cœli) & ambo orientales, & fuerit receptio inter eos, dabis cuilibet gradui qui eſt inter eos horam uel diem: ſed ſi fuerint inter medium cœli & occidens, dabis cuilibet gradui menſem uel annum: at ſi fuerint à quarta ad aſcendens, erunt omnibus modis anni. Item ſi planetę orientales fuerint in ſeipſis, & occidentales in figura, erunt gradus qui inueniuntur in figura uel dies uel menſes. Etiã ſigna in ſeipſis habent partem & potentiam in temporibus iſtis, ſicut diximus, & determinabis annos uel menſes uel dies. Similiter ſi quando ſigna fuerint in quartis figurę modo iam dicto, ſignificant ponderoſitatem & leuitatem horas, dies, menſes, uel annos. Sapientes dicunt: Si quando habueris aliquod iudiciũ planetarum ſignificantiũ per gradus dies, noli eos transferre ad menſes donec tranſeat Luna unam reuolutionẽ, quæ eſt unius

mensis: quia interim fortè separabitur planeta alter ab altero, et perueniet Luna ad locum rei, uel ad dominum ascẽdentis, uel applicabit dominus ascendentis ad ascendens aut ad locum rei, & eueniet res illa & rei significatio in illa die, si Deus uoluerit. Alij dicunt: Accipe terminationem temporis ab eo qui significauit ꝙ res esset, quia sicut significauit rem per motus suos & applicationes ac separationes, ita significabit tempus si applicuerit ad loca quæ significant potẽtiam. Alhasen filius Zahel dixit: Aspeximus & separauimus tempora quæ sapientes dixerunt, & inuenimus in eis aliã uiam quæ debet cum aliis obseruari, nempe naturam planetarum. Nam si uolueris tempus ratione regum uel dominorum aut reuolutionum mundi uel permutationum temporis, terminabis hoc à Sole, quia significator est regum, & per eũ tempora permutantur, & in temporibus status etiã planetarum. Etiam Luna est significatrix iterum & legationum & mutationũ, & omnis rei quæ permutatẽ & remouetur per uelocitatem & leuitatem suã, & permutationem status sui. Similiter alij planetæ significant res conuenientes naturis & proprietatibus suis, & quilibet eorũ trahit ad se partem cum significationibus suis. Vnde si quando uolueris determinare tempus alicuius iudicij, scias naturam illius rei, & quis sit significator qui eam significauit, & accipe tempus à planeta qui est de natura rei separatim, uel determina tẽpus horarũ, dierum, mensium & annorum, sicut prædiximus de naturis locorum & signorum ac graduum. Nota quòd quando fortunæ aspiciunt significatorem qui significauit bonũ & fortunam, abbreuiant tempus & accelerant illud: & si eum aspexerint infortunia, elongant tempus & tardant. Similiter si quando infortunia aspiciunt significatorẽ qui significauit malum & infortunium, abbreuiant tempus & accelerant illud: et si eũ aspexerint fortunæ, elongant illud infortunium & retardant. Planeta qui est leuis sua natura & loco, si quando retrogradus fuerit, significat tarditatem. Planeta qui est põderosus natura sua et loco, si quando fuerit retrogradus, significat breuitatem. Item si à te quæsitum fuerit pro re aliqua quæ esse debet, quando sit futura & apparitura, accipe à domino horæ usq; ad gradũ medij cœli, uel usq; ad dominum ascendentis, & aspice quot gradus sint inter eos, & da cuilibet gradui diem uel mensem aut annũ hoc modo: Si dominus horæ & dominus medij cœli fuerint in signis mobilibus, erunt dies: si in cõmunibus, menses: si in fixis, anni. Rursum si quando à te quæsitum fuerit pro aliqua re, & iudicaueris quòd res illa sit futura, & uolueris scire quando, aspice ad planetam significãtem ꝙ res sit futura, & si Luna applicet ei, & fuerit in signo fixo & in angulo uel succedenti, da unicuiq; gradui qui inuenitur inter eos annum: & si fuerit in communi succedenti, da quibuslibet 10. gradibus qui sunt inter eos annum unum: sed si fuerit in signo communi & cadẽs ab angulo, da quibuslibet duobus gradibus et 30. minutis unũ annũ: itidẽ si fuerit in signo mobili & in succedẽti, da quibuslibet 2. gradibus & 30. minutis unum mẽsem: & si fuerit in signo mobili & cadens ab angulo, da omnibus duobus gradibus & medio unũ diem. Item si quando à te quæsitum fuerit, p rege uel pro aliquo dignitatẽ habente, quãdo sit perditurus regnũ illud, aut remouebatur ab illa dignitate, aspice significatorem, & si eum inueneris in medio cœli aut in exaltatione sua, iudica ꝙ durabit secundum quantitatem annorum minorum significatoris ipsius: nec addas regi, super annos minores quidq;, sed minue de eis secũdũ ꝙ uidebit̃ capto iudicio à loco significatoris & eius potẽtia ac debilitate in loco eiꝰ & in seipso, quia fortè cogeris eos ponere menses uel dies, secundum ꝙ inueneris in statu significationis prædicti. Sed si scire uoluerit, quando habenti dignitatem ipsa dignitas auferatur, facias athazir gradui medij cœli per gradus ascensionum, & si eum inueneris applicãtem ad corpus infortunij uel ad radios eius, & non habuerit commixtionẽ fortunæ, & acciderit ꝙ dominus medij cœli sit infortunatus, ipso in tẽpore abscindit. Etiam si quando Luna applicuerit per motum eius ad illum gradum, & ad locum infortunij aut radiorum eius applicuerit per athazir gradus medij cœli, iudica ꝙ ablatio & occasio accidet ipsa die. Etiam si Iuppiter uel Venus aspexerint aspectu aliquo locum illum, remouent illud accidens & deferunt ipsum, donec separẽtur ab eodẽ aspectu. Scitur etiam hoc alio modo, computãdo uidelicet à gradu medij cœli usq; ad infortuniũ per gradus æquales. & dando cuilibet gradui annum unum mẽsem uel diẽ, secundum leuitatem uel ponderositatẽ signorum. Ego expertus sum multis uicibus,

quòd

quòd quando dominus exaltationis aſcendentis, aut dominus domus Lunæ, uel dñs partis fortunæ aſpicit aſcendens uel dominium habet in figura, ſignificabit temporis quantitatem & quantum ſit menſurus in dignitate, ſecũdum loca & dignitates ipſius. Illud idẽ facit dominus termini gradus medij cœli. Nec unq; regnum fuit amiſſum ubi non fuerit in reuolutione illius anni Sol in angulo, & Luna in ſexta uel in ſecũda domo. Similiter ſi quãdo dominus decimæ applicuerit domino quartæ, perditur regnũ. At ſi dominus decimæ applicuerit domino aſcendentis, durabit rex in regno ſuo. Sed ſi quando dominus decimę uel dominus aſcendẽtis applicuerit domino ſui caſus, ſignificat diuiſionem regni. Aſpice ſimiliter in quo ſigno ſit planeta rem ſignificans & in qua quarta, & da ei ſecundum quantitatem aſcenſionum illius ſigni dies uel menſes uel annos, ſecundum q̃ conuenit ſtatui planetæ & eius loco & ſigno, ſecundũ terminationes quas diximus, & fortè erunt ſecundum numerum annorum ſuorum minorum aut maiorum uel mediocrium, dies uel menſes. Similiter terminant̃ res & tẽpus à forma planetæ ſignificatoris, qa ſi fuerit oriẽtalis, qñ ſit occidẽtalis: & ſi occidẽtalis, qñ ſit oriẽtalis: et ſi retrogradus, quãdo dirigitur: et ſi directus, quando retrogradat̃: et ſi combuſtus, quando apparet & ſit orientalis. Hęc ſunt tempora in quibus ſignificationes compleri debent. Haomar filius Atabari dixit: Si quando ſignificator cõburetur, apparebit illo tempore ſignificatio eius. Etiã ſi quãdo intrauerit aſcẽdens, ſimiliter eſt tempus: & ſi ipſa habuerit in domo aliquod dominium, ſimiliter erit tẽpus apparitionis illius rei. Etiam ſi quando duę fortunæ coniungentur in aliquo angulorũ aſcendentis, ſimiliter eſt tẽpus. Etiã ſi quando Sol habuerit aliquam dignitatem uel aliquam partitionem in re, & intrauerit ad aſcendens, mouebitur res illo tempore & eſt unum ex temporibus. Etiam ſi fortunæ iũctæ fuerint in domo rei, ſimiliter eſt tẽpus. In ſumma omnia hæc tempora quæ accipis per has applicationes, accipies per gradus aſcenſionum, & per gradus æquales, incipiendo primùm ab illo eorum qui fuerit minus: & ſi præterierint ipſum, accipies alterum. Similiter ſi quãdo Luna uel dominus aſcẽdentis applicuerit planetæ fortunæ, habenti ſimilitudinem in natura rei, applicatio illa erit tempus apparitionis rei: & numerus graduum qui eſt inter eos in eadem applicatione, ſimiliter eſt tempus. Porrò ſi quando Luna dignitatem & dominium in re habuerit, maius tempus quod ei dare deber, eſt unius menſis: quia in hoc tempore tranſit ipſa per oẽs naturas, & per domũ eius, & per dominum domus ſuæ, & per aſcendens & eius dominum, & per fortunas & infortunia. Etiam ſi quando dominus rei applicuerit fortunæ, ſimiliter eſt tempus. Et ſi quando Luna applicuerit fortunæ, ſimiliter eſt tempus. Præterea id quod ſignificat quòd res erit breuiter & citò, eſt ſi ſit ſignificator rei in una ex quartis leuibus & orientalis à Sole, & uelocis motus in ſeipſo & receptus, & qui eum recipit ſit ſimiliter uelocis motus & liber ab infortunijs: nam ſi quando omnes hi ſtatus iungentur, ſignificant quòd res citò complebitur: & ſi quãdo de his minuetur, de rei minuitur breuitate, & plus tardabitur & perueniet tempus ad annos. Aliquãdo eſt tempus ad tot dies q̃t grad⁹ ſunt à ſignificatore uſq; ad gradũ aſcendentis, faciẽdo de quolibet gradu diẽ: aut fortè erit tempus, quãdo Sol per motũ ſuum peruenit ad aſcẽdens uel ad domum rei. Etiam hoc certificatur & uerificatur in planeta ponderoſo & leui: quoniam ſi fuerit dominus domus Solis, Sole exiſtente in ſuccedenti, uerificatur in regibus & in rebus quę ſunt aptę ad durandum longo tẽpore: ſed ſi planeta fuerit põderoſus & fuerit dominus domus ſuæ, non poteſt certificare res non aptas longę durationi, ſicut infirmitates uel furtum aut his ſimilia. Vuellius dixit: Si quando à te quęſitum fuerit de tempore alicuius rei, quando ſit futura, aſpice Solem hora quęſtionis, & ſi inueneris eũ in angulo, dic quòd quum perueniet ad medium cœli, erit in quo habetur fiducia rei futuræ: ſed ſi fuerit in ſuccedenti, aſpice dominum domus in qua eſt, & quum applicuerit ad medium cœli, erit res illa.

ALBOHAZEN HALY filii Abenragel, libri de iudiciis astrorum pars octaua & ultima, in qua agitur de reuolutionibus annorum mundi.

Proœmium interpretis.

HALY filius Abẽragel in omnibus suorum librorum principijs, gratias agẽs domino nostro Iesu Christo pro omnibus beneficijs acceptis & accipiendis, semper dixit: Laudatus sit Deus q est dñs subtilitatũ, nobilitatũ, mercedũ, pietatũ: creator omnium creaturarum, cognitor occultorum, rationum intellector & puritatum, compensator damnorum & occasionum, gubernator totius mundi & omnium rerũ per gratiam et uirtutem suam, dator pluuiarum propter ineffabilem suam pietatem, defensor eorum qui habent in eo fiduciam, & custoditor eorum qui se dant ei. Rex etiam est summus, eiq; obediunt omnes reges, & eius potentiæ & gloriæ: ipse potens effert humiliantes se ei, & potentes humilians deiicit de sede sua & humiliantur ei: non est q cõtrarietur iudicijs eius, nec est qui eius factis contradicat: completus omnis bonitatis & pietatis, cui sit laus & gloria in secula seculorum.

Proœminm authoris.

IN hoc libro collegi ex dictis sapiẽtum quæ de reuolutionibus annorũ ipsi senserunt, non omnia sed quæ mihi placuerunt, quæq; uisa sunt ueritati magis cohærere, & quæ probaui & inueni ueridica in significationibus suis. Rogo itaq; Deũ omnipotentem ut me adiuuet & dirigat in semitam ueritatis.

De regulis huic rei necessarijs, & quæ excusari non possunt. Cap. I.

ACturi de reuolutionib. annorum mundi, uoluimus submonere, q multis et uarijs modis accipiũtur, pro uariatione rerum humanarum & earundẽ causarum; quibus regulas generales ceu aphoristicas primùm ponemus, pòst transibimus ad explicationem earũdem pro more nostro solito. Aliqui sapientum accipiũt eas à coniunctionibus planetarũ, & ab ascendente illius legis, & à locis applicationum suarum, & ab applicatione signi coniunctionis, & ab applicatione gradus diuisionis, & à statu quem habuit ab ascendente in anno ascendente propioris cõiunctionis cuiusuis planetæ, & à signo in quo facta est illa coniunctio. Alij sequuntur has radices, in quibus communiter cõsentiunt eximij astrologorum sapientes, & iudicant ab ascendentibus reuolutionem annorum, & à reuolutione iudicant statũ illius anni. Accipiunt similiter eum à loco coniunctionis uel oppositionis Solis & Lunæ accedentis introitum Solis in caput Arietis, & ab ascẽdente illius coniunctionis uel præuẽtionis, & ab eo qui habuerit maius dominium in ascendente prædicto, & ab eo qui habuerit maius dñiũ similiter in loco coniunctionis uel præuẽtionis prædictæ. Et reuera illi q iudicat p radices necesse est ut respiciat in his antedictis, q a dicta ea præterire nõ potest, si uelit distinguere & determinare accidentia futura. Accidentia autem modis 4. diuidũtur: quorum primus diuiditur in accidentibus uisibilibus quæ accidunt in hoc mũdo, & sunt omnibus communia, sicut est epidemium aliquod, abundãtia rerum & earum defectus, diuersitas aëris, pluuiæ, & his similia. Secundus similiter est inuisibilium in hoc mũdo, & potest esse generalis uel specialis, sicut terræmotus, diluuia, tonitrua, & similia. Tertius modus est in rebus quæ sunt speciales uni genti, sicut prælia, & similia. Quartus uersatur in rebus quæ accidunt in aëre, sicut ignes qui apparẽt, radix cometæ caudatæ, & similia. Etiam sunt alii qui sapientum primorum, qui accipiũt has omnes significationes ab ecclipsibus quæ accidunt in annis coniunctionum planetarùm, commiscendo eas cum reuolutionib. annorum: in qua opinione est Ptolemæus, eiusq; maior fiducia est in omnibus istis iudicijs: cui subscribit Mahomet filius Geber Albategni, & omnes illi qui sequuntur uiam Ptolemæi: et significatores cuiuslibet rationum harum sunt planetæ conuenientes cuilibet huiusmodi conditioni. Apparent autem eorum significationes quando applicant

applicant ad applicationes et ad reuolutiones,& ad athazir & ad diuisiones & ad radios,& ad ascendentia temporū, & ad suas coniunctiones quæ fiunt in ascendente & in suis oppositis & quadraturis, & in almutez terminorum ascendentium. Porrò modus pro sciendis accidentibus aëris & cometarum caudatarum,est à domino Martis in annis coniunctionum planetarum uel in alijs radicibus, maximè si quādo radij eius fuerint in signis aëreis,& Luna fuerit infortunata ab eo in talibus signis, & adhuc fortius si fuerit dominus uel almutez decimæ domus. Sciēt etiā accidentia terræmotuū, diluuiorum,& destructiones uenti,à significationibus Saturni,maximè si qñ eius radij fuerint in signis terreis uel aqueis,& ipse habuerit dominium in reuolutione & in radijs,uel fuerit in signis terreis cumLuna, uel Luna infortunata ab eo: quia quādo sic est accidunt. Etiam si quando ista iam dicta fuerint,& fuerit in signis aqueis, accidunt diluuia: & si sic cōstituta fuerit in signis aëreis,accidunt lasmenaues & frigora mortalia,& gelicidia ac tenebræ in aëre, & fortes ac magni uēti & damnabiles. Præterea pro sciendis rebus quæ sunt generalia omni generi,sicut sūt epidemium,mortalitas,fertilitas,siccitas,& pluuiæ:aspicient & ediscēt hoc totum ab ascēdentibus coniunctionū uel præuentionum quæ fiunt ante introitū Solis in caput Arietis,& ab ascendente reuolutionis ipsius,& ab ascendente proximioris coniunctionis planetarum præcedētis reuolutionem,& à loco Lunæ in reuolutione,& in coniunctione planetarum,& in coniunctione & oppositione: & à locis cōiunctionis & oppositionis,& ab annis cōiunctionum maiorū:unde si omnia fuerint ab infortunijs libera,saluationes significāt: si talia non fuerint,significant epidemium. Etiam si domini duorum ascēdentium aut alter eorum & Luna fuerint infortunati,et fuerint applicantes dominis suarum 8. domorum,significat multā mortalitatem epidemiorum:sed si non habuerint huiusmodi applicationes,erunt epidemia sine morte: & licet epidemia sint multa,non erit magna mortalitas,nec erit ubiq; generalis. Etiā si omēs hi significatores aut plures eorum applicuerint dominis suarum 8. domorum, magnam mortalitatem subitaneæ mortis absq; infirmitate significāt:sed si applicuerint dominis suarum 6. domorum,superuenient multæ infirmitates longæ: at si domini earum 6. domorum applicuerint eis,accident multæ infirmitates sed non longæ. Itē si infortunator fuerit Mars & fuerit in signo calido,maximè si fuerit orientalis & firmus, significat infirmitates calidas & febres & similia:sed si infortunator fuerit Saturnus,erūt infirmitates pro natura Saturni longæ ac durabiles,maximè si fuerit tardi motus & firmus in signis frigidis & siccis: quia erunt infirmitates ex melancholia,& conditionis paralysis & malsamæ & dolorum mortalium,& destructionis corporis & totius,infirmitates quæ sunt naturæ melancholiæ. Ad hæc si quando cognoscere uelis annos significantes mortalitates,aspice quando diuisio anni applicet terminis Mercurij,& Mercurius habeat commixtionem cum Saturno,& in illo anno eueniet significatio illa. Etiam illud idem erit,si quādo applicuerit reuolutio alicui domorum Mercurij, & Mercurius habuerit commixtionem cum Saturno.

De annis significantibus fertilitatem in terra uel sterilitatem. Cap. II.

SI quādo cognoscere uelis annos fertilitatis & sterilitatis, aspice ascendentia coniunctionis uel præuentionis accidentis reuolutionem & loca earum,& si locus coniunctionis uel præuētionis applicuerit Ioui,& Iuppiter habuerit dominium in loco ipso,uel ipse fortunauerit dominum ascendentis, & dñs quartæ domus liber ab infortunijs & damnis, & fuerit applicatio ascēdentis illius legis aut mutationum triplicitatum applicans ad locum Iouis,uel ad locū Veneris per corpus uel radium,erit in illo anno fertilitas in rebus terræ,maximè si dominus secundæ fortunauerit dominum ascendentis uel applicuerit ei,uel ipsum aspexerit de bono aspectu:idq; adhuc magis si pars fortunæ habuerit ibi testimonium & uirtutē: quia hæc significant additionem in fertilitate. Sed si fortè eius contrarium cognoscere uelis, aspice & si inueneris Saturnum dominatorem super coniunctionem uel oppositionē per dignitates uel applicationes, uel quòd ipse sit dominus ascendentis aut suū almutez,uel q; infortunet eū, uel q; sit in aliquo angulorū,& fuerit dominus quartæ malè afflatus ab infortunijs, & maximè à Saturno (quia hoc significat minutionē fertilitatis) denotat sterilitatē, quę adhuc maior et magis affixa erit, si fuerit in opposito Mercurij. Etiam si fuerit Saturnus in angulis con

iunctionis aut præuẽtionis, q̃ prędiximus, uel si fuerit in angulis Lunæ, significat annonæ inopiam. Similiter si quãdo Luna applicuerit Satur. separans se à coniunctione uel præuentione, est signum magnæ caritatis: & si alterum duorum infortuniorum infortunet annũ, illud infortuniũ augebitur, si habuerit cõmixtionem cum Mercurio. Etiã si acciderit quòd sint secũda domus & pars fortunę & ascendens infortunati à domino loci domini partis fortunæ, erit caritas maior & magis affixa. Et si significationes caritatis & annonæ defectus fuerint p̃ infortunia Saturni, erunt maiores & magis affixæ q̃ quæ fiunt per infortunia Martis. Similiter significationes fertilitatum quæ fiunt per fortunã Iouis, sunt plures & maiores illis Veneris. De pluuijs autẽ aspice ad Martem, in anni reuolutione in quo exaltatus fuerit dominus illius regni, & si fuerit tunc in aliqua domorũ Saturni, significat paucas pluuias: sed si fuerit in aliqua suarũ domorũ, significat multas pluuias: mediocritatem autem in pluuijs significat, si fuerit in alijs domibus.

De annis significantibus bella & prælia.

Cap. III.

ANnonę penuria et fertilitas sequitur annos pugnæ & belli, quorũ cognitio accipitur ab hora coniunctionis Iouis cum Saturno, & eorũ quadraturis & oppositionibus: & ab ascẽdente, & ab angulis reuolutionis anni: & si uelis scire radicem & principiũ determinãdi annum & tẽpus stragis & belli, scito q̃d erit cùm Luminare maius applicabit ad gradum Satur. per coniunctionẽ uel aspectũ, aut quando applicabit ad ascendens per athazir ad loca infortuniorũ, dãdo cuilibet signo unum mensem uel annum. Similiter quando applicatio anni coniunctionis quę significauit hoc, applicat ad aliquẽ locorũ infortuniorum, apparebunt bella & lites. Etiam cognosces annum in quo futurũ est bellum, & illos qui exient de terra, uel gentem insurgentem ad destruendum aliã, aspiciendo si duos ponderosos inuenias in reuolutione anni in quadratura mutua, hoc est, alterum in alterius uel opposito. Etiam res & bellum apparebit cùm applicat Iup. ad Satur. de quadratura aut oppositione facta à gradu per gradum: maximè si isti aspectus acciderint ab angulis reuolutionis anni: uel apparebit bellum quando Iup. intrat domum uel exaltationem suã, & quãdo intrat aliquem angulorum ascẽdentis. Victoriæ insuper significationes accipies à locis duorum ponderosorum in suismetipsis eccentricis, inspiciendo quis eorum sit magis exaltatus: quia si Iup. fuerit magis subleuatus Saturno, uincet ille qui surrexit, aut gẽs quæ insurrexit, & contrà. Similiter si Mars fuerit in aliquo angulorum ascendentis anni, uel in aliquo angulorum Solis, bellũ erit in parte signi in quo fuerit Mars, maximè si fuerit in triplicitate ignea: quia significat q̃ lis erit in partibus orientis. Similiter iudica quoq; discurrẽs per alias triplicitates secundum hanc uiam, de dextera loci parte & eius sinistra secũdum loca signorum: quia omne signum quod ascendit ante aliud, dicitur esse in suo sinistro: & signum ascendens post aliud signum, dicitur esse in suo dextero: & talem denotat significationem si quãdo infortunia fuerint in octaua. Aspice similiter ad partem euasionis, quæ accipitur à gradu Solis ad gradum occidẽtis, & proijcitur ab ascendente, & ubi finit numerus, ibi est pars euasionis. Similiter aspice partem interfectionum, quę accipitur à gradu Martis in gradum Lunæ, & proijcitur à gradu Solis, & ubi finit numerus, ibi est pars interfectionum. Vnde si inueneris Martem coniunctum in reuolutione anni cum aliqua harum duarum partium, & maximè si fuerit in signis igneis, est signum q̃ in illo anno erunt lites & prælia. Et si pars euasionis fuerit firma & non maiè affecta, significat q̃ uincent illi qui uolunt prælia: sed si hæc pars fuerit debilis, significat q̃ alij uincent. Possunt etiam sciri tempora in quibus accidunt lites & prælia à longitudine quæ est inter Martem & Saturnum, aut inter unam fortunarum & angulum, dãdo quibuslibet duobus gradibus & 30. minutis unum mensem, quo in tempore confligetur, si fuerit significatio pugnæ. Scietur similiter tempus conflictus à motu infortunij quod significauit eum, quia si directum fuerit, accidet cõcursus q̃n retrogradabit: et si fuerit regradum, eueniet q̃n miscebitur lumẽ eius cum lumine significatoris regis: etiam si lumen infortunij misceatur cum lumine significatoris populi, significat multos latrones & prædones & delicta, & hoc si fuerit infortunium in angulo: sed si non fuerit in angulo, fuerit tamen retrogradũ, erit damnum in terra illius signi in quo fuerit, & non erit damnum omni populo generale, nisi commisceatur eius lumen cum

lumine

lumine domini ascẽdentis, aut domini medij cœli, quì est significator regis. Sed si nõ aspexerit ascendens, non significat damnũ in illo anno, nisi infortunium fuerit dominans anni, aut significans regis. Etiam si fuerit Mars in aliquo angulorum, & applicuerit diuisio ad aliquem terminorum eius, & applicuerit reuolutio ad locum ubi fuerat Mars in coniunctione planetarum quę fuit propior, uel ad locum in quo fuerat Mars in cõiunctione maiori, significat pugnas & lites in eodem anno, & erunt in diuisione terræ quæ sunt diuisionis illius signi ad quod peruenit applicatio, aut in uilla cuius ascendens fuerit illud signum. Simili modo quoq; significãtur lites, si quando Mars fuerit in opposito Saturni uel in quarta eius, & fuerit Mars receptus: sed si Mars non fuerit receptus, similiter nec Saturnus receptus fuerit, significat paucas lites. Etiã si quando in reuolutione fuerit sub radijs, significat lites illo anno, idq; eo fortius & efficacius si fuerit in signo mobili: si tamen fuerit in signo communi, non significat illud: at si fuerit in signo fixo, significat lites sine ratione & causa. Etiam si fuerit in medio cœli maximè in Geminis, significat ꝙ multi erunt suspensi in illo anno. Etiam si dominus quartæ domus fuerit in nona domo, significat quòd frangentur carceres, & exibit maior pars captiuorum. Hęc est summa eius quod debes aspicere quando aptas ascendens, quia ipsum aptare debes in signis & gradibus & minutis. Etiã apta loca planetarum in lõgitudine & latitudine, & in ascendẽte & descendẽte, ad septentrionem & meridiem, ad uelocitatem et tarditatem in suis motibus, & in statione prima et secunda, & in orientalitate & in occidentalitate, & in athazir: quos iam enumeratos status omnes certifica diligẽter, & bene custodi in hoc casu: & apta similiter quatuor angulos & domos 12. in suis locis, quas similiter certificabis nihil omittendo eorum quæ diximus non bene munitum: certificãtur autem in hora qua Sol intrauerit in primum secundum Arietis. Etiam si ascendẽs illius signum fuerit mobile, dirige & apta figuras omniũ 4. temporũ anni: ga radices sunt in qbus tẽpora & res mundi mutantẽ de uno statu in aliũ, et de una natura in aliã. Porrò si illud ascẽdens fuerit signũ fixũ, apta figurã introitus Solis in primum minutum Arietis & non ultrà, quia hoc sufficit. Et si illud ascendens fuerit signum commune, apta figuram duorum temporum, (sunt autem Ver & Autumnus) secundum principium Arietis & Libræ. Similiter etiam apta coniunctiones & præuẽtiones quæ sunt ante hos introitus, & dirige earum ascendẽtia & loca planetarũ sicut sunt in angulis: & aspice partem climatis in quo stãt infortunia, sit ne oriens uel occidens, septentrio aut meridies. Similiter quoq; aspice quomodo stent fortunæ à partibus istis, & custodi oẽs hos status, quos prædiximus: quia sunt radices in sciendo status anni, & radices reuolutionum annorum mundi.

Octicus dicit: Duo ponderosi faciunt diuersitates sua mutatione de una triplicitate in aliam, & de una natura in aliam, & de una haiz in aliam. Potens & affixa est multum significatio planetæ, si fuerit dominus termini coniunctionis uel præuentionis antecedentis: & maximè si Luna dederit uirtutem suam ei, existente ipsa domina anni. Significationes ascendentium annorum mundi sunt significationes generales, ut significationes ascendentium aliorum temporum sunt speciales. Si quãdo dñs termini in quo fuerat coniunctio uel præuẽtio antecedẽs introitum Solis in Arietem, malè affecerit dominum termini cõiunctionis uel præuentionis quæ fuit ante introitum Solis in Cancrum, uel alicuius alterius temporis, significat quòd commouebunt contra regem bellum de terra eiecti & gregarij milites. Si quando Saturnus fuerit in summitate circuli sui epicycli uel suæ augis, & Luna separando se à Sole applicuerit ad eum in tali statu, significat quòd res quę erunt de natura signi illius erunt cariores. Si quando aliquis planeta fuerit dominus alicuius annorum mundi, & fuerit tunc in gradu suæ exaltationis, apparebunt eius significationes manifestè, & climata & ciuitates quæ sunt illius planetæ, erunt potentiores & habebunt dominium super alia climata & ciuitates. Nota quòd quando Iuppiter est dominus in principio anni, accidunt damna nobilibus & diuitibus hominibus, idq; frequentius & maius in primo mense illius. Etiam si quando tota triplicitas ignea fuerit infortunata in reuolutione anni mundi, accident damna & occasiones magnæ dominis, regibus, et claris hominibus: et in cõtrario dic contrariũ. Sed si qñ signũ undecimę domus & eius oppositũ fuerit fortunata et in suis haiz, sign. ꝙ nobiles & dñi multũ bonũ habebunt &

nobilitatem & alia. Si quando ambo infortunia fuerint coniuncta, et sic ueniant ad ascendens alicuius reuolutionis annorũ mũdi, accident damna omnibus hominibus: et si talia uenerint ad medium cœli, morietur rex in eodẽ climate: sed si talia uenerint ad angulum occidentis, eiecti & gregarij milites habebunt magnam potentiam & dãna multa inferent. Etiam si talia fuerint uel acciderint in quarta domo, depopulabuntur multa loca, & subuertẽtur ædificia: sed si non fuerint in aliquo horum locorum & fuerint in alijs, iudica per considerationem tuam secundum loca in quibus fuerint. Reges potentes, & quorum mandata obseruabuntur, et qui uincent suos contrariatores, & qui facile consequẽtur uotum suum & citò, erunt illi qui habuerint in ascendente in initio suæ administrationis seu regnatus signum igneum: similiter etiã si habuerint ipsum in suo medio cœli, uel si in uno horum duorum locorum sit igneum signum & in alio aëreum, uel si ambo fuerint aërea. Per coniunctiones duorum ponderosorum in signis mobilibus, scientur mutationes status mundi, et ab eorundem coniunctionib. in signis fixis scientur firmitates & durabilitates rerum: quemadmodũ à dictorum planetarum cõiunctionibus in signis communibus sciẽtur reges gentium, & si regnum diuidetur plusquam in uno. Si quando ambo ponderosi fuerint in anno coniunctionis suæ in medio cœli reuolutiõis anni, aut in eius secunda domo, surget qui prophetizabit ea quæ futura sunt, & qui faciet mirabilia & facta miraculosa, & illa facta erunt de natura illius signi in quo fuerit, & de natura termini illius. Si quãdo ambo infortunia coniungentur, & Luna fuerit iuncta cũ Saturno in latitudine, accidet fames et mortalitas magna: & si Luna illam coniunctionem habuerit cũ Marte, accident permutationes dominorũ, & multæ interfectiones & multus sanguis effundetur, & perdẽtur res quæ fuerint de natura illius signi. Si quãdo ambæ fortunæ coniungentur, & Luna per latitudinem fuerit iuncta cum Ioue, significat iustitiam & quietem & fertilitatem: & si Luna talis fuerit cum Venere, significat gaudia & hilaritates & uitia & salutem corporis. Planeta in initio ingrediendi sub radijs Solis, est ad similitudinem aduersarij & gregarij militis & strenui: ubi fuerit intẽ amittit uirtutem suã: quum exit sub radijs, significat iustitiam & bonitatem & obedientiam. Maius damnum quod faciat homini b. Cometa caudatus, est quãdo apparet in signo formæ humanæ. Quando Luna iũgitur alicui planetæ per longitudinem & latitudinem, non potest esse quin appareat significatio illius signi, ac illius planetę, et eorum natura & complexio in hoc mũdo. A uirtute significatoris & eius exaltatiõe scientur eius facta, uel à planeta qui colliget eius lumina. Omnis res quæ accidit & multũ durat, & quæ modo mouẽt & multũ durat, & illa quæ mutatur & tollitur & malè afflatur & multum durat in suo damno, est de natura Saturni & eius significatione. Omnis res quæ citò accidit, destruitur & iterũ citò reuertit, est de natura Martis. Et omnis res quæ citò accidit & citò destruit & durat diu destructa, est de natura Saturni et Martis. Status corporis regis uel dñi qui exaltatus est, aspicitur ab ascẽdente suæ exaltationis: & status suæ regnationis & suorũ lucrorũ, inspicient ab eius medio cœli.

De cognitione & inuentione domini anni.

Cap. IIII.

HErmes dixit: Si quãdo uolueris cognoscere dominum anni, aspice si quem planetarum inuenias in aliquo quarto angulorum, quia ille erit dominus anni, & secundũ potentiã loci in quo est, & secundũ potentiam & eius debilitates, et eorũ q aspexerint ipsum, iudicabis. Sed si nullũ inueneris in aliquo angulorũ, & aliquẽ planetã inueneris in undecima uel in septima, ille erit dñs anni. Et si in istis non fuerit planeta, & aliqs planeta fuerit in nona uel tertia, ille erit dñs anni. At si in aliquo horũ locorũ nõ fuerit planeta, aspice qs planetarũ exeat prius de signo in quo est excepta Luna, & ille erit dñs anni. Et si duo planetæ se cõiunxerint in uno signo uel tres uel plures, q illorũ fuerit in pluribus gradibus signi, & q antè exierit de signo, erit dñs anni, si dñs domus suæ, aut dñs termini uel exaltationis suæ, aspexerit eũ. Item si multi planetæ fuerint in reuolutione anni in multis angulis figuræ, quorũ quilibet mereatur esse dñs anni, aspice quis eorũ sit dñs diei aut dñs horæ in qua fuerit reuolutio anni, & illi da meliores partes super alios, & accipe eum pro dño. Et si eũ aspexerit dñs sui termini, uel Sol in die, aut Luna in nocte, habebit maiorẽ authoritatem & maius ius imperandi & esse dñs. Sed si nullus planetarũ existentium in angulo sit dñs diei nec horæ reuolutionis, considera

quis

quis eorum ſit magis firmus & maiora teſtimonia habeat in figura, & da illi meliores partes & dominium ſuper alios, & fac eum participem & dominum horę: et aſpice planetas qui habuerint participationem & cõmixtionem cum eo, & in ſignificationibus da partem eis, & iudica ſecundum cõmixtiones. Et ſi inueneris q̃ hæc omnia coniungantur uel eorum maior pars domino anni, habebit dominium & regnatum in illo anno per ſe, & ipſe erit gubernator anni à principio uſq; ad finem, & omnes alij planetæ ſequuntur eum in ſignificationibus. Dico q̃ dominus anni eſt planeta qui coniungit teſtimonia dominorũ participationum aſcendentis, uel qui iungit teſtimonia Solis in die uel Lunæ in nocte. Et ſi quãdo acciderit ut Sol in reuolutione diurna ſit in aliquo angulorum, uel Luna in reuolutione nocturna ſit in aliquo angulorum, ille erit dñs anni. Et ſi quãdo acciderit ut dominus aſcendentis ſimiliter ſit dominus alicuius domorum Luminarium, & maximè domus Luminaris tẽporis, ipſe ſine dubitatione erit dñs anni, nec habebis inſpicere ad aliquem alium planetam. Similiter erit ſignificator ſtatus populi. Etiam aſpice ad ſtatum illius planetæ qui habuerit dominium, conſiderando eius potentiam & debilitatem, & eius firmitatem & caſum, augmentũ & detrimentũ ipſius, ac eius fortuniũ & infortunium. Poſtmodum ſi planetã ſignificatorẽ robuſtum inueneris & fortunatũ, firmum & exaltatum, & ad ſuũ aſcenſum aſcendentẽ, iudica q̃ annus ille bonus erit & fertilis, & homines habebunt bonũ ſtatum. At ſi ille planeta fuerit in cõtrario horum, ſcilicet in caſu & debilitatib. & infortunijs ſuis, iudica q̃ annus ille erit malꝰ, & homines in eo malos ſtatus habebunt, maximè ſi Luna teſtificata fuerit & ſignificauerit talia teſtimonia & ſignificationes: ꝙ eſt ſignificatrix mũdi in radice, & ipſa in reuolutionibus annorũ mundi, habet magnã partẽ & magnã ſignificationẽ et uirtutem. Nota q̃ dñs anni ſuas ſignificatiões demõſtrat in ciuitatib. et climatibus quę ſunt ſuę partitionis, & partitionis ſigni in q̃ uerſat, & in parte qua fuerit in figura, in oriẽte uel occidẽte, in meridie uel ſeptentrione: & accident fortunæ uel infortunia in ea parte et in illo loco, quẽ demonſtrauit ſignificator. Et ſi ſignificator fuerit infortunatus in aſcẽdente, erunt dãna & occaſiones in corporibus populorum: & ſi talis fuerit in ſecunda domo, dãna erunt in populi uictibus & ſtatibus & lucris: ſi in tertia, diſcordabunt & negabunt tales pacẽ & amicitias: ſi in quarta, erunt dãna in terris & prædijs eorum. ſi in quinta, erit dãnum in eorũ filijs: ſi in ſexta, erit dãnum in fructibus & beſtijs minutis & ſeruis: ſi fuerit in ſeptima, accident rixæ & lites & prælia inter eos: ſi fuerit in octaua, accident mortalitates & occaſiones mortales inter eos: ſi in nona, erit damnum in eorum legalibus & itineribus: ſi in decima, reges malũ faciẽt populis, & ſpoliabũt eos, & eis faciẽt mala multa: ſi in undecima fatigabitur gens & deſperabit: ſi in duodecima, uincent eos inimici & corroborabuntur ex eis. Nota q̃ Sol & Luna participant cum omnibus planetis, & nullꝰ planetarũ participat cum aliquo planeta: uolo dicere q̃ Sol habeat partem cum planetis diurnis, & Luna cum nocturnis: unde tu cõſiderabis & cõferes ad ſtatus Luminarium & cõmoditates & dãna ipſorum in reuolutionibus. Nota etiã q̃ Luna habet maius poſſe de die q̃ Sol de nocte. Rurſum neceſſe eſt ſcire dominos radicũ 4. temporum. Primus eſt ingreſſus Solis in Arietem, et in eo aſpicies ſtatũ Solis. Secundus eſt ingreſſus Solis in Cancrum, & in eo aſpicies ſtatus Iouis. Tertius eſt ingreſſus Solis in Libram, et in eo aſpicies ſtatũ Saturni. Quartus eſt ingreſſus Solis in Capricorno, in quo aſpicies ſtatus Martis: quia iſti planetæ ſunt domini exaltationis horum ſignorum. Aſpice ſimiliter cuiuſmodi aſpectus habeant iã dicti planetæ ad has ſuas exaltationes. Præterea ſcies ſtatus regum ab introitu Solis in Arietem, & ſtatus nobilium hominum ab introitu Iouis in Sagittarium. Poſtmodum inſpice & dirige & apta bene aſcendẽtia eorum, & uide quo aſpectu planetę aſpiciant illa aſcendentia, & cuiuſmodi ſtatus habeant planetæ. Etiam apta partem fortunæ, & partem Cælati, & aſpice in quibus locis ſint domini domorum partium, et dominorum terminorũ ſuorũ, & dñi ſuarũ triplicitatum: & ſi iſti fuerint in bonis locis, & fortunæ aſpexerint eos bonis aſpectibus, iudica omne bonum & augmentũ in bono & nobilitate: ſed ſi fuerint in malis locis et cadẽtes, ac infortunia ipſos aſpexerint malis aſpectibus, iudica omne malum & occaſionem & damnum in rebus illius loci in quo fuerint, & in illo climate. Ad hæc ſi Mars fuerit infortunator aſpiciens de malo loco & malo aſpectu, iudica mortalitates, interfectio-

fectiones, fluxum sanguinis de naribus, infirmitates sanguineas, dolores mortales, multos gladios, lites, & res quæ sunt de natura Martis. Et si talis aspectus fuerit Satuice Martis, iudica destructiones, dolores uentris, passionem iliacam & colicam. Ne cesse est te quoq; scire quòd dominus domꝰ Solis est significator causarum regũ in omni climate: unde si fuerit in bono statu, considera unde eum aspiciant fortunæ & infortunia, quia ab illo loco à quo eum aspiciũt fortunæ, in eo loco & in illa parte erit fertilitas & bonum, secundum statum & aspectum fortunæ: sed si infortunia aspexerint, significat contrarium. Omnis planeta existens in quadratura Solis, significat & adducit suas naturas & proprietates, ꝓprias: qui si fuerit fortuna, significat regno fortunam & bonum, uictorias & gaudia & quietes secundum similitudinem naturæ planetæ: sed si fuerit infortunium, significat grauitates & timores, occasiones & res quę assimilant̃ naturæ planetæ. Qñ reuolutio anni est diurna, & Mars in quadratura Solis uel eius opposito, et in signo mobili, significat ꝙ insurget eiectꝰ de regno, ꝙ auferet eũ de regno suo & potẽtia sua. In summa respice semp ad Mar. in reuolutiõe anni: ꝙ si fuerit in signo igneo, damnũ ueniet regi à parte oriẽtis: sed si fuerit in signo aẽreo, ueniet ei damnum à parte occidentis: at si fuerit in signo terreo, ueniet ei damnum à parte meridiei: & si in aquatico, ueniet ei damnum à parte septentrionis. Similiter si quando in reuolutione anni Satur. fuerit in quadratura Solis, accident regi magni dolores & tristitiæ, perditiones & occasiones in suis substantijs: & si ad hoc Luna fuerit iuncta Saturno, accident infirmitates filijs eius & parentibus: sed si Venus fuerit iũcta Saturno, erit occasio in mulieribus regis: at si Iuppiter fuerit iunctus Saturno, nobiles & clari homines, alcaydi & iudices, largi ac factores bonorum operum destruentur: etiam si Caput iunctum fuerit Saturno, significat damnum in dominis & altis hominib. Nota quòd si quando acciderit ut ascendens reuolutionis sit Aries & Sol in eo, & Iuppiter & Saturnus in exaltationibus suis, significat quòd reges discordabunt inter se, et quòd unus uolet super alterum dominari. Et si ad hoc Mars fuerit in exaltatione sua, significat interfectiones & lites, prælia & sanguinis effusionem in terra Babyloniæ & in omnibus climatibus, & damnum erit commune & æquale omnibus hominibus, in pueris & bestijs ac auibus, & mouebuntur magna bella & rixæ, & durabit hoc malum donec applicet ad tẽpus quarti in quo fuerat Iuppiter: & si Luna fuerit similiter in exaltatione sua, augmẽtabuntur rixæ & interfectiones in toto anno. Etiam si existentibus his planetis hoc modo acciderit eos esse in angulis, erunt rixæ & discordiæ inter reges: sed si acciderint eos esse in succedentibus, erunt discordiæ inter altos homines & dominos: at si acciderint in cadentibus, erũt discordiæ in populis. Porrò si lupñ fuerit in exaltatione sua, Saturnus tñ & Sol in exaltationibus suis fuerint, significat ꝙ discordabũt duo reges, unus à parte orientis & alter à parte occidentis, & mouebuntur inter eos rixæ & prælia magna, et erit magnum in climate Babylonis. Item si qñ acciderit quòd Venus sit domina anni, aspice si est in malo loco uel in bono, similiter etiam aspice Solem et eius locum: quia si Sol fuerit in malo loco, & dominus anni fuerit in bono, significat quòd populus & gens habebũt bonum & fortunã bonã: sed si Sol et dominus anni fuerint malefici & in malis locis, damnum & malũ generale regi denotat et populo: ut si fuerint ambo in bonis locis & beneficis, bonũ et prosperitas erit generaliter regi & populo: at si ambo fuerint cum Cauda, significat malum & dãnum regi & populo. Reliqua iudica secundum hanc uiam. Præterea si quando acciderit Saturnum esse in ascendente, accident damna & occasiones regi & populo: & si fuerit in secunda, erit damnum in substãtia eius: & reliqua quæ tu iudicabis, sapienter discurrẽs per alias domos. secundũ naturã earum, animaduertẽdo quòd in octaua significat mortẽ suorum militum, & in nona dãnum in nuncijs suis & in rebus quas mittit, & in decima damnum in illis quæ possidet, & in undecima erit damnum in principijs suorũ factorũ, & in duodecima in suis inimicis & bestijs. Etiã si quando Mars fuerit in secunda domo à Sole, significat interfectiones magnas & fortes infirmitates, & paucã integritatẽ inter homines: & hoc in locis & climatib. ꝙ fuerit de partitiõe Mar. & in ꝙbus habet dñũ. Respice similiter ad Lu. & ad eius secundam domum, et si fuerit Mars ibi, significat infirmitatem in hominibus: & si signum illud fuerit masculinum, damnum erit plus in masculis, ut si fœminum in fœminis. Etiam si acciderit Satur-

mum

num esse in octaua domo ab ascendente, significat infirmitates in populo minuto. Similiter & hoc præscripto modo facito in alijs planetis: quoniam si Iuppiter fuerit cū Cauda in malo loco, significat mortem alterorum hominū, infirmitates & interfectiones. Illud idem quoq; significat si fuerit cōbustus, destructionē uidelicet alcaydorū, iudicū et prælatorū, religiosorū, et hospitaliū domorum religionis & ordinum. Præterea si fortunæ acciderint in locis bonis, significat bonū secundum naturas & proprietates illorum locorū in quibus fuerint, & secundum statum & uirtutes quas ibi habuerint. Adhæc si uolueris terminare tempus in quo accidet res illa, aspice ad Lunam & Martem, & si fuerint in signis mobilibus, significant dies: si in communibus, significāt q̄ res illa durabit per medium annum: si fuerint in fixis, significant q̄ res durabit à principio anni usq; ad finem. Etiam aspice locū domini ascendentis, & q̄t gradus sui signi transiuerit, & da unicuiq; gradui unū mensem uel unum diem uel unā horā. Porrò licet planeta potens in figura sit ille qui inuenitur in angulo uel succedenti, maior tamē potentia anni est domini ascendentis. Etiā si dñs ascendentis fuerit in bono statu, significat saluationem & euasionē regis ab omni occasione: etiam si talis fuerit in secunda domo, habebit utilitatē suæ substantiæ: sed si ī tertia, habebit auxiliū à fratrib. suis: at si in quarta, subueniet sibi cōmoditatem habens de terra & hæreditate, uel ab antecessoribus suæ progeniei: & sic consequenter & secundū hāc uiā dices de alijs domib. Præterea si acciderit q̄ Sol & dñs domus eiꝰ sint in domo itineris, significat genera lia itinera & mutatiōes cōmunes, & q̄ rex faciet itinera cum militibus suis & diuitib. & gentibus: & si fuerit Mars in angulo, & aspexerit Solem & Lunā de bono aspectu et forti, significat q̄ causa illorum itinerum & mutationū erit ad debellandū inimicos. Si quando Luna fuerit in anni reuolutione applicans ad fortunā, significat sanitatē in corporibus hominum, aēris temperiē, cōplexionem bonam & cōmunem. tēpus serenum & clarum, et in arboribus meliorem successum & in fructibus: at si applicuerit ad infortunū, iudica contrarium: ut si applicuerit ad Saturnum, significat damnū & impedimentum in substantia regis & redditibus eius: etiam accidet damnum itinerātib. per terram & mare, & habitantibus mōtes. Quando dñs decimæ domus est infortunatus & in malo statu, cadens & in aspectu infortuniorum, denotat damnum & malum officialibus & præpositis regis: & si Mars aspexerit Mercurium, significat q̄ auferentur eis officia, & quòd eorum aliqui destruentur. At si quando dñs decimæ domus fuerit fortunatus, significat prosperitatē & potentiam officialibus & præpositis regis & negocijs eius. Similiter si quando dñs secundæ domus fuerit in malo statu, sustinebit regi de suis thesauris & substātia: & si fuerit in cadēti ab angulo, & Mars aspexerit eū, significat q̄ impendet multum in causis licitum, & in eo quod est huic simile & de natura Martis: etiā si ille qui aspicit fuerit Saturnus, significat q̄ eius redditus malè soluentur, & gentes timebunt eos, nec ipsos habere poterit rex. At si pars fortunæ fuerit in secūda domo, & Mars & Saturnus aspexerint eam, significat contrariū. Præterea si quando dominus duodecimæ & dominus sextæ ambo fuerint cadentes ab angulis, significat q̄ rex uindicabit se de suis inimicis, & de illis qui non obediunt mandatis eius, & subijcientur manibus eius & potentiæ. Similiter si quando dñs nonę fuerit cadens ab angulo, significat q̄ rex faciet iter. Item si uolueris scire causam itineris & quare sit susceptum iter, aspice in qua parte sit dominus ipsius nonæ domus, & qui aspiciant eum, & misce inter eos, & iudica secūdum q̄ inueneris. Etiam si quando res inueneris in aliqua domorum figuræ, & dñs illius domus fuerit maleficus, iudica q̄ in illo anno erit damnum in rebus quæ sunt de natura illius signi. Aspice similiter partē fortunæ, quia ipsa significatrix est substantiæ regis. Aspice similiter & partē Cælati, qa ipsa significat mores regis. Vnde si inueneris partē fortunæ infortunatā, significat quòd rex dissipabit & prodigaliter destribabit suos thesauros & suas substantias: etiam si pars Cælati fuerit infortunata, erit malorū morū & operator mali in suis societatib. Iudica etiā secundū infortunū & eū q̄ infortunat, qa si infortunator fuerit Mars, iudica quòd interficiet sine iure, & interficiet religiosos et alcaydos seu iudices, maximè si fuerit in signis humanis: sed si infortunator fuerit Saturnus, erit dānum et malum in mercatoribus & riuis & aquis, & illi qui uadunt per mare & aquam perdentur. Si in introitu anni aut in introitu alterius tēporis fuerit Mercurius orientalis, significat

regi

regi & eius scribis magnum bonum & potentiam: at si fuerit infortunatus, significat eis malum & damnum magnum: ut si infortunium & damnum fuerit per Martem, significat ꝙ rex recipiet suas dignitates ab officialibus suis & scribis, & irascetur cōtra eos, & eius cancellarius committet fraudē in suis rebus. Si quando cum significatore regis, fuerit in suo signo alius planeta habens aliquam dignitatem in illo signo, iudica ꝙ significatio quam habuerit rex siue bonam siue malam, per eum erit cōmunis in eo & sua societate: ut si Iuppiter fuerit ille & potens in loco, erit illud in maioribus eorum: & secūdum hoc iudica de dominis & populo & gentibus. Etiam si quādo Luna fuerit in domo itineris uel alius planeta fortis, significat itinera & quòd homines existent ad illam partem, quæ fuerit de partitione illius signi quod significat itinera. Aspice etiam ad partem litis & ad partem audaciæ & ad partem uictoriæ, & si partes istæ fuerint cum Sole uel in aliqua dignitatum Solis, uel in aliquo loco in quo habeat dominium & potentiā, significat ꝙ rex uincet aduersarios suos, et uindicabit se de eis. Etiam si hæ partes fuerint cum domino anni uel in dignitatibus eius, significat ꝙ populus habebit bonum ex parte regis, & lucrabitur cum eo & per eum. Si quando in reuolutione anni Mars fuerit in bono statu, significat quàm uasalli regis erunt obediētes regi & integri. Et si ad hoc dominus anni fuerit ipse Mars, crescet & multiplicabitur bonum, hominum obedientia, & integritas uasallorum erga regem. At si quādo Mars fuerit infortunatus & maleficus, significat ꝙ homines inobedientes contra regem insurgent: quorum euentum quære in prælijs & litibus & bellis in suis capitib. dictis. Quando inuenis Martem in aliquo 4. angulorum, iudica causam litis à natura signi in quo uersatur Mars: & semper in reuolutione caue & respice Martem, quia si bonus fuerit & in bono statu, melius succedet negocium uasallorum regis & exercituum: at si quando fuerit infortunatus, significat ꝙ uiles insurgent contra dominos & claros. Etiam si quando fuerit hoc modo & fuerit cadens à Ioue, significat quòd lites mouebuntur, et inimici regis litigabūt contra eum: quorum status & causas à natura signi in quo fuerit Mars iudicabis. Etiā si fuerit Mars sub radijs, durabunt lites & bella, & agent subdole & fraudulenter inter se clandestinis & occultis consilijs utentes, donec Mars ipse fiat orientalis, quo in tempore abscindetur res. Similiter etiam si quando Mercurius fuerit sub radijs in rebus regis, significat tarditatem scribarum eius ac curatorū, & molestias in omnibus causis suis: ꝙd durabit similiter donec fiat orientalis, & tunc dissoluetur & dirigetur totum. Si quando Iuppiter habuerit tria infortunia uel duo, significat malos stat⁹ nobilium hominum & regum alcaydorum & iudicum. Etiā si fuerit retrogradus uel sub radijs, significat quòd uiles homines insurgent contra regem, & uincent eum. Præterea si quando Mars fuerit in signo mobili, magnas lites significat: sed si fuerit in signo cōmuni, erit lis uicissitudinaria, ut quæ modò uigebit modò quiescet: at si fuerit in signo fixo, significat fortes lites inter reges et electos. Adhæc aspice ad locum regis, & ad locum auxiliatorum eius, & ad locū inimicorum & inobedientium, & si inueneris Mercurium aspicientem hæc loca, eo existente corroborato, iudica quòd lites paciscentur astutijs & fraudibus. Aspice etiam octauam domum à Sole, & si Mars fuerit in ea, magnas interfectiones significat & uictoriam regis: quod eo fortius eueniet, si in parte signi in quo uersatur Mars tale qd appareat. Et si Mars fuerit in octaua à Luna, significat interfectiones & infirmitates magnas in hominibus. Sed si Saturnus fuerit in octaua ab ascendente, significat infirmitates generales: & si fuerit in signo masculino, accidet hoc magis in hominibus: si uerò fuerit in fœminino, erit contrarium: quoniam secunda domus in hoc casu supplet octauam. Quando ambo Luminaria sunt infortunata, accidēt interfectiones in militibus regis & in auxiliatoribus eius. Quando Saturnus est infortunatus, damnum denotat in rebus familiaribus naturis eius. Sol est anima mundi: qui si quādo maleficus fuerit, intēperie afficietur aër: ut quū Luna malefica est, afficitur terra. Omnis planeta qui nō aspicit medium cœli, est inimicus regis. Loca in quibus fortunæ inueniuntur, & loca quæ ipsæ aspiciunt, significant bonum secundum naturas earum. Etiam loca in quibus inueniuntur infortunia & quæ aspiciunt, damnum pro naturis suis significant. Si ascendens & eius dominus fuerint nocentes, significant quòd damnū erit in rege & claris hominibus: sed si damnum fuerit in medio cœli uel eius domino,

erit

erit damnum in redditibus regis & illis qui recipiunt eos: & si fuerit damnum in quinta & eius domino, erit in hominibus damnũ per infirmitates & dolores: & si fuerit in 4. & eius domino, significat damnum in suis subditis per carceres & similia. Etiam si qñ dominus decimæ fuerit nocens, significat damnum quod accidet regi esse pro societate suæ domus. Etiam si signum decimæ domus & eius dominus ambo infortunati fuerint, significat quòd rex non timebitur & perdentur res eius. Etiam si dominus exaltationis decimæ domus fuerit maleficus, significat quòd rex parum utilitatis capiet de substantia sua. Quando Luna est iuncta cum Saturno, augetur potentia scribarum: sed si quando fuerit iuncta cum Ioue, interfectiones & lites significat: at si quãdo iuncta fuerit cum Marte, multos terræmotus & aëris combustiones significat, & multas rixas & lites: ut si quãdo iuncta fuerit cum Saturno, arborum sterilitatem significat & frugum: & si quando iuncta fuerit cum Capite, multas aquas & consumptiones significats cum Cauda, significat damnum in quadrupedibus. Quando Mercurius iungitur cum Luna, significat potentiam scribarum & mercatorum: sed si fuerit iunctus cum Venere, significat mulierib. multos dolores & tristitias. Quãdo Mars iungitur cum Saturno, significat mortem senum & hominum antiquorum, ac lites & prælia: sed si fuerit iunctus cum Venere, significat niues & frigus: ut si quando fuerit cum Luna, significat terræmotus: & cum Ioue, significat interfectiones & lites. Si quando Mercurius fuerit iunctus cum Saturno, significat cimices & pulices, culices multos, & similia. Sed si fuerit iũctus cũ Venere, signif. dolores & tristitias mulierib. Iuppiter iunctus cũ Saturno, prohibet omne malũ. Saturnus iunctus cum Cauda, significat effusionem sanguinum, siccitatem, paupertatem, labores & multa damna. Si Sol fuerit iunctus cũ Capite, significat mortem clarorum hominum, & quòd existent reges noui qui per uiolentiam regnare uolent & occupare dominium. Sed si quando Luna fuerit iuncta cum Capite, significat mortem hominum laudatorũ, & damnum in fructibus. Etiam si quando Iuppiter fuerit iunctus cum Capite, augebit potentiam & nobilitatem in altis hominibus. Similiter si quando Mars fuerit iunctus cum Capite, tradent se homines armis & litigijs multis. Item si quando Cauda fuerit iuncta cum Sole, significat damnum in herbis & alijs uegetabilibus, & pestilẽtiam in bestijs & armentis & gregibus: sed si quando Cauda fuerit iuncta cum Venere, significat destructionem in mulieribus. Si quando Iuppiter fuerit iunctus cum Saturno, significat hominibus tristitiam: sed si fuerit in Sagittario, significat mortem regis: at si fuerit iunctus cum Marte, significat damnum in alcaydis & claris seu præpositis hominibus. Quin si fuerit iunctus cum Venere, malum facient mulieres hominibus: si fuerit iunctus cum Capite, diligent homines legem & sequentur eam, & augebunt substantias & diuitias suas: sed si iunctus fuerit cum Cauda, significat contrarium. Etiam si iunctus fuerit cũ Mercurio, significat declinationem scribarum & mercatorum: ut si quando iunctus fuerit cum Luna, significat quòd integritas hominum perdetur, & quòd populus habebit tristitias & dolores & planctus multos. Etiam si quando Cauda iuncta fuerit cum Marte, fortes uentos significat. Ad hęc non inutile est sed necessarium aspicere terras, quæ sunt cuiuslibet signi: quia si Mars fuerit infortunatus in oriente, significat damnum in terris quæ sunt à parte orientali: & si fuerit infortunatus in occidente, significat damnum in terris occidentis: sed si fuerit in medio cœli, erit damnum in illis quæ iacent inter orientem & occidentem: ut si fuerit in angulo terræ, erit damnũ in illis quæ sunt à parte de Zabeil, (stella quædam ex parte meridiei est.) Si quando in reuolutione anni fuerit aliquod infortuniũ in angulo, significat prælia & interfectiones: quæ si fuerint directa, erit res quando retrogradabunt: & si fuerint retrograda, erit res quando miscebitur lumen eorum cum radijs significatoris regis. Sed si infortunia aspexerint ascendens de alio loco & non de angulo, nõ erit damnum generale, nisi lumen eorum sit combustum cum lumine domini medij cœli. Albumasar dixit: Aspice in reuolutione ad quadraturam Solis, & si ibi fuerit fortuna, significat potentiam regis, & incremẽtum in substantia & eius honore: & si ibi fuerit infortunium contrarium significat, & hoc secundum uirtutem fortunę uel infortunij. Etiam si quando Mars fuerit in quadratura uel opposito Solis, & reuolutio fuerit diurna, significat bella & inobedientias regis, & quòd rex perdet regnũ suum: quod cog-

noſces ex diuiſione ſigni in q̃ fuerit Mars. At ſi Saturnus fuerit in quadratura uel oppoſito Solis, regibus infirmitates ſignificat & damna, quæ accident in ſubſtantijs & rebus eius. Etiam ſi Luna fuerit cum Saturno, ſignificat infirmitates & azemenas. Sed ſi Venus fuerit cum Saturno, ſignificat quòd damnum erit in filijs regum & clarorum hominum. At ſi quando Iuppiter fuerit iunctus cum Saturno, ſignificat q̃ damnum erit in diuitibus & nobilibus hominibus, & in illis qui ſunt ſicut prophetæ. Etiam ſi Caput fuerit iunctum cum Saturno, moleſtias & perturbationes ſignificat. Si quando Sol & dominus anni ambo fuerint in malis locis, ſignificãt q̃ annus erit malus regi & populo. Si Saturnus fuerit dominus anni & iuncta cum eo Cauda, ſignificat q̃ damnum erit in mulieribus regis. Etiam ſi Mars fuerit in octaua, ſignificat quòd in hominibus accidẽt magnæ interfectiones, maximè in regibus & eorum auxiliatorib⁹: & ſi fuerit in ſigno maſculino, erit mors in maſculis. Etiam ſi dominus aſcendentis fuerit liber ab infortunijs & in bono loco & potens, ſignificat regi potentiã & gaudium & ſaluationem rerum ſuarum: & ſi fuerit in ſecunda domo, ſignificat multas ſubſtantias: & ſic conſequenter aſpice eum per omnes domus, & iudica quòd bonum ueniet ei de natura illius domus in qua fuerit. Similiter etiam ſi dominus filiorum aut fratrum aut ſeruorum aut itinerum, uel mulierum uel regum, iudica ſecundum proprietatem ſigni bonum & utilitatem in omnibus ſuis ſignificationibus. Præterea ſi quando Iuppiter in reuolutione anni fuerit orientalis, uel aſpexerit Solem, ſignificat quòd uincet rex & euadet in bonum. Etiam ſi quando Mars fuerit dominus anni, uel retrogradus tendat in illo anno in locum maleficũ uel in ſignum extraneũ, nec ibi fortuna fuerit iuncta cum eo, uel quæ eum aſpiciat, ſignificat quòd inimici mouebuntur contra regem, & mouebuntur aduerſus eum lites & bella. Coniunctio Iouis cum Marte ſignificat mortem hominis diuitis & magnæ famæ, idq; eo fortius ſi fuerit in ſigno fixo: quod tempus in quo erit hoc, tu determinabis à domino domus in qua erit coniunctio, dando cuilibet gradui unum diem. Coniunctio Saturni cum Venere ſignificat mortem mulieris diuitis & famoſæ: & ſi Mercurius fuerit iunctus ei, ſignificat quòd filius eius morietur cum ea. Si quando in reuolutiõe fuerit Venus & Mercurius, & ambo infortunati, ſignificat quòd populo dãnum eueniet ex parte regis: ſimiliter etiam accident damna regi ex parte populi: quæ eo certiora erunt ſi Luna ſimiliter fuerit infortunata, quia ſignificat effuſiones ſanguinis & triſtitias, & quòd damnum erit generale regi & populo: unde ex grauamine talium multiplicabunt̃ lites & bella, idq; maxime in partitiõe illius ſigni tale damnum inferentis.

De coniunctionibus planetarum ſecundum opinionem Hermetis. Cap. V.

Aries.

HErmes non infeliciter hanc materiam tranctans, enumerauit cõiunctiones planetarum ſecundum ordinem & numerum duodecim ſignorum: quorum primum ſtatuit Arietem, ſecundum Taurum, & tertium id ſequens, dicẽs: Si quãdo Iuppiter & Venus & Mercurius ac Luna fuerint iuncti, ſignificat bonum ſtatum hominibus, ubiq; lucra multa, fertiles pluuias, & honorem mulieribus & ſcribis regis. Etiam ſi Luna & Iuppiter ſoli fuerint ibi coniuncti, ſignificat iuſtitiam & & felicem integritatem inter homines.

Taurus.

QVando Venus & Mars coniungunt̃ in Tauro, ſignificant quòd mulieres rixabuntur cum uiris, & erunt multa epidemia, & in hominibus mortalitates ac beſtijs & interfectiones, & uenti fortes ac mali, et damna in arboribus & fructibus. Etiam ſi quando Iuppiter & Venus & Mars & Luna conueniant in Tauro, erunt inter homines mendacia multa, proditiones, terræmotus, aquæ multæ, deſtructiões regum & nobilium: & ex montanis ſurgent uiles & gregarij milites, qui indicent bellum regi. Etiã ſi quãdo Saturnus & Iuppiter & Mars iuncti fuerint in hoc ſigno, ſignificant mortalitatem beſtiarum, & quòd reges exibunt de regnis ſuis in alia, & accident multæ infirmitates hominibus ex cholera, & magna erit mortalitas in hominibus & beſtijs.

Gemini.

QVando Sol & Venus & Mercurius iunguntur in Geminis, erit damnum in ſtatu ſcribarum, & illorum qui ſe dedunt numero & computationi, & tenẽt libros computationum: etiam ſignificat quòd milites ap-

lites applicabunt ad regem, & bonum fiet forum panis, & accident damna in itineribus propter latrones.

Cancer.

QVando Saturnus & Iuppiter & Mars & Sol & Luna & Venus iũ guntur in Cancro, significat boni defectum in omni re, & accidet timor hominibus, et rex faciet mala hominibus, & unus alteri, & erũt terræmotus & damnum in mari & aqua.

Leo.

QVando Saturnus & Iuppiter & Mars & Luna coniunguntur in Leone, litigabunt & interficient se reges inter se contendentes, & accident hominibus magni terrores & damna.

Virgo.

QVando Saturnus & Mars & Mercurius iunguntur in Virgine, mulieribus damnum significat, & quòd decipiunt reges. Etiam si Sol ecclipsim patiat̃ in hoc signo per Caudam, & Mars fuerit iunctus Soli, erunt inter nobiles & uiles homines interfectiones & lites magnæ. Etiam si quãdo Saturnus & Venus in hoc signo iungantur, significat augmentationem aquarum.

Libra.

SIqñ Mars & Iup. fuerint in Lib. coniuncti, significat malũ statum nobilium & sodorum eorum, & apparebit in aëre illo anno sicut prius. Etiã si quando Iuppiter & Sol & Luna ibi iungantur, accidẽt mortalitates in mulieribus & hominibus iustis, & erunt multæ pluuiæ, nubes & malignitas in aëre.

Scorpio.

QVando Saturnus & Mars & Venus iunguntur in Scorpione, significat quòd mordebit regem aliquod insectũ uel animal, de quo rex timebit, & quòd reges exibunt de terris suis in alias, & quòd discordabit unus rex cum alio, & rumpent uel præteribunt causas & inducias quas inter se habent. Etiam si quando Luna ibi fuerit iuncta cum eis, significat multas pluuias & incrementum aquarum. Præterea si Scorpio fuerit ascendens anni, & Saturnus ibi fuerit & Mars iunctus cum eo, uel longè ab eo habens quid in partitione ascendentis, & Venus fuerit combusta, & Iuppiter retrogradus, iudica omne malum, bella & lites, depopulationes uillarum & terræmotus, terrores & interfectiões, mortalitatem & multas infirmitates & malas: quia Scorpio est infortunium signorum, sicut eius dominus est infortunium planetarum. Iudica similiter ibi quòd reges inter se litigabunt & morientur homines diuites, & accident dolores & anxietates in mundo. Etiam si quando ambo fortunæ similiter iunctæ fuerint in hoc signo, significat ꝙ detegentur homines uel inimici, qui homines inuitabunt ad inobedientiam Dei.

Sagittarius.

QVando Saturnus & Iuppiter & Mercurius & Luna conueniunt in Sagittario, significat quòd erunt multæ aquæ super terram, & quòd reges efferent sese, & diuites & scribæ, astrologi & nigromantici, diuini augures ordinabuntur & in precio erunt.

Capricornus.

QVãdo Sol & Mars & Mercurius iunguntur in Capricorno, significat destructionem in regibus, occasiones infirmitatum calidarũ, & multos ignes & combustiones in aëre, uẽtos multos & diminutionem omnium uegetabilium, & erunt ibi multi latrones & prędones.

Aquarius.

QVando Mars & Saturnus & Luna coniunguntur in Aquario, significat diminutionẽ pluuiarũ, & minorẽ augmentationem in aquis fontium, damnũ in itineribus, & erunt multi colubres & serpentes.

Pisces.

QVando Saturnus & Iuppiter & Mars conueniunt in Piscibus, significat mortem & magnum damnum hominum altorum & nobilium. Etiam si ibi coniungantur Sol & Mars & Saturnus, signific. quòd rex interficietur, & paucas pluuias, & ꝙ capientur multi pisces in mari. Nota ꝙ quando Caput & Saturnus iunguntur in uno signo, significat damnum & malum secundũ naturã illius signi in quo fuerit coniunctio: ut si coniungantur in aliquo signo igneo, erit damnũ in bestijs & in omni animali uel loso: sed si coniungãtur in terreo, erit damnum in arboribus, fructibus, herbis: & minuentur pluuiæ, et profectus qui prouenient ex eis: at si in aëreis coniungantur, accident in hominibus infirmitates, timores et delicta: et si in aqueis, damnum in aquis significat, et mortalitatẽ in animalibus aquaticis,

ticis,& multas locustas & reptilia,ac dolores & phlegma. Albumasar dicit quòd semper debemus inspicere ad statū Seneschalli regis à Ioue, aspiciendo eum si est in angulo aut in bono statu uel malo,& ab his statibus colligere statum seneschalli & potentiā: quia si in reuolutione Iuppiter fuerit combustus uel retrogradus tendens ad oppositionem, uel si infortunetur à Saturno,significat quòd illo anno rex castigabit suum seneschallū, uel fortè interficiet eum,uel ei auferet suum officium. At si Iuppiter orientalis & in sua triplicitate fuerit potens,erit seneschallus & in bono statu, & augmentabitur in opere suo. Mars est significator illius qui ducit exercitum regis:unde si in reuolutiõe fuerit in oppositio Saturni,signif. q̃ rex irascet̃ ei anno illo,& utilipẽdet eum, & accident militibus grauitates. Etiam si Mars fuerit in quarta Saturni, uel in quarta Iouis, uel in quarta amborũ, confligent milites in illo anno cum suis inimicis, & in eodem exercitu unus cum alio, & hac ratione perdentur aliqui eorum, & mutabunt se de uno loco in aliũ, & eorũ aliqui ibunt ad adiuuandum inimicos regis. Et si his ita habentibus,ut diximus, Mars fuerit dominus decimæ domus, ipsemet rex exibit de terra sua. Sed si Mars in eodem anno uel quarto fuerit retrogradus, significat quòd milites deuincentur & fugient: & si ad hoc Mars fuerit in signo humano & fuerit infortunatus, apparebũt interfectiones in militibus: quo in casu si signum decimæ domus fuerit purum ab infortunijs & damnis, habebit aliquod remedium & meliorem successum:sed si fuerit infortunatũ, damnum augebitur. Item si quando Venus in reuolutione anni aut in aliqua quartarum fuerit damnata per retrogradationem uel combustionem,mortalitatem significat in mulieribus regis ac seruis & eius alumnis. Etiã si Mercurius fuerit maleficus,significat malum statum scribis: & si fuerit infortunatus à Marte, committent fraudem regi, aut falsabunt chartas uel sigillum regis. Præterea si quando Luna corporaliter fuerit iuncta cũ Mercurio, & Luna fuerit aucta lumine & uelocis motus ac fortunata, & reuolutio fuerit nocturna, significat saluationem regis & quòd erit durabilis, & timebitur in regno suo:& si habuerit filium cui uelit dare suum regnum,exaltabit eum in illo anno,& crescet in ualore & honore ac suo statu & in bono, & ille similiter q̃ regnare debet post eum. At si Luna fuerit in diuerso statu ab eo quòd diximus, significat malum statum regis,& eius qui regnabit post eum. Etiam si Luna multa habuerit dãna et infortunia multa,& reuolutio fuerit nocturna,morietur illo anno ille qui regnare debet post regem. Ego dico quòd si quãdo Saturnus fuerit significator anni & nocens, periculum minatur senibus & seruis & genti minutæ. Sed si Iuppiter anni significator fuerit & maleficus, erit occasio in nobilibus, & illis qui sunt mediocris ætatis. At si Mars fuerit talis, erit occasio in iuuenibus. Si uerò Sol talis fuerit,erit occasio siue damnũ in claris et altis hominibus. Vt si Venus talis fuerit, erit damnum in mulieribus. Et si Mercurius talis fuerit, damnum erit in pueris: quemadmodum si talis fuerit Luna, damnũ erit cõmune in populo toto. Porrò si quando dominus anni aspexerit ascẽdẽs anni de quarto uel opposito, erit annus ille fortis & malus ac multarum diminutionum, laborum & occasionũ, maximè si aspectus fuerit de oppositione: quia si quando dominus anni fuerit in oppositio ascendentis anni, est inimicus anni,& est deterior quàm infortunia infortuniorum, & talis existens magis mali significat quàm infortunia. Dico etiã si quando dominus anni applicuerit planetæ cadenti ab angulo, & ipse fuerit in angulo uel succedenti, annus ille bonus erit nisi in fine,in quo erit debilitas & accident damna. Etiam si dominus anni fuerit cadens ab angulo,& applicuerit planetæ potẽti in angulo uel succedenti, fortificat eum planeta ille & reducit eum in suo posse,et significat quòd initium illius anni erit malum, & postea melius habendo restaurabitur & reuertetur in bonum & potentiam ac fortunam. Si quando in reuolutione anni acciderit aliquod signum de signis ascendentium ciuitatũ malè afflari, uel si eius dominus sit maleficus per coniunctionem aut combustionem, aut per casum ab angulo,uel quòd aspiciat ipsum malus planeta, significat malum in ciuitate secundum potentiam infortunij, & secundum damnum & infortuniũ quod signũ & eius dominus inferre solent: sed si fuerit contrariũ,significat bonum ciuitati illi secundum potentiam bonitatis et fortunæ quam habuerit signum & eius dominus. Nota quòd planeta qui est dominus & significator anni, quando inuenitur in aliquo signorum, significat secundum proprietatem ipsius planetæ,& secundum proprietatem

prietatem loci in quo uerſat de domibus figurę, & ſecundū ſtatū planetę & eius fortunā & infortunia: quia per fortunā & bonum ſtatum ſignificat bonū & meliorē ſucceſſum & gaudiū, & per infortunia & malos ſtatus ſignificat malū & damnū & grauitates. Vt ſi qñ Saturnus fuerit dñs anni, & fuerit potens & fortunatus, quietes & itinera pauca ſignificat. Sed ſi qñ Iuppiter fuerit talis, ſignificat abundantiā uictus cuilibet ex ſuo officio, fertilitatē & lucrum & diuitias. Etiam ſi qñ Mars talis fuerit, ſignificat quòd homines uincēt inimicos ſuos, & erunt tuti & muniti ab occaſionibus. Et ſi Sol talis fuerit, iuſtitiam regis & pietatē & mercedem & bona facta ſignificat. Sed ſi Venus talis fuerit, ſignificat gaudia & hilaritates & uitia. At ſi talis fuerit Mercurius, ſignificat agilitatē & meliorem ſucceſſum in redditibus, profectū & lucrū in mercimonijs, in uendendo & emendo, & ſimilibus. Etiā ſi Luna talis fuerit, bonū & profectus & lucra erunt generalia in toto populo.

Omnes ſignificationes & iudicia incipientia ab Ego dico quòd ſi quando Saturnus fuerit ſignificator. hucuſq; extracta ſunt à me & inuenta ſecundū opinionē illius qui ponit aſcendens anni ſignificatorē regis. Sunt autē illius opinionis Albumaſar, Hermes, & Abdalla filius Mezror. Ptolemęus tamen & Atabari ac maior pars ſapientum introductorū & æſtimatorū ſeu clarorū in hac ſcientia, ponunt aſcendens reuolutionis & Lunam ſignificatores populi, & decimam & eius dominū & Solem & almutez ſuper decimā ſignificatores regis, & ſecundam domū ſignificatricē ſubſtantiarū populi, & undecimā ſubſtantiæ regis: & conſequenter ſecundum hanc uiam & ordinem in alijs domibus: cui opiniōi ego ſubſcribo & cōcordo & operor ſecundū hanc uiam. Nota etiam q̄ dñs anni eſt ſignificator populi, & dñs exaltationis ſigni in quo uerſatur dominus anni, aut dñs exaltationis ſigni aſcendentis, eſt ſignificator hominū altorum & clarorū, & dñs triplicitatis eſt ſignificator hominū qui agunt in tentorijs ſiue ſtationibus & ſimilibus, & dñs termini & faciei ſignificator eſt gētis inferioris gradus. Quo in caſu miſce Iouem cum ſignificatione nobilium, & diligenter aſpice partem fortunæ & eius dñm: quia ſi aſpexerint ſignificatorē regis, bonū & fortunā ſignificat: ſimili quoq; ratione ſi aſpexerint ſignificatorem populi, uel alīū quēuis ſignific.

De cognitione ſtatus populi. Cap. VI.

STatum populi ſi quādo ſcire cupis, capta dñm coniunctionis uel oppoſitionis, ſi fuerint ante introitū Solis, in principiū Arietis, & eius angulos & loca planetarū, & poſtea aſpice Lunam & conſidera ſi ſeparat ab alia cōiunctione uel oppoſitione, & cui planetarū applicet: etiam uide ſi ille planeta fortuna ſit & fortis, uel infortunium & debile: & ſecundum hoc iudica de eſſe populi. Et ſi Luna fuerit firma, id eſt, in angulo uel in ſuccedenti & in dignitatibus ſuis, & ſimiliter applicuerit planetæ firmo & potenti & ſuis dignitatibus, ſignificat quòd populus in illo anno erit in bono ſtatu, & mutabitur de bono in bonum, & de una abundātia in aliam, & de lucris in lucra. Etiam ſi ille planeta cui applicuerit Luna fuerit Iuppiter, habebit iuſtitias & ſecuritates, ſalutem & multos filios, ſynceritatē & bonos mores & libertatem. Etiam ſi illa fortuna cui applicat Luna fuerit Venus, habebit abundantias & hilaritates, uitia & quietes, & innouabūt coniugia. Etiam ſi in hoc caſu fuerit Luna cadens, uel extra dignitates ſuas habens alias ſignificationes ſuas, habebunt bonū & fortunam quam diximus, nō tamen mutabuntur de minutione ad fertilitatem, de caſu ad fortunam, nec de debilitate ad potentiam. Etiam ſi Luna firma fuerit, ut diximus, et in uirtute & ſtatu & in ſuis dignitatibus, ut prædiximus, & applicuerit fortunæ in ſuis dignitatibus, exiſtenti tamen cadenti ab angulo, ſignificat quòd mutabuntur de fertilitate & potentia & bono ſtatu ad aliquam fertilitatem & bonū ſtatum, minorē tamen priore. Etiam ſi fortuna ipſa cadēs ab angulo fuerit extranea et debilis, erūt fertilitates et fortunæ quas opinabantur habere, nō tamē cōplent, ſed erunt ſani ſuis corporibus & ab infirmitatib. & doloribus liberi. At ſi Luna fuerit debilis & pegrina & applicuerit infortunijs, & illa infortunia ſint firma, ſignificat populo malū ſtatū & caſum, depreſſionem & debilitatē in ſuis negocijs, defectum ſui uictus & lucri, & multas infirmitates in corporibus, & occaſiones quæ accident eis. Etiam ſi illud infortunium cui applicat Luna fuerit dñs octauæ domus à Luna, uel habuerit aliquam dignitatē firmā in octaua domo à Luna, ita quòd non ſit eius dña, mortalitatē multam populus patietur. Etiam ſi infortuniū non fuerit talis conditionis, ut diximus, & dñs octauæ domus

à Luna fuerit aspiciẽs Lunã similiter, significat multas mortalitates. Præterea si illud infortunium cui applicat Luna fuerit Saturnus, acident ei infirmitates frigidæ & de natura Saturni, quę erũt causę mortis. Et si applicatio uice Satur. fuerit ad Martem, erunt infirmitates calidæ & sanguineæ. Etiam si Mars ad hoc fuerit in signo humano, erunt interfectiones multæ, ac sanguinis effusiones: & hæc omnia sęuiora si annus applicuerit ad locum in quo fuerit Mars in initio illius legis, aut ad locum in quo fuerit in cõiunctione maiori cuiuslibet planetarũ antecedentiũ reuolutionẽ illam: quoniã isti sunt anni qui lites & interfectiones & effusiões sanguinis significant. Etiã ex hac constellatione erũt lites in partitiõe terræ, quæ fuerit de similitudine signi, in q̃ Mars fuerit in radicibus quas terminauimus. Etiã qescet lis illa in eo anno in quo Mars cõburetur, aut qñ intrabit combustionẽ, uel quando intrabit casum suum, uel quãdo Iuppiter comburetur. Vnde aspice locum Martis in reuolutione & in radicibus si est orientalis uel occidentalis, meridionalis aut septentrionalis, & iudica quòd illi qui fuerint in parte in qua fuerit Mars uincent: & si Mars fuerit commixtus cum Mercurio, accident multæ merces in illo anno. Etiã si Mercurius cum Saturno fuerit cõmixtus in reuolutione, et fuerit in signo terreo, significat terræmotũ in locis eis conuenientibus & aptis, ut sunt illa quæ circa ripas aut insulæ: non tamẽ in terris aridis nec ponderosis. Etiam si status Lunæ fuerint & infortuniorum, sicut diximus, ita mixti ut una pars sit in bonis statibus & firmis, & alia in malis & in debilibus, significat quòd populus mutabitur de malo in bonum, uel de bono in malum secundum mutationem quam diximus de statibus Lunæ & infortuniorũ. Si quãdo pars fortunæ fuerit oriẽtalis & dominus domus eius, ac Iupp. aspexerit eã, significat quòd melior securitas & bonum erit in ciuitate q̃ fuerit partitionis signi in qua fuerit pars fortunæ. Etiam si pars fortunæ ac eius dominus fuerint in bonis locis, bonum & melioremsuccessum significat: & si fuerint in malis locis aut sub radijs, significat damna & amissiones: quod damnũ uel bonum erit pro natura signorũ in quibus fuerint. Porro dico quòd si quando Saturnus fuerit firmus in reuolutione anni, & fuerit almutez locorum firmorum figuræ, significat populi propagationes & quietes, & status augmentationẽ & prosperitatem in uictu & lucris. At si quãdo fuerit debilis et infortunatus, significat destructionem & depopulationes & suminenta: (Sumineñtũ autem est aqua iens sub terram, & frigora & tenebras ac terræmotus.) Præterea si quãdo Mars firmus fuerit in reuolutione, & habuerit partem in anno, significat quod gens illius climatis uincẽr, & se uindicabũt de suis inimicis, & magis ualebũt quàm ipsi. At si fuerit retrogradus uel debilis, combustiones significat & lites & sanguinis effusiones, epidemicos dolores, infirmitates calidas & febres acutas. Similiter si quãdo Iuppiter fuerit firmus in anni reuolutione, & fuerit almutez & dñs, in anno apparebit in hominibus bonum & iustitia, & erunt iusti & casti, & amabunt legem & custodient eam & obediẽt Deo. At si fuerit in statu ab hoc diuerso, erit in hominibus defectus & infortuniũ & discordię, nec faciẽt eleemosynas, nec custodiẽt legem nec ei obediẽt: imo habebunt paupertatẽ & diminutionẽ, auaritiam & caritatẽ, damna & utilitatẽ. Etiam si qñ acciderit q̃ Iup. in anni reuolutione sit in opposito ascendentis, significat q̃ fortunæ ac bonũ à populo remouebunt, nec habebũt fortunã nec bonũ. Item si qñ Sol fuerit firmus in reuolutiõe ac saluus, ornanẽ reges & nobiles & alti homines, & q̃ plures homines ꝓuenient ad dñium & nobilitatẽ, et illi q ad hoc apti fuerint exaltabunt. Etiã utile erit in hoc casu si ponat Sol regi loco ascẽdẽtis, & fiant 11. domus ab eo sicut fiũt ab ascendẽte, & cõsiderent significationes istarũ domorũ & locorũ, & aspectus fortunarum & infortuniorũ in eis, & iudicet de quacũq̃ domo sicut cõuenit & inuenit, & iudicet regibus à Sole secundũ q̃ iudicatur populo à dño. At si Sol fuerit debilis & in malo loco, minuit ualor regũ, & decrescũt status eorũ, & facient maleficia populo, & accident populo dãna & grauitates multæ ex parte regũ & dñorũ suorũ. Ad hęc si qñ Ven⁹ in reuolutiõe fuerit firma & corroborata & fortunata, habebũt homines gaudia, uitia, diuitias, utilitates & lucra, & gaudebũt cum mulieribus & filijs & omnibus quæ sunt significationis Ven. sed si ipsa fuerit in malo statu, malefica et infortunata, minuunt gaudia & uitia populi, & accident ei tristitiæ et dolor et defect⁹ uictus, rixæ & maleficia. Præterea si Merc. in anni reuolutiõe fuerit firmus & saluus & fortunatus, habebunt homines lucra, temperatos uentos, & diligent homines documenta, bonos mores: & se mutuò amabunt & associabunt,

& habebunt

& habebunt multos prædicatores, uerificatores, inuentores & rhetoricos, & omnes similis cõditionis erunt dilecti et in precio habiti. At si Mercurius fuerit maleficus & debilis & infortunatus, accident hominibus molestiæ & angustiæ & diminutio, & eorũ dñi facient eis malũ ex occasiõe tributorum, & uicarij populi similiter facient, & minuentur documenta, boni mores & lucra, & accident & habunt fortes uenti & nociui ac terrores. Item si Luna in reuolutione anni fuerit firma & salua, homines ab occisionibus & infirmitatibus præseruabuntur, & erunt aquæ pluuiæ temperatæ et profectibiles, & annus erit bonus & fortunatus ac fertilis. At si Luna fuerit nociua & infortunata, significat quòd populo accidẽt damna & molestiæ ex parte dominorum suorum, infirmitates multas & paucas pluuias, & pluent pluuiæ in tẽporibus non aptis & nociuis, & in temporibus quibus essent necessariæ non pluent. In summa respice in negocijs populi semper à Luna, & in negocio regis & nobilium & clarorum hominum à Sole, & in negocijs mercatorũ & scribarũ & eorũ qui inquirunt scientias & sapientiã ac puerorũ institutionẽ à Mercurio, & in negocijs alcaydorũ & iudicũ sapientũ & legis ac hominum progeniei bonæ à Ioue, & in negocijs alcaydorum militum & uicariorum militiarum & litium, & eorum qui tenent & custodiunt regnorum limites siue cõmarcham à Marte: & in negocijs senum & agricolarum terræ à Saturno, & in negocijs mulierum iocatricum & eorum qui dant se gaudijs & uitijs à Venere. Dico etiam quòd si quando Saturnus fuerit dominus anni, & fuerit retrogradus in Libra, significat lites inter reges qui sunt à parte occidentis & septentrionis: sed si fuerit in Scorpione retrogradꝰ, significat bella & lites & mortalitates, epidemicos morbos ac damna in hominibus & in aquis, & maximè in gentibus insularum. Etiã aspice planetã in cuius termino Saturnus est, & in quo loco est idẽ planeta dñs termini, & in qbus planetis ꝓspicit Saturnus radios suos, et iudica ꝙd accidentia illa euenient in partibus terræ, uel in ciuitatibꝰ quæ fuerint de partitione illorum planetarum: et hoc erit peius si aspectꝰ illi fuerint inimicitiarũ. Præterea si Iuppiter exaltatus fuerit sup Saturnum in zodiaco, significat ꝙ surget homo super regẽ, q̃ præcipiet tenere hominibus rationẽ et iusticiã: et si planetæ aspexerint Iouẽ, habebit ille qui existit multos auxiliatores et se corroborabit sup regem: tamen si planetæ aspexerint Saturnũ et non Iouẽ, uincet illũ rex. Itẽ si qñ Saturnus fuerit dñs anni, et fuerit firmus, significat ꝙ illo anno fient multa ædificia et populi ꝓpagatiões, et nascentur in terra noui riui qui non erant ibi, et melius habebit forũ in annona et rebus ad uictũ ptinentibus, et terra in suis fructibus abundabit, et populus habebit bona et utilitates multas, et maximè agricolæ et uiles homines: sed si fuerit nocẽs et in malo statu, erunt multa frigora et infirmitates magnæ, et accident hominibus multa dãna et impedimenta, et superuenient uẽti et pluuiæ nymbosę, et illa dãna magis accident uilibus et hominibus armorũ, morientẽ senes et antiq̃ homines et in multis locis terræ, et accident hominibus terrores, et dñi malum facient ꝓpositis populi: q̃ iam enumeratæ sine dubitatione accidẽt ulla significationes terris quæ sunt de partitione Saturni. Nota etiã ꝙ oppositio Saturni cũ Marte deterior est ipsorũ cõiunctione, ac deteriores et maligniores significationes demõstrat. Etiã si qñ Iupp. fuerit dñs anni potens et fortis ac in bono loco, significat ꝙ in illo anno melius et felicꝰ habebũt negocia alcaydorũ et iudicũ, sapientũ legis, et religiosorũ fratrũ et hęremitarũ, et habebunt bonũ et honorẽ et gaudia: etiam melius habebunt negocia nobiliũ, et faciet rex iusticiã et habebit rationẽ, et præcipiet bonũ et dimittet malum, et remouebit à faciendo malũ populo, uel ab accipiendo sibi suũ, et ostẽdet se populo iustũ et rectum. Et si ad hoc fuerit receptus, profectũ habebũt gentes cũ rege, et ex parte eius habebunt lucrũ et utilitatẽ et bonũ. At si fuerit infortunatus et maleficus, damnant negocia alcaydorũ et iudicũ et sapientum legis, et eis accident multi labores et grauitates, et damna genti de terra Babyloniæ: etiam erit dãnum in nobilibus et eorũ filijs, et multæ ecclesię et oratoria destruentur, et detegẽt in hominibus pauptas et miseria, parcitas et diminutio, et erit populus in malo statu, et illi quibus conuenit facere bonũ nõ facient illud, et detegent delicta et dãna in terra. Etiã si quando Iup. fuerit dñs anni, et Mars exaltatus sup eum, id est, propinquior augi suæ in zodiaco, significat ꝙ contra regẽ insurget electus de regno, malus et bellator et malefactor, homicida et effusor sanguinis: et erit rex iustus et bonus et rectus. Etiã scies qs eorũ uincet ab aspe-

ctibus planetarum, aspiciendo quem eorum magis aspiciunt et adiuuāt planetæ, et per hanc uiam de cognitione uictoris pronūciabis. Nota quod Saturnus naturaliter est significator regum, quia est altior omnium planetarum, & quia omnes planetæ ei applicant, & ipse nulli eorum: & Iuppiter naturaliter electorū est significator siue rebellium regis, quia sequitur Saturnū in his prędictis rebus, et illi qui contra regem insurgunt, sunt tam potētes quàm reges, uel parum minus. Etiam si quādo Mars fuerit dominus anni potens & fortis & in bono statu uel loco, significat quòd ille annus erit bonus alcaydis & militibus, & q̄ erunt amati & honorati et in p̄cio habiti, & uincent inimicos suos, & illi qui custodiūt limites uincent inimicos suos: erunt etiam multæ pluuiæ in temporibus pluuiarū, & proficient & gaudebunt in eis hoīes ex dicterijs quas habebunt. At si fuerit maleficus & infortunatus, significat dānum militibus & alcaydis ac tenentibus limites, & dantibus se armis, & illis qui faciunt ea: & exorient in terra terrores & labores, paupertates & bella, & maximè apparebunt significationes Martis in climatibus & terris quæ sunt de partitione ipsius. Præterea si quādo Sol fuerit dominus anni, & potēs & liber ab infortunijs, significat quòd rex istius climatis magni se æstimabit, & ostendet se potentiorem regibus aliorum climatum, & homines diuites & nobiles ornabūtur, in æstimatione erunt & habebunt saluationē & securitatem, & proueniet frumentum multum, multæ bestiæ & aues, & melius habebūt omnes res in quibus Sol habet dominium & significationem. At si Sol fuerit debilis & infortunatus, debilitabit̄ rex, uilipendent̄ diuites & nobiles, & insurgēt serui & uiles homines cōtra reges & nobiles. Præterea si q̄n acciderit ut Sol in reuolutione anni sit in decima domo & Mars in ascendente, accident in initio anni infirmitates & bella ac rixæ inter gentes: & si Mars ibi sic habens fuerit in suo casu, significat q̄ ille q̄ nititur ligare cum rege, erit malę legis et mali intellectus: & si Cauda fuerit cum Marte, bella & interfectiōes significat. Etiam si dñs anni & Sol ambo infortunati fuerint, erit damnum in rege et eius negocijs. Etiā si ascendens & eius dominus cum eis maleficus fuerit, significat quòd damnum erit in rege & populo generale. Porrò si quando Venus fuerit domina anni & potens & fortunata & in bono loco, significat quòd annus erit mulieribus bonus, & quòd erunt in bono statu, & euadent ab infirmitatibus & occasionibus: prægnantes facilè parient & gaudebunt maritis & filijs suis, et immiscent se homines in gaudendo & comedendo et bibendo, et ornabūtur cantores et locatores, ac eos honorabit rex et faciet ipsis bonum. At si fuerit debilis et malè afflata, significat quòd annus erit omnino mendicus, et abstinebunt homines ab hilaritatibus, et habebūt arctā uitam cum cogitamine et tristitijs et doloribus, accidēt populares morbi in mulieribus, et multæ prægnātes morientur ex partu, et in multis locis cadent ædificia, et erunt nonnullæ interfectiones, accident regi tristitiæ et dolores: et omnes significationes eius siue bonæ siue malæ accident in climatibus et ciuitatibus suæ partitionis, et maximè apparebunt. Similiter si quando Mercurius fuerit dominus anni et in bono loco et potens et liber ab infortunijs, et in aspectu fortunarū et iunctus cum eis, annus erit bonus et fortunatus mercatoribus et pueris, et illis qui se scientijs dedunt, et eo fortius erit eius bonum, si receptus fuerit à domino domus suæ: nā si quando talem receptionem habuerit, significat quòd illi qui sunt de partitione ipsius, habebunt à rege magnum honorem et utilitatem, et habebit eos rex in precio magno.

At si cadens uel combustus aut malè afflatus fuerit uel infortunatus, aut in malis locis figuræ, significat quòd annus erit defectiuorum lucrorum et laboriosorum, et erit diminutio in redditibus regum, crescēt mendacia et falsitates in hominibus et terrores, et eo fortius erit damnum in scriptoribus et mercatoribus, et eius significatores boni uel mali apparebūt in partibus occidentis, et in locis et ciuitatibus quæ sunt eius partitionis. Item si quando Luna fuerit anni domina, & potens & in bono loco & libera ab infortunijs, significat multas pluuias & utiles in aptis tēporibus, & homines sani erūt & paucarum infirmitatū, et habebunt largas uitas & cibaria multa. & erunt in suis dictis ueridici, maximè si recepta fuerit: qa hoīes tunc bonū habebūt ex parte regū, & pluuias aptis temporibus. At si malè affecta uel infortunata fuerit, contrariū signif. & damnū in toto mūdo generale: eius tamen significationes siue bonæ siue malæ, erunt magis affixæ & apparibiles in ciuitatibus quæ sunt de pertitione signi in

quo fuerit

quo fuerit Luna infortunata uel fortunata.

De significationibus planetarum existentiũ in ascendente & in aliis domibus, & primùm de Saturno. Cap. VII.

SI quando Saturnus fuerit in ascendente in reuolutione anni, & reuolutio fuerit diurna, & dominus domꝰ eius aspexerit eum bono & amicabili aspectu, & dominus medij cœli fuerit similiter in tali aspectu & tali receptione, significat quòd homines illius climatis illo anno erũt quieti & paucorum itinerum, & in bono statu, & habebunt bonum & mercedẽ à regibus suis & maioribus, & dabunt se ad expendendum largiflue, & maximè apparebit bonũ eius in domibus quæ sunt de natura signi in quo uersatur. At si fuerit ibi malè afflatus & infortunatus, damnum & impedimentum significat in corporibus hominum, & infirmitates & occasiones naturæ Saturni, & eo fortius si fuerit in signis accidentalibus, aut remotus ab aspectibus fortunarum. Si quando Saturnus fuerit in secunda domo, & dominus secundæ domus applicuerit ei, significat bonum statum & lucra in magisterijs & laborationibus, & quòd laboratores & ministeriales erunt fortunati & bonæ uitæ, & maximè erit eius bonum in rebus quæ sunt de natura signi in quo uersatur. At si Saturnus ibi fuerit fortunatus, significat diminutionem in substantia, & in hominibus paupertatem, damnum in magisterijs & mercibus pertinentibus ad Saturnum. Præterea si quãdo Saturnus fuerit in domo tertia ab ascendente potens & fortunatus, significat quòd anno illo unanimiter lætabuntur homines, diligent & associabunt se, & pascisentur inimicitiæ & mala uoluntas quæ fuerat inter eos, non inuidebũt sibi mutuò, nec malum uolet unus alteri. Sed si fuerit infortunatus ibi, abscindẽtur itinera, nec homines iter facient, & accident eis mala & timenda somnia, & quicquid dicent & proferent erit mendacium, & odit unus alterum, & abscindetur pietas & amicitia inter eos. Similiter si quando Saturnus fuerit in quarta domo & fuerit potens & receptus, significat ædificare & propagare agriculturam, & quòd homines hoc diligẽt & de eo multum erunt solliciti: sed si quando ibi malefi cus fuerit, significat quòd res & ædificia cadent, minuentur plantationes, abscindentur aquæ, & erit in populo diminutio & paupertas, & gens illius climatis erit obsessa, et non audebũt exire de suis uillis propter timorem inimicorum suorum: quod eo fortius erit & magis affixum, si quarta domus fuerit signum fixum, quia tunc erit damnum fortius & durabilius. Item si quãdo Saturnus fuerit in domo quinta fortunatus, significat quòd homines gaudebunt suis filijs, & ꝙ senes multorũ dierũ & ꝓpositi uillarum habebũt bonum & utilitatem ex parte alterius gentis, & ex parte filiorũ: sed si fuerit ibi infortunatus, damnũ et grauitatem significat ex parte filiorum. Si quando Saturnus fuerit in sexta domo, et signum fuerit humanum, significat infirmitates pro natura Saturni melancholicas et caducas, epilepsiam, maniam, lepram, et omnes infirmitates prouenientes de natura frigida et sicca. Et si signum fuerit quadrupedum, erit damnum et occasio in bestijs et gregibus, et in omnibus mutis animalibus. Porrò si quando Saturnus fuerit in septima domo, et signum fuerit humanum, gaudebunt homines mulieribus illo anno, et contrahent coniugium cum senibus: sed si signum fuerit terreum, petent et diligent homines res quæ fuerint de natura illius signi, siue animalia siue uegetabilia. Præterea si quando Saturnus fuerit in octaua domo, accidẽt mortes in animalibus quæ sunt de natura illius signi, quia si signũ fuerit humanum, morientur senes et antiqui homines: et si fuerit quadrupedũ, morientur animalia quadrupedũ. Ad hæc si quãdo Saturnus fuerit in nona domo, et signum fuerit mobile, facient homines illo anno longa itinera, et multum durabũt in eis: sed si signũ fuerit fixum, amabũt homines legem et delectabuntur in ea, diligent castitatem et uiuere secundum religionem: tamen si fuerit infortunatus ibi, accidẽt in itineribus labores et molestiæ, et submergentẽ naues in mari. Item si quãdo Saturnus fuerit in decima domo, et fuerit ibi receptus et fortunatus, significat ꝙ gentes habebunt bonũ statum cum regibus suis, et ꝙ reges facient eis bonum et mercedẽ offerent: sed si fuerit malefi cus et infortunatus in alto loco, et subleuatus super omnes alios planetas, significat quòd frigiditas et infortunium et malum eius superueniet generaliter per totã terrã, et tũc rex mutabitur de una domo in aliam, et faciet multũ mali, et multas collectas seu tributa imponet populo, et faciet ei quod iniquum. Præterea si qñ Saturnus fuerit in undecima domo, q̃ estꝰ loc⁹ boni et fortunę,

si ibi

si ibi fuerit fortunatus, significat quòd homines erunt bonarũ suspitionum, & complebuntur spes & rationes eorum, & habebũt bonum in itineribus suis & mutationibus: sed si fuerit ibi male afflatus, habebunt malum, tristitias multas, & destruentur eorum fiduciæ & rationes, nec complebũtur petitiones, & habebunt grauitates & defectum in uictu. Similiter si quãdo Saturnus fuerit in duodecima domo potẽs & saluus, quiescent homines & diligent se, & remouebunt à se malam uoluntatem & inuidiã: sed si quando ibi fuerit maleficus & infortunatus, litigabũt homines, & habebunt mutuas inimicitias, & accident in illo climate damna & occasiones ex litibus, & malas inter homines uoluntates.

Significationes Iouis existentis in domibus figuræ in reuolutione anni.

SAturnũ sequit̃ Iuppiter, qui si quando fuerit in ascendente in anni reuolutione, & fuerit ibi potens & fortunatus, & aspexerit eũ dominus domus, significat quòd homines illius climatis habebunt illo anno bonam fortunam et lucra ab omni parte, & sanitatẽ in suis corporibus, & gaudia multa, & erit bonum, maximè in bonis hominibus & religiosis, qui erunt honorati & in precio habiti, & extruentur ecclesiæ & oratoria, & petent homines sapientiam & legem: sed si fuerit infortunatus ibi, diminutionem substantiarum significat, uitas arctas, & quòd homines desistent à suis bonis factis & eleemosynis: etiam significat quòd rex cogitabit de corpore suo, & de filijs & domo sua, nec cogitabit de populo. Porrò si quando Iuppiter fuerit in secunda domo receptus & fortunatus ibidem, significat quòd populus habebit multa lucra, bonã uitam & largam, & maximè erit bonum in rebus quæ sunt de natura signi in quo fuerit. Etiam si dominus secundæ domus applicuerit ad eum, significat quòd lucra & utilitates euenient eis à parte de qua non suspicabuntur nec cogitabunt. Etiam si ipse applicuerit domino secundæ domus, significat quòd lucra eis euenient per labores suos. At si Iuppiter ibi fuerit infortunatus, significat quòd accipientur eis de suis substantijs, & quòd solliciti erũt de redditibus soluẽdis ac collectis, & iubebũtur soluere duplicatũ, & postulabit̃ ab eis ꝗd non habent, & pro ratione facultatum accident eis magnæ tristitiæ, & rex laborabit & cogitabit cõgregare substantiam, facere thesauros, recipere xenia & dona, & erit cupidus & sollicitus in conquirendo dominia & substãtias alienas. Præterea si quando Iuppiter fuerit in tertia domo, fortificatur eius significatio in lege bona & in religione, quia tertia domus est significatrix legum & religionum, & significat quòd homines associabunt & diligent se, & diuites amabũt eleemosynas facere & dare de suo, & cogitationes regis erunt in fratribus & sororibus suis, in astrologis et Astrologia, in diuinationibus et lege, et diliget facere itinera, et uolet ad se accersere homines bonę pgeniei, licet nõ sint de suo regno. Etiã si quãdo Iuppiter fuerit in quarta domo, et ibi fuerit fortunatus, significat quòd homines colent terras, et habebunt magnum profectum de eis et de prædijs suis. At si infortunatus ibi fuerit, significat quòd ibi erunt tristitiæ et diminutiões in illius anni fine, et significat uolũtates et cogitationes regis in faciendo castra et loca defendendi se, in muniendo ciuitates et castra, et faciẽdo res occultas et clàm, et habebit uolũtatem incipiendi rixas priuatim, et se dabit diuinationibus et incantationibus et facturis. Itẽ si Iuppiter fuerit in quinta domo, erunt salui filij gentium. et prægnantes uenient ad partum sine damno, et habebunt filios et prolem multam, et erit uoluntas et cogitatio regis in habendo filios et seruos, et in faciendo ciuitates. Sed si Iuppiter in sexta domo fortunatus fuerit, significat bonum statum seruorum, si fuerit in signo humano: sed si fuerit in signo quadrupedum, saluatio et bonum erit in bestijs, et infortunatiões in hominibus minuentur et bestijs. At si fuerit infortunatus ibidem, ægrorabunt homines ex apostemate et uentositatibus et his similibus, et erit uoluntas et cogitationes regis in seruis et inobedientibus, et dabit se speciebus et medicinis. Præterea si Iuppiter fuerit in septima domo fortunatus, gaudebunt homines mulieribus et mulieres hominibus, et simul conuenient: sed si fuerit infortunatus ibidem, discordabunt et disconuenient et inter se rixabunt̃, et erunt cogitationes regis in suis inimicis et in inuidentibus ei in suo dominio et regno, et in rebus quæ sunt de significatiõe septimę domus. Porrò si fuerit Iuppiter in octaua domo fortunatus, significat ꝗd minuet̃ mors in hominibus, et habebunt pietatem et ueri-

tatem

tatem in mortuos: ſed ſi fuerit infortunatus ibidem, morientur multi, uel erũt afflicti ſecundum ſpeciem ſigni in quo fuerit, & erunt cogitationes regis in faciendo foſſas & caueas, & in redditibus. Præterea ſi Iuppiter fuerit in nona domo, habebũt homines bonum in itineribus, & in mutando ſe de una domo in aliam, et illi qui uadunt per mare euadẽt, maximè ſi ſignum fuerit fixũ: etiam cuſtodiẽt homines quod dabitur in feudum, & amabũt bonum & obedientias & religiones, & erunt cogitatiões regis in itineribus & mutatiõibus, & dabit ſe Aſtrologiæ & ſomnijs & augurijs auium. At ſi Iuppiter in decima infortunat⁹ fuerit, erũt iuſtitiæ cõmuniter in omnibus hominibus illius climatis, & habebunt honorẽ & mercedem, & pietatem à ſuis regibus & dominis, & lucrabuntur cum ipſis, ac eis facient utilitatem. Sed ſi talis ibi nõ fuerit, ſeparabunt ſe domini & reges à populo, ita quo'd eis non facient nec bonum nec malum, et erit inter homines ius & rixa, ſcilicet de utroq; & erunt cogitationes regis in dando dignitates uni & auferendo alteri, & dãdo & faciendo dona & bonum hominibus. Similiter ſi fuerit Iuppiter in undecima, multiplicabuntur fortunæ, & habebũt homines bonam uitam & largam in toto climate illo, & habebut bonas res, quas non ſuſpicabantur & in quibus non habebant fiduciã, & erunt cogitationes regis in rebus quas facere debet, & in quibus habet fiduciã habendi bonum. Etiã ſi fuerit Iuppiter in duodecima domo fortunatus, gentes illius climatis habebunt utilitatem à ſuis inimicis, & lucrabuntur ex eis multum, et habebunt proprietates & lucra ex occaſione litis & interfectionum, & erunt regis cogitatiões de inimicis & rebus præteritis, et in pœnitendo ſe rerum præteritarum.

Significationes Martis exiſtentis in qualibet domo.

IOuem ſequitur Mars, qui ſi fuerit dominus anni et fuerit in aſcẽdente, et ibi fortunatus et receptus, ſignificat ꝙd gens illius climatis habebit profectũ illo anno ex litibus et interfectionibus, et animabunt ſe ſuper inimicos ſuos, et lucrabuntur uillas ſibi conuicinas: ſed ſi fuerit infortunatus, creſcent inter eos rixæ, et diſcordiæ, et ſe uulnerabunt et percutient et ſanguinẽ fundent, et propter hoc accidet eis magnũ damnum et malum. Et ſi fuerit in ſecunda, erũt furta et prædationes multæ in hominibus, et exiſtẽt multi latrones et prædones, et depopulabuntur loca terræ, et illi qui habent res in depoſito fraudes committent, et homines habebunt inopes uitas, et accident eis multa maleficia ac impoſitiões tributorum. Etiam ſi fuerit Mars in tertia, nõ aſſociabitur unus alteri, et erit inuidia et inimicitiæ inter eos. Sed ſi fuerit in quarta domo, emittet inde ſurſum et aſcendent eius calores et malæ naturæ ad omnes alios planetas: unde ſi fuerit ibidem in ſigno igneo, comburentur terræ et uillæ multæ, et accident mortalitates et multa damna ex igne et eius ſimili in mundo: ſed ſi fuerit in humano ſigno, accident in hominibus effuſiones multi ſanguinis et litium et bellorũ, quod malum fortius erit in fine illius anni, et erit generale in tota gente quæ ſubijcitur climati illius ſigni. Etiam ſi fuerit in quinta, laborabunt prægnantes et accident eis damna et labores. At ſi fuerit in ſexta, et ſignum fuerit ſiccum, accident hominibus infirmitates calidæ et ſiccæ: ſed ſi ſignum fuerit humidum, erunt infirmitates calidæ et humidæ: ſi uerò fuerit ſignum aëreum, accident hominibus morbi populares, mortalitates, infirmitates ſanguineæ et ex uentoſitate, et ſimilia: ut ſi ſignũ fuerit de animalibus minutis, accident mortalitates beſtijs et gregibus. Porrò ſi Mars fuerit in ſeptima, eſt malus et damnoſus, quia ſignificat inimicitias et diſcordias magnas, et accident hominibus furta, interfectiones ac contentiones multæ et rixæ in illo anno: hæc ꝙ maximè accidẽt in gente illius climatis accidẽtia ſcilicet mala, rixæ ac diſcordãtiæ ſimiliter. Et ſi fuerit in octaua, erit ibi horribilis mortalitas ſubitanea, ſecundum naturam ſigni in quo fuerit. At ſi fuerit in nona, abſcindentur itinera, et erunt in itineribus latrones et prædones multis et ſi fuerit aqueum, ſubmergentur nauigantes per mare. Sed ſi fuerit in decima, erunt reges et domini praui et mali genti, et facient eis malum ſine ulla pietate, nec memores erunt mercedis eorum, et interficient et ſpoliabunt et accipient tributa ſine iuſtitia et ratione. Etiam ſi fuerit in undecima, non amabunt ſe homines nec aſſociabuntur, nec habebit amorem aut pietatem unus cum alio. Etiam ſi fuerit in duodecima, accident genti metus et damna multa à ſuis inimicis, et fundent inter ſeipſos ſanguinem et rixas alent.

Significa-

Significationes Solis per domos singulas.

MArti rectè subiūgitur Sol, qui si fuerit dominus anni, & fuerit in ascendente, & ibi fortunatus & recept⁹, erit annus bonus dominis et regibus et nobilibus et altis hominibus, & habebunt prosperitatem: sed si fuerit infortunatus ibidē, significat malū & dānū in claris hoibus & nobilibus, & dānum applicabit ad corpus regū & dñorum, & multi cadēt à dignitatibus & altitudinibus suis. Etiā si quādo fuerit in secunda, perdentur substātiæ gentis, & accipient eas reges, & diligēt reges accipere & gubernare substantias & aurum & argentum, & minuentur substantiæ populi, & populus feret paupertatem & inopem uitam deget. Sed si fuerit in tertia, amabūt homines legem & bona facta, & laudabuntur propter orationes & religiones. At si fuerit in quarta, depopulabuntur paradysi & uegetabilia detrimento afficientur, si fuerit in signis significantibus uegetabilia: & cadent alti homines de nobilitate sua: si uerò fuerit in signo aqueo, minuentur aquæ & exiccabūtur herbæ terræ. Etiam si fuerit in quinta, lædūtur in prægnantibus creaturæ & minuuntur, & uix unquam euadet aliqua prægnans quin damnum aliquod patiatur. Item si Sol fuerit in sexta, accident infirmitates & dolores multi, maximè in oculis: & morientur animalia, si signum fuerit quadrupedum. At si fuerit in septima, significat quòd rex multum se ab hominibus segregabit & abscōdet. Et si fuerit in octaua, significat mortalitatem, si dominus octauæ aspexerit eum. Sed si fuerit in nona, habet magnas significationes & firmas fortunas, & erunt fortunæ ac significationes eius in lege & religione, & amabūt homines legem & bonum & castitatem, & ornabitur lex & qui studient ea quæ lege comprehenduntur. Etiam si fuerit in decima, ornabuntur reges & clarificnt, & maximè rex illius climatis: quia crescet uirtus & nobilitas eius & populi, et uicini decorabunt eum regno suo, & humiliabuntur ei, & obedient eius mandatis. Etiam si fuerit in undecima, significat bonum & gaudia multa genti climatis illius, & utilitatem habebit unus cum alio, & amabunt eos sui reges, domini & maiores custodient ipsos, & eis bonum facient & mercedem soluent. At si fuerit in duodecima, significat quòd gens illius climatis odio habebunt reges, & reges & maiores malū facient populo & grauitates imponent.

Significationes Veneris per omnes domos.

SOlis significationes excipit Venus, quæ si fuerit domina anni in reuolutione, & in ascendente, erunt homines sani & robusti in suis corporibus, et habebunt gaudia multa. Et si fuerit in secunda, habebit populus bonum statum et fertilitatem, et prouenient fructus et uegetabilia, et habebunt bona et largam uitam. Sed si fuerit in tertia, oderunt se mutuò homines et litigabunt inuicem. Etiam si fuerit in quarta, zelabunt homines mulieres multum et claudent eas, et finis illius anni erit melior et felicior suo principio. At si fuerit in quinta, gaudebūt homines pueris, et infantes euadent, prægnātes parient bono modo, et quos parient illo anno erunt maiori ex parte fœminæ, et homines multū capientur amore mulierū, et dabunt se cantibus et iocationibus et gaudijs, et induent pannos præciosos de seta et alijs similibus, et ement mulieribus ornamēta et res odoriferas, et formosæ mulieres magna ostentatione incedent. Etiā si fuerit in sexta et in signo humano, lucrabuntur illi qui uendunt seruos et seruas, et amabunt homines emere cantores et iocatores: sed si fuerit in signo quadrupedū, fiēt bestiæ cariores, et lucrabunt ex eis q uendūt eas, et euadēt ab infirmitatibus et occasionibus, et accidēt infirmitates mulieribus p̄ nimia cōmestione et multa debilitate stomachi. Etiā si Venus fuerit in septima, et ibi fuerit fortis et potēs, in illo anno diligēt homines mulieres, et cōtrahent cōiugia et nuptias multas celebrabūt, et ex illa parte multa gaudia et fortunas bonas habebūt: sed si fuerit infortunata ibidē, rixabuntur mulieres cū maritis, et erūt inobediētes eis, et rixādo exibūt domos suas, et separent se multi homines ab uxoribus suis. At si fuerit in octaua, erit magna mortalitas in mulieribus, si fuerit ibi malefica. Sed si fuerit in nona, itinera erunt in illo anno bona et sine periculo, et habebunt homines bonum et utilitatem in itineribus et permutationibus, et diligent legē, nec habebunt magnam dilectionem ex mulieribus, et retrahent se à uitijs et uoluptatibus corporis. At si fuerit in decima, reges diligent mulieres, ornabunt eas et ponent sibi in laudē, et eas potentes facient, et præcipient mulieres populo, et prohibebūt in regno, et populus erit in bono statu, et continget ei bonū à suis regibus et dominis, et

illi qui

illi qui habuerint dominiũ & imperium in hominibus, erunt bonæ legis & religiosi & factores boni, & reges diligent & honorabus iocatores & cantores, & eos qui sunt de natura Veneris. Etiam si quando fuerit in undecima, associabũtur multi homines mulieribus, & unus capiet amore alterius, committent fornicationes multas prohibitas, & erit annus in quo multũ dabunt se homines gaudijs & uitijs corporalibus cõtra legem. At si quando fuerit in duodecima, oderunt homines mulieres, uilipendẽt eas, & quamplures hominũ auferent potentiã mulieribus suis, & omnibus modis mulieres illo anno erunt infortunatæ.

Significationes Mercurij per domos singulas.

VEneri natura subiecit Mercuriũ, qui si fuerit dominus anni in reuolutione & in ascẽdẽte, erit bonus annus pueris, & euadent ab omni damno & occasione, & habebũt gaudia & lætitias, & discent documenta & scientias & magisteria, & omnino quicquid eorum magistri docebunt. Etiam si fuerit in secunda fortunatus, lucrabuntur suis mercimonijs mercatores, & ministri magisterijs suis, & proficiet unus cũ alio, & custodient quod eis est impositũ, & erunt fideles & integri inuicẽ: sed si ibi fuerit infortunatus, significat minutionẽ & paupertatẽ, & quòd homines se dabunt lucris ignominiosis, & obseruabunt modicã fidelitatẽ inter se, & emittẽt mercatores, & illi q se dedunt scientijs & documentis uenient ad deficientiam. At si fuerit in tertia, diligent homines sapiẽtias legis, & petent & rationabũt eas, & disputabunt de lege & eius scientijs. Sed si fuerit in quarta, erunt capti illo anni multi ex scribis, & ex his qui tenent libros computationũ & redditus regum: & si signum fuerit fixum, multum durabunt in carcere: sed si fuerit mobile, citò exibunt: & si tunc Mars aspexerit illum locũ, significat quòd dabuntur eis magnæ percussiones & tormenta, & forsitan interficientur. At si fuerit in quinta fortunatus, erit annus in quo prægnantes erunt fortunatæ, & parient bono modo, & illi quos parient illo anno, aut illi ex quibus fuerint prægnantes, erunt subtiles & intelligentes: sed si fuerit infortunatus ibidem, infelices erunt multum mulieres illo anno, nulla prægnans perueniet ad partum. Et si fuerit in sexta, accident infirmitates & dolores in infantibus, quod malum erit secundum infortunium existens in signo in quo fuerit. Etiam si fuerit in septima, abhorrebũt homines mulieres, & amabunt pueros sodomiticè, & facient fornicationes fœdas & turpes. Etiam si fuerit in octaua, multum morientur pueri. Sed si in nona, facient homines itinera & mutationes de uno loco in alium, & amabunt homines perquirere legem & scientias legis & alias sapientias. Etiam si fuerit in decima, erunt honorati sapientes & scribæ, & erunt præpositi & maiores ciuitatũ, & consiliarij & priuati regis: & si fortuna aspexerit locum illum, erunt boni & recti & legales: sed si ibi aspexerit infortunium, erunt mali & facient proditiones & deceptiones, & accident genti per eos damna & labores. Etiã si fuerit in undecima, amabunt & associabunt homines se inuicem, & habebunt utilitatem ex amicitijs & societatibus suis, & offeret & dabit dona unus alteri. At si fuerit in duodecima, rixabuntur cum hominibus filij & seruientes, & reducẽt eos ad modum inimicorum.

Significationes Lunæ per domos singulas.

QVando Luna fuerit anni domina in reuolutione & in ascendẽte, & ibi fuerit fortunata, erit annus bonus & prosper hominibus in suis corporibus & uictibus: sed si fuerit infortunata ibidem, iudica contrarium. Etiam si fuerit in secũda domo & fortunata, lucrabuntur homines multũ, & habebunt profectum de suis substantijs & redditibus: sed si fuerit infortunata, habebunt indigentiam, & accident eis diminutiones & paupertates & fames magnæ. Etiam si fuerit in tertia, gaudebunt homines in itineribus & suis cõsanguineis & societatibus. At si fuerit in quarta, & signum fuerit infortunatum, erit populus fortiter obsessus, & accident ei carceres & anxietates graues. Sed si fuerit in quinta, erunt homines in filijs fortunati, & gaudebunt in illis, & bonũ forum & plenũ rebus, quibus similiter gaudebunt. Etiam si fuerit in sexta, significat quòd populus separabitẽ illo anno à uitijs corporis, & uiuet religiosè magis quàm cõsueuerat. Etiam si fuerit in septima, erunt homines in mulieribus fortunati. At si fuerit in octaua, accidet mortalitas hominib. & si fuerit infortunata, erit peior: & si fuerit in aliqua domorũ Martis, erit mors per lites & interfectiones. Præterea si fuerit in

nona, facient homines multa itinera & mutationes, & ibunt extra sua loca, idq; erit secundum signum in quo fuerit, quia erunt itinera per terram & per mare. Sed si fuerit in decima, erit populus in bono statu & honoratus, & eum honorabit & laudabit rex & domini, qui diligent eum: & eo magis erit hoc, si ipsa fuerit aspecta à domino medij cœli. Etiam si fuerit in undecima, erit annus bonus & fortunatus in omni re. At si fuerit in undecima, accident genti illius climatis, quod est signi in quo ipsa fuerit, rixæ & inimicitiæ ac lites. In summa nota quòd si dominus anni malè affectus fuerit, accident eius damna in ciuitatibus quæ cõprehendũtur in partitione signi in quo fuerit: & si ille planeta fuerit in ascendẽte, erit hoc in terris orientalibus ab illo signo: sed si fuerit in septima, erit damnum in suis terris occidentalibus; quemadmodum si fuerit in medio cœli aut in angulo terræ, erit significatio eius in omnibus suis terris meridionalibus & septentrionalibus. Et si fuerit ille planeta Mars, erit damnũ & occasio quæ accidet in illo climate, per ignes & calores, & p infirmitates calidas & siccas. Similiter etiã erit, si planeta nocẽs fuerit in signo calido: sed si fuerit in signo frigido, erit damnũ per submersionẽ, per sitim, p occasiones & infirmitates frigidas: at si fuerit in signo aëreo, erit dãnũ p uẽtos & tenebras ac pluuias, & p infirmitates uẽtosas: ut si fuerit in terreo, erit damnum per terræmotus & depopulationes, per diruptiones & casus domorum & ædificiorum. Similiter etiam erit damnũ & occasio in omnibus rebus, quæ sunt de partitiõe illius signi, & in animalibus & uegetabilibus & similibus rebus. Nota etiam quòd infortunia, ubicunq; acciderint in signis, adducunt in illo signo damnum & occasionem secundum naturam & conditionem signi illius: ut si signum fuerit humanum, erit damnum in hominibus: & si fuerit quadrupedum, erit in bestijs & animalibus: si uerò fuerit uegetabiliũ, erit in uegetabilibus & frugibus: ut si fuerit aqueum, erit damnum in aquis & in animalibus aquaticis. Et generaliter accidet res in rebus quæ sunt sub partitione & significatione proprietatis signi. Nota etiam quòd signa terrea significant uegetabilia. Porrò si damnator fuerit in Tauro, erit damnum in arboribus & fructibus odoriferis, sicut est mirtus & laurus, & similia: & in omni arbore pulchra & bonæ apparentiæ. Sed si damnator fuerit in Virgine, damnum erit in segetibus & in omni legumine. Similiter iudica de aquis: ut si dãnator fuerit in Pisce, erit damnum in aquis dulcibus & in magnis fluminibus: sed si fuerit in Cancro, erit in lacunis & in paruis riuis & in paludibus seu stagnis: ut si fuerit in Scorpione, erit in mari & in aquis salitis.

De cognitione loci terræ in quo euenient accidens. Cap. VIII.

PTolemæus uolens scire longitudinem habitabilis terræ, incepit ab insulis quæ nominantur Halydat, & sunt in mari Romano: nec ab illis insulis antea sciebatur quid sequeretur præter occasus Solis quotidianos. Accepit autem ab hoc loco usque ad uillam quæ est in fine terræ de Cyn, ultra quam uillam antea nesciebat quid esset in illa parte, nisi quòd Sol similiter oriẽ ibi ut illic occidit. Quod faciens ipse inuenit motum Solis de uno loco ad alium duodecim horarum, & inde posuit totam longitudinem terræ habitabilis centumoctoginta graduum, quorum quilibet eorum cadit directè in zenith uillæ, cuius longitudo computatur secundũ numerum illius gradus ad centumoctoginta gradus. Vnde si quando uolueris determinare uillam quæ est in directo gradus in quo fuerit fortuna uel infortunium, dirige ascendẽs anni mundi ad locum medietatis terræ, (hic locus nominatur Catha) & est remotus ab oriente 90. gradus & totidem ab occidẽte, nec habet aliquã latitudinem: et horæ istius loci sunt minus horis baldach 1. hora & 3. quia longitudo ab oriẽte usq; ad baldach est 110. grad. Postea accipe ab illo gradu ascendentis usque ad corpus aut radios planetæ, cuius significationem scire uolueris, per gradus æquales eundo per medium cœli, & nota quot sint, & eius proportionẽ quam habent de trecentis sexaginta gradibus, et accipe illam proportionẽ de centumoctoginta, & erit duplum illius. Dixit etiã: Accipe illosmet gradus quos inueniſti ab ascendente ad planetã, nõ accipiendo proportionẽ, & accipe medietatẽ eorũ, & diuide eam per longitudines uillarum, & quæcunq; uilla cuius longitudinem ab oriente inueneris conuenientem cum illis gradibus, erit in zenith illius gradus, & in illo loco erit bonum uel malum in illa significatione. uerbi gratia: Ponamus quòd ascendens fuerit Aries tertij gradus, & planeta in quo est radius qui significauit bonum uel malum,

in decimo

in decimo gradu Capricorni: unde accipimus 3. gradus Arietis, Piſcis & Aquarii 60. & Capricorni 20. q omnes ſimul cõputati conſtituunt 83. gradus: quorum medietatẽ accipimus ſecũdum proportionem 183. ad 60. & inuenimus 41. gradus & 20. minuta: & dicimus quòd omnis uilla cuius longitudo ab oriente eſt 41. gradus & dimidij, erit in zenith illius gradus, & in illo loco accidet ſignificatio boni uel mali. Etiam aſpice ſi gradus ille eſt ſignorum orientalis uel occidentalis, aut meridionalis uel ſeptentrionalis, aut ſi eſt in puncto ipſiuſmet partis, uel ſi eſt in dextro uel in ſiniſtro eius, & iudica quòd accidens erit in illa parte. Aſpice ſimiliter quæ uillæ ſint ſub partitione ſigni, & in qua parte quatuor partium cadant, & miſce id cum partitione longitudinum, quas diximus. Etiam in diſcernẽdo has uillas, terminabis locum ipſummet in quo cadit aſcendens, uel multũ circa ipſum. Poſtmodum conſidera cuius termini ſit ille gradus & in quo loco cadat dominus illius termini, & quem aſpectũ habeat cum illo planeta, & ſi ambo planetæ fuerint fortunati, affirmant & corroborant in omnibus ſignificationib. ſed ſi ambo fuerint infortunati, contrarium eueniet: & ſi alter fuerit fortuna & alter infortunium, miſce ſignificationes inter eos, & da maiorẽ ſignificationem magis firmo eorum, & ei qui fuerit ſignificator. Hermes non ſic ut Ptolemæus faciebat, ſed accipiebat terminos planetarũ à principio Arietis, quæ eſt triplicitas orientalis, & adiungebat terminos unum alteri, & dabat cuilibet gradui uillam unam, quæ erat in ſuo directo uſq; ad gradum in quo erat planeta fortuna uel infortunium, cuius uolebat ſcire accidens & ſignificationẽ, & dicebat quòd ſignificatio & accidens illud accideret illi uillæ. Quod ſanè ſic collectũ, ſequitur in eclipſibus & alijs accidẽtibus quæ nominauit Hermes. Alij ſapiẽtes eum in ſuis libris ſequentes dicunt: Aſpice terminum in quo fuerit infortunium, & quarũ uillarum ſit ex uillis illius ſigni in quo fuerit ille terminus. Videntes enim quod omnia accidentia ueniunt et exeunt à ſignis et planetis, diuiſerunt huius ſcientię periti terras & quartas ſuas per ſigna & planetas: ſimiliter etiam & eodem modo diuiſerũt corpus hominis per ſigna & planetas. Vnde ſi quando inueneris ſignificationem infirmitatis in genere ꝓgenici hominis, termina membrum in quo eſt infirmitas per membra, in quibus habuerit illud ſignum dñium corporis humani, & iudica decrementum & augmentũ illius infirmitatis, & terminũ in quo ſanabit ſecundũ corroborationes fortunarũ & infortuniorũ in illo loco: & ſi anni & menſes quo terminant fortunæ & infortunia ſint ſecundũ annos datos planetis iuxta fridarias ſuas, & planetæ ſimiliter habeãt partitionẽ in membris, iudica ſicut eſt in locis ſuprà poſitis de eadẽ materia. Etiã ſi qñ Sol fuerit in quadratura Sat. & Mars iunctus cum Saturno, aut in quadratura Solis ab alia parte, hoc denotat damnũ & infortuniũ maximum Soli, & maximè ſi talis conſtellatio ei acciderit in introitu exaltationis ſuæ. Similiter etiã omnis planeta qui hos aſpectus infortuniorũ habuerit in introitu exaltationis ſuæ, & pars fortunæ & eius dominus remoti fuerint ab eorum aſpectibus, denotat infortuniũ multum & forte, & eſt ſignificatio mala: quia ſignificat genti uillarum in quibus ille planeta dominium habuerit, grauitates & occaſiões magnas, & quòd reges eorum facient eis magna mala & prædationes, & accidẽt eis damna & rixæ multæ. Et ſi aſpectus infortuniorũ fuerint à ſignis fixis, erit damnũ durabile per longũ tẽpus: ſed ſi fuerint à mobilibus ſignis, parũ durabit: ut ſi à cõmunibus, erit damnũ multis uicibus: compeſcetur enim & reiterabitur ſæpe.

De ſignificationibus planetarũ quum ſunt domini quartarum anni, & primùm de Saturno. Cap. IX.

IN quartarum explicatiõibus primus ſe nobis (ut in præcedẽtibus fecimus) offert Saturnus, qui ſi fuerit dominus alicuius quartæ anni, et eũ inueneris in aliquo angulorum Martis, ſignificat grandes interfectiões et lites magnas, et uincẽt illi qui ſunt in terra partionis Saturni, et qui in terra uillarum quæ ſunt partitionis ſigni in quo fuerit Saturnus: quia Saturnus eſt dominus temporis anni.

De Ioue.

SAturnũ ſuccedit Iuppiter, qui ſi fuerit dominus temporis, ſignificat ſaluationem et ſecuritatem illius climatis, nec accidet interfectio ibi, nec aliqua grauitas: et Saturnus adiuuat Iouem in locis, in quorum dominio habuerit partitionem.

De Marte.

IOuem ſubſequitur Mars, qui ſi fuerit dominus tẽporis & habuerit aſpectũ quos prædiximus cum Saturno, & fuerit remo-

li a tus ab

tus ab aspectibus Iouis, & applicuerit Saturno, accident illo tempore damna et metus & rixę multæ, ac dicta turpia & tristitię: idq; totum accidet in climate & in terris, ubi habuerit dominium signum in quo fuerit Mars. Et si in tali coitellatione eueniat Iouem esse in aliquo angulorū Martis, minuuntur hæ significationes: & si aliqua harum occasionum accidat, non procedet si Iuppiter aspexerit ibi.

De Sole.

MArtem suam actem seruans sequitur Sol, qui si fuerit dominus temporis, & in signo in quo fuerit firmā habuerit dignitatē, significat bonā aptationē & quietem & pacem, societates & multum bonū in illo tempore. Sed si fuerit infortunatus ibidem à Marte, significat q; multæ grauitates & damna accident dominis nobilibus, claris, & sapientibus hominibus, & labores ac tristitiæ ratione litis, & infirmitates. Tamen si Iupp. fuerit in loco, in quo queat prohibere damna Martis, diminuentur hæ significationes.

De Venere.

CAlorem Solis bono ordine excipit Venus, quæ si fuerit domina temporis, & Mars ab aspectibus eius remotus, significat gaudia & alacritates & modicas rixas in illa quarta, & nullum malum fiet, si Deus uoluerit.

De Mercurio.

VEnerem amicus uenerabilis excipit Mercurius, qui si fuerit dominus temporis, significat q; homines habebunt noua, chartas & legationes, uerba & rationes, & quòd rex habebit nouum in terra appropriata Mercurio, aut ueniet rex ex alia terra.

De Luna.

MErcurium terra propinquior sequitur Luna, quæ si fuerit domina quartæ, & eam firmam & fortunatam inueneris, iudica q; nō erūt interfectiones, nec malum aliquod in illa quarta: sed si fuerit malè afflata & infortunata à Marte, iudica q; accidēt interfectiones & labores, et accidentia mala secundū naturam & significationes signi, idq; fortius accidet iuuenibus, secundum potentiā & uirtutem quam habuerit Mars in Luna. Præterea si quādo in introitu Solis in Arietem, non inueneris aliquem planetam aptū ut sit dominus quartæ, da semper Marti partem & dominiū in introitu Solis in Arietē, & iudica quartam secundū suum locū et potentiam, si alium dīm non poteris habere. Similiter etiā fac de Luna in introitu Solis in Cancrum. Similiter quoq; de Venere in introitu Solis in Libram. Similiter præterea de Satur. in introitu Solis in Capricornū: & fac si quando non habueris planetam aptum, ut sit dominus quartæ.

De cognitione locorum in quibus res cuenient, Cap. X.

SI quando scire uolueris loca in quib. superuenient contingentia, aspice quis planetarum sit dominus signi ascendentis, & si fuerit Satur. dominus anni aut quartæ, iudica q; Romani habebunt bonum, & magis poterunt q; eorū inimici quos facilè uincent: morietur tamē eorum rex, & accidet in aliquibus eorum mortalitas: etiam habebunt bonum illi de terra Deylez, & illi de terra Debaylen, & de Cabreiztē: quia Saturnus habet ibi dominium. Sed si inueneris Iouem aut Venerem ibi in commixtione Saturni, minuitur de malo quod diximus à Romanis euenturum, & eo quod diximus, q; rex eorum morietur: quoniam applicabit ad mortem, sed nō morietur. Pessimus & fraudulētissimus est Saturnus in introitu Solis in Arietem, & si quando fuerit in oppositō Solis retro gradus, aut si Sol applicet ei in signo peregrino: qa tūc significat rixas & interfectiones inter illos de oriente & occidente, & lites in diuersis locis. At si quādo inueneris Iouem dīm anni uel quartæ, habebunt homines fertilitatem & cōplementum, & accidēt in terra Persarū anxietates, & habebūt homines multū triticū & multiplicabit bonum in eis. Et si Mars ibi habuerit commixtionem cū Ioue, & fuerit Mars corroboratus & firmus, panis fiet carior in fine quartæ, uel in fine illius anni, & omnes significationes ipsius erūt in terra partitionis signi in quo fuerit Mars. Etiam si qn̄ inueneris Martem dīm anni aut dīm quartæ, aspice signū in quo fuerit, & iudica q; in terris illi⁹ signi erunt pluuiæ multæ, & gentes terrarū quæ nō fuerint sub partitione Martis habebunt bonum, & inimici malū facient de terra de Layrach, & accident in hominibus mortalitates, & maximè in iuuenibus & in his qui nō sunt senes. Etiam si qn̄ Mars fuerit stationarius, & moueatur motu Saturni, significat destructionem & abscisionem progenici, non obediēt serui suis dominis, nec gens minuta suis maioribus: sed si ibi ueneris

ueneris Iouem mixtum Saturno, minue de his malis significationibus & iudicijs secũdum q̃ inueneris ex potentia ac statu Iouis defluere. Etiam si quando inueneris Solem dominum anni aut dominum quartæ, iudica q̃ illi de terra Layrach habebunt bonũ, nisi q̃ aliquę anxietates & molestiæ accidẽt suis maioribus & mortalitas in eis: & si fuerit ibi Mars commixtus cum Sole, significat combustionem: etiã si inueneris ibi Saturnum mixtum cum Sole uice Martis, significat quòd accidẽt multæ infirmitates: sed si Iuppiter & Venus fuerint à Sole remoti, accidet mortalitas in terra Layrach et alia quædam, quæ secundum status & irradiationes Solis iudicabis, & prædices inde statum & negocia regum & nobilium. Præterea si quando inueneris Venerem dominam anni uel quartæ, iudica q̃ illi de terra Persiæ usq; ad littus maris, gaudia & hilaritates habebunt, & erunt in India interfectiones & morbi populares & mortalitates: etiam si ibi inueneris Martem commixtum cum Venere, iudica q̃ in terris Arabię accident fames & indigẽtię magnæ & multæ mortalitates, & gentes illius terræ ibunt de una terra in aliam quærẽtes panem & uictũ, & hoc durabit donec aspiciat eos Iuppiter cum Venere Ioue habente potẽtiam: tũc enim minuent̃ hæ significationes Deo adiuuante. Etiam si quando inueneris Mercurium dñm anni aut dominum quartæ, iudica q̃ illi de ínsula Yspahen bonum habebunt, gaudia & lætitias: at illi de Adirigem anxietates & fames habebunt, & terræmotus: ut illi de terra de Ylez & Leyhelem & Tabazem, utilitates habebunt & bonum. Et si ibi inueneris Martem commixtum cũ Mercurio, iudica quòd in terris signi in quo fuerit Mars, erunt interfectiones & anxietates & indigentiæ ac bella, & quòd maiores destruent minores: erit tamen ibi repletio segetũ. Item si Lunã inueneris dominã anni aut quartæ, & habuerit commixtionẽ cum Ioue aut Venere, iudica quòd in illo anno uel quarta erunt pluuiæ & niues secundum tempus, & accident Romanis indigẽtiæ & terræmotus, & Indis maximè anxietates & labores, & in terra de Zin usq; ad Zazesten morientur eorum maiores & diuites.

De reuolutione anni generaliter inquisita, & per singulos planetas. Cap. XI.

REuolutionem anni facere uolẽs, considera quãdo Sol intrat in primũ minutum signi Arietis, & apta ascendens in illa hora ad uillam in qua fueris, etiam apta ascendens medij mundi, & ascendentia in quolibet climate, similiter etiã ascendentia pro singulis uillis quas uoles, & inuenies ascendentia climatum & uillarũ diuersa inter se, et unum differre ab alio. Quod ubi feceris & scieueris ascendentia climatũ & uillarum quęlibet per se, apta similiter planetas in illa hora, & cõsidera ubi cadat ascendens cuiuslibet climatis, (quoniam non poteris scire ascendentia mundi nisi per hanc uiam) & secundũ diuersitatem eorum pronuncia uariè, & quòd forsitan morietur rex alicuius climatis, & ille alterius fortè habebit prosperitatẽ & bonum: & quòd fortè bonum & fertilitas sit futura in uno climate, & indigentia & fames in alio: quod omne non potes scire nec determinare, ut dixi mus, nisi per hanc uiam. Si quãdo ascendẽs anni fuerit Aries, & Mars fuerit in eo, uel bono aspectu eum aspexerit, & fuerit saluus & incõtaminatus, significat bonum & saluationem illo anno, nisi fuerit in Libra, in qua si fortè inueniãtur lites illo anno significat: quoniam dominus ascendentis staret in contrario & opposito ascendentis. At si fuerit retrogradus, significat tristitias & anxietates in hominibus terræ, cuius ascendens fuerit. Etiã si Satur. fuerit in ascendente, significat quòd accident hominibus anxietates & tristitiæ ex parte regis in illo anno. Etiam si Mars aspexerit ibi de quarto uel opposito signo igneo, significat q̃ interficietur in illo anno una pars gentis illius climatis: & tẽpus in quo illud accidet, scies à gradib⁹ qui sunt inter eos. Præterea si quando Iuppiter fuerit in ascendente, & non aspiciat dominũ medij cœli, uel dominũ partis fortunæ, uel si fuerit retrogradus, pessimo in statu est ac significationib. At si quando Sol fuerit in ascendente, significat quòd rex habebit multos filios: & si applicuerit ad Saturnum, qui est dominus medij cœli, significat q̃ homines adiuuabunt reges suos & maiores, nisi dominus medij cœli fuerit in octaua, & Sol in secũda: quia in tali constellatione moritur rex, aut perdit substantiam suam, uel descendit de honore suo.

De Sole.

NOta quòd si quando Sol fuerit in ascendente uel in medio cœli, significat quòd rex erit iustus & quietus, & sine cupiditate bonorum gentis: & si fuerit in angu-

lo occidentis, significat quòd rex stabit separatus & occultus seorsim ab hominibus, & non poterunt eum uidere: sed si quando fuerit in angulo terrę, significat ꝙ rex habebit illo anno multos captos. Præterea si fuerit in nona, significat quòd rex illo anno faciet itinera: & si in undecima, rex illo anno faciet bonum multũ: etiam si in quinta, dabit se rex multum illo anno iocationibus & blanditijs. Sed si qñ in tertia, associabit se rex multum cum militibus illo anno: & si fuerit in secũda, rex illo anno multam pecuniã congregabit: at si quando fuerit in sexta, habebit rex illo anno tristitias & infirmitates, maximè si eum aspexerit dñs octauæ domus, & illo anno forsitan morietur. Etiam si qñ Sol fuerit in duodecima, habebit rex illo anno anxietates & cogitatiões magnas propter inimicos qui insurgent contra eum.

De Luna.

QVando Luna est in ascendente, significat. prosperitatẽ & saluationẽ populi in suis corporib. & in omnibus membris suis. Etiã si Luna fuerit in duodecima domo, significat quòd populus habebit illo anno bonum & utilitatẽ. Etiam si fuerit in tertia, significat ꝙ populus faciet itinera commoda, ex quibus lucrabitur. At si in quarta, significat ꝙ populus habebit tristitias & anxietates multas. Sed si in quinta domo, significat quòd illo anno gaudebit & lætabitur populus propter fertilitatẽ & repletionem segetis & uictus. In sexta uerò significat ꝙ accident hominibus infirmitates in oculis. In septima etiam significat quòd multi mirabuntur illo anno. Sed si in octaua, significat mortalitatẽ: & si signũ octauæ domus fuerit domus Martis, significat quòd mortalitas erit ex litibus & interfectionibus. At si in nona, significat ꝙ homines tenebunt legem & custodient eam illo anno, & hoc si signum fuerit domus Iouis: sed si signum fuerit domus Mercurij, significat quòd nõ custodiẽt legem. Luna existens in decima, significat quòd populus dabit se multum illo anno operibus manuũ suarum. Nec non in undecima, significat quòd populus iudicabit illo anno malos homines, ac illos qui faciunt turpes fornicationes. Luna tandem in duodecima inuẽta, signific. ꝙ populus in illo climate multos inimicos habebit.

De Saturno.

SAturnus quum est in ascendente, significat damnũ in mercibus. Etiã Saturnus in 2. signific. modica lucra, quẽadmodũ in tertia accidit hominibus mors in itinere, & in quarta malum accidit in captiuis. In quinta uerò significat quòd ualdè morietur homines minuti de populo: at in sexta significat damnum in bestijs, & in septima significat quòd homines relinquẽt mulieres senes, et in octaua mortalitatẽ camelorũ significat, & in nona significat quòd erũt bonæ apes, & in 10. tumultuabunt mali homines & uiles, ut in 11. significat quòd rex erit rectus et ueridicus, & in 12. significat mortalitatẽ inimicorũ. In summa si fuerit ibi retrogradꝰ, significat defectũ omnis boni, & augmentum omnis mali.

De Ioue.

QVando Iuppiter est in ascendẽte, significat quòd homines euadẽt ab omni malo corporali: & in secunda lucrabunt homines ex mercibus & alijs rebus. In tertia ꝑterea significat fortunã & prosperitatem, & in 4. caritatem annonæ in fine anni, idq; magis si signum fuerit terreũ. In quinta etiam liberationẽ filiorum & prægnantiũ illo anno denotat. Etiam si quãdo fuerit in sexta, significat febres & infirmitates calẽtes: & si in septima, significat multũ bonũ in anni medietate, & meliorem successum in arboribus, & fructus multos. At si fuerit in octaua, significat mortes subitaneas, & in nona facient homines itinera, & ibunt multas supplicationes & romerias. Porrò in decima significat caritatẽ annonæ: ut in undecima significat lucra & merces in omnibus rebus. Etiã si Iup. fuerit in 12. significat in arboribus siccitatem: & si fuerit ibi retrogradus, minuit de bono et crescit malũ.

De Marte.

SImiliter si quando Mars fuerit in ascendente, significat multã effusionẽ sanguinis in illo anno: & in secũda, significat quòd bestiæ bene uendent, & omne animal quod habet ungulas. At si in 3. accidẽt multæ rixæ inter fratres & amicos & inter homines cum societatibus eorum, & in domibus suis. Etiam in 4. significat lites & prælia in fine anni, & si in 5. mouebuntur prægnantes, ut in 6. significat uulnera & scabiem, milium & lignomes & dolores capitis. Porrò si in 7. fuerit, significat multas fornicationes & pauca cõiugia: & in 8. morient homines ex infirmitatibus calidis & sanguineis. At si fuerit in 9. significat multos latrones & prædones in itineribus.

bus. Sed si fuerit in decima, significat gaudia & prosperitatem illis qui se dant armis et militibus: & in 11. significat quòd milites liberè dabunt multum bonum illo anno: et in 12. signif. ꝙ multi erũt interfecti gladio.

De Venere.

QVando Venus est in ascendente, significat hominibus multa gaudia illo anno, & perficient itinera multa: at in 2. significat fructuum caritatem, quia non multi erunt fructus: & significat meliorem puentum in arboribus. Etiã si fuerit in 3. significat ꝙ homines illo anno facièt itinera multis & ex uarijs causis, quæ non erunt ueræ. At si in 4. significat ꝙ homines illo anno orabunt, & obedient Deo. Etiam si in quinta, significat prosperitatem illo anno in iuuenibus, & in omni re noua. Sed si fuerit in 6. significat dolores & infirmitates in natibus & eis similibus. At si in 7. significat, prosperitatem mulieribus & hominib. effœminatis. Sed si in 8. iuuenes morient̃ multi. Etiam in 9. significat ꝙ Arabes reijcient suã legem illo anno, nec eã custodient. Præterea si fuerit in 10. significat illo anno caritatẽ omniũ specierũ, & ꝙ erũt paucæ. Etiã in 11. significat leguminũ caritatẽ & similiũ: & in 12. signif. uituperationẽ lapidũ precioſorum, & ꝙ illo anno nõ bene uendent. Cũ Venus est retrograda, signif. dãnum in suis significationib. & crescet malũ eius: & quũ est fortunata, meliores habet & in melius tendentes significationes suas.

De Mercurio.

QVando Merc. est in ascendente, significat bonũ statũ & lucrũ mercatoribus & scribis: & si in 2. signif. ꝙ erunt sapientia & sapientes honorati: & in 3. signif. ꝙ hoies illo anno facient itinera causa mercationũ: & in 4. significat tristitiã scribis & mercatoribus: & in 5. habebunt homines multos filios: & in 6. signif. multas infirmitates infantib. At si in 7. erunt homines sodomitæ & de turpib. fornicationibus: & in 8. significat mortalitatem infantibus & affinibus: & in 9. signif. ꝙ homines multum sedabunt scięti̇js & astrologiæ: & in 10. erũt astrologi illo anno honorati et in precio habiti: & in 11. signif. ꝙ rex uocabit ad se sapientes & ornabit eos. Etiam si fuerit Mer. in 12. significat ꝙ mercatores & sapientes illo anno descendent. Cum Merc. est retrogradus, diminuuntur eius bonæ significationes, & crescunt malæ.

De iudicijs partium. Cap. XII

QVando pars fortunæ est in secunda domo, significat diuitias multas: et si fuerit in signo igneo, significat posse in igne & in rebus calidis: at si fuerit in terreo, significat augmentũ in herbis & uegetabilibus: ut si fuerit in aẽreo, significat multos uentos: & sic cõsequenter cõsiderabis omnes partes. Partes mali, significant malum pro natura loci & signi in quo fuerit: et partes boni, significant bonum pro natura loci & signi in quo fuerit.

De significationibus litis. Cap. XIII.

ABsoluimus inquisitiões reuolutionum & partium, modò prosequemur inq̃sitiones significationum litiũ & bellorum, quę ut plurimum à Marte pendent. Si q̃n ergo Mars fuerit in anno coiunctionis receptus, quiescunt lites in tota illa cõiunctione: & si alicuius anni fuerit significatio litis, extinguit eam. Si q̃n acciderit coniunctionẽ esse in ascendente, aut si applicuerit reuolutio anni ad locum coniunctionis, minuunt̃ substantiæ regis, & accident multæ occasiones, morbi populares, mortalitates & damna in corporibus hominũ, idq̃ in primo anno cõiunctionis: etiã significat depopulationẽ terrarum quę fuerint sub significatione illius signi. Præterea si q̃n cõiunctio fuerit in 2. domo, significat mortẽ nobilium hominũ, & ꝙ stulti & rerum imperiti honorabunt̃ & laudabunt̃. At si q̃n fuerit in tertia, significat destructionẽ eccleſiarũ & oratoriorũ. Etiã in 4. significat minutiones & depopulationes uillarum & castrorũ: & in 5. significat malos status in filijs & uegetabilibus: in 6. etiã significat infirmitates & prędationes multas ab inimicis. Etiã in 7. signif. ꝙ homines habebunt anxietates & malos status propter reges & dominorũ delicta: quemadmodũ in 8. significat mortalitatẽ & interfectiones: idemq̃ denotat si reuolutio applicuerit ad illũ locum, quo tẽpore apparebit significatio. Præterea si fuerit in 9. significat ꝙ accidet damnũ procuratori legis & in locis legis, & in itineribus & in locis periculoſis. In 10. p̃terea signif. anxietates & labores regibus, & hoc eueniet in parte terræ in qua illud signũ habuerit dñiũ. At si fuerit in 11. signific. ꝙ reges cõgregabũt substãtias, et parabunt multos thesauros. Etiã in 12. signif. ꝙ rex odio habebit populũ, & faciet ei malũ imponẽdo malos census & tributa. Itẽ si q̃n fuerit Mars in aliq̃ angulorũ reuolutionum anni, mouebũt lites ſcdm potẽtiã quã

habuerit: similiter etiam faciet, si quando fuerit in quadratura Saturni et Iouis. Nota quòd ascendens et Luna et domini eorum sunt significatores populi. Vnde si quando dominus ascendentis et Luna fuerint in reuolutione in sexta aut octaua infortunati, significat infirmitates & mortalitatem. Nota generaliter quòd omnes lites et interfectiones accidentes in mundo, proueniũt à significationibus Martis: quia quũ intrat aliquem angulorum, & maximè angulum terræ, tunc significat quòd lites & bella mouebuntur, & accident multę interfectiones & fluxus sanguinis, & litigabunt & interficient se homines uicissim: quod magis accidet et firmius, si fuerit in Gemin. et in sua triplicitate. Ad hæc si qñ fuerit in Geminis et in sua triplicitate directꝰ & in suo itinere, significat quòd illæ lites erũt pro iure & iustis petitionib: sed si fuerit ibi retrogradus, significat quòd lites erunt ex contrario, & pro petitionibus iniustis. Etã si quando fuerit in aliquo prædictorũ signorum, & non in aliquo angulorum, sit tamen in loco aliquo qui aspiciat ascendens, significat magnas infirmitates uentositatũ & sanguinis, idq; maximè & affixè in terris & uillis signorũ, in quibus cadunt lumina eius de quarta & oppositione. Etiam si fuerit in hoc statu retrogradus, significat popularem mortalitatem, infirmitates mortales & sanguineas. Etiam si quãdo Mars fuerit dominus anni, & in Ariete uel triplicitate sua & directus, accident hominibus infirmitates calidæ & siccæ, & reges inuicem discordabunt & rixabunt: & si fuerit retrogradꝰ, accidẽt in climate Babyloniæ rixæ & lites & discordiæ, ac damnum in bestijs præsertim in uel losis & habentibus ungulas, & debilitabũtur insecta & uenenosa, & fiet multus calor. Etiam si fuerit in aliquo prædictorũ signorum, & non fuerit in aliquo angulorũ, aspexerit tamen ascendens, significat quòd homines committent delicta & prædationes, unus scilicet alteri, & accidẽt damna & malum quod diximus in terris & uillis signorum, in quibus cadit lumẽ de quarta uel oppositione. Prẽterea si qñ Mars fuerit dominus anni, et in Tauro aut triplicitate sua, & in angulo ac directꝰ, significat damnũ in arboribꝫ & fructibus, & mortalitatẽ in animalibus brutis, & rixas & interfectiones inter homines. Etiã si quando Mars fuerit in aliquo signorum huius triplicitatis prædictæ, & non in aliquo angulorũ, aspexerit tamen ascendens, significat quòd damnum & malum erit in terra signi in quo fuerit. Quãdo Mars est dominus anni, & in Cancro aut triplicitate sua, & in aliquo angulorum & directus, non dans uim suam Saturno in hac triplicitate, significat propriè quòd erunt in climate occidentis & Arabia, magna bella & effusiones multi sanguinis & morbus popularis, mortalitates multæ, & fortè morietur rex illo anno, aut accidet ei occasio & malum grande: sed si in hoc casu fuerit retrogradus, erit malum peius & magis affixũ. Nota quòd sua natura Mars si quando in reuolutione anni sit in aliquo angulorum, maximè in angulo terræ, mouet bella & lites & interfectiones, & sanguinis inter homines effusiones: & si cum isto fuerit in signo fixo, erit hoc malum fixum & durabile: sed si in signo mobili, significat quòd mutatur & remouetur: & si in communi, cessabunt lites & multis uicibus renouentur. Similiter si fuerit Mars stationarius, significat prolongationem rei & fixionem mali: & si fuerit infortunatus, significat depressionem & minutionem & fugam. Etiam si quando Mars fuerit stationarius, & habuerit partitionẽ cum Saturno, significat destructionem & interfectiones, & accidet hoc in partibus ubi fuerit Mars in climate orientali uel occidẽtali, meridiei uel septentrionis. Peior & magis fraudulenta & falsa significatio Martis est, si quando fuerit in introitu Solis in Arietẽ cadens ab angulis, retrogrado existente Saturno & mittente lumẽ & posse suum super eum: quando enim hæc constellatio accidit, significat destructionem uillarum per interfectiones, captiuationes, prædationes, collectas, & delicta: maximè si fuerit in reuolutione anni in Geminis aut in medio cœli, quia sic significat quòd erunt multæ interfectiones. & quòd multi homines suspendentur. Etiam si fuerit Mars in ascendente uel in occidente, significat abscissionem manuum & membrorum & crudelitatẽ in hominibus. Aspice similiter in separationibus Martis, quia si separauerit se à Ioue, significat quòd lites erunt ratione petendi legem, & pro rectis & ueris petitionibus: at si separauerit se ab infortunijs, significat quòd illæ lites erunt ex delictis & petitionibus iniustis & ex malefactis: sed si fuerit directi motus, significat quòd homines erunt animosi & firmi & fixi & stabiles in lite, & in durando in ea: etiam si fuerit retrogradus, signi-

dus, significat quòd lis non multum durabit, & quòd mouentes & facientes eam erunt uiles ad similitudinem latronum & barteriorū, & quòd tandem uicti & infortunati dispergentur & fugiēt. Etiam erunt lites & interfectiones magis firmæ & affixæ, si Mars fuerit tardi motus & in signo fixo: quia hoc significat magnum laborem genti in ea parte in qua fuerit, secundū potentiam signi & loci in quo fuerit in figura: ut si fuerit in ascendente, significat multam effusionem sanguinis, percussiones & uulnera in corporibus: si fuerit in secunda, significat priuationes substantiarum. Etiam si in tertia fuerit, significat abscisionem progenitorum, rixas & inimicitias, malas uoluntates & lites quæ accident inter gentes. At si in quarta, significat quòd erunt fortiter & multum obsessi, & quòd intercipientur eis necessariorum accessus. Et si fuerit in quinta, abducētur filij & eorum substantiæ. Sed si fuerit in sexta, significat quòd furtiuè subducentur, captiuabuntur, & ex eis fient serui. Si in septima, auferentur eis mulieres & iacebitur cum eis. At si fuerit in octaua, erit mors in eis communis, quia inde pauci euadent. Et si fuerit in nona, fugient de uillis & locis suis, & relinquēt res in terras suas. Sed si in decima, reges & inimici facient eis malum, & obedient & seruient alijs regibus. Etiam si in undecima, erunt festi ex lite, & discordabunt & erunt uicti illa ratione. Et si in duodecima, de ipsis gloriabuntur inimici eorum, & facient quod uolent de ipsis.

De statibus regum & eorum duratione.
Cap. XIIII.

DVrabilitatem regis colligè à duabus partibus, à reuolutione anni mundi, & ab hora coronationis: debent enim ambo concordare & tendere ad unum terminum, in quo si discordauerint, erit error ibi. Etiā si qñ uolueris aspicere à reuolutione anni, aspice à prima parte usq; ad 2. & si inueneris 2. partē in alta domo habentem aspectum uel non, da quibuslibet 30. gradibus unum annum: etiam si fuerit in domo inferiori & aspectū habuerit, da quibuslibet similiter 30. gradibus unum annum; sed si non aspexerit, minue ex gradibus medietatem, & da medietati remanenti scilicet quibuslibet 30. gradibus unum annum: & incipe numerum à parte quæ fuerit debilior in loco suo, tendens ad magis firmam. Etiam si ambæ fuerint æquales in potentia ac loco, aspice quę earum sit in suo haiz, & incipe ab altera ueniendo ad eam. Porrò si quando partitio fuerit completa, in qua timorem habes ne perdatur rex, considera signum applicationis anni, & si inueneris ipsum maleficum in reuolutiōe anni, & Sol fuerit in quarta Martis uel Saturni, iudica ei destructionem in illo anno: sed si non, fac ei aliam reuolutionem, & aspice si reuolutio applicuerit ad quartam infortuniorū, & iudica tunc perditionem. Caue diligenter ne ei destructionem præsagias, nisi per damnū signi ad ꝙd applicat annus athazir maioris, & per damnum Solis, ita ut ambo sint malefici: sed si alter eorum fuerit nocens & alter beneficus, non iudices ei mortē, sed iudica ei damnum per infirmitatem, & quòd ei assimilatur. Est autem infortunium per quartam Martis uel Saturni in reuolutione anni, aut quando applicatio uenit ad suas quartas radicis legis aut coniunctionis maioris, uel quando applicat ad quartam illius coniunctionis maioris: etiam si prima pars fuerit in suis domibus, ipsis fac citò reuolutiones sui loci, sicut facis alijs principijs,

De durabilitate illius qui regnat.
Cap. XV.

DVrabilitatem regnantis accipe à dño exaltatiōis partis fortunę usque ad eandē partē, & quod fuerit inter eos animaduerte, & da cuilibet signo unum mensem uel diem uel annum. Sed si fortè uolueris durabilitatem regnantis colligere ab hora suæ coronationis, apta ascendens & medium cœli, & extrahe hylech & alcochodē sicut facis in natiuitatibus æqualiter, nec magis nec minus. Postmodum fac athazir ad gradum ascendentis, ut scias statum eius corporis: etiam fac athazir ad gradum medij cœli, ut scias status regni eius: & defer hos ambos per reuolutiones, donec se cum infortunijs coniungant, & tunc destructionem iudica: sed si damnum fuerit per alterum eorum & nō per alium, iudica damnum in re illa tātum: ut si ascendens applicuerit cum athazir ad infortunia, & infortunium fuerit forte & magnum, iudica destructionem: sed si infortunium fuerit paruum, iudica infirmitatem, nisi si athazir gradus medij cœli fuerit beneficus & non nocens: sed si athazir gradus medij cœli fuerit malè afflatus, & ille

ascendẽtis non, iudica damnum in eius regno secũdũ dãnũ medij cœli. Verũenimuero si ambo isti athazir malè affecti fuerint, de eius destructione noli dubitare. Necesse est ibi adhibere magnam diligentiam, & bene conferre id quod exit ex hoc facto cum eo quod exiuit ex alio facto primo, quia sine dubio omnes eos inuenies concordes: sed si eos discordes inueneris, scias quòd illa discordia non accidit, nisi quia hora nõ est bene obseruata. Similiter etiam oportet aspicere ascendens regis, & ascendens coniunctionis maioris, & applicationem athazir in reuolutione ad quartas infortuniorum, & in illis locis & in illo tempore in quo fuerit accidẽs, (quod annus significat si applicuerit athazir ad signum applicationis, aut ascendens ad quartam illius significatiõis, & ad locum significatoris) & quot gradus fuerint inter eos animaduerte, quia hinc determinabis rem Deo fauente. Proderit tibi etiam si scire uolueris durabilitatem regis, si aspicias annum coronationis seu cathedræ, & ad quod signũ fuerit applicatio anni, & in quo partitio quarta ceciderit, & in quo gradu & termino, & si sunt in illo termino radij planetæ in radice, aut in coniunctione quæ fuit in principio illius regni, (siue certificetur hoc in una quarta siue non certificetur) etiam aspice dominum applicationis in illo anno, & dominum partitionis, & gradum athazir, & quantũ sit inter eum & radios infortunij: postmodum aspice in domo, & quære cuius planetæ sit pars, & quantum sit inter eam & partem secundam: & si prima pars fuerit in domo planetæ alti, da cuilibet signo unum annum: sed si fuerit in domo planetæ inferioris, & se aspexerint ambę partes, da similiter cuilibet signo annum unum: at si se non aspexerint, minue mediũ eius, & de alio medio da cuilibet signo annum unum. Postmodum confer annum in quo uolueris iudicare ad Solem & dominum radicis, & considera qualiter morentur, & si fuerint infortunati, iudica quòd tempus est uerificatum pro re illa: sed si tales non fuerint, iudica secundum ꝗd inueneris & uidebis. Præterea si quãdo scire uolueris quis sit regnaturus post ipsum, aspice in reuolutione anni in quo regnauit, cui Sol det uim suam, & si eam dederit domino quintæ, iudica ꝙ erit eius filius: sed si eam dederit domino tertiæ, iudica quòd erit eius frater: & sic consequenter & secundum hanc uiam iudica pro natura domus, cuius domino dat Sol uim suã. Item si eam dederit domino domus filiorũ, & scire uolueris quis ex filijs sit habiturus imperium, aspice dominos domus triplicitatis domus filiorum, & quære quis eorum sit maioris dignitatis in domo filiorum, & si primus ibi habuerit plures dignitates, iudica quòd maior filius regnabit: sed si secũdus, regnabit unus ex mediocribus: quemadmodum si ultimus, defertur imperium uni ex minoribus. Etiã magna radix est ad sciendũ, quis filiorũ patris imperiũ sit regnaturus, aspice re quis eorum habeat in ascendente natiuitatis suæ dominum domus filiorum patris, & iudicare inde quòd ille regnabit: & sic cõsequenter de omnibus fratribus proferre sententiam.

De morte regum. Cap. XVI.

Dluina natura superbiæ humanæ occurrens nihil carnis perpetuũ reliquit, cùm aliorũ omniũ tum uel regum, quorum mortẽ denotat dominus medij cœli, si fuerit in signo in quo est applicatio radicis annorũ. Etiam si Mars eum infortunauerit, significat quòd interficiet. Etiam si applicatio ad signũ infortunatũ fuerit, & maximè per corpus infortunij, significat mortẽ regis. Quin si dominus applicationis fuerit in signo cõmuni, significat mortem duorũ regum tempore illius coniunctionis. Etiam si quando in signo medij cœli fuerit corpus infortunij, similiter significat mortẽ regis. Etiam si qñ dominus medij cœli fuerit combustus, aut in oppositione Solis gradu per gradum, significat mortem regis: sed si fuerit in oppositione, & transierit gradũ, significat quòd accidet regi grauitas: at si in hac constitutione fuerit dñs medij cœli in signo cõmuni, significat quòd morientur in illa coniunctione duo reges. Etiã si fortè in reuolutione anni significator regis ingrediatur combustionem, significat quòd rex illius climatis morietur: sed si fuerit in principio intrandi sub radijs, significat quòd accidet ei molestia & metus: & si ibi aspexerit eum fortuna, euadet inde. Etiam si transacta combustione fuerit in capite radiorum, accident ei molestiæ ac dolores, & exibit ex illis nisi fuerit infortunium: si enim fuerit infortunium, significat quòd prolongabitur res illa, & erit fortis & periculosa pro natura & significatione signi, in quo fuerit illud infortunium denotãs infirmitatem aut mortem, uel quod demõstrauerit quod ipsum determinabitur.

minabitur per coniunctionẽ ſignificatoris cum infortunio. Similiter ſi quando infortuniũ aſpexerit ſignificatorem regis de oppoſitione uel quarta aut coniunctione corporali, erit in periculo mortis: ſed ſi hoc fuerit ab angulo, erit res quando ſignificator ille comburetur, aut quando illud infortunium applicuerit ad locum ſignificatoris, uel ad mediũ cœli uel ad aſcendens, niſi habuerit participationẽ fortunę in aſpectu: nam ſi ita fuerit fortuna, damnum minuitur infortunij ſecundum proprietatẽ & naturam ſuam. Etiam aſpice ad planetam ſignificatorem ſtatus regis, & conſidera ſtatus eius quolibet tẽpore & quolibet die, et iudica per eum ſtatum regis bonum uel malum quolibet tempore atq; die. Poſtmodũ aſpice quomodo recipiat ille ſignificator lumina, & ſecundum hoc iudica res & accidentia quæ contingunt à parte populi ſiue bona ſiue mala. Conſidera etiam quomodo ſignificator det lumẽ ſuum, & ſecundũ hoc iudica res quæ accidẽt populo tam bona quàm mala. Etiam ſi quãdo acciderit, q̃ in principio reuolutionis anni illius Mars ſit retrogradus in Tauro aut in Scorpione, rex erit illo anno in periculo mortis: & ſi retrogradetur in aliquo iſtorũ ſignorũ poſt principium anni, ſignificat quidem periculum, ſed prior ſignificatio eſt fortior. Etiã ſi quando acciderit quòd Mercurius uel Luna ſit ſignificator anni aut regis, & fuerit aſpectus ab aliquo infortuniorum, eſt mala ſignificatio regi: quia nõ poterit ſe defendere ab aduerſarijs ſuis. Etiam ſi quãdo infortunium fuerit in aſcendente aut cum domino medij cœli, ſignificat periculũ regi, & quòd accident lites & diſcordiæ. Similiter etiam ſignificat periculũ & lites retrogradatio infortunij, ſi poteſtatem habuerit in domino anni. Etiam ſi quãdo eccliplis fiat in Ariete uel Leone, ſignificat mortem regis. At ſi quando Sol fuerit in Libra, & Caput cum eo, & Luna eccliplim patiat in Ariete, Saturno exiſtente in Cancro, ſignificat q̃ rex interficietur toxico, & parentur ei proditiones: idem hoc accidet ſi q̃n Sol iunctus fuerit cum Saturno in Capricorno, et in illo anno. Hermes dixit: Si quãdo dñs medij cœli ingrediat̃ combuſtionẽ, ſignificat mortẽ regis, maximè ſi applicuerit planetæ exiſtenti in octaua uel in quinta de oppoſitiõe uel quarta: quia tunc ſignificat maius periculũ illo anno. Similiter ſignificat ſi applicuerit dñs prædictarũ domorũ exiſtẽtibus in alijs locis, maximè ſi domini horũ prædictorum locorum fuerint infortunia.

Aphoriſm de uita regum.

NOſtram methodum ſequẽtes addimus aphoriſmos pulchrè hanc materiam de regum uita comprehendentes. Signum coniunctionis maioris quæ eſt ante aſſumptionem, uel ſubleuationis illius legis aut regis, eſt ſignificatio accedentium populi & illius regni, etiam illa radix ſignificat tempus & quãtum durabit: & ſignum principiorũ ſuorũ cum ſigno illius coniunctionis, ſignificat accidentia quæ accident populo eodem anno tam bona quàm mala: quia ſi quando cõiunctio reuertatur ad ſignum quod ſignificauit principium, demõſtratur ſignificatio: ut ſi quando coniuctio reuertatur ad Scorpionẽ, & applicatio anni fuerit ad Scorpionem, quod eſt ſignum Arabum, accidet in Arabia & genti Thehenię anxietates ex inimicis, & accident eis morbi populares, mortalitates & interfectiões, ac lites & miſeriæ multis modis, niſi eorum ſignificationes firmæ fuerint in angulis & in dignitatibus ſuis: tunc enim euadent ab iſtis occaſionibus & infortunijs, & uindicabunt ſe de ſuis inimicis & contrariatoribus, & propter hoc moleſtias aliquas patientur. Significatores Arabum ſunt Venus, quæ eſt domina ſuę coniunctionis, Mars eſt dominus ſigni in quo fit coniunctio, & dominus aſcendentis anni in quo ſit cõiunctio in Scorpione. Præterea hoc modo facies in cauſa regum, aſpice primam partem & dominum domus eius in anno in quo rex cathedram accepit. Etiam nota quòd opera ſciendi uitas regũ & actiões, eſt ſicut opera ſciẽdi uitam illorum qui componunt legem, & operare uno modo in his duabus rebus. Præterea ſtatum gentis legis ſcies à figura anni, in quo moritur ille compoſitor legis: & à reuolutione illius anni ſcies quantum durabit lex illa, & cuiuſmodi ſtatum habebunt homines illius legis. Scies etiam cuiuslibet regis, & ſtatum illius qui poſt eum in ſolio ſedebit & quantum uiuet, à reuolutione anni in quo morietur rex. Etiam per hanc regulam ſcies uitas & ſtatus regum ordine unius poſt alterius, nec ponas in hoc numero reges uiolenter promoros ſeu coronatos, quia tales non habent ius regnandi.

Item ſi offeratur rex, nec ſciueris quando obierit ille pro quo iſt: habuit regnum, uel quando deceſſerit compoſitor illius regis,

&

& volueris scire durabilitatē ipsius regis, considera in eius regnatu, et aspice propiorem cōiunctionem quorumuis planetarū, quæ fuerit ante uel fuerit post horam qua regnauit, & diligenter aspice in quo signo sit illa coniunctio. Aspice similiter quod signum futurum sit ascendens anni, & computa à signo ascendentis usq; ad signum cōiunctionis, & da cuilibet signo unum annum. Vt si ascendens fuerit domus Saturni uel eius exaltatio, aut domus Lunæ uel eius exaltatio, incipe numerum signorum à cōiunctione usq; ad ascendens, & da similiter cuilibet signo unum annum, & incipe ab illo anno, & ubi numerus finiuerit, ibi erit terminus perditionis illius regis, nisi liberetur propter alias significationes. Etiam si ascendens reuolutionis in quo est coniunctio, quam diximus, fuerit aliquod signorū quæ sunt domus planetarum altiorum, significat q; illo anno coronabitur rex nouus, sicut antè diximus. Etiam si ascendens anni fuerit domus Saturni uel exaltatio eius, uel domus Iouis uel exaltatio eius, incipies numerum à signo coniunctionis usq; ad signum ascendentis, & dabis cuilibet signo unum annū, nisi Saturnus uel Iuppiter fuerit in aliquo angulorum uel per numerum uel per æquationem: quia si talis fuerit, tunc erit numerus à signo ascendentis usq; ad signum coniunctionis, dando, sicut prædixi mus, cuilibet signo unum annū. Similiter si ascendens reuolutionis anni coniunctionis fuerit de signis domorum planetarum inferiorum, aspice si coniunctio fuerit in tertia domo aut nona, & erit eius significatio sicut illa planetarum altiorum. Etiam si quando ascendens anni coniunctionis fuerit in domibus planetarū altiorum, uel si quando coniunctio fuerit in tertia aut nona, uel si quando coniunctio proprie acciderit in Aquario, tunc erit corroborata & firma, & nō timeas in ea de causa regis, neq; de eius damno in anno in quo finitur numerus quem diximus: qui accipit̄ à signo ascendentis usq; ad signum coniunctionis, uel à signo coniunctionis usq; ad signum ascendentis. Etiā ego expertus sum hoc in coniunctione temporis regis Almote Vaquxil, & non obijt anno quo applicuit ille numerus coniunctionis.

De mutatione regum. Cap. XVII.

MVtationem regum quærēs animad uerte Solem ingredientem primum minutum Arietis, et aspice ascendens illius horæ & loca planetarū, & si reuolutio fuerit nocturna, aspice significationes regis à Luna & à parte sublimationis & à domino medij cœli, & quem istorū inueneris in angulo accipe, & sit tibi significator regni regis. Postmodum si inueneris significatorem regis liberum ab infortunijs & dānis, et nullo modo tactum à domino suę met domus octauæ, neq; à dño suæ septimæ, neq; à domino suæ duodecimę, neq; à domino suę sextæ, neq; à domino suæ quartæ, iudica q; rex euadet & erit in illo anno saluus: sed si ille significator fuerit infortunatus & male afflatus per aliquem prædictorum, & aliqui maleficorum istorum fuerint dñi quartæ illius eiusdem anni, & infortunator fuerit Mars, significat quòd rex interficietur illo anno ab inimicis suis, uel eum deducent in carcerem. Et si infortunium quod infortunauit eum fuerit dominus sextę, & fuerit Mars, morietur per infirmitates & graues dolores. Præterea si quando feceris reuolutionem anni, uolens scire si rex moriatur illo anno, & volueris prædicere ad quē reuertatur regnum post mortem illius, aspice cui significator regis det uim suā & potentiam, & iudica quòd ad illum reuertetur regnum: & si signum illius cui significator dat uim suam, fuerit de natura signi significatoris regis, ille qui regnabit erit de stirpe regia: sed si significator regis fuerit planeta habens duo signa, considera quod eorū aspiciat & sit regalis formæ, illudq; erit signum futuri regis. Nam si significator dederit uim suā planetæ existenti in signo, quod non assimiletur signo ipsius significatoris, nec habuerit aliquam conuenientiam cum eodem, regnum illud permutabitur de illa stirpe in aliam, uel forsitan trāsferretur ad aliam gentem: sed si dictus significator nulli dederit uim suam, remanebit regnum in stirpe illius regis. Porrò si volueris scire quot reges de stirpe illius regis regnabunt, & quot annos permansurum sit regnum in eadem stirpe, aspice principium regni illius regis, & apta domos et planetas: etiam aspice partem regni, & si ipsa & eius dominus ceciderint in angulo, iudica quòd regnum illud durabit in illa stirpe per partitionem maiorem, quæ est 960. annorum solarium: sed si ipsa & eius dominus fuerint in ascendente, durabit regnum in eis per partitionem mediocrem, quæ est 240. annorum solarium: at si ambo fuerint in cadētibus nec se aspe-

ſe aſpexerint, durabit regnum in eis uiginti annos ſolares. Ad hæc ſi quando ſcire uolueris quot reges de ſtirpe illa ſint regnaturi, aſpice quantũ ſit inter partem & eius dominum, & ſecundum illud erit numerus regum qui regnabunt. Item ſi quando inueneris quòd regnum illud permutari debet de illa gente in aliam, & uolueris ſcire in qua gente gentium mũdi deferri debeat illud regnum, aſpice ad quem planetam uadit pars regis, & iudica quòd regnũ reuertur ad gentem illius planetæ. Et ſi ſcire uolueris ſi gens illa eſt obediẽs Deo uel non, conſidera ubi pars regni cadat, & ſi inueneris eam in nona uel decima, iudica q̃ obediũt Deo, & adorant eũ uerè ac recte: ſed ſi partem inueneris in octaua, iudica quòd dicunt ſe adorare Deum & nihil minus facere, ut ipſi hypocritæ ſolent. Item ſi fuerint de illis qui non adorant nec obediunt Deo, & ſcire uolueris cui obediant, aſpice prædictam partem, & ſi eam inueneris in aliqua domorum Veneris, dic quòd adorant idola argẽtea: & ſi fuerit in domibus Iouis, dic q̃ adorant idola aurea: ſi fuerit in domibus Martis, dic quòd adorant ignem: quemadmodum ſi fuerit in aliquo ſignorum Mercurij, dic quòd adorant arbores: & ſi fuerit in ſigno Lunæ, dic quòd adorant Arietem & obediunt uaccis: & ſi fuerit in ſigno Solis, dic quòd obediũt idolis de ligno. Præterea ſi uolueris ſcire in qua parte terrę ſint, aſpice dominum partis regni prædicti, & ſi eum inueneris in oriente, iudica quòd ſunt in parte oriẽtis: & ſi fuerit in occidẽte, ſunt in parte occidẽtis: ut ſi fuerit in angulo terræ, ſunt gentes in finibus mundi, & ex extraneis progeniebus; & ſi fuerit in medio cœli, ſunt gẽtes uicinæ & eiuſdem climatis cũ eis. Porrò ſi uolueris ſcire qd faciet gẽs illa de illa gente quæ fuit in regno ante ſe, aſpice & ſi dominus partis regni aſpexerit ſignificatorem regis primi amico aſpectu, iudica quòd nullũ malum faciet ei, & quòd permittet eos in pace uiuere ſecum: ſed ſi aſpexerit aſpectu inimicitiæ, iudica quòd interficiet gentem illam, maximè ſi Mars ad hoc fuerit in angulo. Etiam ſi uolueris ſcire ſi timebunt in illo regno uel non, aſpice & ſi inueneris dominum partis regni & ipſam partem in aliqua domorum planetarum ſuperiorum, iudica quòd timebuntur, alioquin nõ. Ad hæc ſi uolueris ſcire ſi erũt in ſuo regnatu recti aut malefici, aſpice & ſi dñs partis regni fuerit planeta fortuna, iudica q̃ erunt recti: ſed ſi infortunium, malefici. Porrò ſi uolueris ſcire in qua parte ſit ulla radicis ſui regnatus, aſpice in quo loco ſit dominus partis regni, & ſi eum inueneris in medio cœli, iudica quòd illa ulla erit in medio illius regni: ſed ſi ibi nõ fuerit, erit remotus uerſus partem in qua fuerit: & ſi fuerit in ſigno aqueo, dic quòd erit in littore maris. Itẽ ſi uolueris ſcire ſi populus habebit bonum à regnantibus uel non, aſpice dominum partis prædictæ, & ſi inueneris eum ſeparantẽ ſe à domino domus ſubſtantiæ, dic quòd dabunt & effundent multam ſubſtantiam: ſed ſi applicuerit domino domus ſubſtantiæ, iudica quòd rex ille & illi de ſocietate eius, diligent cõgregare ſubſtantiam, & quòd nullus ab hoc malo liberabitur: at ſi nullum aſpectum habuerit cũ domino domus ſubſtantiæ, rex ille de ſubſtantia non curabit: etiam ſi fuerit aſpiciẽs nonam domum, dic quòd rex ille ibit multa itinera. Præterea ſi uolueris ſcire ſi ſuper gentem illam alia gens ſit uentura, uolens ei gentem hanc auferre uel non, aſpice & ſi inueneris partem regni in fine ſigni, dic q̃ ueniet ſuper eos gens alia quæ uolet eos expellere de regno: ſed ſi partem illam inueneris in principio ſigni, dic quòd ipſamet gẽs ſeſe interficiet: at ſi eam inueneris in medio ſigni, dic quòd regnũ durabit in eis. Porrò ſi uolueris ſcire qualis homo ſit primus rex qui regnabit ſup eos, aſpice cuiuſmodi ſtatum habeat dominꝰ ipſius partis cum ipſa met parte, & ſi fuerit in ſua quarta, erit homo ſapiens: ſed ſi iunctus ei, erit iuuenis: ut ſi in ſuo trino, magnus dierum tamen non adeò ualdè ſenex: & ſi in ſuo oppoſito, homo ſenex. Pars regni accipitur de die à Sole in Saturnum, & de nocte è contrario, & proiicitur ab aſcendente. Pars regni (ſicut dicunt ſapientes aliqui, & ego in hoc cõcordo, & per eam operari debemus, & iudicia prædiximus quibus iudicare quilibet debeat) accipitur à gradu aſcendẽtis anni coniunctionis planetarum in gradum met coniunctionis, & proiicitur ab aſcendente. Etiã ſi quando fuerit in regnatu, id eſt, in ſublimatione alicuius regis, Saturnus in ſeptima ab aſcendẽte in reuolutione anni mundi, ſignificat quòd populus reſiſtet eidẽ regi, & litigabunt cum eo multos annos, ſecundum numerum qui inter Saturnum fuerit & aſcendens. Etiã ſi ad hoc fuerit Mars in aliqua domorum Saturni, erunt pluuiæ diminutæ toto tempore uitæ illius. Dicitur

etiam in libro exemplorum, quòd ſi quando Saturnus habens aliquod dominium in anno fuerit cadens ab angulis, uel deſcendens ab auge ſua, ſignificat fames & neceſſitates grandes, paupertatem & ſiccitatem.

De regibus & uita eorum. Cap. XVIII.

HAomar filius Alpharham dixit: Si quando ſcire uolueris uitam regis à reuolutione annorum mundi, da aſcendens reuolutionis populo, & Solem regi, & ſeptimam domum inimicis populi, & quartam fini cauſarum populi, & nonam ab aſcendente reuolutionis anni da inimicis regis, (quia eſt domus inimicorum regis) & pone domum ſubſtãtiæ populi ſecundam ab aſcendente, & ſic conſequẽter fac in alijs domibus: etiam pone domum ſubſtãtiæ regis undecimam ab aſcendente: quia eſt ſecunda à medio cœli, & eius dominus & Sol & dominus Solis ſunt ſignificatores regis. Poſtmodum inſpice dominum octauæ medij cœli, qui eſt locus aſcendentis regis, & quem aſpectum & quam applicationem habeat cum domino medij cœli & cum Sole, & ſi aſpectus aliquis nõ fuerit inter eos nec applicatio aliqua, aſpice ſi aliquis planeta coniungat eorum lumina, uel ſi fuerit luminis translatio: nam ſi translationem luminis inueneris inter eos aut collectionem, & inueneris planetam illum qui facit translationem aſpicientem ſignum medij cœli, mortem ſignificat illo anno: ſed ſi non aſpexerit ibi, mortem nullam ſignificat. Erit autem hoc ibi multò efficacius, ſi bene contuleris iam dicta cum applicationibus Lunæ ad fortunas & infortunia: quia ſi fortunis applicuerit, ſignificat ſaluationem: & ſi infortunijs, mortem & deſtructionem, niſi alię ſignificationes liberẽt eum, in qua liberatione accidet ei impedimẽtum & labor, ſed euadet. Porrò hęc ſignificatio Lunę eſt, ſi ipſa habuerit aliq̃ partem in ſigno medij cœli per dignitatem domus exaltationis aut triplicitatis aut faciei.

De cognitione temporis mortis regis per reuolutionem anni mundi. Cap. XIX.

COgnitio temporis mortis regis determinatur per coniunctionem ſignificatoris regis cum domino octauæ domus à medio cœli, aut cum Sole, uel quòd aſpiciat eos de quarta uel oppoſitione, uel quòd dominus octauæ ſit in hac coniunctione uel in hac quarta ſeu oppoſito in ſigno in quo habeat aliquam dignitatem, & ſit potens, & non ſit retrogradus nec combuſtus, nec occidentalis à Sole, nec in caſu exaltationis ſuæ: ſi qñ enim talis & conſtellatio fuerit & iſto modo, denotabit ſine dubio præſens mortis regis tempus.

De cognitione uitæ regis per annum coronationis ſuæ. Cap. XX.

SEmel nacta cathedra nollent deijci reges, & uellent hãc immortalem fore: quo in caſu aſpice quando Sol ingrediatur primũ introitum Arietis, & ſi in illo anno aliquis rex ſit coronandus, aſpice Saturnum hora introitus Solis in Arietem, & ſi eũ inueneris in domo ſua uel in aliqua domorum planetarum ſuperiorum, ſignificat quòd regnator ille durabit unam coniunctionem completam, idq; eo magis ſi Saturnus ad hoc fuerit in decima à Sole uel in eius undecima: nam ſi talis fuerit, nullum eſt dubium quin ſit duraturus coniunctionem completam: ſed ſi talis non fuerit, minue de durabilitate ipſius ſecundum minutionem planetæ in ſua potẽtia. Nota quòd Saturnus eſt prima pars, & Iuppiter ſecunda: unde ſi aſpexerit primam, ſecundam addit in uita regis. Nam ſi fuerit in firmo loco, addit numerum annorum ſuorum minorum menſes, idem quoque faciet ſi fuerit in aliqua dignitatũ ſuarum: ſed ſi fuerit in ſuccedenti, addit quantum eſt medietas ſuorum annorum minorum. Etiam ſi partem primam inueneris in reuolutione anni mũdi, in anno illo in quo coronatus fuit rex, in aliqua domorum planetarum inferiorum, maximè ſi non aſpexerit Solem, & eo magis ſi fuerit in Virgine, ſignificat quòd durabit quantum remãſit huic primæ parti ad exeundum de ſigno ſuo, dando cuilibet gradui annũ unum: iuxta quorum computationem tu præſagies, et dices quòd tanta erit uita illius regis. Porrò ſi terminus iſte tranſierit, dirige athazir à loco partis primæ ad locum primi infortunij quod inuenies, et ſi qñ reuolutio applicuerit ad illud ſignũ in quo coronatus fuerat, morietur tunc: & in hoc caſu dabis cuilibet ſigno annum unum. Hoc facies etiam hoc modo: Accipe à domino domus partis uſq; ad ipſammet partem, & inſpice quot ſigna ſint inter eos, & dando cuilibet ſigno annum unum, iudica quòd tantum durabit ille coronatus.

De

De modo cognoſcendi cauſas & negocia regum. Cap. XXI.

REgum cauſę & negocia petuntur à Sole & à medio cœli & eorum dominis: ergo cui eorum inueneris meliora teſtimonia & meliorē locum ac maius poſſe, illum pro ſignificatore accipe, & fac ei athazir ſicut ſit athazir aſcendentis per gradus aſcenſionum: etiam fac athazir populo de gradu aſcendentis, de Loco Lunæ, & gradu domini anni. Præterea facito etiam athazir Mercurio in anni reuolutione, pro ſciendo negocia ſcribarum & officialium regis. Etiam fac athazir Martis ad ſciendum negocia alcaydorum & dominorum militum: & athazir Saturno, pro ſciendo negocia theſaurariorum, & eorum qui gubernant prædia & uillas campeſtres, & cuſtodes ſunt regalium domorum maiorum in qualibet ciuitate: et athazir Veneri, pro ſciendo negocia mulierum regis & uitia regis. Poſtmodū aſpice ſtatum eorum uniuſcuiuſq; & quam applicationem habet ad fortunas & infortunia de tertio uel ſexto, de quarta uel oppoſitione uel cōiunctione, & in tempore aſpectus ipſius erit res illa quam ſignificauit ſecundum naturam ſuam, & ſecundū naturā domus & ſigni in quo fuerit: nam ſecundū hoc ſignificant infortunia malum, & fortunæ bonum. Similiter aſpice qualiter fortunæ & infortunia potentes ſint in dignitatibus in iſtis locis & ſignis, et ſi in quo iſtorū ſignorum fuerint fortunæ, ſignificant bonum & gaudium & lucrum in illis rebus et in ſignificationibus iſtius ſigni, & illud bonum erit ſine aliquo metu & moleſtia: ſimiliter ſigna in quibus fuerint infortunia, ſignificāt malum & damnum & moleſtiā, & in qua domo fuerit damnum & ipſa dānata in ſuis ſignificationibus, erit damnum & malum & moleſtia: ut ſi damnum fuerit in aſcendente aut in ſuo dño & fuerint infortunati, ſignificat ꝙ damnum erit in uita regis & in eius corpore: quoniam infirmitates habebit & dolores & interfectiones, & fortè interficietur in fine eius ꝙ habet regnare. Etiam ſi damnum & infortuniū fuerit in angulo terrę, ſignificat ꝙ habebit malum finem & damnum in fine cauſarum & negociorum ſuorum, & fortè morietur ex hac occaſione. Etiā ſi dominus termini aſcēdentis fuerit malè afflatus & infortunatus, ſignificat ꝙ damnum continget ei ex parte illorum qui ſunt de eius domo. Similiter ſi gradus Solis maleficus & infortunat⁹ fuerit, ſignificat ꝙ non timebitur. Etiam ſi dñs ſigni Solis nocens fuerit, ſignificat idem ꝙ ſignificauit illemet aſcendentis dominus. Itidem ſi dominus faciei Solis fuerit maleficus, ſignificat ꝙ damnum & moleſtia ipſi accidet à ſocietate ſuæ domus, quia non timebitur, ſed uilipendent eum in factis & mādatis ſuis, & erit debilis, nec exigere poterit redditus & iura ſua. Tamē ſi quando pars fortunæ applicuerit fortunis, ſignificat ꝙ rex erit iuſtus & factor boni & legis: ſed ſi applicuerit infortunijs, rex ille erit iniuſtus & res faciet ſine ratione et lege. In ſumma hæc omnia facta ſcies ab hac prædicta parte et à Luna, et ab applicationib. Lunæ ſcies res et facta futura, et à ſeparationibus Lunæ ſcies res et facta præterita.

De modo conſiderandi reuolutionem anni mundi per cathedram regis. Cap. XXII.

COgnoſcitur autem reuolutio annorum mundi per intronizationē coronati primò à Saturno, qui eſt prima pars, et à Ioue qui eſt ſecunda, et conſiderando quot gradus et quot minuta ſint inter eos, et nota ſimiliter. Poſtmodum cōſideratur in quo ſigno ſit dominus medij cœli, et reducuntur hi gradus ad aſcēſiones illius ſigni in quo fuerit, et quot inde exiuerint, erūt durationis anni uel mēſes aut dies: ſed ſi fuerint in domibus uel exaltationibus ſuis, erūt anni: ut ſi fuerint peregrini et in ſuccedentibus, erunt menſes, alioquin erunt dies. Similiter ſi quādo Sol applicuerit Marti, et Mars fuerit curſu uacuus non applicans Saturno, ſignificat ꝙ milites mouebuntur contra illum coronatum, etiam uenient ſuper eum eiecti, et propter hoc accident ei triſtitiæ et anxietates, et fortè capient eum: ſed ſi ad hoc Mars applicuerit Saturno, ipſorum naturæ coniungentur, et nullus mouebitur contra eum. Etiā ſi Sol applicuerit Ioui, et Iuppiter fuerit uacui curſus non applicās Saturno, mouebuntur contra regem, et ibūt ſuper eum homines populares ex magna ratione, et accident regi ob hoc triſtitiæ et anxietates et moleſtiæ: tamen ſi Iup. fuerit applicās Saturno, iungentur corū naturæ, et dabitur ei natura obedientiæ per naturam applicationis, nec contra eū mouebitur nec ueniet ſuper eum aliquis de populo nec de alia parte, et ſi aliquis ueniat uel moueatur contra regem, uincet rex et deſtruet illū. Sed ſi Sol nō applicuerit nec Marti nec Ioui applica-

tione aliqua,& applicuerit Saturno,significat q̃ ille intronizatus erit ab omni tristitia liber & omni occasione,& uincet oẽs conturbatores suos,& erit firmus & timebit̃,& eo uehementius si fuerit ad hoc Saturnus in sua domo & purus. Etiã si Sol separauerit se à Ioue & applicuerit Marti, & post separationem suam à Marte applicuerit Satur. anteqũ exeat illud signũ in quo est, significat q̃ aliquis homo de natura regis efferretur contra eũ, uel aliquis homo q̃ est quasi par ei uel par omnino,& ob hoc accident ei tristitiæ ac molestiæ:uincet tamẽ eũ rex & uindicabit se de eo,maximè si Satur. fuerit ibi in aliqua domo sua & purus. Sed si Sol non applicuerit ad Saturnũ antequã exeat illud signũ in quo inuenit̃,habebit ille in ementiori sede constitutus ob hoc anxietates magnas,& fortè perdet regnũ suũ, uel in modico remanebit:& si Mars separauerit se à Ioue & applicuerit Saturno,significat q̃ homo ex magno iure & causa contra eum insurget. At si ibi applicuerit Iup. Saturno,obedient illi electi regi,et uindicabit se de eis. Verum si Mars separatus fuerit à Saturno & applicuerit Ioui, significat q̃ rex ille faciet aliquam molestiã alicui claro uiro in tantum q̃ fiet ei rebellis: & si ibi Iup.applicuerit Saturno, obediẽt illi electi regi,& uindicabit se de ipsis, maximè si cũ hoc fuerit Saturnus in aliqua domorũ suarum,& liber à damnis. Etiam si cũ hoc Iup. fuerit uacui cursus & in suomet lumine, significat q̃ illemet intronizatus uindicabit se,& fortificabit̃ eius causa, & faciet quod uoluerit. Nota q̃ quæstio & iudiciũ in hoc negocio est Satur. et Iouis:si q̃n ergo primo eorum fuerit in domo sua & in medio cœli, aut in undecima uel in ascendente aut in alio angulorum, aspice si alius aspicit eum uel si est ante ipsum, uel considera quid sit inter eos,et ille numerus erit annos uel mẽses:nec aspicias ibi quantum transiuerit de signo nec quantum remanserit. Etiam si inueneris Saturnum in fine signi, gradus ille qui remansit ad exeundum de signo cõputabitur pro uno anno:et sic dabis Saturno secundũ locum suum & potentiã in figura, & secundum q̃ fuerit inter ipsum et Iouem. Vuellius dicit:Si uolueris scire quanto tempore durabit coronatus in sua cathedra,cõsidera quantũ sit inter Solẽ et gradum ascẽdentis,et secundum illum numerum durabit in regno suo,ex annis & mẽsibus et diebus illi regno statutis. Idem similiter scies à parte regni,quæ accipitur à gradu Iouis usque ad gradum medij cœli,& proijcit à gradu ascendentis, & ubi finit̃ numerus ibi est pars illa:unde cõsidera in cuius termino cadat ipsa,& aspice dñm ipsius termini in quo loco sit, & si eũ inueneris in domo uel exaltatione sua, dic quòd ille rex durabit quantum sunt anni minores illius planetę annos cõpletos. Etiam si planeta ille fuerit sub radijs uel infortunat⁹,aut in domib.uel terminis infortuniorũ aut retrogradus,secundũ numerũ annorũ suorum minorũ dabis dies uel menses. Similiter etiã cõsidera dñm domus et dñm faciei,et si fuerit directi motus, & aspexerit illam domũ & terminũ in quibus fuerit pars regni,iudica q̃ rex ille uiuet quantum diximus. Præterea si uolueris scire q̃n ceperit regnare,& quantũ regnauerit aspice ab angulo medij cœli usque ad dñm anguli terræ, & uide quot gradus sint inter eos,& secundũ numerũ illorũ graduũ durauit annos & dies uel menses. Etiam si quæstio fuerit quantũ sit regnaturus,& usq̃ ad q̃d tẽpus, idem computabit̃ secundũ eundem numerũ. Nota ibi generalẽ de Marte regulam,nempe q̃ si Mars fuerit à 10.gradibus Tauri usq̃ ad 10. gradus Leonis, dicit̃ orientalis,& à 10.gradib.Leonis usq̃ ad 10. gradus Scorpionis meridionalis, & à decẽ gradib. Scorpiõis usq̃ ad 10. gradus Aquarij occidentalis,& à 10.gradibus usq̃ ad 10. gradus Tauri est septentrionalis:unde aspice Martem in qua parte harum fuerit,& iudica q̃ gens & dñs illius partis uincent & obtinebunt lites quæ fient & accident illo tempore. Nec credas meũ inuentũ esse hoc iudiciũ, sed collectũ ex libr. Hermetis, cum quo concordat Alkindus & alij sapientes, dum dicunt q̃ significator litium oriẽtis est Saturnus,& illarũ occidentis est Mars. Vnde si q̃n lites uel interfectiones accidant, & Saturnus fuerit orientalis, uincent gentes orientis:sed si Mars fuerit occidẽtalis,uincent illi qui sunt in plaga orientali.

De iudicijs planetarum exaltatorum supra se uicißitudinarie. Cap. XXIII.

VIcißitudinariam planetarũ exaltationem hic positã, accepimus ex libro Accidentiũ sic dicẽte: Si q̃n planeta aliquis exaltetur super aliũ planetã, res diuersas sic cõstituit deno tat. Quod nos discurrẽtes singulatim p̃ singulos planetas aperiem⁹, icipiẽtes à Ve-

De Venere.

SI quando Venus fuerit subleuata supra Mercurium,

Mercurium, accidet quòd unus triumphabitur de altero. Etiam ſi quãdo ſubleuetur ſupra Lunam, habebunt homines hilaritates & gaudia. Et ſi quando ſubleuetur ſupra Martem, comprimentur & concipient mulieres, & accidet hominibus dãnum in ſtomachis propter ſuperfluitatem commeſtionis. Et ſi quãdo ſubleuetur ſupra Solẽ, expendent homines multum. Etiam ſi quãdo ſubleuetur ſupra Caudam, nihil boni ſignificat. At ſi qñ ſubleuetur ſupra Satur. accident hominibus dolores & cauſæ.

De Ioue.

VEnerem ſequitur Iuppiter, q ſi exaltetur ſupra Lunã, augebunt nobiles homines & creſcẽt in bono & honore. Etiam ſi quando ſubleuet ſupra Mercurium, augebuntur officiales regis, & habebunt honorem & utilitatem & lucrum & laudẽ. Etiam ſi qñ exaltet ſupra Venerẽ, melius habebunt & felicius ſuccedent negocia mulierum & puellarũ, & bonum habebunt. At ſi quando exaltet ſupra Martem, accident hominibus moleſtiæ & dolores. Similiter ſi quando exaltet ſupra Saturnum, ſignificat triſtitias et dolores & planctus. Si uero exaltet ſupra Caput, omne bonum & meliorẽ ſucceſſum ſignificat. At ſi qñ exaltetur ſupra Caudã, depopulationes ac diruptiones ędificiorũ ſignificat. Similiter ſi quando exaltetur ſupra ſtellam caudatã, ſignificat quòd homines nobiles & in precio habiti interficientur.

De Marte.

IOui ſubiungitur Mars, qui ſi quãdo ingrediatur ſupra Mercurĩ, interfectiones & lites & fortes rixas ſignificat. Sed ſi quando ingrediatur ſuperbus ſupra Lunã, terræmotus fortes ſignificat. Etiam ſi quando ingrediatur ſupra Iouem, ſignificat q nobiles homines concurrent ad capiendum arma, & interficient ſe mutuò, et unus alterum. At ſi qñ ingrediatur ſupra Saturnum, nõ ſignificat multum mali. Et ſi quãdo ingrediatur ſupra Caput, ſignificat quòd nobiles homines habebunt magnam famam. Sed ſi qñ ingrediatur ſupra Caudã, ſignificat quòd hominibus accidẽt magnæ combuſtiones in plantis et in omni uegetabili. Etiam ſi quando ingrediatur ſupra ſtellam caudatam, accidẽt interfectiones multę in hominibus, et arma pollientur, & fortiter ſe dabunt eis.

De Sole.

MArti ſubdidimus Solem, naturæ ordinem ſequuti, qui ſi exaltetur ſuper planetas, in omnibus ſignificat multũ mali & dãni, excepto in Merc. firmo et corroborato.

De Luna.

SOlem ſequitur Luna, quę ſi efferatur ſupra Mercurĩ, ſignificat quòd homines erunt ſenſati, & eligent bona conſilia, & facient bonos ſenſus. Etiam ſi quando efferat ſupra Venerẽ, ſignificat quòd nobiles et diuites mulieres augẽtur in precio & honore. At ſi quãdo eſſeratur ſupra Iouem, ſignificat quòd proceredẽt reges et diuites in ualitudine et honore. At ſi qñ efferatur ſupra Martẽ, ſignificat quòd comburẽtur domus uel ædificia, aut erunt terræmotus, uel ſignificat ſanguinum effuſionem. Etiam ſi qñ efferatur ſupra Saturnũ, malum ſignificat, & quòd homines habebunt malas uoluntates inter ſe. Etiam ſi quando efferat ſupra Caput, in riuis & fontibus damnum ſignificat. At ſi qñ efferatur ſupra Caudã, mortalitatẽ et deſtructionẽ in beſtijs ſignificat. Etiã ſi qñ efferat ſupra ſtellam caudatã, ſignificat damnũ in ſubſtãtijs. Quando eſt ſub radijs Solis, ſignificat omne damnum.

De Mercurio.

LVnam excipit Mercurius, qui ſi exaltetur ſupra Lunã, ſignificat gaudia, et quòd homines facient miraculoſa facta. Si qñ exaltatur ſupra Venerem, ſignificat quòd homines dabũt ſe operi nigromantiæ & ſocationum. Et ſi quando exaltet ſupra Iouẽ, ſignificat quòd augmentabuntur reges & nobiles in ualitudine & honore. At ſi qñ exaltetur ſupra Martem, ſignificat quòd accidẽt metus hominibus. Et quum exaltatur ſupra Saturnum, ſtruent homines deceptiones & falſitates & proditiones ſibi mutuò. Vt cũ exaltatur ſupra Caput, ſignificat quòd erãt multi latrones manifeſti. Et cũ exaltatur ſupra Caudam, ſignificat quòd homines deridebunt ſe mutuò, & unus alterum. At ſi quãdo exaltetur ſupra ſtellam caudatam, ſignificat quòd interficientur homines diuites qui ſunt domini militum, & eorum milites meliores.

De Capite draconis.

PLanetas ſuccedit Caput draconis, quod ſi aſcẽdat ſupra Solem, ſignificat damnum: et ſi ſupra Venerem, ſignificat bonum & meliorem ſucceſſum in negocijs mulierum & puellarũ, & gaudia ac lætitias. Etiam ſi quando exal

tetur supra Merc. significat ꝙ dabunt se homines & studebunt iacere fundamẽta & edificare uillas & castra & domos regales. Quũ exaltatur supra Lunã, significat damnum in substantijs: & quũ exaltatur supra Saturnum, significat ꝙ mouebũtur lites, & nitentur homines arma manu tenere. Sed si qñ exaltetur supra stellam caudatam, significat tempestates nymbosas & crebras.

De Cauda draconis.

CAput sequit̃ Caudadraconis, quę si exaltetur supra Solẽ, significat multum malũ & tritici caritatẽ: si supra Venerem, significat damnũ in mulierib. & maximè in puellis: si supra Mercurium, significat damnũ in sapiẽtibus & sensatis: si supra Lunã, significat destructionem diuitum & amissionem substãtię: si supra Saturnum, significat destructionẽ senum & hominum miserorum: si supra Iouem, significat longam uitã & gaudia: si supra Martem, significat tristitias. Et cum exaltatur supra stellam caudatã, significat damnum in negocijs mulierum.

De Stella caudata.

CAudã sequit̃ Stella caudata, quæ si exaltetur supra Venerem, significat diminutionem & siccitatẽ in aquis: ut si supra Mercurium, significat damnũ & destructionẽ in iuuenibus: & si supra Lunã, significat damnũ & destructionem in substantijs omnibus: quẽadmodum si supra Saturnum, significat infirmitates magnas & fortes: & si supra Iouem, significat ꝙ interficient homines nobiles, & altos & laudatos. Similiter si qñ exaltetur supra Martẽ, significat quòd homines assuescent arma tenere, & accident in eis interfectiones & lites fortes. Etiam si exaltetur supra Caput, interficiẽtur nobiles & in precio habiti homines: ut quũ exaltatur supra Caudam, accidet amissio & destructio in fructibus arborum. Si uerò exaltetur supra Mercurium, significat quòd rixabuntur inuicem homines, & inter se struent proditiones.

De Saturno.

CAudatam stellam excipit Saturnus, qui si exaltetur supra Lunã, significat quòd accidẽt turpes mortes: & si supra Iouem, significat ꝙ interficientur nobiles & alti homines: & si supra Martem, significat bonum & meliorem successum: etiam si supra Caput, significat nobilibus bonum gaudium & lęticiã: ut et si supra Caudam, significat bonũ pauperibus & genti minurę. Qñ Saturnus exaltatur supra stellam caudatã, superueniet hominibus maxima pauptas, & multa fames & anxietates & miseriæ multæ. Sed si exaltetur supra Venerem, significat quòd homines se dabũt magisterijs & picturis, & gaudebunt rebus istis. Hæc iudicia quæ diximus, iudicantur à planetis quando unus super alterum exaltat̃, uel quando unus alteri iungitur, & quando radij unius cadunt supra alterum.

De coniunctionibus planetarum.

Cap. XXIIII.

IN præcedenti capite docuimus planetarũ singulorũ exaltationes, modò eorundem coniunctiones docemus incipientes à Venere. Nam si Venus iungatur Marti in anni reuolutione, accidet Romanis grandis occasio. Quum Mercurius iungitur Veneri, accident indigentiæ. Etiã quum iungitur Venus Ioui, significat magnam caritatẽ panis & omniũ comestibiliũ. Sed si iungitur Mercurius Saturno, significat exempli defectus. Quum iungit̃ Mars Ioui, significat mortem regis per epidemium morbum, & multas locustas significat. Quando Mercurius iungitur cum Marte, non facit malum aliquod Marti. Qñ Iuppiter iungitur cum Saturno, significat mortẽ regis magni & potẽtis, & multas locustas. Quando Mercurius iungitur cum Ioue, significat in hominibus epidemiã & mortalitates, & erunt multæ locustæ. Quando Luna ecclipsi obruit Saturnũ & cooperit eum, moriet̃ rex clarus & magni honoris in terra occidentis. Si quando Luna iungit̃ cum Venere aut cum Ioue, & Venus habuerit radios & occiderit ante Lunam, continget hominibus bonum & abundantia & melior rerũ successus: sed si Luna occiderit ante Venerẽ, & ipsa tunc habuerit radios, mortem regis in terra orientis significat, interficiendo eum uel prębendo ei molestias. Etiam si quando hæc coniunctio, quam diximus, fuerit cum Ioue, erit interfectio & significatio in terra occidentis. Si quando iungatur Mars cum Ioue in uno signo, erit rex in periculo donec transiuerit septuaginta quinq; diebus cum suis noctibus. Quando Venus iungitur cum Saturno, accident metus & proditiones in terra oriẽtis. Si quando Mars fuerit in capitibus mansionis, quæ nominatur Algarf, aut in eius medio, significat quòd reges interficient se in parte terræ ubi

ræ ubi fuerit Mars. Et ſi Saturnus habuerit hanc conſtellationem, quam prædiximus, ſignificat magnam caritatem & miſerias multas. Si quando Mars fuerit in medio Algebhe uel in Azebone, ſignificat miſerias & annonæ caritates & anxietates. Etiam quando Mars fuerit in medio Addauennā, mortalitatem ſignificat.

De ſignificationibus applicationum planetarum inter ſe, & primò de applicatione Iouis ad Saturnum. Cap. XXV.

BOna methodo utētes ſubiūgimus coniunctionibus planetarum, eorūdem inter ſe applicationes, & inciꝑimus à Iouis applicatiōe ad Saturnum, dicentes: Si quādo Iuppiter applicuerit ad Saturnum de tertio uel ſextili, ſignificat quòd illi qui leges prędicant & prophetizant, & qui deputati ſunt ad ſecreta regū, honorabunt ſe. Et ſi aſpectus ille fuerit de quarta, & fuerit à ſuo quarto, ſignificat ꝙ exiſtent rebelles qui aduerſabuntur regi, & qui quęrent regnum: etiam ſignificat mutationes & res multas in negocijs regis, ſimiliter & in lege. Etiam ſi hæc quarta fuerit à ſigno decimo, ſignificat quòd accidēt multæ rixæ & placita & diſcordiæ & lites inter reges & alcaydos, inſurgetq; unus contra alterum. Etiam ſi aſpectus ille fuerit de oppoſito, ſignificat quòd erunt multæ rixæ & placita inter homines & gentes, unus animabitur contra alterum uel inter alios homines qui ſunt inferioris gradus ꝙ reges: etiam ſignificat nubes multas.

Significationes coniunctionis Martis cum Saturno, & eorum applicationes.

SI quando Mars iunctus fuerit cū Saturno, ſtruet quilibet alteri fraudes & deceptiones, & erunt inter homines percuſſiones & uulnera, maximè ſi fuerit in ſigno humano: etiam accidet regi impedimētum et labor ab homine qui eſt de terra partitionis illius ſigni in quo iūguntur. Etiam ſi Mars applicat Saturno de tertio uel ſextili, ſignificat laborem & damnum in cauſis hominum, & damnum in reditibus regum & eorum factis, ac diſcordias & labores quæ accident inter homines ratione legis. Sed ſi hic aſpectus fuerit de quarta & fuerit ab eius quarto, ſignificat quòd erunt multa furta, latrones & prædones multi & manifeſti. Et ſi hæc quarta fuerit à ſigno decimo, accident populo anxietates & mala ex parte regum, & ipſi non erunt eis obedientes. Etiam ſi applicatio iſta fuerit de oppoſitione, ſignificat quòd homines in ſe inuicem diſcordabunt & proſequentur ſe mutuo odio, & ceſſabunt ſe familiariter inuiſere, et detrahet qui libet alteri.

Significationes coniunctionis Solis cum Saturno, & eorum applicationes.

QVum Sol iungitur cum Saturno, ſignificat quòd mendacia & deceptiones remouentur ab hominibus. Et ſi applicuerit ei de tertio uel ſextili, ſignificat ꝙ rex erit pauper, et quòd ei neceſſe erit auxilium petere à populo. Sed ſi hæc applicatio fuerit de quarta & fuerit à ſua quarta domo, ſignificat quòd reges in ſuis rebus ſe abſcondent, & conſultabunt ſeu facient res & facta ſua in magno ſecreto. At ſi fuerit à ſua decima, ſignificat ꝙ accidēt regibus anxietates & labores & metus magni ex parte ſui populi, & ꝙ multos de populo in carceribꝰ conijcient. Etiā ſi hic aſpectus fuerit de oppoſito, ſignificat quòd reges aduerſarios habebunt homines de populo, religioſos & fratres, & eos qui legem prædicant, & his ſimiles.

Significationes coniunctionis Veneris cum Saturno, & eorum applicationes.

SI Venus iungitur cum Saturno, ſignificat damnum in toto eſſe anni, & accidet hominibus correptio amoris, & gignent filios multos: etiam accident eis metus & triſtitiæ, & omnino erit malus annus & grauis gēti quæ uiuit in ripa & terra Aegypti: quia erunt inter eos diſcordiæ et rixę maximę: etiam abundabunt lapides prætioſi aquei, ſicut ſunt alyofar, et ſimilia: etiam ſignificat indigentias et anxietates quæ accident populo. Etiam ſi aſpectus fuerit de tertio aut ſextili, ſignificat quòd accidet dānum in filijs et prægnātibus, et mulieres ferent magna pericula et labores. Similiter ſi applicatio fuerit de quarta et fuerit à ſua quarta, ſignificat ꝙ mulieres habebunt labores et rixas cum ſocietatibus ſuis et cum maritis, et damnum in factis et omnibus negocijs ſuis ex parte et ratione iſta. Etiam ſi fuerit ab eius decima, ſignificat quòd accident mulieribus occaſiones et placita propter quæ oportebit eas coram regibus cōparere, & inſultus ferent & diſcooperientur ob hanc cauſam ſiue rationem: facient multa placita, & dicent cauſas & multa titubando & ex cauſa doloris: tingent por-

cos de nigro, & damnabuntur omnes res uenereæ, sicut sunt formæ & ornamenta & similia, & quicquid est de natura Veneris. Sed si applicatio fuerit de oppositione, significat quòd mulieres habebũt rixas & placita multa cum uiris suis.

Significationes coniunctionis Mercurij cum Saturno, & eorum applicationes

QVum Mercurius iũgitur cum Saturno, significat quòd homines dabunt se operi nigromantiæ & incantationum, & accident scribis occasiones & impedimenta & uilipendentur, & accident occasiones primoribus agriculturę & aliorum laborũ. Sed si applicuerit de tertio uel sextili, significat quòd homines qui morantur in domibus regum, dabunt se lectioni librorum. Etiam si hæc applicatio fuerit de quarta & à sua quarta, significat ꝙ secreta nigromantiæ & scientiarum & incantationum detegentur & publicentur. Etiã si fuerit ab eius decima, significat quòd multum detegentẽ & publicentur libri inter homines, & manifestè se immiscent meditationibus agentib. de nigromãtia & de eo ꝙ assimilatur ei. Etiam si hæc applicatio fuerit de oppositione, significat quod homines colligent inde falsitates & mendacia & mores, & scientiarum capita, & falsabuntur seu corrumpentur libri.

Significationes coniunctionis Lunæ cum Saturno, & eorum applicationes.

SI Luna iũgitur cum Saturno, significat in rebus multos labores, tristitias & dãna quæ accident hominibus ratione carcerum & similium, & depopulationem uillarum & ciuitatum à quibus discedent gẽtes & ibunt ad alia loca, & minuẽtur aquæ fontium & riuorum. Et si applicuerit de tertio uel sextili, significat sacramẽta & testimonia falsa, percussiones uerberũ, carceres, depopulationes, anxietates & tristitias propter res ipsas: mouebitẽ cholera & erunt multæ infirmitates ex hac ratione, diruentẽ multæ ciuitates & ædificia, prægnantes parturient abortiuos, erunt multæ niues, perient multi homines ex occasione ista, & tradẽt se homines ualdè plantationi et ædificationi, et fodient riuos et foueas et caueas. Etiã si hæc applicatio fuerit de quarta et à sua quarta, accident hominibus somnia multa et horrenda, et opiniones expauescibiles prouenientes ex abundantia melãcholiæ, et similia. Etiam si fuerit à sua decima, accidẽt regibus et populis placita et discordiæ, et capiẽtur multi de populo propter discordiam regum cum ipsis, et propter magnũ metum quem habent de eis. Etiam si fuerit de oppositione, significat quòd homines habebunt placita et tristitias et labores ex iam dicta ratione, et aliquibus hominibus accident labores.

Significationes coniunctionis Martis cum Ioue, & eorum applicationes.

QVando Mars iungitur cũ Ioue, denotat multas lites et cruce signatas percussiones, uulnera et placita: etiam accidẽt morbi populares et mortalitates in clima te et terra climatis in quo iungent, et erunt bestiæ magni ualoris, et diuersi colores in aëre apparebunt: in initio quoq; illius temporis erit fertilitas et in fine siccitas: etiam mortem alicuius regis in illo climate et reuolutione significat. Sed si applicuerit de tertio uel sextili, significat multas crucesignatas et lites ratione legis. Etiã si fuerit de quarta, significat ꝙ erunt multi rebelles, interfectiones, delicta, et latrones: et maximè hoc totum erit in puritate. Etiam si applicatio fuerit de oppositione, accident hominibus multa placita, et unus suspitionem concipiet de alio furti, et rex faciet multas molestias et mala populo.

Significationes coniunctionis Solis cum Ioue, & eorum applicationes.

SI quando Sol coniungitur cum Ioue, significat ꝙ recti homines et alcaydi iudices perdẽtur, et erit damnum in lege. Sed si applicuerit de tertio uel sextili, significat ꝙ lex et sapientia erit apparens et manifesta, et ꝙ erunt honorati et in precio habiti sapientes, et maximè illi legis. Etiã si applicatio fuerit de quarta et à quarta ipsius, significat ꝙ confirmabuntur alcaydi et facient iustitiam. Etiam si fuerit ab eius decima, significat ꝙ apparebit et manifestabitur ius et iustitia, et erunt homines inter se contenti. At si hæc applicatio fuerit de oppositio, significat multa placita et iniustitias et manifesta delicta.

Significationes coniunctionis Veneris cum Ioue, & eorum applicationes.

QVotiens cunq; Venus iungitẽ cũ Ioue, significat in mulieribus castitatẽ, et ꝙ bonũ statũ habebunt in suis negocijs, et species alyafar fient cariores, et erũt in terra et ciuitatibus quæ fuerint de diuisione illi⁹ signi in quo iungent, bonũ et fertilitas et abũdantia, et mulieres erũt integræ et ueridicæ

maritis

maritis ſuis, bonæ & caſtæ, diuites & abundantes & in bona uita, maximè in climate illius ſigni in quo fiet coniunctio. Etiã ſi applicatio fuerit de tertio uel ſextili, ſignificat ꝙ mulieres diligent & cuſtodient legẽ, & adhærebunt religioſis, et filios ſuos tradent uitæ monaſticæ uel ſacerdotali. Etiã ſi applicatio fuerit de oppoſitione, ſignificat ꝙ mulieres multa placita ratiõe legis habebunt, & oſtendent ac demonſtrabunt hæc: quia reducentur ad bonũ ſtatum cum maritis ſuis. Etiam ſi hic aſpectus fuerit de quarta & à decima, ſignificat ꝙ uxores regum facient bona facta.

Significationes coniunctionis Mercurij cum Ioue, & eorum applicationes.

QVum Mercurius coniungitur cũ Ioue, ſignificat ꝙ homines inquirent ſcientias & phyſicam & ſapientias legis & ſecreta. At ſi hæc coniunctio fuerit in ſua ſeparatione, à Marte ſignificat epidemiũ & magnum calorem in aere. Sed ſi applicuerit de tertio aut ſextili, ſignificat ꝙ habebunt homines multa uerba & cauſas pro lege. Etiã ſi hæc applicatio fuerit de quarta & à quarta eius, ſignificat quòd accident cauſæ & rixæ inter ſapientes legis, & detegentẽ ſecreta. Sed ſi fuerit in ſua decima, ſignificat ꝙ reges diligent multum ſcire & perquirere ſcientias, & amabũt libros, & dabũt ſe lectioni & magiſterijs & ſubtilitatibus: etiã mulieres inquirent ſcientias & ſapiẽtias legis. At ſi hæc applicatio fuerit de oppoſitione, ſignificat quòd erunt inter homines placita & uerba pro chartis dubitationum quæ inueniuntur inter homines.

Significationes coniunctionis Lunæ cum Ioue, & eorum applicationes.

SI Luna iuncta fuerit cum Ioue, ſignificat ꝙ homines multum ſe dabunt bonitati, iuſtitijs, expoſitionibus legis, depopulationibus eccleſiarum profanarum, oratorijs, inquiſitionibus legum & earũ ſapientijs, indeq; ſibi expetent nomẽ. Etiã ſi applicatio fuerit de tertio uel ſextili, ſignificat ꝙ lex manifeſtabitur ac ſapientia & phyſica. At ſi hæc applicatio fuerit de quarta & à quarta, ſignificat quòd homines occultabunt legũ ſecreta. Sed ſi fuerit in ſua decima, ſignificat ꝙ alcaydi honorabuntur & exaltabuntur, & religioſi homines, & quòd eccleſiæ profanæ & oratoria populabũtur. Etiã ſi hæc applicatio fuerit de oppoſito, ſignificat placita & uerba in lege & eius ſcientia.

Significationes coniunctionis Solis cum Marte, & applicationes eorum.

POrrò ſi Sol iunctus fuerit cum Marte, ſignificat lites & interfectiones multas in terra orientis. At ſi applicatio fuerit de tertio uel ſextili, ſignificat quòd reges docebũt legem & rectitudinem & iudicabũt per eas. Sed ſi hæc applicatio fuerit de quarta & à ſua quarta, ſignificat quòd erunt inter homines placita et uerba pauca, & quod inde accidet erit cooperтum & occultum. At ſi fuerit à ſua decima, ſignificat quòd reges committent iniuſtitias & delicta, & extorquebũt iniuſtè, ac accident combuſtiones aeris in uegetabilibus. Etiã ſi hæc applicatio fuerit de oppoſitione, ſignificat interfectiones & lites multas.

Significationes coniunctionis Veneris cum Marte, & applicationes eorum.

QVando Venus iungitur cum Marte, ſignificat multas fornicatiões & mala, et multas fornicationes in mulieribus, et quòd morietur rex Romanorũ, et accident eis labores & miſeriæ multæ. Etiam ſi applicuerit de tertio uel ſextili, ſignificat multos filios, & quòd mulieres bono modo & facilè parient. Etiã ſi applicatio fuerit de quarta & à ſua quarta, ſignificat multas fornicationes, & magnã cupiditatem inter mulieres & uiros in ſecreto & contra legem. At ſi fuerit à decima, ſignificat quòd mulieres detegent & ferent inſultus uel moleſtias ratione fornicationũ: etiã accident eis moleſtiæ ex parte regis ob hãc rationẽ. Sed ſi applicatio fuerit de oppoſitione, ſignificat quòd damnum accidet fornicatoribus.

Significationes coniunctionis Mercurij cum Marte, & eorum applicationes.

SI quando Mercurius iũctus fuerit cum Marte, ſignificat quòd homines falſabunt monetas, & tradent ſe Alkimiæ, metus ac labores accident hominibus, & uili pendentur ſapientes, & accident eis moleſtiæ & triſtitiæ ac metus, & exiſtẽt multi uafri & deceptores. Etiam ſi applicatio fuerit de tertio uel ſextili, ſignificat quòd homines inquirent & tradent ſe Alkimiæ, & oĩni operi ac magiſterio quod fit per ignẽ. Etiam ſi hæc applicatio fuerit de quarta et à ſua quarta, ſignificat Alkimiam & arma in occulto. Etiam ſi fuerit à ſua decima, immiſcent ſe reges magiſterijs, & diligent lapides præcioſos & arma. At ſi hęc applicatio

fuerit

fuerit de oppositione, significat ꝙ erunt inter homines placita & deceptiones & falsitates multæ, & tradent se aliqui physicæ & magisterijs, & accidēt interfectiones & furta & prædationes.

Significationes coniunctionis Lunæ cum Marte, & eorum applicationes.

SI Luna iuncta fuerit cum Marte, significat rumores falsos & sanguinum effusiones, & mendacia multa, & canes & multos lupos. Sed si applicatio fuerit de tertio uel sextili, significat minutionē legis & magnā necessitatē, & multas carnes cōmestibiles ferijs paschalib. & alijs in hospicijs & dieb. similib. At si applicatio fuerit de quarta et à sua quarta, significat delictum regis, & ꝙ spoliabit & extorquebit iniustè. Etiā si fuerit à sua decima, significat illud idem. Sed si fuerit de oppositione, erunt lites & interfectiones ac falsitates multæ in mūdo.

Significationes coniunctionis Solis cum Venere, & applicationes planetarum ad Venerem.

QVum Venus iungitur cum Sole, significat ꝙ accidet damnū & labor prægnantibus. Etiam si Mer. iungatur cum Sole, significat cooperire & cælare res & sciētias & sapiētias, & multos seruos & captiuos, & ꝙ accidet damnum & molestia hominibus ex occasione operis Alkimiæ. Et si applicatio fuerit de tertio uel sextili, significat ꝙ honorabuntur & laudabuntur nobiles. Sed si fuerit de quarta & à sua quarta, significat laborem in rebus & factis, ac damnum & tarditatē. At si fuerit à sua decima, significat ꝙ detegentur secreta & facta regum. Et si fuerit de oppositione, significat placita et discordias multas. Item si Mer. iūgatur cum Venere, detegentur secreta noua et chartæ legationum, et faciēt homines turpia et malefacta, et gaudebunt multum cum mulieribus, et accident eis metus. Etiā si fuerit de sextili, significat amorem mulierum, et ꝙ mittent eis chartas amoris et simi lia. Præterea si quando Luna iungatur cum Venere, significat ꝙ homines se dabunt cātilenis et uitijs, et occupabuntur in lauādo se cum mulieribus, et diligent res odoriferas et species. Etiā si fuerit de tertio uel sextili, multum se dabunt homines locationibus, cantationibus, et frequenter ibunt spaciatum. Etiā si fuerit de quarta et à sua quarta, significat cōiugia, et ꝙ mulieres appetūt in occulto. Etiam si fuerit à sua decima, significat turpia facta ex dicta modò ratione. At si fuerit de oppositione, habebunt mulieres contentiones cum uiris suis. Omnes hæ coniunctiones et applicationes modò dictæ de planetis, si quando accidunt in reuolutione anni, apparent et sunt ratæ et firmæ significationes. Etiam si quando accidant in temporibus quartarum, apparebūt non tamen firmā habebunt tam magnam potentiam sicut in reuolutione. Sed si quando accidant in alijs temporibus, et nō in reuolutione nec in quartis anni, significatio erit multum debilis. Intellige hanc radicem et iudica secundum illam sapienter.

De modo cognoscendi accidentia & diuersitates aëris in temporibus anni, & calores & frigora et tempestates. Cap. XXVI.

ABsoluimus coniunctiones et applicationes planetarum, ex quorū copulatione et mutua afflatione proueniunt diuersæ cùm aëris tum tēporum constitutiones, quæ cognoscuntur et colliguntur ex uarijs stellarum conuentionibus, et maximè ab ascendente coniunctionis uel præuentionis, et à loco coniunctionis uel oppositionis Solis et Lunę quę fit ante introitum Solis in Arietem; et à loco Luminariū in figura, et à locis similiter planetarum. Vnde si Saturnū inueneris in aliquo angulorū ab ascēdente, uel in aliquo angulorū à dño ascendentis, firmū et in eo dē loco, uel in aliqua dignitatū suarū, et maximè in angulo medij cœli, significat diuersitates in aëre, dānū et tenebras, et in tēpore caloris minuit calorē, et in tēpore frigoris intendit frigus et magnū efficit. Sed si remotus fuerit ab angulis, erunt tēpora stabilia et æqualia et in statu perfecto: uerū si qñ Satur. fuerit in angulis à dño ascēdentis, minor et debilior erit significatio eius, q̄; si fuerit in angulis ab ascendente, & si Mars fuerit in tali statu qualē modò diximus de Satur. et maximè in angulo medij cœli, augebit̄ calor in tēpore caloris, et frigus tēpore frigoris minuet̄, et uer ac autumnus declinabunt ad calorem. Etiā si modo iam dicto habuerit Iuppiter aut Venus uel Luna, aptant et temperant aërem, et faciunt illum bonæ complexionis, et nasci et crescere id quod seminatur & plantatur. Aspice similiter Mercurīū, & si eum inueneris in medio cœli ab ascendente coniunctionis, & fuerit in aliquo signorum aëreorum, & aliquod infortuniorum fuerit in aliquo angulorum ipsius Mercurij, significat diuersitatem in aere & multos uentos & graues

seu

seu damnabiles. Etiam hoc modo iudicabis, si quando inueneris aliquam fortunarum in angulis à Mercurio, & Mercurius in angulo à fortuna: quia hoc tantum uidet quantum cũ fortunæ sunt in signo cõiunctionis. Vnde si quem planetam inueneris in angulis ab ascendente coniunctionis aut in succedentibus, pone illum significatorem, & postmodum inspice cuiusmodi cõmixtiones habeat cũ Saturno et Marte, & si eum mixtum inueneris cum Marte de quarta aut de oppositione uel coniunctione, & Mars fuerit in aliquo signorum igneorum, crescet calor in tempore caloris & minuetur frigus in tempore frigoris. Etiam si aspectus fuerit de tertia uel sextili, & Mars in signis igneis, significat id quod diximus sed non tantum. Sed si planeta significator habuerit commixtionem cum Saturno de quarta aut de oppositione uel cõiunctione, & Saturnus fuerit in signis frigidis & siccis, aut in frigidis & humidis, crescit frigus tempore frigoris, et minuitur calor tempore caloris. Etiã si aspectus fuerit de tertio uel sextili, & Saturnus in signis modò dictis, significat quod antè diximus, sed non tantum. At si Saturnus fuerit in signis calidis & humidis, (cuiusmodi sunt Gemini & eorum triplicitas) & habuerit commixtionẽ cum significatore de oppositione aut de quarta uel coniunctione, significat quòd aër erit temperatus & bonæ complexionis. Et si hæc commixtio fuerit de tertio uel sextili, eo existente in signis prædictis, significatio erit maior et maioris temperiei & complexionis melioris. Similiter si Mars habuerit commixtionem cum significatore, & fuerit in signis frigidis & siccis, aut frigidis & humidis, & cõmixtio fuerit de quarta aut oppositione uel coniũctione, temperat aërem & facit illum bonę complexionis & cõditionis. Et si aspectus fuerit de tertio uel sextili, eo existente in signis prædictis, temperies erit maior & uegetabitur omnis res quæ nascitur & generatur. Etiam ibi diligenter aspice partem aëris & uentorum, & participem fac eam cũ significatore. Præterea si Saturnũ aut Martem inueneris cum parte uel eorum dominos, iudica de eis sicut antè diximus, per existẽtiam eorum in angulis & in aspectibus significatoris. Hanc autem partem accipies à gradu Mercurij, si non fuerit in domo sua, usq; ad gradum domini domus in qua est: cui adde super hoc gradus ascẽdentis, & proijce ab ascendente, & ubi finitur numerus ibi est pars. Sed si Mercurius fuerit in domo sua, accipe eiusmet gradus addendo eis gradus ascendentis & proijciendo ab ascẽdente, et ubi applicuerit ibi est pars. In summa & generaliter idem facies in introitibus Solis in quartis, quas efficiunt Aries, Libra, Cancer, & Capricornus. Similiter facies quoq; in introitu Solis in quodlibet 12. signorũ. Albumasar dicit de alia parte quæ dicitur pars dierum, & accipit quolibet die à gradu Solis usq; ad gradum Saturni, & proijcitur à gradu Lunæ, quando Sol oritur in qualibet die: unde si Mercur. hanc partem aspexerit uel fuerit cum ea in uno loco, dic quòd die illa fiẽt uẽtus: quod magis erit affixum & iudiciũ certius, si Luna fuerit cum eo, & si aliquam commixtionem habuerit ibi Venus, adhuc erit potentius. Alius mod⁹ iudicandi est per dies sicta. Apta ascẽdens hora qua Luna ingreditur primum minutum signi, et aspice quis aspiciat ascendens, quem pro significatore accipies, & iudica per eum dum Luna fuerit in illo signo, & inuenies id quod uolueris Deo uolente.

De pluuijs & tonitruis & corruscationibus & uentis. Cap. XXVII.

DIximus significationes coniunctionis & commixtionis applicationum planetarum, in quibus obiter tetigimus aëris temperiem, & quomodo eadem per singulos dies inueniatur: nunc de pluuijs & tonitruis & coruscationibus & uentis dicere propositum est. Petitur autem dictorum significatio ab introitu Solis in 20. gradum et minutũ unũ Scorpionis: unde apta ascendens & angulos & planetas hora illa, & postea aspice Venerem & Iouem & Mercuriũ, & si omnes tres inueneris occidẽtales aut retrogrados, iudica quòd illo anno erunt multæ pluuiæ ac humiditates: sed si eos inueneris orientales uel directos aut multi cursus, significat q̃ illo anno erũt paucæ pluuiæ & paucę humiditates. Postmodũ aspice Martẽ, et si eum inueneris in aliquo angulorum, maximè in medio cœli, in aliquo signorum aëreorũ, & habuerit aliquã cõmixtionem cũ Mercurio, significat in illo anno tonitrua & coruscatiões & pluuias nimbosas & fortes, quæ modò pluũt modò non: etiam significat locustas & damnum in aëre. Sed si Mars fuerit in aliquo signorum terreorum in angulo terræ, & fortunæ fuerint firmæ

&

& habuerint commixtionem cum Mercurio, significat terræmotus & apparitiões ignium in aëre, & res expauescendas & damnum in mineris & in sulfurata terra. At si Mars fuerit in angulo terræ in signis igneis, significat combustionem aëris in terra, & lædẽtur omnes proprietates terræ & mineræ, & damnum patientur & comburentur messes. Etiam si fuerit Mars in angulo terræ in signo aqueo, in aquis diminutionẽ significat, & dãnum in eo toto quod est in illis, siue sint animalia siue alię res. Sed si fortunæ habuerint commixtionem cum eo, minuunt & prohibent damnũ tonitruorum & corruscationũ illo anno: at si fortunæ cum eo nullam commixtionem habuerint, tonitrua & corruscationes inferent dãna illo anno, & erunt radij multi. Porrò si uice Martis fuerit ibi Saturnus, & fuerit in medio cœli, & in aliquo signorum aëreorum, & habuerit commixtionem cum Mercurio, & fortunæ ab eo remotæ fuerint, significat damnum in aëre & multas pluuias & damnosas & durabiles, & non abscindetur. Sed si Saturnus fuerit in angulo terrę, sicut prædiximus, & in signis terreis, & habuerit commixtionem cum Mer. & fortunæ ab eo remotæ fuerint, accident terræmotus et apparebunt super terram aquę nigrę & similia. At si fuerit in signis aqueis & in angulo terræ, & fortunæ ab eo remotæ fuerint, & habuerit cõmixtionem cũ Mer. minuunt aquę in puteis, & damno afficit omnis res quæ morat in aqua, tã animalia quã aliæ res. Etiam si fuerit in signis terreis sub terra, & fortunæ remotæ ab eo, & habuerit commixtionem cum Mercurio, significat damnum in terra & proprietatibus eius & in mineris: sed si Mercurius non habuerit commixtionem cum eo, erunt prædictæ significationes minores tamen & leuiores. Etiam si habuerit commixtionem fortunarum, misce significationes anni & tempera bũtur, & minuetur damnum & malũ quod diximus. Nota quòd quilibet ex planetis altioribus habet unum statum, & planetæ inferiores habent alium: quia altiores sunt sicut spiritus, & inferiores sicut corpora: quorum omnis generatio in mundo particeps est, nec nisi per applicationẽ & cõmixtionem eorum inter se, superiorum uidelicet cum inferioribus, quidquã existit, summo Deo & omnipotente ita ordinante & uolente. Radix porrò pluuiarum est aspice re ascendens coniunctionis uel præuentionis, quæ fuit ante introitum Solis in signorum quodlibet, & aspicere dominum ascẽdentis & dominum loci coniunctionis uel præuentionis: quoniam si isti domini fuerint in locis humidis & signis humidis & pluuiosis, significant pluuiam. Etiã si quando applicuerint ad planetas humidos et pluuiosos, pluuiam significant: similiter significator si fuerit occidentalis uel retrogradus aut tardi motus, significat pluuias: similiter si quando fuerit combustus, pluuias significat, nisi Mars impediat: nã is combustus minuit pluuias. Etiam nota quòd si qñ significator fuerit discendens in sua latitudine uel in circulo suæ augis, significat pluuias, & contrà. Nota præterea quòd quando pluuiæ sunt propter significationes infortuniorum, quòd pluunt cum damno: q̃d infortunium si fuerit Saturnus, inferet diruptiones & submersiones: & si fuerit Mars, aëris combustionem significat.

De apertione portarum pluuiarum, uentorũ, calorum, & similium. Cap. XXVIII.

QVando scire uis apertionem portarum pluuiarũ aut uentorũ uel calorũ aut frigorũ, & cuiuslibet horum in tempore sibi conuenienti, & si tẽpus aptũ fuerit ad rem illam recipiendum, aspice Lunam, & si eam inueneris separantem se à Venere & applicantem Marti, uel separantem à Marte & applicantem Veneri, est apertio portarum. Præterea si eam inueneris separantem se à Ioue et applicantem Mercurio, uel separantem à Mer. & applicantem Ioui, similiter est apertio portarum. Adhæc si eam inueneris applicantẽ Satur. siue habeat Satur. separationem à planeta siue nõ, est similiter apertio portarum cuiuslibet ex rebus prædictis. Etiam aspice ad Lunam quã est in aliqua prædictarum apertionũ, quæ si ad prædicta fuerit in athazir, uerificatur res significata, & pluuia & uentus & calor aut frigus. Rursum aspice & si quando inueneris Lunã in signo humido applicantem humido planetæ, licet nõ sit ibi apertio portarum, dabit tamẽ tibi signum & fiduciam pluuiarum futurarum.

De athazir. Cap. XXIX.

QVandoquidem in præcedenti capite meminimus Athazir, nõ incommode hîc tractabitur docebiturq; quid sit, & quomodo inueniatur. Nam si Luna fuerit cũ Sole in uno minuto, est athazir: & si quando duo-

do duodecim gradus ab eo, eſt athazir: et quum 45. gradus ab eo, eſt athazir: & quũ 90. gradus ab eo, eſt athazir: & quum 135. gradus ab eo, eſt athazir: & quum 168. gradus ab eo, eſt athazir: & quum in 180. ab eo, eſt athazir: & quum in 192. eſt athazir: & quum in 225. eſt athazir: & quum in 270. eſt athazir: & quum in 315. eſt athazir: & quum in 348. eſt athazir. Poſtea coniunguntur & aptantur alia uice. Vnde aſpice ſi certificatur aliquod ex athazir cũ aliqua apertionũ portatum, & iudica ſecundum eius naturam. Poſtmodum apta aſcendens coniunctionis uel præuentionis, & aſpice aſcẽdens cõiunctionis uel præuentionis, & dñm ſuæ ſeptimæ, & ſi inueneris inter eos applicationem uel aſpectũ, aut luminis trãſlationem uel collectionẽ ſiue receptionẽ, et fuerit Luna in aparitionibus ſiue in athazir, ut prædiximus, iudica quòd in illo tempore erunt pluuiæ, tempore pluuiarum exiſtẽte: aut frigus, ſi fuerit tempus frigorum: aut calor, tempore exiſtente caloris aut idẽ appetente: & uentus, tempore uenti. Quod autem affirmat ſignificationes Lunæ, eſt ſi ſint Venus & Merc. occidentales uel retrogradi aut tardi motus, uel ſi ſit aliquis planeta ſiue duo ex altioribus retrogradus uel tardi motus: quoniam hæ conſtellationes certam pluuiam et ſine aliq̃ dubio denotãt.

De cognitione temporum in quibus ſperanda eſt pluuia. Cap. XXX.

DOcuimus Athazir pluuiarũ, nũc eorundem tempus iudicabimus, quod breui methodo colligitur ſic: Aſpice ſignificatorẽ pluuiæ, & ſi cum inueneris intrãtem aliquod angulorum ab aſcendente, in hora qua iuſſi te aptare quę faciunt ad ſciendum pluuias: & ab introitu Solis in 20. gradum et unum minutum Scorpionis, & uideas planetas qui ſignificauerunt pluuias illo anno ab eo receptas & ſpecialiter à Luna, & fuerit ipſe coniunctus cum ea, uel fuerit in quarta aut oppoſitione, denotat ♃ in illa die erit pluuia: ſed ſi fuerit ſine receptione, erit quidẽ pluuia non tamen tanta nec larga. Præterea ſi quando ſignificator fuerit in angulo, ſicut diximus, & corporaliter iũctus fuerit cum Luna, ſignificat ad pluuias tonitrua, corruſcatiões, terræmotus, ac ſimilia. Porrò quales futuræ ſint pluuiæ totius anni ſi ſcire cupis, aſpice Lunã & Venerem & Mercuriũ, & ſi eos omnes iunctos inueneris in Piſcibus in hora reuolutiõis anni, ſignificat pluuias & humiditates & nubes multas illo anno: ſed ſi fuerint in Ariete uel Tauro, ſignificat ♃ annus erit paucarum pluuiarum, ſiccus & indigens. Etiã ſi Venus applicuerit ad Mercurium in aliquo domorum Mercurij, ſignificat multas pluuias & durabiles & continuas illo anno. Et ſi Luna fuerit in oppoſito Solis, Veneris, aut Saturni, ſimiliter ſignificat multas pluuias & nubes tenebroſas. Etiam ſi quando Mercurius & Venus iungentur in uno termino, erunt magnæ pluuiæ. Et ſi ad hoc fuerint in ſigno pluuiarum, et Luna aſpexerit eos de tertio, erit pluuia tempeſtuoſa & durabilis donec unus eorum planetarum exeat de illo termino. Pluuias præterea in hyeme fortiores & durabiliores, uidere potes in reuolutiõe anni, ſi Merc. applicuerit Ioui, Luna Saturno, & Venus Marti: quia quilibet horum planetarum expandit quod recipit ab eo planeta q̃ eſt oppoſitus domus ſuæ. Etiã ſi q̃n Venus fuerit ante Solẽ, ſignificat ♃ annus ille erit multarum nubium atq; rorum & humiditatum, paucarum tamen pluuiarum. Etiam ſi Venus retrogradetur, exiſtẽte Sole in Ariete uel Tauro, erunt in illo anno multæ pluuiæ, & uer illius anni erit cõpletum & uberrimũ & pluuiarum multarũ & bonarũ. Sed ſi retrogradatio eius fuerit in Capricorno uel Aquario uel Piſcibus, minuentur pluuiæ in uere, & erũt multæ in medio hyemis, & erit hyems illa humida ualdè. Præterea ſi q̃n fuerit Mercurius ſtationarius & ponderoſus in quocũq; ſigno ſit, cõtingent illo tẽpore humiditates in aëre & pluuiæ ac nubes ſecundum illud tẽpus. Magnæ pluuiæ & tempeſtuoſæ fiunt, quando planetæ pluuiarum iunguntur in ſignis pluuiarum, & ſi Venus ſit propriè ſtationaria: quia Venus eſt magis firma, & inde maior ſignificatio pluuiarum & humiditatũ. Item ſi Mercurius fuerit in ſigno ſicco', & Luna & Venus in ſignis pluuioſis, erunt pluuiæ tẽperatę: & ſi Saturnus eas aſpexerit à ſigno frigido. erunt pluuiæ cum forti frigore & tenebris & gelicidio.

De morbis popularibus, ſalubritate, ſterilitate, & abundantia anni. Cap. XXXI.

PLuuias naturali ordine ſequuntur morbi & fertilitates, & horum contraria: quæ ſi ſcire cupis, apta aſcendens anni & aſcendens coniũctionis uel præuentionis, quæ fuerit ante introitum Solis in Arietẽ: poſtmodum ſi fuerint hæc duo aſcendentia & Luna libera ab in-

fortunijs,& dominus loci coniunctionis similiter,& applicuerit ad fortunam,& aspexerint ipsum dominum Luminaria uel Luminare quod fuerit dominus temporis,significat ꝙ erit ille annus liber à popularibus & alijs morbis. At si domini horum duorũ ascendentium & Luna & dominus loci cõiunctiõis uel prævẽtionis, omnes simul uel maior pars ipsorum fuerint infortunati,significat morbos populares & mortalitates: hæcꝙ erunt secundum potentiam infortunantis,& secundum naturam eius & locũ in quo fuerit. Etiam si domini horum duorum ascendentium uel unus eorũ,ipsis existentibus infortunatis, applicuerit ad dominum octauę ipsorum,erunt morbi populares cum mortalitatibus magnis & fortibus:sed si aliter habuerint, non erit magna mortalitas:& licet sint morbi populares ibi,mors tamẽ pauca sequetur ob rationem dictã.Porrò si planeta qui fuerit magis corroboratus his significatoribus oĩibus, applicuerit ad dominum octauæ suæ, accidẽt multæ mortes subitaneæ sine ulla longa ægrotatione.Etiam si dominus suę sextæ domus cuiuslibet horum significatorum applicuerit significatori,erunt morbi populares cum infirmitatibus longis. At si significatores applicuerint dñis suarum sextarũ, erunt infirmitates non longę.Item si infortunator fuerit Mars,erunt infirmitates calidæ,maximè si Mars fuerit cursus uelocis & potens in signo calido & sicco. Præterea si infortunator fuerit Saturnus,significat infirmitates saturninas & longas & durabiles,maximè si Saturnus fuerit tardi motus & potens in signo frigido & sicco.

De sterilitate uel abundantia anni.

DOcuimus morbos temperiem aëris sequentes,modò docebimus abundantiam et sterilitatẽ anni:in quibus aspice locum coniunctionis uel prævẽtionis antecedentis reuolutionẽ anni mundi,& considera dñm illius loci cui fortunarum uel infortuniorum applicat,& si applicuerit Ioui,& Iup. habuerit aliq̃ dignitatẽ in loco cõiunctionis uel prævẽtionis, aut fuerit dñs ascendentis reuolutionis anni uel coniunctionis uel prævẽtionis,aut fortunauerit dñm ascendentis,& dñs quartæ domus fuerit liber ab infortunijs, & fuerit applicatio anni per athazir illi⁹ legis, uel per athazir coniunctionis maioris ad locum Iouis aut Veneris,aut per aspectũ uel radios,erit illo anno fertilitas & abundãtia, idꝙ eo magis si dñs secundæ domus reuolutionis anni fortunauerit ascendẽs, uel applicuerit ei aspectu amicitiæ aliquis planeta,idꝙ maximè si fortunauerit dominum partis fortunæ,uel dominum ascendentis. Atque hæc sunt ea quæ significant fertilitatem & abũdantiam:quæ omnia si testificata fuerint, erit magna fertilitas,& multiplicabũtur substantiæ populi, & lucrabuntur modis omnibus,quin etiam in mercimonijs. Verum si non omnia talia fuerint, secũdum eorum statum erit fertilitas:quoniam anni indigẽtiæ et sterilitatis contrarij sunt his omnino. Nam si Saturnus habuerit dominium in cõiunctione uel prævẽtione per applicationẽ uel per corpus,& similiter habuerit dominium in ascendẽte,& infortunauerit eũ, & dñs quartæ fuerit malè afflatus ab infortunijs,maximè à Satur. & eo fortius si Satur. habuerit cõmixtionem cũ Merc. id infert. Quotiensçunq; enim alterum horum duorum infortuniorum infortunãs annũ, si habuerit commixtionem cum Mercurio, illud infortuniũ maius & magis affixũ reddet. Similiter quoq; eueniet si acciderint se cũdæ domui,& parti fortunæ, et ascendẽti, ac dño partis fortunę, & ex cõtrarijs cõstellationibus infortuniorũ, affirmatur significatio sterilitatis, indigentiæ ac diminutionis. Animaduerte ibi constellationes et fortunas dictas fieri per Iouẽ,& si quando eueniant per Venerem,habere similes significationes et bonas,nisi ꝙ hę debiliores sunt illis quæ fiunt per Iouem: similiter infortunia quæ diximus fieri per Saturnũ,& si quãdo eueniant per Martem,minus mali & dãni inferent illis quæ fiunt per Saturnum:excepto ꝙ dãna illata p significationes Martis,fiunt per siccitatẽ & cõbustionẽ & fortes radios,& quod his assimulatur: & damna quæ accidunt per Saturnum sunt per sitim uel submersionem:quorum duorũ contrarietatem discernes per signũ in quo fuerit Saturnus,quia si fuerit in signo humido, erit per submersionem: & si in signo sicco, erit per sitim.

De cognitione futurarum litium, bellorum, combustionum,& submersionum. Cap. XXXII.

OMnium horũ & eorum quæ has sequuntur cognitionẽ si desideras, aspice & si Luna fuerit in puncto coniunctionis,& acciderit ꝙ Sol & Luna sint tunc in duodecimo signo ab ascendente applicantes infortunijs sub terra,significatꝙ illa die accidẽt in illa ciuitate mag-

te magnũ damnũ & fortis occasio. Similiter si hoc modo habentes cadant circa medium diem, & applicent infortunijs cadentibus sub terra, iudica q̃ accidet submersio illa hora. Similiter si Luna in puncto coniunctionis applicuerit planetæ infortunio sub terra in signo igneo, iudica quòd comburetur aliquis locus in ciuitate: & hoc accidet si Luminaria fuerint in decima uel in nona, sicut diximus, habita differentia q̃ si simpliciter fuerint in decima, accidet illud in initio diei: sed si cõiũctio Lunę fuerit uersus occasum, occasio erit in fine diei. Etiã si Luna fuerit in cõiunctione & descẽdẽs meridionalis, uel descendẽs in circulo, uolo dicere si sit in Libra uel Scor. lumine diminuta & numero, & habuerit omnia hæc infortunia sine aspectu alicuius fortunæ, iudica q̃ illa hora accidet in illa ciuitate cõbustio uel rixa aut terræmotus, & fortè hoc malũ accidet multis ciuitatibus. Nota præterea q̃ si quando infortunia iungãtur cum Cauda in Ariete, cõtingent occasiões in bestijs minutis & in nobilibus: & sic consequẽter & hoc modo iudica per omnia alia signa. Vt si iungant in Virgine, erit occasio in fomentis, & hoc malum accidet illis qui sunt formæ hominũ. Disce præterea signa, eorumq̃ potentiã diligẽti obseruatione perquire, sciens quia Aries est in initio orientis, et Leo in medio orientis. et Sagit. in fine orientis, hæcq̃ tria constituunt triplicitatem seu triangulum: & Taurus est post oriens & eius triplicitas similiter secundũ q̃ diximus de Ariete: & Gemini sunt in initio occidentis cum sua triplicitate similiter: & sic consequenter de alijs. Etiã considera quũ Sol ingreditur Arietẽ, quis planeta sit orientalis, uel quis citius sit futurus oriẽtalis: qa ille erit significator anni. Vt si Iup. fuerit orientalis, significat bonitatẽ, meliorẽ prosperitatẽ et abundantiã anni; etiã si Venus, significat fertilitatẽ et bonũ forũ: sed si Mercur. fuerit oriẽtalis, annus erit mediocris: ut si Satur. fuerit orientalis, uictus penuria & caritas et magnũ frigus denotat: et si Mars fuerit orientalis, erunt rixæ et perturbationes seu cõmotiones et cõbustiones. Aspice similiter qñ Sol intrat aliquã quartarũ: quia qui planeta fuerit orientalis, erit significator illius quartæ secundũ hunc modum iam dictum. Similiter aspice applicationes Lunæ cum Sole, & quis eorum sit dñs tẽporis, & iudica secundũ illud. Nota etiã q̃ qñ cometa apparet in reuolutione anni uel in aliqua quartarũ in aliquo signo, occasio superueniet secundũ locũ Merc. in illo anno: ut si fuerit orientalis erit in oriẽte, et si occidẽ talis in occidente, et remouebit quũ Merc. cõburetur. Præterea si apparuerit cometa in zodiaco signorũ, erit malũ in diuisione Iouis et Mer. in uillis meridionalib. sed si fuerit in zodiaco altus uersus septentrionẽ, erit in diuisione Satur. et Lunæ: at si fuerit in zodiaco inferiori uersus meridiẽ, erit in diuisione Martis et Veneris. Etiã aspice signũ in quo apparet cometa et cuius sit planetæ, ut si fortunę uel infortunij, et quomodo fortunę aspiciãt illud signũ uel si sunt in eo, et iudica malũ in uillis quæ sunt sub dominio illius signi: et si fuerit signũ regale, iudica q̃ exibit rex de parte illa ubi fuerit cometa cũ excercitu, q̃ interficiet et comburẽt et depopulabit et destruet obuia quæq̃. Et si apperuerit in signo nobilũ, erunt rixæ et discordiæ inter nobiles. In summa secundum locũ cometæ in quo apparuerit, et potentiã applicationum quas habuerit ab infortunijs, et secundũ q̃ durat diu uel multum aut breue, erit uis malarum significationũ eius uel minus malarum.

De precio rerum. Cap. XXXIII.

FInitis his libus omnibus hominib. deuitandis, utile est subiungere rerum ualorẽ anni cũ præsentis cum futuri: nõ ad cõmodum auarorũ, sed in præseruationẽ rerũ necessariarũ nõ semper æqualiter prouenientiũ. Adfert aũt huius indicium et significationem dñs anni, q̃ si fuerit in fine suæ directionis uolẽs retrogradari, uel si fuerit descendens in circulo augis, uel si fuerit in fundo circuli sui epicycli, significat q̃ erit utilitas in rebus, et pauci præcijæstimabunt quę sunt de natura signi in q̃ fuerit, tã in animalibus q̃ in uegetabilib. et alijs reb. sicut sunt mineralia et lapides et similia. Similiter si Luna fuerit in reuolutione anni uel mensis lumine ac numero diminuta, uel sit applicãs deficiẽti aut retrogrado planetæ, significat utilitatẽ et modicum preciũ in necessarijs et uictu. Porrò caritatẽ et mercatũ rerũ cognosces à diuersitatibus status significationis et principij anni, et à figuris principiorũ 4. temporũ, (est aũt talium principiũ quũ Sol intrat signa 4. temporũ) et à cõiunctione Solis et Lunę existẽtib. in uno gradu ambob. et ab introitu Satur. et Iouis in signis climatũ et uillarũ oriẽtalium et occidentalium. Nã si qñ planetæ fuerint infortunati in istis locis, significãt uli-

tatem rerū & bonum mercatū: sed si qñ fuerint ibi fortunati, significāt augmentū precij et caritatē. Præterea qlibet planeta in natiuitate anni, id est in reuolutiōe sua si fuerit subleuatus in suo circulo, siue habeat siue nō habeat testimoniū in ascendente, significat caritatē & precij augmentum in rebus quę sunt de natura illius planetæ & signi in q̄ fuerit: ut si Sol in Ariete, significat lapides rubeos & pretiosos, sicut rubini, balasium, largonze, & similia: & aurum & lapides pretiosos. Et si fuerit Venus, significat alyofar, corallum scilicet peregrinorū, & cōchas, & similia. Etiā qlibet planeta si fuerit in suo casu ab exaltatione, aut descēdēs in circulo augis, significat uilitatē precij & ualoris, diminutionē rerum quæ sunt de natura illius planetæ & signi in quo fuerit, siue igneum siue aqueum, aëreū siue terreū. Abrahā ludæus dixit: Si qñ in reuolutione anni aut tēporis non fuerit Satur. in aliquo angulorum, significat bonū forū edibiliū & uictus: at si fuerit in aliquo angulorum, significat caritatē annonæ, q̄ adaugebit & maiorē dices, si fuerit in aliq̄ angulorū habēs ibi aliquā dignitatē: extremam enim istum necessitatem & penuriam denotat.

De precio rerum secundum Atabarim.

ATabarim dicit: Si qñ scire uolueris caritatē aut mercatum seu precīū rerum, & status hominū in uita & negocijs suis, diligēter cōsidera statum Luminariū: quoniā hæc inde petunt. Volens itaq; id scire, inspice quolibet mēse ad cōiunctionem Luminariū, & apta ascendens illa hora, (nota q̄ ascendens et q̄ ibi inueniunt planetæ sunt significatores status hominum & aëris, & iuuat eos in significatione dñs domus dñi ascendentis. Etiā planeta peregrinus in ascendente, si nō fuerit conueniens ascendenti, significat damnum in illo mense, si fuerit infortunū uel dānum secundū naturā & posse suum; & si inueneris planetā in angulo habentē dignitatē in ascendente, præsertim exaltationē, eū accipe p̄ significatore: & qlibet planeta q̄ inuenit in angulo habens ibi potentiā, accipit p̄ significatore. Si qñ dñs ascendentis fuerit remotus ab angulis, & planeta in angulo fuerit peregrinus, erit significator dū ibi fuerit & donec exeat inde. Sed si qñ dñs ascendentis fuerit in ascēdente aut in aliq̄ angulorum aliorū, uel in undecima aut in bono loco aspiciens ascendens, ipse significationē habet manifestiorē magis q̄ aliorū aliquis, maximè si fuerit orientalis & exiens sub radijs, & dū redit ad suū lumen leuis est motus: tunc em̄ significat q̄ homines cōsequent suos uictus, & lucrabunt accrescent in eius numero modis omnib. secundū potentiā planetæ cū paucā tum multā, maximè in diebus quibus Luna est in quarta ascendētis aut in ascendēte, aut aspiciēs dñm domus ascendētis: si tamen fuerit in opposito suo, contrariū eius q̄d diximus denotat. Præterea si fuerit auctus motu, augebit precium frumenti & annonæ: & si fuerit deficiens et applicās ad oppositū ascendētis, et aspexerit dñm ascendētis, signif. defectū et diminutionē precij. Rursum aspice & si inueneris dñm ascendētis receptū, & ille receptor fuerit auctus in angulo, significat q̄ toto illo mense augebit precīū frumēti: quia dñs domus dñi ascendētis in opposito luminarium est magis firmus. Etiā si qñ inueneris dñm ascendentis receptū, & ipse ac dñs domus dñi ascēdētis fuerint ascendētes, caritas et penuria erit firmior, et hoc secundū ascensiones eorū. Sed si dñs ascēdētis & planeta existens in angulo applicuerit planetæ cadenti aut diminuto, deprimit precīū ac diminuit. Etiā si dñs ascendētis fuerit diminutus, et ille q̄ eū recipit similiter diminutus, deprimit eius precīū, & hoc erit secundū diminutiones. Adhuc magis affixa et certior erit annonæ uilitas & sui precij diminutio, si ambo fuerint cadētes ab angulis: qa hoc significat q̄ illa uilitas erit citò. Et si ambo applicuerint planetæ cadēti ab angulo aut diminuto, uilitas p̄cij similiter affirmat. Itē si fuerit in ascendēte planeta ibi habens aliquod testimoniū, caritas & uilitas erit secūdum statū illius planetæ bonū uel dānū inferentis, & erit cum eo particeps dñs ascendentis. Sed si dñs ascendētis nō fuerit receptus, nō facias eum participē cum eo, quia ille solus erit significator. Itē si qñ dñs ascēdentis & Luminaria fuerint in talibus locis figuræ cōiunctiōis in ascendēte cōiunctionis, uel in angulis suis, aut in angulis à loco cōiunctionis, significat q̄ p̄cium manebit in eo q̄d est. Sed si dñs ascēdentis aut Luminaria fuerint recepta & aucta, & fuerint in undecima uel quinta, significat q̄ p̄cium augebit. Etiā si planeta ascēdētis applicuerit ad dñm ascendētis, significat augmentū in precio die applicationis. At si qñ Luminaria, & similiter dñs ascēdētis fuerint deficientia & in tertia aut in nona uel in 12. significat diminutionē p̄cij: anguli tamen semp

significant

ſignificat fixionē in eo ꝙd eſt. Etiā ſi qñ planeta deficiens applicuerit ad dñm aſcendē-tis, ſignif. ſimilē diminutionē ꝫ & maiorē, ꝫ ſi ille dñs applicet illi planetæ. Præterea ſi qñ dñs aſcendētis deficiēs fuerit, & dñs domus eius auctus, nihil facit augmentū dñi domus: qa radix & potentia ac ſignificatio ſunt in dño aſcendētis, niſi fuerit cadens & in angulo fuerit alius planeta. In ſumma ſi aſcendēs fuerit in aliqua domorū Luminariū, aſpice eorū augmenta & diminutiones in numero, & eorū loca in figura quomodo ſe habeant ad aſcendens, & iudica. Romanus dicit: Si qñ Sol intrauerit Arietem, aſpice planetā qui fuerit in medio cœli, aut cui applicuerit dñs medij cœli, & ille erit ſignificator preciorū. Vt ſi ille planeta exiſtēs in medio cœli fuerit directus in ſuo motu, ſign. ꝙ res q̄ ſunt de natura ſigni in quo fuerit erunt uiliores, et hoc magis certius ſi fuerit ſignū fixū. Et ſi planeta ille retrogradus fuerit, aut deſcēdēs ab auge ſua, uel deficiens lumine & numero, ſignificat ꝙ deſcēdent & fiēt uiles res q̄ ſunt de natura illius ſigni in ꝙ fuerit ille planeta. Doroth. dicit: Qñ ſcire uolueris caritatē & utilitatē, aſpice planetas per annū, & per illū eorū quē in ueneris orientalē dic ꝙ res fient carę q̄ ſunt de eius natura, & ꝑ illū qui fuerit occidentalis, deſcendunt precia & diminunt̄, & fiunt uiles res quæ ſunt de eius natura. Etiā damnum eſt ſi qñ planeta ſit in caſu ſuo, aut cōbuſtus, aut infortunatus uel retrogradus, aut cadens ab angulis, aut in aliquo malorum locorū, & fortunæ ſint remotæ ab eo. Etiā ſi qñ fuerit bonus in ꝙbuſdā rebus, & malus in ꝙbuſdā alijs, ſicut ſi eſſet in domo ſua retrogradus, aut in exaltatione ſua cōbuſtus, ſignif. ꝙ ille ſuæ res fient carę modicū & poſtea uiles, & ita per annū ibit augendo et minuendo. Meſſehala dicit de augmēto et decremēto preciorū: Si qñ uolueris iudicare augmētū uel decremētū rerū aſpice dñm aſcendētis & Lunā, & ſi fortiſſimus eorū applicuerit planetę exiſtēti in aſcendēte aut in medio cœli, iudica ꝙ preciū augebit̄ annonæ: & ſi planeta fuerit in occidentis angulo ſiue terræ, erit annona medij precij & uendet̄. Similiter aſpice illo tempore planetā q fuerit in quarta illorū duorum locorū, q. ſi fuerit receptus, aut ipſe receperit dñm aſcendētis uel dñm ſuę domus aut ſui termini, ſignificat caritatem: & ſi applicuerint planetæ cadenti & eum nō recipienti, ſignificat quòd panni erunt uiles & non uendentur. Peſſimus ſtatus in uenditionibus eſt ſi Luna & dominus aſcendentis applicuerint planetæ cadenti & eos recipienti, quia res non petentur & fient carę. Dicit & in libro ſuo quē fecit diſcipulo, ꝙ Ptolemæus & pars ſapientum qui uixerūt illo tempore in Aegypto unanimiter concedunt, ꝙ opus rei huius eſt Luminariū, & quòd incipiebāt hanc inquiſitionem ab introitu Solis in Arietem, & à coniunctione præcedente quamlibet quartā, & à coniunctionibus & oppoſitionibus quæ fiūt quolibet mēſe: maximè cùm Ptolemæus dicat: Reuolutio anni mundi eſt coniunctio aut oppoſitio quę fit ante introitum Solis in caput Arietis, & ꝙ res & accidētia huius mūdi fiant per cōiunctiones & oppoſitiones: ita quòd omnes generationes rerum & accidentia fiant & accidant per coniunctiones, & remotiones rerum fiant per oppoſitiones: quia Luna eſt mundus minor, & ipſa eſt proximior mundo ex omnibus 7. planetis, & ipſa perambulat primò mundū generationis & corruptionis, & res generatę & corruptæ inueniuntur in menſibus per eius augmentum. Quam rationem ita inuētam cùm approbaſſent, uidelicet quòd ipſa prima ſit 7. planetarū, & quòd ſimiliter omnis res completa minuitur tam in arboribꝫ in animalibus & in omni eo quòd generatur in hoc mundo generationis & corruptionis, dederunt omnino potentiæ Lunæ, & fecerunt participem Solem cum ea: quia per coniunctionem ſuā cum eo & eius oppoſitionē accidunt hæ mutationes. Dederunt ſimiliter ei participes Venerē & Merquia iſtorum cœli ſunt propinqui cœlo Lunæ, & quia fiunt orientales & occidentales multis uicibus & facilè mouentur. Poſuerunt etiam Lunā & aſcendens cōtraria, alterū ſcilicet alteri. Similiter quoq; poſuerunt poſſeſſionem ſeu uim monetarum & alias res quæ uendunt̄, contrarias inter ſe & unā alteri, & qñ alterum illorum augetur alterum deprimit̄, ſicut aurum & argentum & frumentum & panni: quia pro pauca moneta dabunt de re multum, & pro pauca re dabunt multā monetā. Dicit etiā quòd nobiliora loca cœli ſunt anguli: unde ſi qñ fortunæ fuerint in angulo, augetur & magni æſtimatur moneta & uileſcunt minoris ꝙ habentur aliæ res. Sed ſi qñ infortunia fuerint in angulis, nullo in precio habetur moneta, et aliæ res magni æſtimētur. Etiam ſi quando fortunæ fuerint in alijs domib. quę

non sunt anguli, magni æstimātur res & uilescit moneta: sed si quādo ibi fuerint infortunia, erit contrarium. Et si quando alia infortuniorū fuerint in angulis, & alia in aliis domibus, iudica per eorum magis firmum, & animaduerte q̄ utilitas quæ prouenit per fortunam, non potest esse magna. Et omnis planeta fortuna si qñ fuerit retrogradus uel in loco debili, debilitabitur tūc & debilis erit eius uirtus: & illud idem intellige quoq; de infortunio, si quando fuerit in exaltatione sua. Porrò si qñ uolueris iudicare anni quartam aut medium aut totum annum, aspice qñ separatur Luna ab illa coniunctione uel præuentione cum quo planetarum primò iūgatur, qui si fuerit fortuna, augebitur precium rerum quæ uendūtur & erunt carę: sed si iungatur cum infortunio, erunt ferè nullius æstimationis ac uiles: etiam aspectus in hoc casu talis est qualis coniunctio. Etiam si Luna fuerit in angulo, crescit penuria: similiter quoq; faciet si fuerit in exaltatione sua libera ab infortunijs. Etiam si Sol attigerit fortunam uel fortuna attigerit Solem, sicut si attigerit Iouem uel Venerē, augebitur moneta & spernentur ac uiles fient res, maximè si Sol fuerit in angulo uel exaltatione sua. Etiam si Sol attigerit infortunium, uilescet moneta maximè si fuerit remotus ab angulis. Mercurius habet significationem duarum monetarum, uidelicet auri & argēti, & Venus habet partem in eis. Pars Veneris in eis est pulchritudo uisionis & claritas coloris, & pars Mercurij in eis est pictura & scriptura ad hoc quòd Mercurius singulare quoddā ius habet in auro propter partitionem Solis. Vnde si quando fuerint orientales, ascēdit moneta, id est, sunt res uiles, maximè si fuerint in suis exaltationibus: ut si qñ occidentales fuerint, uilescit moneta, maximè si fuerint debiles. Etiā si qñ Mer. fuerit cum Sole, honoratur aurum, magni æstimatur, & uilescunt aliæ res fiuntq; uiliores. Præterea si qñ fuerit Venus cum Sole, honorabitur argentum & diligent homines ipsum: etiam si non fuerit cum Sole, et fuerint exaltati in circulis suarum augium, honorabitur moneta, id est, fient res uiles, maximè si fuerint ad orientalitatem aut fuerint in exaltationibus suis uel domibus aut dignitatibus. Etiam si quādo declinauerint in suis cœlis euntes ad occidentalitatem, uel fuerint in locis debilitationum suarū, & in quibus non habeant dignitates, uilescit moneta, id est, res fiunt carę. Item si qñ feceris ascendens anni aut quartæ uel mensis uel medij mensis, & aptaueris angulos, & sciueris gradum domus substantiæ, si inueneris dominum domus substantiæ in aliquo angulorum, maximè in loco ubi habeat dignitatem aliquam, & quòd sit fortuna, honorabitur moneta: sed si fuerit infortunū in angulo, sicut prædiximus, æstimabitur quidē moneta, nō tamen honorabitur, quia eam habebunt homines uiles. Porrò honorem & utilitatē aliarū rerū iudica per existētiam fortunarū & infortuniorū in signis: quia si qñ fuerit fortuna in signis, erunt res carę q̄ sunt de diuisione illius signi: sed si qñ infortunium ibi fuerit minuitur precū, q̄a quodlibet signum habet suam partem in rebus, sicut datæ sunt Arieti bestię minutę, & aliis signis secundū partes suas, iuxta quas iudicare debes. Nota præterea q̄ ascendens in animali semper significat caput, & quarta domus uētrē, & septima caudā & posteriorem partē corporis, & decima speciale: unde in qua earū partiū fuerit infortunū, uel si quæ earum fuerit infortunata, in illa erit damnum. In homine uerò ascendens significat caput, secunda collum, tertia humeros & manus: & sic per ordinem in omnibus 12 domibus, sicut declarauimus in principio huius libri. At in uegetabilib. nō possunt haberi nisi partes anteriores & posteriores: unde ascēdens erit pars anterior, & septima pars posterior. Si ergo interrogatus fueris, p̄ aliquo uegetabili si nascetur bene, uel si crescet aut quid futurū sit de eo, da ascendens & eius dominū, et Lunā et eius dominum ei, et si omnes isti fuerint fortunati. iudica q̄ durabit et proficiet in bonū: sed si fuerint infortunati, iudica q̄ infelicissimè habebunt: at si duo fuerint fortunati et alij duo infortunati, dic quòd erit mediocre, secundum quod certificaberis Deo uolente.

De eo quod habent planetæ & signa in climatibus & uillis mundi. Cap. XXXIIII.

CAsibus omnibus absolutis nō absurdum uidetur subiungere partitionem climatum, et quomodo in terra intelligantur docere, sic ordientes: Mundus est diuisus in 7. partes, quæ nominantē climata, quæ diuiduntur secundum numerum 7. planetarum: quorū primus est Satur. et ultimus Luna, et sic secundum ordinem cœlorum planetarum. Postmodum clima Indiæ est Saturni, clima Babyloniæ Iouis, clima Turchiæ Martis, clima Romæ

ma Romæ Solis, clima Methæ Veneris, clima Aegypti Mercurij, clima de Zyn Lunę. Aliqui addunt signa dicentes q̃ Babylonia sit Arietis & Iouis, India Capricor. et Mer. Turchia Leonis & Martis, Roma Libræ et Solis, Arabia Scorp. et Veneris. Aspice cuiuslibet climatis à suo planeta essentiã quã ingreditur exaltationẽ suã, & si in ipso introitu fuerit auctus in suo motu, & ascẽdẽs in latitudine ac in bono statu & fortunato, aut si fuerit in contraria huius essentia, et iudica statũ gentis illius climatis in bono uel in malo secundũ statum illius planetę. Et si testificata fuerit per significationẽ Satur. si gnificatio Martis uel Iouis aut Veneris, ut si unus esset dñs anni, & alter dominꝰ quartę, fortificatur & multiplicaẽ malum per infortunia, & bonũ per fortunas; ut si qn Sol fuerit infortunatus, illo anno morietur rex alicuius climatis. Scies autem clima à planeta q fuerit infortunatus in illo anno cũ Sole, & à signo in quo fuerit ille planeta infortunatus. Vt si Iup. & Aries fuerint infortunati, morietur rex Babyloniæ: & si Capricornus & Mercurius, morieẽ rex Indiæ: & si Leo & Mars, morieẽ rex Turchię: & si Libra & Sol, morietur Christianorũ rex. Porrò Indi ex peculiari quadã opinione dicũt, q̃ primum clima est Satur. secũdum Iouis, tertium Martis, quartum Solis, quintũ Veneris, sextum Mer. septimũ Lunæ. Postmodum reducunt significationem ad signa & dant Arietem & eius triplicitatem orienti mundi, Taurum & eius triplicitatem meridiei, Geminos & eorũ triplicitatẽ occidenti, Cancrum & eius triplicitatem septẽtrioni. Et in quolibet climate planetarũ duæ magnę ciuitates capitales seu prĩcipales sunt, secundum q̃ quilibet planetarũ habet duas domus: excepto climate Solis in quo una sola est ciuitas, & climate Lunæ in quo una alia, propterea quòd uterq; eorum non habet nisi unam domum. Et in oñibus climatibus sunt inter ciuitates & castra 21600, secundum numerum minutorũ cœli. Hermes dicit q̃ numerus istorum minut. reducitur ad quarta, & erit numerus omnium hominum q ambulant super terrã 46560000. & quum moritur unus nascatur alius semp numero custodito. In primò climate quod incipit in oriente, sunt 3100. inter ciuitates & uillas magnas: in secunda climate sunt 2713. inter ciuitates & uillas magnas: in tertio climate 3970. inter ciuitates et uillas magnas; in 4. 2974. inter ciuitates & uillas magnas: in quinto 3006. inter ciuitates & uillas magnas: in sexto 3100. inter ciuitates & uillas magnas: in septimo 2810. inter ciuitates & uillas magnas: & in toto hoc numero sunt in insulis 400. ciuitates. Inueniunt autem quia si qñ iungẽtur termini quos habet unus planeta per omnia signa, quot gradus habet in omnibus illis terminis, tot ciuitates capitales habet in illo climate ille planeta: & si reducentur illi gradus ad minuta, erit numerus ciuitatũ & castrorum et uillarum in climate illius planetæ. Illud idẽ de quolibet altero planeta per sua climata iudica, & in loco termini planetæ & in signo habebit dominiũ super ciuitates ipsius signi, maximè si planeta super illas ciuitates generaliter habuerit dominium. Iuppiter potestatem habet in ciuitatibus Babyloniæ, & locus eius termini in Cancro erit Layrach, unde Iup. erit proprius & specialis significator de Layrach: & sicut Venus est significatrix Arabiæ, cuius signum est Scorpio, unde locus termini Veneris in Scorpione erit locus eorũ qui laborãt propter segetes in aldeis, id est, uillis cãpestribꝰ & hoc modo & sic cõsequẽter statuit̃ significator cuiuslibet gentis per planetas & signa. Vnde si quando inueneris aliquod signum infortunatum, iudica q̃ illud infortunium erit maius & proprius in loco termini planetæ, qui est significator illius gentis uel climatis in illo signo: secundum quod iudicabis & certificaberis Deo uolente.

De partitionibus signorum per uillas. Cap. XXXV.

PArtitis planetis per climata, non inutile erit idem facere in signorũ partitione. Aries habet Feriz ad reng, & principium terrę castratorum, et Balachya, & Phalastyn, & Alamynya, & Babyloniam, & Tenz Alamynya. Hæc occupant 7. gradus & medium uersus meridiem, & in parte septẽtrionis Arietis 7. gradus & medium: post cuius medietatem est Phalastyn, & habet dominium in Hyspaẽ, in Canzphon, in Harmenia, in Halen, in Moquam, in Baraquia, & in Catheduquia. Taurus habet Azenet, Nichin, Hemeden, & Latrade, quæ sunt montana, & Meh, Ozpa, Melizdem, Meygyram, Dezanzen, Cytre. Etiam Taurus est ascẽdens de Colcos, & habet participationẽ in Feriz, & in mõtanis Daleyc. Gemini habẽt Iurgen, Armeniam minorem, Hacen, Moquam, Aegyptum, Barcham ad Deylen, Comars, Daũrasten, & Burgem, & unam partem de Eypa-

hem,& Kohemen,Maroë,Abcaylis,Baraquia,& est una pars occidentis Baraquia,et Surgiam mediam,& Leulan de terra Indię & eius terminum, & in humeris Tauri 23. gradibus habet occidens terræ promissionis uersus eius meridiem:& in suis pectoribus Mascye,Harsana,Baraquia,Maycē,& Aram altam.Cancer habet Armeniam minorem,& oriens de Aracen & Azyn,& habet partitionem in Balh,& in Adrazen, & in terra Barbariæ,& in Affrica,& in Ardana quæ est in terra Christianorū:& Franciam,& Aledyquia, & Maruruth & quod est retro Mutham:etiā habet participationem in Aegypto,et in Abrasbar, et in Maro,et in Achalnuam,et in Maraab,et in Alhayar,et in Albarayn,et in zehyl, et in Alhayrach in loco termini Iouis,et ipse est ascendens Babyloniæ et partis orientalis de Baldach, Deraz,et omnium insularū.Leo habet Turchiam usq; ad finem populationis,et Lombardiam,et Caloquiam,et terrā de Heniz, Damasum et Alcuffā CozGog, et Magog,et Almaztra,et medium Zuriæ quæ est terra promissionis, et in alijs libris dicitur insula Cyciliæ,et Rohebil,et Distā. et ipse ascendens est Persiæ, et Thinen, et Azmizen. Virgo habet Aliorantam terrā ꝓmissionis,Alforat,Alyaziram,Feriz terram Græcorum,Cretam et insulā magnam in mari Christianorum,Curkhomē,zegezten et Almaseyl. Libra habet terram Christianorum usq; ad Affricam et Tabram,tenet Balh et Ara:et in libro Ysaac filij Salomonis,dicitur ꝙ habet Iurgem et Taharicon et Haracammoret, et est India, Thepheh:etiā habet participationem in Aegypto,et in una parte terræ nigrorum,et terræ de Barcha,et terminorum Affricæ: Romā et eius terminum,et medium terræ occidentis,cuius est etiā terra nigrorum:et Aegyptū Zezetem et Khbil Feze Indiam ✶ carmen cum Merc.etiam est signum Feriz Alexandriæ maioris,et est ascendens Armeniæ et Turchiæ.Scorpio habet terram Alhigez et Arabiæ,et habet suos terminos usque ad Aliemē,Tamā,Farmā, Arry:et habet participationē in Aziud et in Aniuel et in Calyba:etiā est circa barbarū Romaniā & Zemonā,et in terra Alcassam et promissionis et Curiā,quæ est inter terrā promissiōis et Aliazara et Azaned terrā Chaldęorum, Caneduquiam et unā partē de Cazoz et Ayreynā,et est ascendens Feriz et Alhasra.Sagittarius habet barbaram Affricæ et Mohochem,Ayiud,Catalaztyn,Hispaniam,Aliemē, Ciciliam,Sardiniam,Cretas, Hispahem & terminos eius, & Arrihe,& Montaneam,& Amiraquij quæ est colonia Aledeuze: & habet Hyspahē cum Sole & Africam & Azehyl & Alahazth, & oriēs ubi Sol oritur: & est ascendens de Ahzen, & signum Armeniæ, & descendens Babyloniæ,& signū Riperie maris. Capricornus habet terrā nigrorū & flumen Cehuyrā & Azyn & Ainē usq; ad mare, & Azummachrā quæ dicit Aznmarach, & Acraquiā maꝙdimyā & est mediū terræ Græcorū, & Alahuez & Cheyfalbahar, Oazat, Albahar, Albarayn usq; ad terminos Indiæ, & à terra Indiæ usq; ad zyn & Montaferiz & Zegezten Tabrascen & Zemirayn Deuil Elmedeyn:etiā habet Alahuex cum Venere & Constantinopolim & partē occidentis totam. Aquarius habet Azened Alcusfam & terminos eius, & terrā Alsiegez, & terrā de Alcoth in Aegypto, & occidens terræ Zyn:etiā habet Zor nominatā,& flumē Zalh Azad,Fargonā, Ezez Albaleah terræ promissionis, & mediū terræ nigrorum,Lubiā Aroqui, & terrā Altabt quæ est Aegyptus,Alcūsfam & eius terminos usq; ad terminos mōtanearū Azaced,etiā habet participationē in terra de Feriz, & habet finē Albegē & terrā Arabię,& terrā Indię & montanā de Deylā Leudecā Khelle: & est ascēdēs Raze & Almedeyn Barezē & Alexandriæ maioris.Pisces habēt Tabezcē & partē septentrionalē terræ Iurgē,et habet participationē in terra Christianorū, quod est inter Romā & terrā promissionis, Aliazyrā,Aegyptū, Alexandriā et mare de Lyemē:etiā habet Ranubiā & Calcariā & Lymoritā, Carmanzā aduersam, & unam partem terræ de Zyud quæ nominat Melēmyra,& terrā nigrorū & mare uiride,quod est mare Arabū, & Zaraquētdeblit: & est ascendēs Christianorū.Ille qui fecit librū Andilarechprosu, dicit ꝙ inuenit in lib. Chronic.mundi ꝙ signū mundi est Aries,& planeta eius Sol, & ascendens eius est Cancer & Iup.in eo:& ꝙ postea diuiserunt 7.climata per 7.planetas & per 12. signa. Vnde Babylonia Iouis & Arietis, & Romania Libræ & Satur.& India & Aziud & Matrhaā Capr.& Mercurij, & Alhegē & tota terra Arabiæ Scorp. & Vener.& Turchia Leonis & Martis,& ea q̄ est post Turchiā Lu. & Virginis,& Adragen Aquarij & Solis. Postmodum diuisit Babiloniā ꝑ planetas.

&

& ſigna,et accidit Azazede Aquario & Lunæ,& Elmehyn & Mihyſcē & Mahariā & Amedē Tauro et Satur. & Almalach & Marthā et Adragē Arieti & Veneri, & Feriz Virgini & Merc.et Huzrum Ehen Sagit. & Soli,& Ary & Amel Scorp. & Lunę, & Addeyſam & montē Geminis & Marti, & Alabuē Capricor. & Veneri, & Iurgem & Tabraxtē & Rahyhā & Azah et Zambracand et Zarhac Piſcib. et Merc. et Marceddac et Talicon et Maruab Cācro et Saturno,et Zegeztē et Karmē Libræ et Mer. et Anburich et Inzabor et Tozet Abrashar Leoni et Veneri.

De potentia planetarum in climatibus & partitione terræ. Cap. XXXVI.

DIximus de partitione ſignorum per uillas,modò dicemus de potētia planetarū in climatibus et partitione terræ. Saturnus habet primū clima et Indiā et Azyn et nigros et ſummitatem maritimam. Iup. ſecundū dicta Romanorū habet quartū clima,in quo eſt Babylonia,Tradē,Feriz,Corazen,et Aleyrach:ſed ſecundū dicta Perſarum habet Azuen et clima Aethiopiæ et Nubiā. Mars ſecundū dicta Romanorum habet ſeptimū clima,et terrā Turchię et terrā promiſſionis & Romaniā: ſed ſecūdum dicta Indorum habet terrā Alexandriæ et terrā promiſſionis. Sol ſecundū dicta Romanorū habet clima Romaniæ, et clima ſecundū orientem et terrā Zyn cū ſuis terminis et Corazen:ſed ſecundū dicta Perſarū habet Babyloniā. Venus ſecūdū has duas opiniōes habet quintū clima, et Alhyget terram occidentis et Lyemē. Merc. ſecundum opinionē Romanorū habet Alexandriā, et terrā Græcorū et terrā promiſſionis: ſed ſecūdū opinionē Perſarū habet ſextū et tertiū clima. Luna ſecundū opinionē Romanorū habet ſextū clima et terrā occidētis, Frāciam et Hiſpaniā et quod his contiguū eſt, et Armeniā uſq; ad Turchos et mōtana:ſed ſecundū opinionem Perſarū habet ſeptimū clima. Nominauimus in enumeratione ciuitatū et earū ſignorū prædictorū aliquas ciuitates aliquorū ſignorū,quæ et ipſa ſunt aliorum ſignorū: illud idē quoq; fecimus in enumeratione planetarum,nō ex noſtra authoritate,ſed quia id inuenimus et hoc modo dictū in libris ſapientū antiquorū,ſicut in libro climatū et ciuitatū,et in libro Ptolemei, et in libro de Abitamas, et in libro de Albakayme,et in aliis libris plurimis. Zeſar dicit q; dñia et regna climatū mediocriū permutantē de una gēte in aliā,at dñia et regna capitū ſunt fixa,qa nunq; conducit nec regit ea niſi naturalis de terra. Cui aduerſati ſunt aliq,q dixerunt q; partē calidā horū duorū capitū cōducit Mars, et partē frigidā alterius capitis conducit Satur. et temperamentum medij cōducit Iup. unde gēs habitans in medio debet eſſe ſecura,ꝓpter naturā Iouis,et in capitibus debēt moueri bella propter naturā Satur. et Martis. Abaaon dicit q; audiuit à patre ſuo quòd Cayton cogitauit in hac ratione Zeſacris & inuenit quòd ſtellæ fixæ uadunt circuiendo duas partes in ſeptentrione et meridie, et ꝓpter hoc fuerunt regna et dñia in capitib. firmæ: at planetæ mobiles uadūt circuendo ſuper mediū,et propter hoc facta ſunt ibi regna & dñia mutabilia ſecundū mutationē planetarū. Ptolemęus dicit in libro ſuo,ubi nominauit ciuitates et inſulas et maria,et quo modo diuiduntur per dominia ſignorū & planetarum docuit,& poſuit radicē numeri et elongationū Alexandriæ,dicens:Hæc ciuitas eſt Leōis & Martis,quia horæ ſunt. 14. & long. inſularum à principijs ſunt 60. grad. & 30. minut. quæ faciunt 4. horas æquales & 13. horæ ✶ ſuper quam radicem nominatæ ſunt omnes long. ciuitatū, quas nominare noluimus in hoc libro,ne ſermo in re uili producatur in infinitum, maximē quū eas uidere liceat cuiuis in libro modo citato. Ptolemæus dicit q; Metha & Porta de Elen eſt Libræ & Saturni, & Almedma & Comza Scorpionis & Veneris,& Rauda,& Haluem,Emel,& Carazen Tauri & Lunæ,& Razcara,Almedin, Nazydyaſca len,& Amoez Leonis & Iouis,& Adenylen partes de Ahnaocyl & Azuē Scorpionis et Lunæ, et Zuryd Libræ et Mercurij,et Almalice, Bedaguiz, Vrzan, Harram, et Oio Geminorum & Mercurij, Zanaa quæ eſt in terra de Lyemen, & Zec quæ eſt in terra promiſſionis,& Buzca quæ eſt in eadem illa terra, Virginis & Mercurij,& Albaharen & Tabaria Piſcis & Martis,& Mizre de terra Dirigen & Hieruſalem Cancri & Martis,& Amen Hemeden & Andepyl Cancri & Veneris,& Anazca Zymzach & Archa Piſcis & Mercurij, & Alcuffa Virginis & Iouis. Hæ ciuitates non fuerunt tempore Ptolemæi ſicut modo ſunt: quum tū loci ſint ubi erāt illæ ciuitates,et licet mutatæ ſint et ſint ibi aliæ ciuitates, nihilominꝰ ſunt illorū ſignorū et planetarū. Dicit etiam quod Baldach antiqua

et terra de Falaztyn et Constantinopolis sunt Tauri et Mercurij, et Cazus Alen et Mon de Cyrch Piscis et Iouis, et Azuch de Zechenich & Atraca Sagittarij & Lunæ, & Adenzor Yspahen & Quiz Tach Vezyt Sagittar. & Solis, & Nehenech & Cancherim cedmyr Scorpionis & Martis, & Arrych Tauri & Saturni, & Baluez Libræ & Veneris, & Ayl Cabrazen & Conum Capricorni & Lunæ, & Iurge Cymar & Yzna quæ est in confinio terræ promissionis Sagittarij & Iouis, & Nyzabor & Lehebud Arietis & Iouis, & Zanhrehant & Toz Arietis & Mercurij, & Zahet Virginis & Lunæ, & Maroe Aruch & Haoeryz Geminorum & Saturni, & Calycam Balh Carg Hadencazoz & Chenzach Libræ & Martis, & Maroe Carach et Nedida Piscis & Saturni, & Alazalayn Aquarij & Iouis, & Daca & Ganna Libræ & Iouis, & Ehyez Virginis et Solis, et Targana zyeh Odida & Tutya Tauri & Iouis, & Harasath Cancri & Saturni, & Meyse Requyn Cancri & Veneris, & Zegezten & Fardi Cancri et Iouis, Rach Arietis et Veneris, et Veldoch et Trahaluch promissionis et Halu Scorpionis et Merc. et Bardihah Aquarij et Satur. et Amyd et Matoya Aquarij et Lunæ, et Caudear et Quizyad Geminorum et Lunæ, et ciuitas de Zyn Leonis et Veneris, et Zor Geminorũ et Iouis, et Alma Ziza Leonis et Lu. et Bonry et Heut et Calepayz Capricorni et Iouis, et Azia et porta Alhazre Sagittarij et Saturni, et Macrich balinarum et Debil Virginis et Sat. et Arrah auram et romiã Leonis et Satur. et Falida Capricorni et Mercurij, et Antaquia Arietis et Solis, et Hyraz Geminorũ et Solis, et Damaso Scorpionis et Solis.

De longitudinibus & latitudinibus ciuitatum secundum quòd tradidit Harix, incipiens in suis tabulis ab occidente & per quamlibet ciuitatem discurrens. Cap. XXXVII.

HArix longitudines et latitudines ciuitatum dimetiẽs incepit ab omnium principe, his uerbis: Ptolemæus dixit quòd clima primum incipit ab oriente à principio terræ de Zyn, et uadit per terram illam et per littora maris, et meridiẽ terræ Indiæ, et postmodum p ciuitatem Dazyud. Item et per mare super insulã Calcul. et trãsiens mare uadit p insulam Arabiæ et per terrã Delyemen, et transiens mare Rubrũ uadit per Aethiopiam, et transiens Nilũ de Aegypto uadit per terram occidentis, et transiens p meridionale terræ Barbariæ uadit donec applicet ad finẽ occidentis. Et maior lat. quę est in eo, est 16. graduum et 24. minutorum: et horæ maioris diei ipsius sunt 13. horæ et 29. minuta. Et ante hoc clima sunt duæ ciuitates ultra lineam æquinoctialem, et nominatur de ipso climate: quarũ una dicitur ciuitas Deleyt, cuius longitudo habet 122. gradus, et latitudo 3. gradus. Et secunda ciuitas dicitur Baroya, cuius longitudo 125. grad. et lat. 3. gradus. Ciuitates autẽ principales huius climatis sunt ciuitas Datyb, cuiꝰ lon. est 122. gra. et lat. 4. grad. Faruzui, cuius long. 125. gra. et lat. 5. grad. Mararia, cuius lon. 129. lat. 81. Zuzya in terra de Zyn, cuius long. 129. la. 3. Behelmyed est insula Alzeffar, cuius lõ. 172. lat. 6. Taffule, cuius lon. 107. lat. 4. Bez de terra Indiæ, cuius long. 125. lat. 12. Maruro, cuius lon. 119. lat. 14. Belyn super mare, cuius lon. 121. lat. 9. Dumyab, cuius lon. 63. lat. 13. Cyffar, cuius long. 78. lat. 15. Ciuitas maior Zyn, cuius long. 87. lat. 9. Zerengh, cuius lon. 76. lat. 12. Habreuent, cuius lon. 71. lat. 14. Facyly de India, cuius long. 117. lat. 15. Megar, cuius long. 121. lat. 6. Manna, cuius long. 3. lat. 11. Alcaz, cuius lon. 63. lat. 12. Eduyly, cuius long. 58. lat. 13. Zanah, cuius long. 63. lat. 4. Insula, cuius long. 65. lat. 12. Affar, cuius long. 63. lat. 13. Sathydroch cuius long. 69. lat. 23. Dicla, cuius long. 23. lat. 13. Mery in terra de Hemen, cuius long. 63. lat. 15. Secundum clima incipit ab oriẽte et uadit per terram Zdeyn, et terram Indiæ et terram Dezyud, et obuiat mari uiridi et mari Dalbazra, et transit per insulam Arabię et per terram Deneſt et uadit supra Dehema, etiam transit per mare Rubrũ et uadit per terminum de Aegypto, et transit per Nilum et uadit per terrã occidentis, et transit per medium Affricæ, postmodũ trãsit per Barbariam et applicat ad occidens, et maior latitudo quæ est in eo, est 29. graduum et duodecim minutorum: et horæ eius maioris diei sunt 13. horæ 49. minuta. Principales ciuitates in eo sunt hę: Zabeh, cuius longitudo 64. latitudo 16. Moene, cuius longitudo 76. latitudo 18. Armby, cuius longitudo 54. latitudo 19. Amem, cuius lõgitudo 24. latitudo 20. Zadnue de Zarahadin, cuius longitudo 117. latitudo 20. Adcrayst, cuius longitudo 68. latitudo 21. Asuen, cuius longitudo 16. latitudo 20. Mazurah, cuius long. 74. latitud. 17. Benze, cuius long. 117. lat. 18. Nebala, cuius long. 66. lat.

lat.59.Orhamæ,cuius long.84.lat.20. Amburi,cuius long.48.lat.20,Allemynye,cuius long.72.lat.29.Almanzor,cuius long.63.lat.21.Mahara,cuius long.68.lat.18.Ciuitas regis terræ de Zyn,cuius long.68.lat.18.Ciuitas regis Nigrorum seu Aethiopũ, cuius long.22.lat.20. Ciuitas regis Indiæ, cuius long.27.lat.20.Metha,cuius long.67.lat.21.Hyemem,cuius long.15.lat.22,Acermorea de terra Zyud,cuius long.62.lat.23. Tertium clima incipit ab oriẽte et uadit super septentrionem de terra Zyn, & transit super terram orientis & terram septentrionis de terra Decyud, postmodum trãsit super Lyhebil & super Machram et uadit ad littora maris de Albazra, & transit p terrã de Laboez,& uadit sup ciuitatẽ terræ promissionis,& trãsit p finẽ terræ Aegypti & uadit p terrã Affricę,& applicat ad finẽ occidẽtis : cuius maior latit. est 33. grad. & 40. minut. & horæ eius maioris diei sunt 14. & 15. minuta. Principales ciuitates huius climatis sunt hæ: Ahalar,cuius long.63.lat.24.Ciuitas de Mahomat,cuius long.65.& lat.24.Alcuzum,cuius long.16.lat.28.Nedem,cuius long.61.lat.29.Alcandehar,cuius lon.110.lat.30.Karmen,cuius long.67.lat.30.Hayar,cuius long.63.lat.24.Albehray,cuius long.74.lat.26.Alhmyn, cuius long.16.lat.27.Cacriz, cuius long.50.lat.28.Lyebil,cuius long.79.lat.32.Zyraf, cuius lon.48.lat.30.Alfeyum, cuius lon.77.lat.30.Addebyl,cuius long.72.lat.24.Bugra,cuius lõ.51.lat.27.Fuztha Aegypti,cuius lon.55.lat.29. Ayyr,cuius lõ.83. lat.29. Aynayzemt,cuius long.50.lat.30.Yta,cuius lon.12.lat.31.Alkemmah,cuius long.55.lat.31.Aluafra,cuius long.74.lat.31.Addeynor,cuius long.77.lat.31.Ciuitas uenti, cuius lon.83.lat.31.Alcoz,cuius lon.7.lat.31. Azar,cuius long.33.lat.32. Tabaria, cuius long.18.lat.32.Alahuez,cuius long.75.lat.31. Aztahar, cuius longitudo 79.latitudo 32.Haurub,cuius long.28.lat.32. Albalca, cuius long.14.lat.33.Aztalem,cuius long.19.lat.28.Damyata,cuius lon.58.lat.31.Alexandria,cuius long.60.lat.31. Ebedem, cuius long.75.lat.31.Bryzabor, cuius lon.78.lat.31.Ciuitas regis Dezyud, cuius lon.26.lat.31.Auiuez,cuius lon.11.lat.32.Alcufa,cuius lon.79.lat.32.Alquibala, cuius lõ.77.lat.32.Alcazal de lazal,cuius long.81.lat.32.Almasinoha, cuius long.60.lat.32. Ciuitas ceringiorum,cuius long.18.lat.33. Arriula,cuius long.16.lat.28.Coraz,cuius long.15.lat.31.Meezen,cuius long.60.lat.32.Ior,cuius long.75. lat.31. Brihor, cuius lon.79.lat.31. Affrica,cuius long.35. lat.31. Aynquyn,cuius long.52.lat.31. Azruem, cuius long.83.lat.32.Sactus,cuius long.56.lat.32.Oazyt,cuius lon.71.lat.32. Eyrã, cuius lon.78.lat.32.Zegztem, cuius lon.64.lat.32.Neyrub,cuius long.9.lat.33. Quartum clima incipit ab oriente & uadit per ciuitatem terræ de Zyn,& postea transit per Corazen & terminos eius,post modum uadit per partem septentrionalem terræ promissionis,& transit prope mare eius,& uadit per insulam Cabros & Rodes,& postea uadit ad terrã occidentis & transit per Tange & applicat ad finem occidẽtis: & maior latitudo eius est 39. graduum : & hora eius maioris diei 14. & 45. minutorũ. Ciuitates principales in eo sunt Balebec,cuius long.38.lat.33. Tamachius,cuius long.28. lat.33. Hebremaoth,cuius lon.61.lat.31. Tramir, cuius lon.62.lat.33.Heneb, cuius long.68.lat.33.Baldach,cuius lon.70.la.34.Bartha, cuius long.6.lat.33.Zor,cuius long.19.lat.34.Zyde,cuius long.60.lat.34. Trabulum in promissione,cuius long.61.lat.34. Zelima,cuius lon.63.lat.34.Aauet,cuius long.60.lat.34.Zarzetay,cuius long.70.lat.34. Henen,cuius long.72.lat.34.Nezeh,cuius 78.lat.34.Cabroz,cuius lon. 6. lat.35.Caram,cuius long.51.lat.35. Odda, cuius lon. 15.lat.35.Amucrie,cuius lon.13.lat.35.Alleriquie,cuius long. 15.lat.35. Eduna, cuius long.28.lat.30.Cancerim,cuius lon.19.lat.35.Emed,cuius lon.63.lat.35.Labisla, cuius long.63.lat.35. Aembar,cuius long.73. lat.35.Cachelude,cuius long.68.lat.33. Amaocyl,cuius lõ.69.lat.35.Iiphaen,cuius lõ.19. lat.35.Halyca,cuius lon.50.lat.36.Tarzoc, cuius lon.70.lat.36.Byelat, cuius long.63.lat.36.Almaziza,cuius long.77.lat.36.Antaquia,cuius lon.61.lat.36.Karquicie,cuius lon.65.lat.36.Zemyzach,cuius lon. 66.la.36.Menheyos,cuius lon.62.lat.36.Bui, cuius long.68.lat.33.Arraca, cuius long. 69. lat.36.Bebeliz,cuius long.66.lat.36.Nazilyn,cuius lon.68.lat.36. Hemedem, cuius long.68.lat.36.Ardemul, cuius longit.70. lat.36.Zebenuyt,cuius lon.75.lat.36.Ayere,cuius lon.76.lat.36.Cam,cuius lon. 74. lat.36.Diuazent,cuius lon.75.lat.36.Kezequib,cuius longit.64.lat.36.Oamix, cuius lon.78.lat.36.Zembracand,cuius lon.87. graduũ 36.minutorũ latitudo 37.graduũ & 36.minutorũ. Et in libro Iacob filij Caryb

posita

posita est lat. Zambracam 60. Quintum clima incipit ab oriẽte à terra Gog, postea uadit per septentrionalẽ terræ Corazen & terminos ei⁹. Itẽ p Harsenã & Cerã in terrã Romanię, et postmodum per littora maris promissionis uersus septentrionem. Item per terrã Hispaniæ & ad mare occidẽtis & applicat ad finem occidentis. Et maior lat. in eo est 43. gradus 28. minuta & horæ eius maioris diei sunt 13. & 15. minut. Principales ciuitates in eo sunt hæ: Ciuitas sapientũ in terra Persiæ, cuius long. 51. lat. 75. Caput fontis, cuius long. 60. lat. 37. Ciuitas oceri, cuius long. 61. lat. 37. Arraha, cuius lõg. 63. lat. 37. Cauim, cuius long. 64. lat. 34. Mediuare, cuius lõg. 62. lat. 37. Beher, cuius lõg. 52. lat. 38. Zora, cuius long. 69. lat. 38. Arã, cuius long. 77. lat. 37. Zuuyen, cuius long. 76. lat. 37. Tubila, cuius long. 77. lat. 37. Zelim, cuius long. 75. lat. 37. Com, cuius long. 77. lat. 37. Zachem, cuius long. 83. lat. 37. Bizahor, cuius long. 81. lat. 37. Behara, cuius long. 87. lat. 37. Zuz, cuius long. 61. lat. 37. Balh, cuius long. 95. lat. 37. Lahyda, cuius long. 63. lat. 37. Tarrana, cuius long. 93. lat. 38. Azrozna fenlye, cuius long. 58. lat. 38. Felida, cuius lon. 63. lat. 38. Cabduquia, cuius long. 58. lat. 38. Zahararor, cuius long. 71. lat. 38. Aldeylem, cuius long. 75. lat. 38. Zaquyz, cuius long. 70. lat. 38. Amel, cuius long. 74. lat. 38. Zarix, cuius long. 78. lat. 38. Meluz, cuius long. 77. lat. 38. Alhb, cuius lon. 64 lat. 38. Depte, cuius long. 36. lat. 39. Maroe, cuius long. 84. lat. 38. Maltya, cuius long. 41. lat. 39. Zemyzch, cuius lõ. 63. lat. 38. Rabcera, cuius long. 19. lat. 36. Tamz, cuius long. 79. lat. 39. Azhar, cuius lon. 51. lat. 40. Oror, cuius long. 69. lat. 39. Maraarud, cuius lon. 85. lat. 39. Azizar, cuius lon. 19. lat. 39. Iurgẽ, cuius lon. 21. lat. 39. Hanzyr, cuius lon. 62. lat. 40. Halac, cuius long 65. lat. 40. Zazaz, cuius long. 91. lat. 40. Tabrasta, cuius long. 82. lat. 40. Oquyeia, cuius long. 72. lat. 40. Adrabigẽ, cuius long. 73. lat. 40. Aditarram, cuius long. 87. lat. 40. Roma, cuius long. 36. lat. 41. Arrarabit, cuius long. 66. lat. 40. Zegezeu, cuius long. 71. lat. 41. Cazrayr, cuius long. 64. lat. 41. Venard, cuius long. 55. lat. 41. Sextum clima incipit ab oriente & uadit per terrã Romanorum, & transit per Burgem & uadit per mare occidentis. Maior eius lat. 47. grad. & 15. minuta. Horæ eius maioris diei sunt 15. horę & 45. minu. Principales Ciuitates in eo sunt hæ: Roma maior, cuius longitudo 50. lat. 45. Ameza, cuius long. 45. lat. 42. Danquia, cuius long. 28. lat. 42. Baclis, cuius long. 60. lat. 42. Quyzar, cuius long. 73. lat. 42. Bratha, cuius long. 84. lat. 42. Haacrem, cuius long. 62. lat. 42. Alcorcataduya, cuius long. 16. lat. 43. Barda, cuius long. 73. lat. 48. Fargana, cuius lon. 92. lat. 43. Quyz, cuius lon. 57. lat. 44. Cazala, cuius lõ. 59. lat. 43. Ciuitas Cog, cuius lon. 43. lat. 43. Hizran, cuius long. 71. lat. 44. Burgẽ, cuius long. 60. lat. 46. Cõstantinopolis, cuius long. 50. lat. 45. Medinacalhazre, cuius long. 63. lat. 45. Assoz, cuius long. 81. lat. 45. Septimum clima incipit ab oriẽte per terram Geht & uadit per terram turchorum, postmodum per littora maris de Iurgen uersus septentrionem transiens mare Romanum uadit per terram Burgem & castratorum, & applicat ad mare occidentis. Maior eius latitudo est 50. graduũ & 30. minutorum: horæ eius maioris diei sunt 16. & 15. minuta. Principales ciuitates in eo sũt Calya, cuius long. 53. lat. 47. Autaro, cuius long. 59. lat. 48. Aloẽle, cuius long. 60. lat. 47. Ciuitas Magog, cuius lon. 43. lat. 48.

De modo inueniendi duas partes.

Cap. XXXVIII.

IN modo extrahendi partes duę sunt opiniones diuersæ: quarum altera Almeguerræ est per dicta Alkindi dicẽtis, q̃ pars prima accipitur à Sole ad Saturnum, & proiicitur à Ioue: & secunda accipitur à Sole usq; ad gradũ medij cœli, & proiicitur à Ioue. Dicit etiam in alio loco quòd pars prima accipitur à Satur. in Iouem, & proiicit̃ à loco in quo iuncti fuerint in principio illius triplicitatis: & pars secunda accipitur à Ioue in Saturnum, & proiicitur à gradu in quo iuncti fuerint in illa coniunctione uel extrà. Postmodum inspice quantum sit à loco partis usq; ad locum domini partis, & quantum sit à domino partis usq; ad partem, & quantum sit à parte usque ad Martem, & da cuilibet gradui annum unũ, & hoc ita faciens inuenies id quod petis. Addidit etiam Almeguerra per dicta Alkindi, & per dicta Aldala Alfexmy, & per dicta Metsahala: Si quando scire uolueris locum duarum partium, aspice in quo signo sit Saturnus & in quibus gradib. & minutis, & aspice quãtum sit à principio Arietis usq; ad illud minutum rectè, & nota locũ. Postea aspice ubi sit Iuppiter & in quo signo & in quo gradu & in q̃ minuto, & fac sicut fecisti in Saturno, & nota locum ✶

Martem

Martem,& da cuilibet gradui annum unũ, & hoc ita faciendo inuenies id quod petis. Similiter postea extrahe id quod notaſti in gradib. Saturni ab eo ꝙd notaſti in gradib. Iouis,& ſi gradus Satur. fuerint plures quã gradus Iouis una reuolutione tota 360. gradus, minuæ ab omnibus gradib. Saturni, et quod remanet nota & nomina id Puritatẽ. Poſtmodum aſpice à principio Arietis uſq; ad locum cõiunctionis maioris in qua incepit lex,& fuit in lege Mahometi Scorp. 4. gradus 12. minuta, & fiunt de gradibus æqualibus ſecũdum aſcenſiones 214. gradus & 12. minuta: adiunge iſtos gradibus quos nominaſti Puritatem, & quod fuerit extrahe à principio Arietis, et ubi applicuerit numerus ibi eſt locus primę partis. Et ſi numerus creuerit plus ꝙ 360. gradibus, extrahe eos ab eo,& quod remãſerit extrahe à principio Arietis, ſicut anté diximus, & ubi applicuerit numerus, ibi erit pars prima & eſt pars legis. Poſtmodum aſpice cõiunctionem in qua fuerit,& quantũ ſit à principio Arietis uſq; ad locum eius p gradus æquales, & quod fuerit adiunge gradibus quos nominaſti Puritatẽ,& quod fuerit: & ſi fuerit plus una reuolutione, minue illud de eo, & quod remanet extrahe à principio Arietis,& ubi applicuerit numerus, ibi eſt locꝰ partis ſecundę. Etiã extrahunt̃ alio modo: Inſpice aſcendens anni reuolutionis mundi in quo coronatus fuit iſte rex, & aſpice loca planetarum in illa reuolutione, & qs planeta fuerit orientalis à Ioue uel à Satur. et quantum ſit ab eo uſq; ad gradum Solis, & tũge id numero annorum minorum dñi illius legis,& ſunt ad legem Maurorum 8. anni: & id quod fuerit de numero extrahe ab aſcendente,& ubi applicuerit, ibi erit locus primæ partis. Et accipe partem ſecundã à gradu Solis in gradum planetarũ duorum predictorum q̃ fuerint occidentales, et ꝙd exierit extrahe à gradu primæ partis antequam ſit ei additus numerus annorũ dñi legis,& quod remanet extrahe ab aſcendẽte,& ubi applicuerit numerus, ibi erit locus partis ſecundæ.

De modo cognoſcendi ſignum applicationis aſcendentis, permutationis, coniunctionis, quæ ſignificauit legem Maurorũ. Cap. XXXIX.

MOdum cognoſcendi ſignũ applicationis aſcẽdentis, permutationis,& coniunctionis ſi ſcire cupias, accipe annos cõpletos Ieſdagert,& adiunge eis 61. annũ Perſarũ & 1. menſes et 12. dies & 16. horas, & ꝙd fuerit, & incipe à Libra dãdo cuilibet anno unum ſignum,& ſignũ ubi fuerit, eſt applicatio aſcendentis legis Maurorũ. Sed ſi uolueris ſcire applicationem ſigni ab applicatiõe cõiunctionis legis, incipe à Scorpione. At ſi uolueris ſignum applicationis reuolutionis, incipe à Geminis, qa dicit̃ q aſcendens anni in quo fuerit cõiunctio quę ſignificauit legem illã, fuerunt Gemini ſecundum tabulas Ptolemæi: ſed per tabulas Daemdilud fuit aſcendens legis 6. gradus Arietis: & p tabulas Dalmontabanetit Cãcer: & hoc eſt uerũ. Porrò ſi ſcire uolueris gradũ partitionis, incipe à 10. gradu Piſciũ, dãdo cuilibet gradui annum unũ, & ubi applicuerit, ibi erit gradus partitionis. Etiã ſi q̃n certus fueris in gradu partitionis in introitu anni, adiunge illis p quolibet gradu quẽ Sol fuerit in circulo ſignorũ 10. ſecũdas & fient in ꝙlibet ſigno 5. minuta. Alkindꝰ dixit q ab anno cõiunctionis quæ ſignificauit legẽ Maurorum, uſq; ad annum quo coronatus fuit Mahometus, fuerunt 51. anni ſolares,& q aſcendens illius cõiunctionis ꝙd ſignificauit legẽ fuerunt Gemini, & applicatio anni in quo promotus eſt Mahometus fuit in Virgine,& ab anno promotionis ipſius uſq; ad Ieſdagert ſunt 3024. dies. Vnde ſi q̃n hoc ſcire uolueris, reduc omnes annos Ieſdagert ad dies,& quod exierit diuide p 365. dies & quartã diei, quodq; ex diuiſione, pueniet, erunt anni ſolares, & ꝙd remãſerit, erũt mẽſes & dies anni imperfecti. Et anni ſolares ſunt illi q̃ inueniunt̃ à promotione Mahometi uſq; ad annum in quo operatus es,& da cuilibet anno ſignum unum incipiendo à Virgine,& ubi applicuerit numerus ſignorũ, illud ſignũ erit applicatio anni mundi aſcẽdentis legis. Nota q ſignum applicationis aſcendentis legis eſt ſignificator eius ꝙd accidet populo illius legis,& ſignum applicationis decimæ legis erit ſignificator eius ꝙd accidet in regno illius legis,& ſignum applicationis loci coniunctionis legis erit ſignificator eius quod accidet in lege, ſi obſeruabitur bene uel nõ: & dominus ſigni huius erit ſignificator eius quod accidet defenſoribus legis illius, & locus partitionis erit ſignificator ſtatus omnium ſapientum. Etiã applicatio aſcendentis cõiunctionis pmutatiõis, ſignificat id ꝙd accidet gẽti & populo eiuſdẽ legis: et applicatio eius decimæ, ſignificat id quod accidet regi permutationis illius: & applicatio cõiunctionis permutationis, ſignifi-

cat

cat id quod accidet regi qui regnabit in illa permutatione, in incremento uel decremẽto: & dominus illius applicationis, significat id quod accidet defensoribus & maioribus cõsiliarijs ipsius regis, qui regnabit in illa permutatione.

De modo sciendi has applicationes & partitiones in lege Mahometi Cap. XL.

APplicationes & partitiones si scire uolueris, accipe annos Iesdagert, & adiunge illis 61. annum 2. mẽses 12. dies & 16. horas, & reduc eos ad solares, dando cuilibet anno signum unũ, incipiendo à Libra, & ubi applicuerit, illud erit applicatio ascendentis legis Maurorũ: quia ascendens coniunctionis legis fuit 18. graduũ Libræ. Etiam si uolueris scire applicationẽ loci coniunctionis legis Maurorũ, incipe à Scorpione et ubi applicuerit, illud erit applicatio coniunctionis. Etiã si uolueris partitionẽ scire, incipe à 20. gra. Pisciũ, & ubi applicuerit numerus, ibi erit applicatio. Etiã si uolueris applicationẽ permutationis facere, à Sagittario extrahe, & adiũge annos Iesdagert cum illis 61. annis, et reduc ad annos solares 31. annum & 14. dies, & ex eo quod remanserit da cuilibet anno signum unum, incipiendo à Leone, & ubi applicuerit, ibi erit applicatio ascendentis permutationis. Etiam si uolueris applicationem ascendentis huius dominij simili ex ratione facere, accipe annos Iesdagert coniũctos cum dictis 61. annis, & hoc toto reducto ad annos solares, extrahe ab eo 177. annos & decem menses & 27. dies reductos in annos solares, & ex eo quod remanserit da cuilibet anno signum unum, incipiendo à Virgine, & ubi applicuerit, ibi erit applicatio ascẽdentis huius administrationis: & hæc applicatio erit significatrix eius quod accidet in eadem administratione, & dominus huius applicationis erit significator eius quod accidet defensoribus adminis strationis ipsius: & considera in factis & oppositionibus istis, & operare secundum ea in omni regnatu & regibus, & certificaberis Deo uolente.

De uisione cometarum. Cap. XLI.

ANimus erat hoc caput de uisione cometarum non subijcere, propter dubitatã hactenus eius significationem, quã ueram in morte filij Abenhoceyn, & morte Zaet filij Abenhazron cum repererim, & inuenerim nõ minus certas significationes hinc prouenire quàm ex alijs signis & stellis, ueluti claustrum libri & nostri operis subiecì, ut uel inde aliqua rerum futurarum cognitio colligatur. Dico ergo ꝙ qñ aliqua stella cadit ab Ariete ad similitudinẽ scissuræ cœli, & ei immittit suum signale, significat quòd morietur rex Christianorũ, & ꝙ interfectiones & bella erunt in terra Babylonię. Etiam si casus ille fuerit de Tauro, significat ꝙ multæ ciuitates depopulabuntur in terris Christianorum, & quod accidet mortalitas in terra Babyloniæ. Præterea si casus ille fuerit à Geminis, significat ꝙ accident rixæ in terris Christianorum, et morietur rex Aegypti, & regnabit loco eius homo formosus & habilis, & mortalitas & infirmitas accidet in terra Persiæ. Sed si casus ille fuerit à Cãcro, significat ꝙ accidẽt in terra rixę & interfectiões, & filius regis morietur in lite, et breui tempore morietur rex. At si casus ille fuerit à Leone, significat ꝙ rex morietur et lætabuntur inimici eius, et exibit de climate Babyloniæ q ad uersabitur regi et faciet damnum. Etiam si in Virgine accidat ille casus, significat ꝙ ille rex Aegypti suos interficiet inimicos, et accident et multa bella. At si casus ille fuerit in Libra, significat ꝙ populus faciet malum regi et proditiones coopertas. Item si casus ille fuerit à Scorpiõe, significat ꝙ existent multæ combustiones aëris in terra, et minuentur aquę fluuiorum. Etiam si ex Sagittario fuerit ille casus, significat ꝙ accidẽt in terra Babylonię et in terra Baldach, morbi populares ac mortalitates, et quòd ibi morietur rex. At si casus ille fuerit de Capricor. significat quòd accidet in terra Mecthe, et in terra Alahor multũ mali ꝙ lites et per id quod eis assimilatur. Præterea si casus ille fuerit in Aquario, significat quòd insurget homo derisus et confirmabit se in regno, et durabit in eo modicũ, et postea accident multę interfectiones et fortes. Tandẽ si casus ille fuerit in Piscibus, significat ꝙ rex faciet ĩ populo iustitias et rectitudines: etiã significat saluationes et multas aquas, et quod futurum est, melius nouit Deus.

FINIS.

BASILEAE APVD HEINRICHVM PETRI MENSE MARTIO. ANNO M. D. LL.

Digitized by Google

Digitized by Google